UNIVERSITARIA
ALESSANDRINA
BIBLIOTECA
D
p
1
ROMA

NOVUS
THESAURUS
VETERUM
INSCRIPTIONUM
TOMUS PRIMUS.

D p 1

NOVUS THESAURUS VETERUM INSCRIPTIONUM

IN PRAECIPUIS EARUMDEM COLLECTIONIBUS HACTENUS PRAETERMISSARUM,

COLLECTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

TOMUS PRIMUS.

170
96



MEDIOLANI, MDCCXXXIX.

EX ÆDIBUS PALATINIS.
SUPERIORUM FACULTATE.

CELSISSIMO PRINCIPI
JOSEPHO WINCISLAO
DE LICTEINSTEIN,
SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI,
AUGUSTISSIMI CAESARIS APUD CHRISTIANISSIMUM REGEM LEGATO &c. &c. &c.

SAtis noſti, CELSISSIME PRINCEPS, quàm erudite, quàm eleganter, & quanta cum ſui nominis gloria Ezechiel Spanhemius V. Cl. *de uſu & praeſtantia veterum Numiſmatum* proxime praeterito Saeculo diſſeruerit. Mihi quoque par conſilium olim in mente obverſabatur, diſſerendi nempe *de uſu & praeſtantia antiquarum Inſcriptionum*. Amplum ſane argumentum, multiplicifque eruditionis apprime foecundum; atque ego in eam rem complura mihi jam comparaveram ſubſidia, in primis verò ditiſſimam nondum editorum Marmorum copiam. Sed dum novae in dies curae me mihi eripiunt, eò tamdem ſtudiorum meorum lineae proceſſerunt, ut quod jamdiu conſtitueram, numquam complere potuerim. Statutum eſt ergo mihi, altero ſaltem beneficio Reipublicae Literariae commoda promovere, ingentem videlicet vetuſtarum Inſcriptionum Syllogen evulgando, quae diligentiam Gruteri, Reineſii, Sponii, atque Fabretti olim effugerunt, aut poſt eoſdem emerſerunt. Hanc autem tibi, praeſtantiſſime Princeps, dicatam volui, hanc tibi pollicitus fueram, & quamvis ſupervenientibus identidem novis Antiquitatum ſupplementis, fidem meam liberare hactenus diſtulerim, voti tamen compos factus, nunc tamdem venerabundus offero. Quod quum praeſto, animus mihi plane eſt, ut haec veluti teſſera ſit ſingularis erga Te obſequii mei, ac palam faciat, quanta ſit apud Italos quoque homines, tui Nominis, tuaeque Virtutis magnifica exiſtimatio. Et laetus quidem ad te properat hic Liber, probe ſciens, quo amore Literas, bonaſque Artes proſequaris, & praecipue quàm cara tibi ſint venerandae rudera Antiquitatis. Hanc in rem, uti jamdiu didici, Tu quoque nobile Muſeum caelatarum Gemmarum Tibi paraſti, in quibus aegre quiſquam decernere poſſit, majorem-ne delectationem ex figuris tam affabre & concinne inſculptis, an uberiorem Eruditionis ſegetem referre ex earum Hiſtoria Literati Viri queant. Atque heic multa mihi dicenda occurrerent, niſi provinciam hanc, tuas ſcilicet laudes, praeoccupaſſet Cl. V. Blaſius Caryophyllus in Epiſtola ad Te ſcripta in Libro de Antiquis Marmorum fodinis, ubi quae voluptas ſit, Te audire de Artibus ac Scientiis pertractantem, diſputantem, is elegantiſſime exponit. Utinam & ego ejuſmodi voluptatis particeps aliquando fuiſſem. Sed quandoquidem

Tu Antiquitatem in Gemmis loquentem adeo amas; proximum est, ut loquentem quoque in AEre atque in Marmoribus ames.

Ceterum hic Liber tibi sistendus erat in amplissimo Augustae Vindobonensis Urbis theatro, ubi tot Aulae Caesareae muneribus fungeris. At is itinere conversò ad Te properat, in altero Europeae magnificentiae theatro jam ab aliquo tempore degentem, splendidâ nempe Legatione apud potentissimum Galliarum Regem a Te susceptâ. Quotidianis certe experimentis ubique se prodit Augustissimi Romanorum Imperatoris CAROLI VI. sapientia; sed liceat dicere, tum potissimùm enituit, quum Te ad Christianissimi Regis LUDOVICI XV. Aulam Legatum delegit. Ad sublime hoc ministerium arduis temporibus Viro opus erat, in quem rarae tum animi, tum fortunae dotes confluerent, & a quo humanae conditionis defectus, quantum fieri potest, abessent. Tu ille es, in quo conquievit providentissimi Caesaris judicium; atque haec tua maxima laus est, Te, tuasque vires perspicacissimi Principis calculo fuisse probatas. Itaque hactenus habuisti meritorum tuorum testem ac laudatricem Germaniam. Habes nunc & Galliam, quae in Te suspicit sanguinis Nobilitatem, a claris Majoribus acceptam; quae amplas Dynastias in Sacro Romano Imperio ad Te spectantes probe novit, atque in primis jam quaesitam Tibi gloriam peritiâ ac fortitudine in bellicis rebus, simulque prudentiâ in politicis negotiis. Aliquid tamen est, quod quisque sapiens vehementius miretur, certumque habeo, apud politiores Gallos plurimum gratiae & laudis Tibi pariturum: conjunctam in Te videlicet intueri cum Germanica gravitate Gallicam morum elegantiam, miram comitatem in verbis, perpetuumque Probitatis & Justitiae studium: quod unum ego reliquis encomiis antefero.

Quapropter Germaniae & Galliae, Amplissime Princeps, invideo, quibus hactenus datum est, delectabili Tuo aspectu, colloquiis Tuis ad sapientiam compositis, & quod plus est, Tuarum Virtutum splendore frui. Sed quando ab Italis tanto Caelo divisum Te adire mihi non licet, & coram agnoscere, quem fama tantopere depraedicat: liceat saltem expressum in hoc Libro obsequium ad Te meum mittere. Is autem in ea Te Urbe deprehendet, ubi antiquae Eruditioni praecipuus honor est, ubi Regia Inscriptionum & Humaniorum Literarum Academia hisce potissimùm studiis eximium sibi nomen jamdudum conciliavit. Pergratum mihi erit, quod inter Literatos Viros versari labor iste meus incipiat; gratius, si eorum suffragiis probetur; gratissimum verò, quod illustre Nomen Tuum in illius fronte positum aspicientes, luculentius intelligant, Te ejusmodi Eruditione impense oblectari, Tuumque patrocinium erga Literas, earumque Cultores, Tuarum laudum non esse postremam: Votis interim meis a Deo Optimo Maximo supplex peto, ut Te ad grandia natum, incolumem diutissime servet, Tuâque operâ inter Christianos Principes pax nimium Populis utilis, summeque exoptanda, stabilis perseveret. Haec precabatur, haec ad Te, benignitate Tua fretus, perscribebat

CELSITUDINIS TUAE

Mutinae X. Kalendas Junias, Anno MDCCXXXIX.

Humillimus, Addictissimus, & Obsequentissimus Famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.

IN THESAURUM NOVUM VETERUM INSCRIPTIONUM PRAEFATIO.

STrenuo animo, simulque non mediocri ingenio praeditі adoleſcentes, qui ſe Literarum ſtudiis ſerio addixerunt, vix e Scholis egreſſi, eam eligere atque inire viam ſolent, quae ad gloriam nomini parandam, ſive ad fortunas & commoda conquirenda, facilior vel tutior ſibi videatur. Ita & ego juvenis dum attente circumſpicio, quàm vario itinere Literatorum proceres ad Famae Regnum contendiſſent, mature agnovi, non negligendum mihi veterum Inſcriptionum ſtudium, cujus tantus eſt in antiqua Eruditione uſus. Immo jam tum conſilium cepi novae inſtituendae Collectionis, quum praecipue ditiſſima Ambroſiana Mediolanenſis Bibliotheca hac etiam in re ſubſidia non pauca mihi ſuppeditaret. Itaque Schedas omnes ibi exſiſtentes, aliaſque apud Mediolanenſes amicos aſſervatas, longo ſtudio excuſſi, atque inde grandem Inſcriptionum nondum editarum copiam collegi. Complures alias mihi ſubinde ſuppeditarunt Clariſſimi Viri Johannes Ciampinius, *&* Proſper Mandoſius, *ex Romana ejuſmodi mercium ſupra ceteras, locupletiſſima Urbe. Alias ex Peruſina Illuſtriſſ.* Antonius Felix Marſilius, *tunc Epiſcopus; alias ex Brixiana Nobilis Vir* Julius Antonius Averoldus; *alias ex Venetiis, finitimiſque & longinquis locis, Vir Clariſſ.* Apoſtolus Zeno, *mihi procurarunt, uberiorem verò ſyllogen ex Florentinis Muſeis ad me miſit celeberrimus* Magliabechius. *Neque aliis in Urbibus amici viri defuere, qui pro ſua virili conſilium meum juvarunt. Atque ego non ſegnis ex quamplurimarum Civitatum ſingularibus Hiſtoriis, & potiſſimum e Schedis* P. Johannis Baptiſtae Cattanei *Minoris Obſervantis Regienſis, veterum monumentorum ingentem acervum mihi comparavi. Jamque novam Collectionem ejuſmodi Antiquitatum pollicebar, quum ecce prodiit Anno Chr.* 1700. *ampliſſima id genus Sylloge, ab egregio, atque hiſce ſtudiis dudum innutrito viro,* Raphaële Fabretto *inſtructa, ſolidiſque etiam Notis illuſtrata. Dolens continuo animadverti, praeripuiſſe illum mihi praecipuam a me paratarum Inſcriptionum ſegetem, ut tunc omne conſilium non abjecerim quidem, ſed certe depoſuerim: nimis quippe imminutam ſenſi ſupellectilem meam. Annis deinde permultis diverſo ſtudiorum genere occupatus fui, oculis tamen numquam a Lapidaria eruditione dimotis, & creſcente in dies Collectione mea, quam nunc tandem abſolutam Lectori ſiſto.*

Fateor ſane, obrepſiſſe aliquando mihi conſilium compingendi in unum Corpus, quidquid antiquarum Inſcriptionum editum fuerat, ſimulque quidquid nondum evulgatum apud me ſervabatur, ut univerſam hanc Eruditionis partem Antiquitatum amatores ſub uno conſpectu paratam digeſtamque haberent. Verùm quanta foret hujuſce conatus difficultas, nullo negotio ſtatim deprehendi. Immenſum quippe tempus exigeret, immanem hunc tum editarum, tum ineditarum Inſcriptionum apparatum Gruteriano ordine donare, ita ut exempli gratiâ, quaecumque ad Deos, aut ad ſacrorum Miniſtros, aut ad Magiſtratus pertinent, in ſingulares ſuas Claſſes compellerentur. Ad haec ne iſtum quidem ordinem ſequi prorſus liceret. Nam quei inducas in hujuſmodi Corpus atque ordinem, eximium Fabretti Opus, quod ita contextum fuit, ut ſi integrum retinere velis (integrum porro retinendum foret) numquam ad Gruterianum ordinem accommodare poſſis? Denique notam ingrati hominis, meâ quidem ſententiâ, vix effugeret, quicumque eo animo Collectionem univerſarum Inſcriptionum ſuſciperet, ut merſis ibi & paene obliteratis Gruteri, Reineſii, Sponii, & Fabretti, praeſtantiſſimorum videlicet Collectionum nominibus, novus iſte Collector nomen ſuum alienis laboribus praefigeret, atque hoc unum memorandum deinceps ſperaret. Inſignium illorum Virorum merita in Rempublicam Literariam digna profectò ſunt, quae illaeſa a nobis ſerventur; neque fas videatur, innumera ipſorum Monumenta ob aliquod longe minus additamentum veluti noſtra facere, debitoque honore tantos Viros fraudare velle.

Itaque intactis atque dimiſſis majoribus veterum Inſcriptionum Collectionibus, id unum mihi propoſitum fuit, Collectionem novam ex minoribus conflare, atque in Reipublicae Literariae uſum & commodum excerpere, quidquid veterum Marmorum in eruditorum Libris mihi occurreret, praetermiſſum a praecipuis iis Collectoribus. Tum congerere quidquid poſſem Inſcriptionum nondum editarum, ita ut Opus conficerem; numquam ſane incomparabili ſpiſſo Gruteriano Syntagmati aequandum, ſed, quod fortaſſe non pudeat, Reineſii & Fabretti Volumina, ſumme laudanda, ſubſequi. Ad hoc autem aedificium conſtruendum mihi in primis uſui fuere Marmora, jamdiu ab eruditiſſimo Viro Johanne Baptiſta Donio *collecta, & nuper a Cl. V.* Antonio Franciſco Gorio *publici juris facta. Tum quae idem Gorius ex univerſa Etruria ſummo labore ac diligentiâ coacervavit, & praelo tradidit. Multum quoque ſubſidii mihi contulere Marmora Felſinea Comitis* Caroli Malvaſiae; *Brixiana* Octavii Rubei; *Aquilejenſia* Philippi a Turre *Epiſcopi Hadrienſis; Romana* Johannis Vignolii; *Veronenſia, aut Gallica, edita ab eximio*

mio Antiquitatum cultore; *Marchione* Scipione Maffejo; *& ex Latii. Oppidis collecta ab eruditissimo P.* Josepho Rocco Vulpio, *Societatis Jesu Presbytero*; *atque Pisaurensia, publicâ luce donata a Clarissimo Abbate* Hannibale de Abatibus Oliverio: *ut aliarum Civitatum Monumenta, ut Sepulcretum* Libertorum Liviae *praeteream. Quamplurimas quoque Christianas Inscriptiones, immo & Ethnicas multas, mihi suis Libris suppeditarunt egregii Viri* Marcus Antonius Boldettus *Canonicus Romanus, & P.* Antonius Maria Lupus *e Societate Jesu, qui de sacris Coemeteriis Romanis optime meriti sunt. Hi praecipui fuere fontes, unde jam evulgatas Inscriptiones hausi. Quarum copia quamquam videri possit potiorem aedificii mei partem occupare, nihilo tamen secius, si rite rationes ineantur, superata a reliquis deprehendetur, quae nondum editae erant, atque indefesso studio, ingentique labore a me perquisitae nunc primum publicam in lucem efferuntur.*

Studio, inquam, indefesso quaecumque potui nondum evulgata Epigrammata, collegi, fortunam hac in re secundam, atque Amicorum meorum beneficentiam supra spem meam expertus. Primus, ut Eruditus quisque novit, qui ad veteres tum Graecas, tum Romanas Inscriptiones describendas, congerendasque animum appulit, Cyriacus *fuit* Anconitanus. *Is ineunte Saeculo Christi Quinctodecimo, & subsequentibus annis, varia suscepit itinera in Delmatiam, Graeciam, finitimasque Regiones, quo nondum Turcica rabies penetrarat, atque inde in Italiam asportavit festivam ejusmodi mercium congeriem, quam praesertim dicatam voluit Eugenio IV. Pontifici Maximo, si bene memini, Anno Aerae Vulgaris* 1436. *Nondum ingeniosissima Typographiae Ars emerserat, aut saltem in Italia prorsus ignota tunc erat: quare Cyriaci labores in Schedis MStis derelicti, luce, quâ certe dignissimi erant, fraudati fuerunt. Ex iis Epigrammatis nonnulla Mazochius, & Apianus protulere, quae deinde Gruterus in suum intulit Thesaurum. Reliqua in tenebris adhuc jacebant. Gratiae nunc mihi habendae nobili doctissimoque Viro Abbati* Pompejo Compagnonio, *Eminentissimi, dum in vivis fuit, Cardinalis Francisci Barberini audiendis forensibus Causis Praefecto, quod ex amplissima heri sui Bibliotheca partem Schedarum Cyriaci mihi impetravit, & mecum liberalissime communicavit. Alteram hujusmodi Schedarum partem Florentiae possidet* Philippus Stosch *Baro Danus, qui Antiquarii egregii laudem sibi ex editis Libris jamdiu comparavit. Humanissime & ipse hanc mihi elargitus est. Utrum verò in geminis hisce Schedis concluса sit universa Cyriaci supellex, affirmare non ausim. Quippe in Schedis meis, complectentibus non paucas e Cyriaci Inscriptionibus, nonnullas reperi, quae neque in Barberinis, neque in Stoschianis occurrunt, & nihilominus ex eodem fonte deductae videntur. Alter post Cyriacum antiquorum Marmorum celebris Collector eodem Saeculo Quinctodecimo fuit Frater* Johannes Jucundus, *patriâ Veronensis, & Fratrum Praedicatorum militiae adscriptus, cujus elogium habes in Verona illustrata Clarissimi Marchionis Maffeji. Multa is collegit, & Laurentio Medicео, insigni Florentinae Reipublicae Principi, cui perquam carus erat, dicata voluit. Verùm illius scrinia Eruditi posteri subinde expilarunt, spoliataque in suos invexere Libros, ne illius quidem nomine memorato, ita ut parum inediti reliquum fuerit in ipsius Schedis. Duplex istarum exemplar novi, alterum apud praeludatum Marchionem Maffejum, alterum, illudque autographum, ut creditur, apud praeclarum Virum* Antonium Francisсum Marmium, *Sancti Stephani Equitem, & Bibliothecae Magni Ducis Etruriae Praefectum, quem nobis invida Libitina ante paucos annos eripuit. Ex isto quae pauca erant inedita,* Clarissimus *Gorius excerpsit; partem inter Donianas dedit; reliquas ad me pro sua humanitate misit.*

Isdem quoque temporibus floruit Michaël Ferrarinus, *patriâ Regiensis, instituto sacro Carmelita, ejusmodi studiis summopere oblectatus. Is post se reliquit uberem veterum Monumentorum Syllogen manu scriptam, cum crebris ipsorum Marmorum figuris atque ornamentis elegantissime delineatis. Codicem adhuc Regii adservatum sub oculis habui. Uti memoriae prodidit doctissimus Vir Johannes Guascus Regiensis in Historia Literaria Academiae patriae Lib. I. Codicem hunc Ferrarinus Monasterio suo dono dedit & commendavit. Tanti verò pretiosum hoc munus factum fuit, ut Anno* 1492. *jam e vivis Auctore sublato, Reipublicae Regiensi Primates ipsum in arcula conclusum, & catenulâ parieti infixâ obligatum, a Patribus Carmelitis custodiendum, publico Decreto curarint. Legitur ibi Epistola Dedicatoria, nondum addito Moecenatis nomine, a Guasco edita, cujus priores lineas accipe.* „ *Cum ab ineun-*
„ *te aetate . . . . . omni semper studio, arte, & ingenio, sacrosanctae & venerandae Vetustatis cultor*
„ *& dilector fuerim, ex qua plurimum utilitatis scaturigine quaedam redundant, ut rerum cognitio non*
„ *vana, instituta, & leges ad diuturnitatem positae: modus ornandi Sepulcra Epitaphiis, in quibus*
„ *& elegantia sermonis est, & Literarum notae ad amussim exaratae: elaboravi non mediocri curâ,*
„ *non paucis sumtibus, cum quid otii dabatur a sacris Mysteriis, per Pagos, Oppida, & Urbes Ita-*
„ *liae in primis longa etiam peregrinatione, Antiquorum Titulos, & Veteres Inscriptiones in Monu-*
„ *mentis, Pyramidibus, Obeliscis, Mausoleis, Urnis, Arcubus triumphalibus, Columnis, Theatris,*
„ *Amphitheatris, Marmoribus, illorum undecumque eminentissimorum Prisсorum, & (si dicere fas est)*
„ *Semideorum, invenire, & inventa hinc inde in Libellum concinnare, & oculis legentium subjicere.*
„ *tot ac tanta congessi, ut nulla deesse, modò eruta sint, ausim affirmare.* „ *Quae subsequuntur, utpote edita, praetermitto. Illud potius commemoratum volo, scilicet alterum ejusdem Codicis exemplum adservari in Bibliotheca Christianissimi Francorum Regis, num.* 5998. *Hac de re per literas suas certiorem me fecit amicus & Clarissimus Bimardus, cujus in me beneficia infra innuam. Ibi quoque Epistola Dedicatoria occurrit, sed a praecedenti diversa, dignaque propterea, quae huic locum inveniat.* „ *Mul-*
„ *tum (inquit ille) ac diu omni studio, industriaque contendi &c. AVE ET VALE.* „ *Post Inscriptiones Regii Lepidi collectas subsequuntur* „ *Epigrammata Romae reperta in aliquibus Arcubus triumphalibus, ac Pontibus, Aquarum ductibus, atque Sepulcris, & aliis nonnullis locis tam Romae alma Urbe, quàm in aliis partibus, per me Fratrem Michaëlem Ferrarinum Regiensem, ad commendationem & famam S. P. Q. R. ac Pontificum, & Imperatorum, aliorumque Virorum illustrium, commendatione dignorum facta in praesenti Libello, prout potui, in fonte vidi. Et a Felice Feliciano*

„ *con-*

„ conterraneo meo, nec non a Cyriaco Anconitano ad delectationem legentium recollegi. „ Felicem Felicianum *in censum Scriptorum Veronensium intulit Clarifs. Marchio Maffejus. Id non immerito factum. At Ferrarinus ibi tradit, ipsum quidem* se quadam ratione Veronensem appellari maluisse, *revera tamen* Regiensem *patriâ fuisse: quod, quin bene perspectum Ferrarino, homini gravi, & synchrono fuerit, nemini, ut puto, dubitare liceat. Ceterum numquam prodiit Ferrarini labor; ejus tamen labores ita in usum suum subsequuti Scriptores verterunt, ut nil fere reliquum fecerint. Quae pauca proinde ex eo corrasi, sub nomine Schedarum* P. Cattanei *proferentur, qui complura Hispanica, & Regiensia potissimum Marmora singulari curâ collegit.*

At haec Schedas Farnesias, *quae mihi non levi subsidio fuere, procuravit mihi, dum viveret* P. Franciscus Andreasius *e Societate Jesu, vir cum doctrina, tum pietate spectabilis. Quis earum Auctor, sive Collector, incompertum est mihi.* Perantiquas tantùm deprehendi; *nam in calce earumdem legitur*: Kalendis Februarii, Anno a Partu Virginis MDV. Thomas Scandianus perscripsit. *Quae verba exemplum ex antiquiori desumtum, non verò autographum, indicare videntur.* Scandianorum *familia ante paucos annos Mutinensi in Urbe defecit. Praeterea religiosus idem Vir ex Bibliotheca Farnesia Tomos geminos mihi impetravit, immanem veterum Inscriptionum Syllogen complectentes, quas* Pyrrhus Ligorius *circiter Annum Christi 1556. collegerat. Plerasque ex iis jam a Smetio, Grutero, Reinesio, Fabretto ac Donio evulgatas agnovi. Reliquas in usum meum converti. Quae mea verò sit de* Ligorii *laboribus sententia, infra ad Classem I. exponam. Ego sincerissime quidquid ex ejus Tomis excerpsi, sub ejus nomine prodam, ut cuicumque liceat suum de singulis proferre judicium, confidens tamen, non tam facile Ligorianae Collectioni, in Farnesiana Bibliotheca adservatae, litem intentari posse. Porro praeter* Schedas meas *perutiles, non leve Antiquitatum promtuarium* Ambrosiana Bibliotheca, *uti jam monui, mihi suppeditavit. Illustrissimus quoque Archiepiscopus Ephesinus* Dominicus Passionеus, *antea apud Augustissimum Caesarem CAROLUM VI. Apostolicae Sedis Nuntius, nunc amplissimus S. R. E. Cardinalis, alias adservabat Schedas; atque ut ille est sacrae non minus quàm profanae Eruditionis cultor, atque ad Literas promovendas probe animatus, & quasi dicam natus, vix dum vota, preceſque meas audivit, quum Schedas easdem ad aedificium meum contulit. Non parum emolumenti inde ad me venit. Beneficum pariter non uno ex titulo erga me sensi praeclarissimum Virum* Marchionem Alexandrum Gregorium Capponium, *nunc Pontificis Maximi CLEMENTIS XII. Hospitiorum Designatorem primarium, ac indefessum Romanarum Antiquitatum venatorem. Is enim non tantùm complures Inscriptiones nondum editas ad me misit, sed etiam Schedas suas veteres mecum liberalissime communicavit, quae usui non mediocri mihi fuerunt. Ad manus itidem habui antiquas Schedas* Jacobi Valerii, Nicolai Pacediani, Julii Guastavini, *Spoletinas* Sanctii Martioli, Antonii Bellonii *apud Clarissimum Virum Apostolum Zeno existentes, uti & Benedicti* Ramberti *a Johanne Dominico Bertoli Aquilejensi Canonico, & Antiquitatum Aquilejensium Collectore atque illustratore adservatas. Veteres etiam Schedas suas, aliaque praesidia contulit in hoc opus Nobilis & doctissimus Vir* Antonius Scottus *Canonicus Tarvisinus, cujus erga me amori alia quoque debeo. Sed prae ceteris uberem ineditorum monumentorum messem reperi in Schedis* Francisci Ptolomei *Patricii Senensis, qui circiter Annum Christi 1660. Romae ingentem Marmorum vim, ab aliis neglectam, descripsit. Hasce mihi, dum in vivis erat, commodatas voluit Clarissimus, meique amicissimus Vir* Hubertus Benvoglientus, *grande tunc Senensis Civitatis patriae suae decus.*

Neque heic stetit cura studiumque meum, ut Syllogen meam locupletiorem, quantum fieri posset, in dies efficerem. Ab amicis opem imploravi, & secundo plane successu, quorum nomina, grati animi legibus id poscentibus, nunc mihi sunt commemoranda. Igitur quotquot potuit, nondum editas Inscriptiones mihi conquisivit Illustrissimus & humanissimus Vir Henricus Henriquez *Neapolitanus, pro sanctâ Sede nunc Perusiae atque Umbriae Gubernator. Certarunt etiam in ejusmodi erga me studio doctissimi Viri* P. Contuccius Contucci *e Societate Jesu, celebri Museo Kircheriano Praefectus*: Johannes Joseph Ramaginius, *juvenis in excolendis bonis Literis impiger*: *Comes* Franciscus Brembatus *Patricius Bergomas*: Octavius Bochius *Nobilis Hadriensis & Jurisconsultus Venetus*: *& P. D.* Petrus Paulus Ginanni *Prior Benedictinus Ravennas, cui praeter alia Marmora mihi suppeditata, Inscriptiones etiam debeo collectas a P.* Margarino *Abbate Benedictino ex ruderibus Basilicae Sancti Pauli Viâ Ostiensi. Tum Clarissimi Viri P.* Joseph Blanchinius *Veronensis, antea Canonicus, nunc Oratorii Philippini Romani Presbyter, & Historiographus Pontificius, qui sacram eruditionem illustrare impigre pergit; & Abbas* Rodulfinus Venuti *Cortonensis, qui jam non unum dedit ingenii sui specimen in Romanis Antiquitatibus explicandis; & P. D.* Didachus de Revillas *Mediolanensis, Abbas Hieronymianus, non minus ex Eruditione, quàm ex Mathematicis studiis commendatissimus, quorum publicus Professor est in amplissimo Lyceo Sapientiae Romanae. Praesertim verò ad amplificandum Thesaurum hunc novum convolavit celeberrimus Vir* Franciscus Blanchinius *Veronensis, P. Josephi nuper laudati patruus, cujus fama ubique sonans nullis nunc meis indiget elogiis. Ille enim mihi exscribenda curavit quotquot Marmora in insigne Musеum congesserat amplissimus S. R. E.* Cardinalis Alexander Albanus, *Princeps excelsi animi, & Literatorum hominum benevolus patronus & fautor, ita ut universa Lapidaria illius supellex in illustrius Collectionis meae ornamentum concesserit. Egregia haec Marmorum series in Capitolinum postea Museum translata fuit. Romanorum de Opere boc bene meritorum catalogum claudet Cl. V.* Franciscus Ficoronius, *Antiquariorum Romae degentium aetate nostra facile princeps, & potentissimi Poloniae Regis nunc Antiquarius. Is enim pro suo erga me amore nulli pepercit labori, ut nondum editos Lapides ad me mitteret, tum ex locupletissimo Museo suo, tum aliunde conquisitos. Quanta sit horum copia, & quàm singulare multorum pretium, Lector identidem animadvertet.*

Benevolentiam quoque suam beneficiis non paucis comprobavit mihi Ignatius Maria Como, *Patricius Neapolitanus, elegantissimi Vir ingenii, utpote qui tum ex inclyta Neapolitana Urbe, tum ex conterminis, summe commendandam Inscriptionum antiquarum manum a se coacervatam in augmentum Thesauri*

mei ad me misit. Nonnullas etiam inde mihi procuravit nobilis & doctissimus Jurisconsultus Franciscus Valletta, *celeberrimi Viri Josephi Vallettae filius. Quum verò complures vetustos Lapides ab interitu vindicasset, atque in suum Palatium intulisset Illustrissimus nunc Ravennatium Archiepiscopus* Matthaeus Farsettus, *aliis quoque nominibus de Ecclesia sua optime meritus: ex ejus magnifico consilio profeci & ego; quippe omnes mihi diligentissime exscripsit* Dominicus Vandellius *Mutinensis, in patrio Gymnasio publicus Mathematicae Professor. Non pauca ibidem monumenta in Ravennate Classensi Basilica, atque alibi postremis hisce temporibus effossa, ab humanissimo P. D.* Mariangelo Fiacchi, *Monacho Camaldulensi, impetravi. Ad haec ante paucos annos V. Cl. Ferdinandus Comes Marsilius ingentem antiquorum Marmorum acervum e Romano solo Bononiam deduxerat. Bene id mihi cessit: eorum quippe exemplum mihi sedule exaravit* Petrus Hercules Gherardius *Mutinensis, mei amantissimus. Porro quot alias Antiquitatis reliquias variis ex locis in usum meum conquisierit, dum viveret,* Dionysius Sancassanius, *ex edstis Libris Medicus Clarissimus, haec ipsa Collectio mea identidem prodet. Praeterea ex Dacia, aliisque ex locis varias Inscriptiones comparavit mihi* Apostolus Zeno, *Vir celebris, & Augustissimi Caesaris Historiographus. Aquilejensia quoque Marmora, haclenus luce carentia, suppeditata mihi fuere partim a Clarissimo Comite* Francisco Beretta *Utinensi, partim a supralaudato Canonico* Johanne Dominico Bertoli. *Hispellates Lapides e Schedis* Ferdinandi *Abbatis* Passarini *descriptos accepi. Interamnates nobilis & doctissimus Vir* Ferdinandus de Vicecomitibus de Cittadinis *in aerarium meum adduxit. Quum verò nossem in Bibliotheca Caesarea adservari Schedas Nemausenses* Gaillardi Guirani, *Viri jamdiu ex eruditione sua celebrati; precibus apud clementissimum Caesarem adhibitis, continuo earumdem exemplum impetravi, curante Illustrissimo* Pio Nicolao Garrellio, *ejusdem Caesareae Bibliothecae Praefecto. Singularibus autem beneficiis in hujusmodi navigatione me cumulavit P.* Philippus Camerinius, *Presbyter Oratorii Camertis, ex eruditione ac ex humanitate Vir commendatissimus. Ejus solicitudini atque amori debeo Inscriptionum, ex Piceni potissimum Urbibus collectarum, uberrimam congerem. Taurinensia quoque Marmora accepi ab Excellentissimo Viro Comite* Ludovico Caissotto, *primo Senatus Taurinensis Praeside, cujus egregium erga Literas & Literarum cultores animum ex aliis experimentis perspectum habeo. Sed quod fortunae meae acceptum in primis refero, eximius & Excellentissimus pro sancta Sede Apostolica Avenionensis Provinciae Prolegatus Philippus Bondelmontius Florentinus, benevolentiam & familiaritatem mihi conciliavit nobilis inter Carpentoracten ses, & Clarissimi inter Eruditos Viri* Josephi de Bimard la Bastie, *Baronis Montis Seleuci, & Regiae Parisiensis Inscriptionum Academiae Socii, unde studiis meis subsidium non leve partum fuit. Is enim prae ceteris generoso animo atque alacritate summa negotium meum veluti suum amplexus, nullum non movit lapidem, ut non solùm e finitimis Urbibus, sed & ex ipsa Graecia Lapidariam supellectilem mihi pararet. Immo nonnullas Dissertationes suas, magni ob ejus Eruditionem, criticumque judicium faciendas, ad me misit, quas lubentissime tamquam insigne ornamentum in meum hoc Opus intuli. Neque mihi reticendus est Clarissimus Vir* Thomassinus de Mazaugues, *Praeses Aquisextiensis, qui nuper illustrandam sibi antiquam Provincialium Linguam, atque Poësim proposuit. Et iste erga institutum meum pro viribus liberalem se praebuit. Reliquos de meo labore benemeritos Lectior suo loco accipiet.*

Ceterùm optandum foret, ut quicumque vetera Monumenta evulganda suscipiunt, singula suis possent oculis intueri, atque inde Epigrammata exscribere. Verùm nemo non agnoscat, quantum ab hujusmodi beata sorte ac diligentia alienus sit, qui ingens aedificium, quale hoc meum est, erigendum sibi proponit. Necesse heic est, alienis laboribus uti, ac fidere variarum Civitatum & regionum Scriptoribus, inter quos complures sunt, qui rite hujusmodi munus obeunt, sed certe non desunt, qui suo infeliciter officio funguntur. Praeterea innumera occurrunt Marmora, ita a tempore attrita, ut non quaedam literae tantùm, sed etiam integrae interdum lineae perierint. Inde quidquid supereſt, si commodum aliquem sensum pariat, dumtaxat haurias. Quod mirere, sunt & alii non pauci Lapides, e temporis dentibus erepti, in quibus Titulos scriptos unus hoc modo; alter alio legit. Doctissimos etiam Viros in ejusmodi monumentis exscribendis discordes non rarò vidi. Contingit hoc, ut reor, quod Literarum ductus non satis accurate Lectior suis oculis rimetur, exempli caussâ I. reputans, quod est L. aut P. aut T. sive C. credens, quod in marmore G. aut O. habetur. Sunt & qui dictiones, sine punctis continuatas, prave distinguunt. Id praecipue in Graecis Epigrammatis usuvenit, in quibus saepe sine ullo discrimine verba contexuntur atque uniuntur. Fortassis & ego in his (neque pudet dicere) hallucinatus fuerim, solidioris lectionis atque interpretationis laude aliis relictâ. Sunt & qui antiquas Inscriptiones sive ex ofcitantia, sive ex ignorantia tam infeliciter exscribunt, ut nullum sensum reddant, aut certe perquam deformatum exhibeant. Hisce minime caret Collectio haec mea, uti neque reliquae praecedentes. Denique nonnulli, quae non intelligunt, aut corrupta vident in Lapidibus, suopte ingenio mutant, supplent, emendant. Quod est quandoque liceat, aut fieri possit, ubi Librariorum veterum, vel recentiorum incuriae subveniendum sit, in Marmoribus tamen minime probandum, non una ratio docet.

Igitur ut ejusmodi vitia in Lapidarium regnum subingressa tollerentur, opus foret, iterum Marmora ipsa accuratius consulere, & quae prave haclenus descripta fuere, diligentiori studio restituere. Verùm cui, rogo, tantum temporis & pecuniae est, ut universa loca tam intra, quam extra Italiam, unde hucusque fuerunt vetustae Inscriptiones, percurrere velit ac possit? Gruterus certe, Reinesius, & Fabrettus nullum instituerunt iter, ut tantam Marmorum copiam nobis pararent. Quorum exemplo & ego usus, Syllogen istam, ut potui, concinnavi. Quod plus est, etiamsi tanti laboris quisquam patiens reperiretur, ejus tamen votis atque labori male procul dubio succederet. Atque heic noscat velim Lectior non satis notum Marmorum eruditorum infortunium. Digna illa plane forent, quae ob reverentiam antiquitatis atque ad usum Eruditionis, solicite custodirentur, atque ad ornamentum rei publicae, aut privatarum aedium in Musеis, in Conclavibus, in publicis Locis fixa & immota servarentur. Verùm quid stabile, quid tutum sub Sole?

Mors etiam Saxis, Marmoribusque venit. *Vix*

Vix dici poteſt, quantam perniciem ejuſmodi Lapidibus attulerit non ſolùm temporis edacitas, ſed etiam (idque gravius & frequentius) negligentia, inſcitia, & barbaries mortalium, atque in ipſis cultiſſimis noſtri ævi Civitatibus & locis. Si quis nunc quærenda & inviſenda ſuſciperet innumerabilia Marmora, unde eximium ſuum Theſaurum Gruterus conſtavit, vix tertiam, puto, eorum partem ſuperſtitem reperiret. Cauſſam petis? Quia indocti homines, nihili facientes veneranda antiquitatis fruſta, aut a Majoribus ſuis collecta, aut in effoſſionibus ſibi oblata, nullo negotio ipſa diſtrahunt, dilacerant, atque in omnem uſum, præcipue ædificiorum, ſine ullo diſcrimine diſperdunt. Alia deferuntur ad Marmorarios atque Statuarios, inhumanos videlicet antiquitatis lanios, qui, expunctis omnibus vetuſtatis notis, eadem ad nova quæque opera, prout utilitas poſcit, reformant, ſeu potius deformant. Denique non levis earum pars ad calcarias translata, atque igne ſoluta, calcem Marmorariis & Cæmentariis artificibus utilem præbet. Dominico Vandellio Mutinenſi, a me ſupra laudato, teſtabatur quidam Lapicida Ravennas, ſe ſupra quadraginta Marmora, Titulis antiquorum dicata, in calcem redegiſſe. Et ſane pleroſque Lapides, a Scriptoribus Ravennatibus jamdudum ad notitiam noſtram deductos, nunc ibi fruſtra requiras. In Libris quidem eadem Inſcriptiones vigent, at in Marmoribus periere. Id quoque in aliis Urbibus factum deprehendi, atque ego ipſe id Mutinæ animadverti, ubi complura Marmora in Libris veterum memorata nunc deſiderantur.

Nulla tamen Civitas hujuſce belli Lapidariæ provinciæ inlati crebriora magiſque deploranda exempla hactenus dedit, quàm Romana, omnium celeberrima ac princeps. Si illam dixero perpetuam literatorum Marmorum fodinam, tantæque inſuper opulentiæ, ut una omnes Italicas Urbes ſimul junctas, affluentiâ Antiquitatum effoſſarum, & adhuc emergentium, ſuperare poſſit, neminem, arbitror, contradicentem inveniam. Innumera inquam Monumenta ex pomœrio Urbis, præcipueque ex ſuburbanis cryptis & locis, per tria proxime præterita Sæcula in lucem prodiere. Neque facile enumeres tot alia, quæ ante paucos annos, & nuper etiam ibi eruderata fuerunt. Sed quid de iis factum? Jam dixi. Pleraque evanuere, in lanionum manus dilapſa. Noſtris autem temporibus Franciſcus Ficoronius, *cujus nomen cum voluptate repeto, nihil non egit, ut ab interitu eximeret, illaeſaque ſervaret complura ex hiſce Marmoribus; dignaque propterea viſa eſt non laude ſolùm, ſed & præmio illius ſolicitudo. Neque culpandam ævi tantùm noſtri ſocordiam putes. Vetuſtum eſt malum. Immo acriùs olim quàm nunc in Monumenta Veterum ſæviit maleſana indoctorum cæcicas, contemnentium, ſive irridentium rudera Antiquitatis. Teſtem heic habeo Fratrem* Johannem Jucundum, *de quo mihi ſupra facta fuit mentio. Is circiter Annum Chriſti 1490. ſuam vetuſtarum Inſcriptionum Syllogen dicans Ludovico de Agnellis Coſentino Archiepiſcopo, ad ipſum Epiſtolam dedit, quam ex Codice exſiſtente apud prælaudatum Marmium Mediceæ Bibliothecæ quondam Præfectum, ad me miſit Clariſſimus Gorius. Ego verò heic publici juris facere conſtitui.*

Frater Johannes Jucundus Veronenſis Reverendo in Chriſto Patri & Domino, Domino Ludovico de Agnellis Mantuano, divini muneris gratiâ Coſentino Archiepiſcopo Salutem plurimam dicit.

„ *PRiſca Urbis Romæ facies, venerande Pontifex, adeo eſt immutata, ut quæ in veterum Auctorum*
„ *Libris legimus, vix intelligere poſſimus. Atque illi ipſi, qui meliores ſe rerum priſcarum in-*
„ *quiſitores exiſtimant, ſæpenumero minus ſcire comperiantur; præſertim quia Auctores, qui hæc*
„ *ſcriptis mandavere, adeo mendoſi & corrupti ſunt, ut ipſi ſemet non recognoſcerent, ſi ad auras ite-*
„ *rum remearent. Quin etiam eſſi incorrupti haberentur, haud quaquam ſatis nobis eſſent, niſi*
„ *& nos videremus, quæ ipſi viderunt. Ruinæ tamen ipſius Urbis multæ exſtant, ex quibus item no-*
„ *væ ruinæ in dies fiunt. Quamobrem difficile eſt, de Epigrammatis, ceteriſque, quæ ſuperſunt, Ro-*
„ *manis reliquiis certi aliquid afferre, earum maxime, quæ mole non ſiſtunt ædificiorum. Nam quæ*
„ *hodie ſunt in Circo Flaminio, eras in Tarpejo Colle invenies. Atque utinam non in fornace potius,*
„ *vel ruſticæ domunculæ baſi! Quod enim a diligente olim in conſpicuo loco poſitum, ſixumque fuit, a*
„ *negligente & antiquitatis minime ſtudioſo mox erutum, & in fruſta dirjectum, equorum pedibus cal-*
„ *cari, conterique animadvertes. Sæpe itaque hujuſmodi oculis objectum ſpectaculum ad varia rerum*
„ *priſcarum indaganda monumenta tenue hoc meum movit ingenium, ne memorias Majorum noſtrorum*
„ *poſtremo quaſi excidio deperire per ignaviam viderem. Ad quam rem conficiendam quum neque opes,*
„ *neque facultas ſatis ſuppeterent, animum applicui ad ea dumtaxat, quæ ingenio, vigiliis, & indu-*
„ *ſtriâ, abſque ſumtu & impensâ fieri poſſe arbitratus ſum, quæque potentum mentes ſua pulcritudine*
„ *& bonitate excitare poſſent. Inter quæ Epigrammata pleraque collegi, quæ tuo auſpicio æterna*
„ *fieri, ac poſteritati tradi poſſint; quorum Marmora, æneaeque Tabulæ in horas franguntur, funduntur, pereunt.*

„ *Memoria me tenet multarum rerum, quas ipſe vidi, quaſque conſultò prætereo, ne mihi lacry-*
„ *mas, tibique Antiquitatis obſervantiſſimo excutiam. Referam tamen, quæ ab aliis accepi. Nam*
„ *præter Circos, Theatra, Amphiteatra, Thermas, Templa, Arcus, Columnas, Portices, Areas,*
„ *Mutatoria, Nymphea, Balnea, Capitolia, Antra, Atria, Sacella, Ædes, Ædiculas, Palatia,*
„ *Cohortium Excubitoria, Macella, Lacus, Inſulas, Bibliothecas, Horrea, Piſtrina, Pontes, Fora,*
„ *Aquæductus, Coloſſos, Naumachias, Sepulcra, Pyramides, Obeliſcos, Colles, Campos, Hortos,*
„ *Mœnia, Portus, Vivaria, Vias, Cellas, ceteraque hujuſmodi Loca & Ædificia, quorum aliqua*
„ *ita evulſa ſunt, ut non modò eorum pars nulla videatur, ſed, nec ubi fuerit, cognoſcatur; aliqua*
„ *verò, non ſine maximo animi dolore, tempeſtate hac noſtrâ deſtrui vidimus. Sunt, qui affirment, ma-*
„ *gnos ſe calcis cumulos ex ſolis Epigrammatum fragmentis vidiſſe congeſtos. Nec deſunt, qui glo-*
„ *rientur, totius ſuæ, & latæ quidem, domus fundamenta ex ſolis Statuarum membris jacta eſſe.*

„ *Quid*

„ *Quid est, quod non diras imprecemur bis sanctae vetustatis violatoribus? Scinderent alia, comburerent, abscinderent. Epigrammatis saltem ac Statuis parcerent, quae Majores nostri, tanto artificio* „ *ac dignitate elaborata, reliquere. Nam quid in illis, Venerande Praesul, argutiae, brevitatis, elegantiae, orthographiae: in istis symmetriae, perfectionis, gratiae, majestatis fuisse existimas, quum* „ *pauca, quae nostros non effugerunt oculos, tantam de se excitent admirationem, & priscorum ingenia monstrent consummatissima? Sed quid plura tibi in hoc genere commemorem, qui longe melius haec* „ *omnia nosti, & bene in hoc quoque, ut in ceteris Christianae Reipublicae negotiis, honestissime ac* „ *prudentissime consulis; dum Literas a situ vindicas, & ne pereant, in unum Volumen Epigrammata* „ *ipsa redigi jubes? Ego verò, etsi, ut dixi, arduum est, ex ruinis integrum aliquid eruere, tamen* „ *impulsu tuo quidquid diligentiâ & labore consequi potui, id omne huic Libro adscripsi. Et quamquam* „ *plura mihi sese offerrent, vel a me ipso parum cogitata, vel ab aliis utcumque excerpta, tamen prae-* „ *ter quae vidi, quaeque accurate exscripsi, in hoc Volumine nihil congessi, ut si non facultate & do-* „ *ctrinâ, fide tamen ac diligentiâ legentibus satisfacerem.*

„ *Quod si quam hinc Literarum studiosi capiant voluptatem, non mihi quidem, sed clementiae tuae* „ *referri debet acceptum; qui ad id me etiam literis compulisti, curante Bartholomaeo Sanvito, tui* „ *amantissimo, ut hoc, qualecumque est, opus nomini tuo meritoque dedicarim: quum unus sis, ad quem* „ *potissimùm pertineat cura Vetustatis, cujus studiosissimus semper fuisti, verum Latini nominis decus &* „ *lumen, in quo omnes bonae Artes conquiescunt. Vale feliciter, humani generis amor & deliciae.*

Haec Frater Jucundus, cui consonae sunt querelae Pyrrhi Ligorii, non uno in loco dolentis, aetate sua absorberi tot Marmora erudita ab aedificiis Romanis. Laurentium Pignorium, & alios, idem piaculum detestantes, mitto. Quare jam intelligat Lector, quale beneficium Reipublicae Literariae praestet quicumque vetera Monumenta, nulli parcens labori, colligit & exscribit, eaque aereis typis commendata evulgat. Non enim Eruditioni tantummodo ex illius consilio vastus aperitur campus, sed simul consulitur eorumdem Monumentorum indemnitati; quae etsi in Lapidibus aliquando deficiant, in Libris tamen spectari pergunt, diuturnamque vitam sibi ea ratione polliceri in posterum queunt. Atque huic mihi laudanda est earum Civitatum solicitudo, quae Marmora sua publicis in locis disposita, & numquam dimovenda e parietibus, quibus infixa sunt, quotidianis periculis excidii eripuerunt. Majori etiam encomio digni, qui Lapidarias Antiquitates venati, eas in Musea publica vel privata inlatas, ad omnium usum servant. Celeberrimum hac de re jamdiu fuit Arundelliani Comitis in magna Britannia Museum, in Oxonienſem postea Academiam translatum. Apud Italos verò habita olim insignia fuere Romana Musea Pomponii Laeti, Angeli Colotii, & Cardinalis Carpensis, quorum nunc ne vestigia quidem superstant. Medicei Principes, Strozzii, aliique Primates, Florentiae, Mediolani Comites Archinti, Museum quisque adhuc incolume ex hisce Monumentis instruxere. Nostris verò temporibus magnam sibi famam ac laudem comparavit Cl. V. Scipio Maffejus Marchio Veronenſis eo etiam titulo, quod ex nobili Marmorum congerie, incredibili studio & impensâ collectorum, publicum Patriae suae Museum constituit. Sed & egregiam rem praestitere Illustrissimus Farsettus in Ravennate Museo, Marchio Hercules Bevilacqua in Ferrarienſi constituendo. Kircherianum quoque Museum in Collegio Romano Patrum Societatis Jesu, ex ejusmodi Lapidum ornamento celebre jamdiu est in Literaria Republica. Omnia tamen ista longe superata videas a singulari magnificentia illius Musei, quod regio animo CLEMENS XII. *Pontifex Maximus nuper in Capitolio Romano excitavit & exornavit sub cura saepe a me laudati Marchionis Alexandri Capponii. Statuarum insignium, Anaglyptorum, Inscriptionum, aliarumque Antiquitatum copia & raritas, in unum ibi collecta, plus-ne voluptatis an admirationis spectatoribus pariat, decernere nescias.*

Sed ut est rerum humanarum conditio, sacratioribus quoque Musеis sua fata & pericula imminent. Seculo Christi Sextodecimo in eodem Capitolio Romano Marmora complura numerabantur, quae tamen subsequente tempore alió avolarunt, in alias nimirum domos aut regiones avecta. Ita Carpensis Cardinalis ditissimum Museum, contrariis heredum consiliis succumbens, disperptum fuit. Mutinae aetate mea, Caula pictor ad conterendos colores, porphyretico Marmore utebatur, nobilem Inscriptionem Graecam complectente, quod olim, Grutero teste, in eodem Carpensi Museo custodiebatur. Istud tamen in suum Veronense advehendum curavit Cl. Marchio Maffejus. Et profectò, non secus atque Numismata, innumeris transmigrationibus obnoxia sunt veterum Monumenta, ita ut nihil mirari opus interdum sit, si eumdem Lapidem diversis Musеis, aut Civitatibus Scriptores tribuant. Ingenti ejusmodi Lapidum cumulo nunc Florentia gloriatur. Exiguum, ut puto, numerum Civitas ista suppeditavit: reliquos Romanae Urbi debet. Ita ante paucos annos, ut jam praefatus sum, Ferdinandus Comes Marsilius ex eadem aeterna Urbe complura Marmora Bononiam advexit, quorum non pauca in Instituto Scientiarum, reliqua verò in aedibus Typographicis Patrum Praedicatorum ejusdem Urbis adservantur. Complura quoque in Gallia, in Germania offendas, ex agro Romano deducta. Patavina item non pauca Rhodigium: Aquilejenſia Utinum & Venetias translata fuere. Quàm immanem copiam ejusmodi mercium e Graecia, atque ex aliis Orientis locis, aut ex Aegypto, & Africa, deduxerint eruditi Galli, & Britanni, nihil attinet commemorare. Uno verbo nullum fere insigne Museum ostendas, si Romana excipias, quod ex aliarum Civitatum spoliis non coaluerit; utili tamen eventu: plerumque enim tutius ibi collecta, quàm alibi dispersa, servantur monumenta Antiquitatis.

Quod est ad hujusmodi monumentorum pretium, animadvertere juvat, non aliud heic evenire, quàm quod in publicis mundiis quotidie spectamus, in quibus nimirum exponuntur magni, mediocris, & vilis, immo & vilissimi pretii merces. Ita in praecedentibus Collectionibus complures inveniās Inscriptiones uberem eruditionis segetem praeferentes, alias parum, alias fere nihil ejusdem eruditionis exhibentes. Postremas hasce appellare possis quisquilias, utpote quod ibi nuda tantùm Nomina contineantur;

atque

atque haec (dissimulare nolo) nulli fortassis usui futura sunt, & praetermitti sine ullo dispendio possent. Attamen tantam sibi venerationem vel apud cordatos viros, neque immeritò, conciliavit Antiquitas, ut quodlibet ipsius fragmentum, si non magni faciendum, certè non contemnendum videatur. Quamobrem quod imperterrite antecessores praestitere, mihi quoque sine haesitatione praestandum duxi. Erunt & in mea Collectione Libertorum, Servorum, aliorumque humilium hominum Inscriptiones non paucae. Ne ego quidem locum iis negatum heic volui. Reliquiae sunt Antiquitatis; hoc se praerogativâ tuentur. Si non aliud, varia antiquorum Nomina & Cognomina nobis prodent. In primis verò cum voluptate audientur Nomina, quae ex priscis Germaniae, Galliarum, atque Hispaniarum gentibus originem trahunt. Servorum quoque Nomina post libertatem pro more servata, audire gratum est; eaque, uti & Libertorum, nos ducunt ad propius dignoscendas potentiores Romanorum Familias. Praeterea in ipsis quoque minutioribus Titulis interdum occurrunt formulae non vulgares, idiotismi, barbarismi, solocismi, testantes videlicet, qualis tunc esset faeies & conditio Linguae Latinae, saltem apud infimum & indoctum vulgus, ac propterea benevolo animo excipiendi. Id praesertim animadvertas in Christianis Inscriptionibus priorum Saeculorum, quas, quantâ potui, diligentiâ collegi.

Curae verò mihi fuit, nullam in Syntagma hoc meum inferre Inscriptionem, quae antea prodierit in Libris Gruteri, Reinesii, Sponii, atque Fabretti, nisi quando correctiorem, aut pleniorem dare posse mihi visus sum: quod etiam adnotavi. Attamen praestare minime queo, quin aliqua contra consilium meum irrepserit ab iis edita, & praecipue a Sponio. Nam, uti norunt Eruditi, cum in ejus, tum in Fabretti Libris Indices desiderantur; quo adminiculo atque ornamento quaecumque Marmorum Collectio caret, manca omnino & informis est appellanda. Indiculum mihi paravi ad Inscriptiones Fabretti, at parem nequaquam laborem ad Sponianas adsumsi. Oxonienses Marmora, & Antiquitates Asiaticas, egregium Chisullii V. Cl. opus, minime attigi. Ad Gudianas Inscriptiones quod attinet, eas quidem teneo; verùm ubi animadverti, potiorem illarum partem ex Pyrrhi Ligorii scriniis fuisse depromtam, cujus fides dubia & subiesta est apud Eruditorum non paucos, uti infra ad Classem I. non diffitebor, ipsamque praeterea Collectionem incuriâ Editorum perfecto Indice fraudatam fuisse: eam insalutatam dimisi, ac si ignota prorsus mihi fuisset. Eoque magis id mihi licere sum arbitratus, quod permultas ex meis Ligorianis apud ipsum expiscatus, desiderari illic animadverti, ita ut is aliis fontibus ac Tomis usus videatur, quibus non eadem forsitan erat sinceritas & legitima origo, atque in Farnesianis Ligorii Tomis. Quod si quid fortè Lector in hoc Opere offendat, quod in praecipuis praecedentium Collectionum Libris occurrat, non id vitio mihi tribuendum a benevolis Lectoribus spero. Excusandum potiùs erit exemplo aliorum, qui post Gruterum ejusmodi suscepere provinciam, & quae ille, aut Reinesius jam dederat, nolentes rursus dedere. Perpetuo quoque meminerit Lector velim, longe ab oculis meis tradita haec fuisse proelo; quamvis enim Amicus meus, ac de Republica Literaria optime meritus, Philippus Argelatus *a Secretis Augustissimi Caesaris, qui editionis curam suscepit, nulli diligentiae pepercerit, ut emendata, & absque naevis prodiret: attamen jam omnibus notum est ab oscitantia eorum, qui torcularia premunt, neminem esse immunem.*

Fastos Consulares, quibuscumque potui, Inscriptionibus ornavi. Immo integros occasione istâ accepisse Lectorem, ut puto, non pigebit. Fuerunt, qui eosdem ab exordio deduxere usque ad initium Epochae Christianae. Stampa usque ad Annum Christi 284. omissis Consulum subsequentium laterculis. Contra Tillemontius Consules nobis enumerare tantummodo exorsus fuit a Tiberii Augusti temporibus. Seriùs etiam Relandus iter suum instituit, quum ab Anno Christi 146. illius labor procedat, ita ut praecedentes Consulatus in eorum Libris desideres. Itaque non inutilem neque ingratam rem praestiturum me censui, si Fastos Consulares completos exhiberem, ut uno in Libro Consules omnes, quotquot fuere, conjunctos habeat in posterum Lector. Postremo tamdem loco monitum hoc volo, me non exiguo labore hactenus collegisse quotquot Marmora potui. Alia tamen complura sunt, quae inquisitionem meam effugisse arbitror; neque enim Historiae, Librique omnes, in queis ejusmodi merces consueverunt exponi, praesto mihi fuerunt; neque mihi licuit e Patria efferre pedem, ut plura inde Operi meo subsidia compararem. Verùm, si comes vitae erit, nihil antiquius ducam, quàm cetera expiscari Marmora tum hucusque edita, tum identidem ab Eruditis evulganda, atque Additamentum, pro ut res feret, inde confectum parare proelo, ne quid desit amatoribus hujusce Eruditionis. Consilium verò meum si mors intercipiet, aliquis, ut spero, post me exsurget, qui laborem meum, & fortassis etiam felicioribus auspiciis, continuandum suscipiet. Quamobrem quicumque suarum Urbium gloriam amant, ac dignitatem tuentur, si quid Inscriptionum noverint in praecedentibus Collectionibus, ac demum in mea praetermissum, grandi me beneficio, simulque Literariam Rempublicam obstringent, ubi conferre illud in rem meam, hoc est, ad me mittere velint.

ELENCHUS

TOMI PRIMI.

Josephi Bimardi Montis Seleuci Baronis Dissertationes, & Epistolæ. pag. 1.

DE DIIS ANTIQUORUM Classis Prima. pag. I.

TEMPLA, AEDES, ARAE, DONA SACRA, KALENDARIA, Classis Secunda. pag. CXV.

PONTIFICES, SACERDOTES, ALIIQUE SACRORUM MINISTRI, Classis Tertia. pag. CLI.

AUGUSTI, CAESARES, ac REGES, Classis Quarta. pag. CCXIX.

CONSULES, Classis Quincta. pag. CCLXXI.

OPERA, & LOCA PUBLICA, & PRIVATA, Classis Sexta. pag. CDXLI.

COLLEGIA VARIA, Classis Septima. pag. DXI.

CONfecto insigni, vastoque Opere *Rerum Italicarum*, quo depulsam vidimus ab Historia caliginem temporum superiorum, & evulgato jam typis Mediolanensibus primo Volumine *Antiquitatum Italicarum Medii Ævi*, censeri potuisset exaustum Argumentum omne illustrandæ nobiliùs antiquæ eruditionis; cùm ecce mihi percurrendum exhibetur novum egregium Opus, *Thesaurus* nempe *veterum Inscriptionum*, cujus ope, post Diplomata, & Codices à carie ac pulvere vindicatos, marmora ipsa, & exesi lapides Græcis, Latinisque characteribus insculpti, e latebris ac ruderibus in publicam lucem proferuntur. Quanta hinc leges reconditæ eruditionis colligi possit, quantoque à Literatis Viris plausu excipi valeat hic labor à Clarissimo Viro Ludovico Antonio Muratorio susceptus, iis omnibus compertum est, qui antiquitatem omnem excusserunt, ut pretiosis hisce fragmentis Literariam Rempublicam locupletarent. Quod ad provinciam meam attinet, obtemperandi mandatis Reverendissimi Patris F. Johannis Dominici Libonii Generalis contra Hæreticam pravitatem Inquisitoris, affirmare non dubito, hujus Voluminis editionem nullum Fidei, bonisque moribus impedimentum afferre, multum verò Literariis Studiis alendis, augendisque profuturam, meque ideo subscripsi.

Ex Ædibus Bibliothecæ Ambrosianæ prid. Kalend. Maji MDCCXXXIX.

Joseph Antonius Saxius S. T. D. Sanctorum Ambrosii & Caroli Oblatus Collegio & Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus.

Die III. Julii MDCCXXXIX.

IMPRIMATUR.

F. Jo. Dominicus Liboni Inquisitor Generalis S. Offitii Mediolani.

Carolus Franciscus Curionus Archipresbyter S. Eusebii pro Eminentiss. ac Reverendiss. D. D. Card. CAJETANO STAMPA Archiepiscopo.

Carlius pro Excellentissimo Senatu.

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

V. C L.

JOSEPH BIMARDUS,

BARO MONTIS SELEUCI.

SUppeditatis jam antiquis Inſcriptionibus fere ſeptingentis, quas aut ex Libris editis, aut ex MStis Codicibus, vel ex Marmoribus ipſis, non modico labore hinc inde exſcripſi; aut denique quas ab Amicis, variis in locis degentibus, accepi, quibus ampliſſima tua horumce Monumentorum Collectio locupletior evadat; additiſque nonnumquam Notis, ſed omnino brevibus, ut inſtituti ratio ferebat, & ad reſtituendam, aut indicandam mutilorum, corruptorum-ve locorum lectionem, fere tantùm idoneis: libet nunc, Doctiſſime Muratori, de pauculis paulo illuſtrioribus tecum liberius colloqui.

CAP. I.

AC primo quidem, en tibi fragmentum ſatis nobile Inſcriptionis, quâ enarrabantur geſta Servilis belli, quod adversùs Spartacum, Crixumque, & alios Gladiatores & Servos fugitivos initum eſt Anno U. C. 680., & tertio poſt Anno a M. Craſſo confectum. Illud adeo mutilum ad nos perveniſſe, omnino dolendum eſt: quale quale tamen ſuperſuit, minime tum propter dignitatem, tum ob antiquitatem, diutiùs occultandum duxi, & nunc oculis ſubjicio, ad amuſſim reſpondens exemplari, quod inter ſchedas Jacobi Auguſtini *de Chevanes* J. C. quondam Divionenſis, ſummâ fide exſcripſi Anno 1728.

A

1.

. . . . . .
NI IORRERE QVIT PRAETER
S . . . CIEM BELLO NECESSARIO
HAVD MVLTO SECVS QVAM
FERRO NOCERI POTERAT AT
VARINIVS DVM HAEC AGVN
TVR A FVGITIVIS AEGRA PAR
TE MILITVM AVTVMNI GRA
VITATE NEQVE EX POSTREMA
FVGA CVM SEVERO EDICTO
(a) IVVERENTVR AD SIG
NA (b) DEEVNTIBVS ET QVI RELI
QVI ERANT PER SVMMA FLA
GITIA DE TRACTANTIB MILI
TIAM QVAESTOREM SVVM
C. THORANIVM EX QVO PRE
SENTE VERA FACILLIME NOS (c)
CERENT VM (d) MISERANT ET TA
MEN INTERIM QVOM VO
LENTIB NVMERO QVATVOR

(a) *lege*: IVBERENTVR.
(b) COEVNTIBVS.
(c) NOSCERENTVR.

B

2.

. . . . . .
IN S CONVERTERENT
INTVS MVLTA IAM LVCE
DERANS SOLITA A FVLI
ONO ACTAE ET IN CASS
NI ICTVS SI ARIDVM
STREPITVS TVMVL
I CON RES VNDIQ
VM MITTIT EQVITIS
VM CIRCVM PRO
VI EXE ORARENT
PRO TIRE VESTI
S CREDENS IO
OTA MENAG
. . . . . PAVENS SE . . . . .
. . . . . M DVPLI . . . . . .
. . . . . VM A . . . . . .
. . . . . DA . . . . . .
. . . . . .

C

3.

. . . . . .
NIS OPERIS COMMVN
DEINDE FVGITIVI (e) CON
TIS IAM ALIMENTIS NEP
DANTIB EX PROPINQ
TIS INSTAR ET SOLITIA
LITIAE VIGILIAS STA (f)
Q ET ALIA MVNIA ES
SECVNDA VIGILIA
CVNCTI EGREDIV
LICTO BVCINA
TRIS ET AD VIGIL
PROCVL VISEN
XERANT FVLT
RECENTI AC
BRO SIGN
MIDIN
RIN
TV

(d) *lege*: MISERAT.
(e) CONSVMTIS.
(f) STATIONES.

4

. . . . . .
ALIQVOD DIES CONTRA MO
REM FIDVCIA AVGERINVS (g)
TRIS COEPIT ET PROMI LINGV
QVA VARINIVS CONTRA S
PECTATAM REM INCAVTAE (h)
MOTVS NOVOS INCOGNITO
Q. ET ALIORVM CASIBVS PER
CVLSOS MILITES DVCIT TAMẼ
AD CASTRA FVGITIVORVM
PRESSO GRADV SILENTIS IAM
NEQ. TAM MAGNIFICE SVMẼ
TIS PROELIVM QVAM POSTV
LAVERANT ATQ. ILLI CERTA
MINI CONSILII INTER SE IVS
TA SEDITIONEM ERANT CRI
XO ET GENTIS EIVSDEM GAL
LIS ATQ. GERMANIS OBVIAM
IRE ET VLTRO FERRE PVGNĀ
CVPIENTIBVS CONTRA SPARTA

5.

INGRES
TANT ESE ILLVDEBANT SIM L
NEFANDVM IN MODVM PER
VERSO VOLNERE ET INTER
DVM LACERVM CORPVS SE
MIANIMVM OMITTENTES
ALII IN TECTA IACEBANT IG
NIS MVLTIQ EX LOCO SER
VI QVOS INGENIVM SOCI
OS DABAT ABDITA A DOMI
NIS AVT IPSOS TRAHEBANT
EX OCCVLTO NEQ SANCTV̄
AVT NEFANDVM QVICQVĀ
FVIT IRAE BARBARORVM
ET SERVILI INGENIO QVAE
SPARTACVS NEQVIENS PRO
HIBERE MVLTIS PRECIB QVO (i)
MORARET CELERITATE PRAE
VERTERE NVNTIOS

6.

CON . . . . . .
TIMILIRVIT . . . . . .
CEPS MONET IN . . . . .
AGROS MALISQ PE VRIO
VE EGREDIANTOR VBI PRI
QVAM RELIGIO (k) EXERCITV
ADESSE VARINIVS AVGER
TVR NVMERO SELECTIS VIR
ET PROPERE NANCTVS IDO
NEVM ET CALLIVIS DVCIS
ET CENTINIS DEINDE EBVR
NIS IVGIS OCCVLTIVS AD N
RIS LVCANAS ATQ. INDE PRI
MA LVCE PERVENIT AD N
NI FORVM IGNARIS CVL
RIB AC STATIM FVGITIVI CO
TRA PRAECEPTVM DVCIS
RAPERE AD SE VIRVM VIR
NES MATR ET ALII C

(g) *lege*: AVGERI NOSTRIS.
(h) INCAVTE.
(i) QVVM ORARET.
(k) RELIQVO.
(l) Lib. III. pag. 188.
(m) Lib. XXIX. Cap. ultim.
(n) De Orator. Lib. II. 12.
(o) Lib. IV. Cap. 7. & 20.
(p) Annal. Lib. XV. Cap. 74.

A Nedum vehementer optandum eſſet, integriora hæc fragmenta ad nos pervenisſe, ſed & ipſum Chevaneum adnotaſſe, unde ea habuiſſet: an ex marmoreâ columnâ, aut æreâ laminâ; ex Lapide, aut Codice quodam antiquo; an denique Romæ, aut alibi iotra, vel extra Italiæ fines reperta eſſent. Nihilominus meram antiquitatem redolent, & nonnulla eos edocent, quæ in Hiſtoriis ſuperſtitibus fruſtra quæſieris. Priſci homines non ſolùm votorum, donariorum, ſtatuarum, Inſcriptiones, Magiſtratuum catalogos, publica Decreta marmoreis tabulis, æreis-ve mandarunt, ſed etiam rerum geſtarum memorias. Incidit Polybius (l) Lacinii in aheneam Tabulam, in qua Hannibal rerum a ſe geſtarum ſeriem accurate expoſuerat, atque inde hiſtoriæ ſuæ facem accendit. Hunc fuiſſe Titulum æræ, quam
B Junoni Laciniæ dedicavit Hannibal, Græcis, Punicisque literis ſcriptum, tradit Livius (m). Quæcumque Romani publice gererent, quolibet anno literis mandabant Pontifices Maximi, qui ea in album referebant, & domi in Tabula proponebant. Ii erant *Annales Maximi*, quorum auctoritatem toties advocant Livius, alique. De his Cicero: (n) *erat enim Hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium confectio: cujus rei memoriæque publicæ retinendæ cauſſâ, ab initio rerum Romanarum, uſque ad P. Mucium Pontificem Maximum, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet Populo cognoſcendi: ii qui etiam nunc Annales Maximi vocantur*. Quamvis autem deſiiſſe innuat Cicero poſt P. Mucium Pontificem Maximum, ideſt Anno U.C. 623. uſum, Annales in domo Pontificis Maximi publice
C proponendi, attamen fieri non deſierunt, & in Libris linteis, ſicut antea ſcribebantur, quos in Æde Monetæ adſervatos teſtatur Livius (o). Annalibus ſane mandatas res illuſtriores ſub Cæſaribus videbis apud Tacitum (p); Librorumque linteorum, e quibus multa ad Hiſtoriam Auguſtorum depromſit Vopiſcus (q), ipſe non uno io loco meminit.

Annalium Maximorum, aut Librorum linteorum pars quædam fuiſſe videntur fragmenta Chevanea; quâ geſta Anni U. C. 680. adversùs Servos fugitivos ſuſe enarrabantur. Prætorem illius anni, quem contra Spartacum & ſocios miſſum oarrant Hiſtorici, Πομπήιον Βεζίνα vocat Plutarchus (r). *Publium Varenum* Epitome Liviana (ſ) Οὐαρίνιον Γλάβρον Appianus (t), a quo & hiſce fragmentis docemur, integrum illius nomen fuiſſe P. *Varinius Glaber*, unde emendandum patet ejus
D nomen apud alios, tum apud Ciceronem (u), a quo *Publius Varinus Prætor* nuncupatur. De *Glabri* verò Cognomine fruſtra laborat Sigonius (x), ut illud Publio Varinio abjudicet, & Legato ejus *Clodio* tribuat, quandoquidem Livius (ſi qua fides Epitomatori) *Clodium Pulchrum* dixerit, & *Pulchri* Cognomen tam in *Clodiâ* gente commune ſit, quàm illud alterum *Glabri* inauditum. Corrupti ſunt præterea Plutarchi Codices, in alteto ex Cognominibus illius Lentuli, ex cujus ludo effugêre Gladiatores, qui bellum Servile excitarunt, quum ibi legatur (y): Λέντλον τὸν Βατιάτον. Quis enim *Battiati* Cognomen in familia Lentulorum uſquam legit? Legendum meo periculo: Λέντλον Βάκκα, ideſt *Lentuli Vatiæ*, aut *Vacciæ*, quod idem eſt, ut jam probe monuit Andreas Schottus in ſupplemento Annalium Pighianorum (z). Habemus enim *Lentulum Vacciam* apud Ciceronem (a).
E Eſt præterea in hiſce noſtris fragmentis nomen Quæſtoris, qui cum P. Varinio Glabro erat, ſine quibus numquam hunc C. Thoranium fuiſſe ſciſſemus. Is verò C. Thoranius idem omnino fuit, meâ quidem ſententiâ, qui poſtea ſenex, & Prætorius, prodente proprio filio C. Thoranio, in Triumvirali proſcriptione pe-

(q) In Aurelian. 1. & 8.
(r) Craſſ. pag. 548.
(ſ) Epitom. Lib. 95.
(t) Civ. Lib. I. pag. 205.
(u) Pro Flacc. 19.
(x) In Faſt. ad An. 680. P. M. 205.
(y) Craſſ. pag. 547.
(z) Annal. P. R. Tom. III. pag. 366.
(a) Epiſt. ad Quint. Fratr. Lib. 2. 3.

perit ; quod non ſine indignatione refert Valerius Maximus (b). In quem verò Annum inciderit ejus Prætura, quam Anno U. C. 692. alligat Pighius (c) nullo teſte, nullis argumentis, ſaltem probabilibus, minime definire auſim. Quantum verò terroris & formidinis militibus Romanis incuſſiſſent primæ Servorum victoriæ, docet primum fragmentum, ubi vides milites fuga elapſos e primis certaminibus, quæ cum fugitivis contexuiſſe Clodium Pulchrum, Furium, & Coſſinium tradit Plutarchus (d), etſi ſevero edicto juſſos ad ſigna reverti, minime paruiſſe, multoſque detrectaſſe militiam, ita ut vix cum quatuor millibus versùs hoſtem ire potuerit Varinius. Habes in quarto, milites aliquantulum fiduciæ dein oſtentaſſe, quæ res induxit Varinium, ut incaute eos ad caſtra fugitivorum oppugnanda duceret, quamvis novos & præteritis caſibus perculſos. Ea omnia in primis conſentanea ſunt narrationi Appiani (e), qui ait Varinium & Valerium babuiſſe : οἱ στρατιῶται ἐρεθίσαι, ἀπ' ἴσου ἐς μάχῃ καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ : ideoque & hi quoque victi ſunt, & apte fugitivorum Servorum manus effugit Varinius. Porro dum exercitum adversùs eos duceret, res propter diverſas Ducum ſententias in illorum caſtris ad ſeditionem ſpectaſſe, docet idem fragmentum. Quum Crixus, qui Gallus erat, adhærentibus Gallis ſuis & Germanis, Prætori obviam ire ſuaderet, & ultro pugnam inferre : contrarium verò ſentiret Spartacus, & ſortè aut loco ſe tueri, aut alio verſum tendere ; viciſſe Crixi, ſuorumque ſententiam, argumento eſt Varinii clades ab omnibus Hiſtoricis memorata. In quinto denique fragmento nonnulla ſunt, quæ ad incendia, cædes, vaſtationeſque a Servis victoribus patratas ſpectant, quas breviter perſtrinxit Florus (f). Invito Spartaco illa omnia contigiſſe hoc tantùm legimus. Indicat fragmentum ſextum, quâ viâ Q. Varinius adversùs fugitivos perrexerit, atque contra Spartacum duxerit SELECTOS milites, PRIVSQVAM RELIQVO EXERCITV AVGERETVR, quum PROPERE NANCTVS eſſet IDONEVM EX CAPTIVIS DVCEM : ſed quum duo hæc nomina nihili ſint, & prorſus incognita, legerem primò SETINIS, niſi nimium hinc abeſſet *Setia* Volſcorum Urbs, de cua & ejus collibus multa Cluverius (g). Propior eſſe debuit *Sontia* Lucanorum Civitas, cujus oppidani *Sontini* dicuntur a Plinio (h) : quare potius SONTINIS legendum arbitror ; & poſtea ALBVRNIS ; juxta enim loca, de quibus agitur, ſitus erat *Mons Alburnus*, Virgilio, multiſque aliis memoratus. Sequitur in fragmento noſtro : OCCVLTIVS AD N RIS LVCANAS ATQ INDE PRIMA LVCE PERVENIT AD N NI FORVM. Hæc non parum corrupta ſunt. In eodem Lucaniæ tractu, inter Silarum & Craterem amnes Tabula Peutingeriana (i) recenſet *Nares Lucanas*, IX. ab Alerronia millibus, versùs Silarum, & iis conterminum locat *Forum Popilii*, inter Alerroniam & Nerulos. Inde fortaſſis ſupplenda & emendanda eſt noſtra Inſcriptio, legendo AD NARES LVCANAS, & paulo poſt ad POPILI FORVM. Ceterum in Plutarcho (l) legimus, victo Varinio Spartacum ſapienter ſuis auctorem fuiſſe, ut curſu versùs Alpes inſtituto, iiſque ſuperatis, in ſuam quiſque liberi patriam reverterentur ; ſed Servos ſucceſſibus elatos prudens conſilium repudiaſſe, & rapinis cædibuſque per totam fere Italiam indulgere maluiſſe. Plura fortaſſis ex pretioſis iſtis fragmentis erui poſſent, ſed eſt aliquis etiam alienæ induſtriæ locus relinquendus.

(b) Lib. XI. Cap. 123.
(c) Annal. Tom. III. pag. 338.
(d) Criſ. pag. 347. & 545.
(e) Sup. pag. 205.
(f) Lib. III. Cap. 19.
(g) Ital. Antiq. Lib. III. Cap. 4.
(h) Lib. III. Cap. 4.
(i) Tab. Peutinger. Segment. 6.
(l) Craſ. pag. 548.

CAP. II.

PRolixiori monumento accedet aliud breviſſimum, & priori fere ætate par. Epitaphium ſcilicet Latino-Græcum, in exiguo marmore ſcriptum, quod Smyrnâ cum aliis allatum eſt ad Illuſtriſs. virum Cardinum *Le Bret*, Senatus Aquiſextienſis primarium Præſidem, & Gallo-provinciæ Præfectum, Anno 1730. nunc apud heredes aſſervatur *Cellis* in Biturigum Cuborum finibus.

POMPEIA CN F
MAGNA
ΠΟΜΠΕΙΑ ΜΑΓΝΑ

Nobiliſſimæ feminæ exiguum ſane monumentum exhibet Marmor, nullo ornatu luxurians. Antiquum ſapit Epigrammatis brevitas ; nam labente Reipublicâ, etſi omnia iere in deterius ruerent, ſupererant nihilominus quædam priſtinæ modeſtiæ ſcintillæ. Funera quidem majore quàm antea ſumtu ducebantur, ſed nondum prolixam hanc honorum aut a defunctis, aut ab eorum parentibus geſtorum ſeriem oſtentabant elogia tumulis inſculpta. Solum ſepulti nomen, paterno comitatum prænomine, plerumque legebatur ; & hoc eſt quod *breve nomen* dixit Propertius (m), cujus ætas in ea incidit tempora, quibus non penitus evanuerant priſcæ ſimplicitatis veſtigia :

Quandocumque igitur vitam mea fata repoſcent,
Et breve in exiguo marmore nomen ero.

quaſi diceret, marmoreæ urnæ, cui ipſius reliquiæ committendæ erant, nudum nomen inſcriptum iri. Oculis igitur uſurpare mihi licuit marmor ἀντιφίλου filiæ Magni Pompeji. Sed quæ illa fuerit, conjecturis potius quam invictis argumentis definiri poteſt. Egregie verò falſi ſunt, qui filiam a Pompejo Smyrnæ terrâ conditam ſomniarunt (n), quum ipſæ Pharſaliæ ſuſus in Ægyptum navibus ferretur ; aut eam ſecure Româ avexiſſet, & cum exercitu circumduxiſſet ; aut fane in Lesbon Inſulam cum uxore Corneliâ amandaſſet, eventum belli civilis præſtolaturus, ibique eas unâ recepiſſet, quum fugeret. At Scriptorum ne unus quidem de filia Pompeji, fugæ patris comite, quidquam docuit. Quumque Pompejus Cæſarem, ſuſis in Hiſpania Afranio & Petrejo, in Græciam trajectutum prælentiens, Corneliam Lesbon tendere voluit. Lucanus (o), qui coniugum illorum diſceſſum graphice deſcribit, de filia verbum non addidit, quamvis id ad ciendos affectus non parùm idoneum fuiſſet ; Cornelamque ſolam fuiſſe ſatis aperte docet hoc verſu :

Fida comes Magni vadit duce ſola reliſto.

Sed nec aliquem ex Pompeji liberis Lesbi fuiſſe cum Cornelia memorant præter Sextum Pompejum, ex duobus filiis juniorem Dio (p), Plutarchus (q), & Appianus (r). Hic tamen in eo fallitur, quod Sextum tunc ἐν παιδὶ, & μετὰ τὸν μητρὸς ſepoſitum Mitylene fuiſſe narrat. Quum enim Anno U. C. 719. quo occiſus eſt, annum ageret ætatis XL. Anno U. C. 706. jam vigeſimum ſeptimum annum agebat. Neque filius eſſe potuit Corneliæ, quæ Anno tantùm U. C. 701. aut 702. Pompejo patri nupſerat. Quare in textu Appiani, loco τὸν μητρὸς omnino legendum eſt τὸν πατρώιον. Alii tamen Scriptores minime Lesbi cum Cornelia fuiſſe Sextum ſignificant. Vellejus Paterculus (ſ) eum in exercitu, aut ſaltem in Græcia fuiſſe, quum ad Pharſaliam pugnatum eſt, innuere videtur, ubi de fugâ Pompeji ita inquit : *Pompejus profugiens cum duobus Lentulis Conſularibus, Sextoque filio, & Favonio prætorio, quos comites ei fortuna aggregaverat*. Quin etiam Lucanus, (t) quum jam Mitylene ſolviſſet Pompejus, ei obviam factum Sextum filium cum aliis, qui e clade Pharſalica evaſerant, bis verſibus tradidit :

Spar-

(m) Lib. II. Ecl. 1. 21. 81. 82.
(n) Vide Explicationem Marm. Græc. de Aq. Sext. An. 1735.
(o) Lib. V. a verſ. 735.
(p) Lib. XLII. P. M. 209.
(q) Pompej. pag. 658.
(r) Civ. Lib. V. pag. 389. edition. Car. Stephani.
(ſ) Lib. II. Cap. 53.
(t) Lib. VIII. verſ. 203.

Sparſus ab Emathiâ fugit quicumque procella.
Aſſequitur Magnum: primuſque a littore Lesbi
Occurrit Gnatus, procerum mox turba fidelis.

Quomodocumque ſe res habuerit, in caſtris, aut cum Corneliâ egerit Sextus, nulla tamen aut cum illâ, aut cum Pompejo Filia fuiſſe narratur. Et ſi quamdam fuiſſe concederemus, minime illa ſepeliri tunc potuit Smyrnæ, quam non adiit Pompejus. Illius fugæ quoddam, ut ita dicam, Itinerarium accurate texuit Lucanus (u), eum Mitylene digreſſum, Chion inſulam prætervectum, per Itariæ ſcopulos, Colophona, Epheſumque relinquentem (ad lævam ſcilicet) Sami ſaxa rafiſſe, inde Gnidum, & Rhodum præteriiſſe, & mare ad Telmiſſum navigato primam intraſſe Phaſelidem (x):

. . . . . Nec ſe committere muris
Auſus adhuc ullis, te primùm, parva Phaſelis
Magnus adit. . . . . .

Plutarchus (y) ſcribit, Pompejum primùm Attaliam ſubiiſſe. Vicinæ erant Phaſelis & Artalia. Illa extrema erat Urbium Lyciæ, ab altera erat Pamphyliæ initium, ita ut minima ſit hæc diſcrepantia, neque efficiat, quo minus verum ſit, Pompejum nequaquam navibus exiiſſe, aut ad ullam Urbem acceſſiſſe priuſquam poſtremum Lyciæ, aut primum Pampbyliæ oppidum ſubierit. Unde non minus certum ſit, eum nullo modo Smyrnam divertiſſe, quæ minime ei in viâ occurrebat, eumque a recto tramite multum deflectere coëgiſſet, curſuique, quo citatiſſimo utebatur, moram non modicam injeciſſet. Conjecturam igitur de filia Pompeji, ab eo poſt Pharſalicam pugnam in Ægyptum tendente, Smyrnæ ſepultam, non eſt quod Auctori ſuo invideamus.

Uxores quinque habuit Pompejus, Antiſtiam, Æmiliam, Muciam, Juliam, & Corneliam. Tres eum ex Mucia liberos ſuſcepiſſe, quo tempore divortium cum ea fecit, babes apud Svetonium (z). Horum duo mares erant, *Cnejus* poſt Mundenſe prælium a Cæſarianis interfectus, & *Sextus*. Filiam præterea ex Mucia ei natam argumento eſt, quod duorum tantùm filiorum meminerint Hiſtorici, filias verò plures ei tribuant. Ex his una Fauſto Syllæ deſtinata eſt, dein Cæpioni deſponſata, poſtea a Julio Cæſare expetita, ſed tamdem Fauſto, cui primum promiſſa fuerat, tradita (a). Altera fuit mater Cneji Coraelii Cinnæ Magni Conſulis Anno U. C. 758. quem Pompeji ex filia nepotem, Θυγατριδοῦν ait Dio (b), cui aſſentitur Seneca (c). Tertia deniqne Patri etiam ſuperſtes, in Sicilia apud Sextum fratrem erat Anno U. C. 714. uti videre eſt in his Svetonii de Tiberio, qui poſtea imperavit (d): *munera, quibus à Pompeja Sexti Sorore in Sicilia donatus eſt, chlamys, & fibula, item bullæ aureæ durant, oſtenduntuque adhuc Bajis*. Loquitur ille de fugâ Liviæ poſt bellum Peruſinum, qua ſe cum filio Tiberio tunc bimulo belli eaſibus in Siciliam ſubduxit: de qua ſatis multa Vellejus (e).

Ex tribus bis Pompeji filiabus, quas ſolas in antiquis Scriptoribus memoratas reperies, ea demum eligenda eſt, quæ Smyrnæ ſepulturæ mandari potuit. Ac primo quidem veriſimile mihi non videtur, hanc-ce noſtram aut Fauſti Syllæ, at Lucii Cinnæ uxorem fuiſſe, quum nulla in marmore mariti fiat mentio, quamvis utraque virum ex nobiliſſima familia fortita eſſet, atque etiam geſtis honoribus inſignem. Nullus enim dubito, quin *Lucius* ille *Cinna* Pompejæ maritus, idem ille ſit, qui, quum præturam gereret, conſcius cædis Julii Cæſaris fuit (f). Quamobrem errore nominis alter Cinna Tribunus Plebis a Populo furente, magnoque Cæſaris deſiderio percito, occiſus eſt. Virorum autem nomina mulierum elogiis ſepulcralibus tunc inſcribi ſolita, oſtendunt hæc Propertii (g) de Cornelia Pauli Lepidi uxore, quam ita loquentem inducit:

Jungor, Paule, tuo non diſceſſura cubili.
In Lapide hoc, uni nupta fuiſſe legar.

Sic & apud Lucanum (b) Marcia Catonem, ad quem mortuo Hortenſio redierat, affatur:

. . . . liceat tumulo ſcripſiſſe: CATONIS
MARCIA . . . . . .

Ita denique in Epitaphin Cæciliæ Metellæ, huic noſtro ætate & ſimplicitate omnino pari, quale poſt Panvinium a Grutero (i) refertur:

CAECILIAE Q. CRETICI
F
METELLAE CRASSI

Præterea quâ de cauſâ Smyrnam migraſſet Pompeja Fauſti Syllæ uxor, quum ei Romæ liceret vivere? Scribit Auctor belli Africani (k), poſt interfectum Fauſtum Syllam, Cæſarem *Pompejæ cum Fauſti liberis incolumitatem, ſuaque omnia conſervaſſe*. Sed turbat aliquantulum heic Florus (l), qui innuere videtur, occiſos quoque Fauſti liberos juſſu Cæſaris: *nemo cæſus imperio præter Afranium: ſatis ignoverat ſemel; & Fauſtum Syllam; didicerat generum timere: filiamque Pompeji cum patruelibus ex Sylla; ſic poſteris cavebatur*. Sed multo potior mihi eſt fides Scriptoris belli Africani, qui his rebus interfuit, & adſtipulantem habet Appianum (m), qui ait, Cæſarem Uticæ repertam Pompeji filiam cum duobus, quos babebat, liberis, ad Pompejum fratrem incolumem dimiſiſſe. Quid præterea heic *ex patruelibus* Cæſaris-ne, an ipſius Pompejæ patrueles fuiſſe Fauſti filios voluit dicere Florus? utrumque pariter falſum; ita ut, ſi res mei foret arbitrii, omiſſis aliorum conjecturis, corruptam certe, & fortaſſis etiam mutilam hanc phraſim ſic emendarem & ſupplerem: *filiamque Pompeji cum parvulis ex Sylla ſervavit. Sic poſteris cavebatur*. Non minus enim poſterorum fecuritati conſuluiſſe videri poterat Cæſar clementiâ, quàm ſuppliciis. Ante me quidem, ut nunc animadverto, emendaverat Perizonius (n), *filiamque cum parvulis ex Sylla*; minime de ſupplenda voce *ſervavit*, ſolicitus, quam ego, vitandâ ambiguitatis cauſâ, inferendam credidi: & Perizonii ſane emendationem calculo ſuo probarunt Graëvius & Dukerus, Notis ad hunc Flori locum.

Vixiſſe autem Romæ quamdam ex Pompeji filiabus, etiam Auguſti ætate, teſtatur Inſcriptio (o), quæ Liberto ejus poſita eſt, & cujus initium eſt hujuſmodi:

CN. POMPEIVS. POMPEIAE. CN. MAGNI F.
LIB. ISOCHRYSVS &c.

& in fine: IVSSV. IMP. CAESARIS. AVGVSTI . . .
P. III. S. Idem probari poteſt Græco Epigrammate Antipatri Theſſalonicenſis, in Servam Pompejæ, quam prope Romam tumulatam indicat primus verſus (p):

Α'σσυρὶ μὶ Λίβυσσαν ἰχνι νέσσι ἐγχι δὶ Τύμπυ
Καίρατ.

Nulli igitur Pompejarum, quæ aut Romæ domicilium habuerunt, aut viros nobiliſſimos maritos fortitæ ſunt, tribui poteſt Smyrnæum hoc marmor. Reſtat altera Pompeji filia, quæ Sexto fratri in Sicilia adhæſerat.

Eam

(u) Verſ. 193. & ſeqq.
(x) Verſ. 250.
(y) Pompej. pag. 659.
(z) Cæſar. Cap. 50.
(a) Pompej. pag. 644.
(b) Lib. LV. pag. 638.
(c) De Clement. Lib. I. 9.
(d) Tiber. Cap. 6.
(e) Lib. II. Cap. 75.
(f) Dio Lib. XLIV. pag. 303.

(g) Lib. IV. Eleg. 2.
(h) Lib. II. verſ. 342.
(i) Pag. CCCLXXXVII. num. 7.
(k) Lib. de Bell. Alex. extr.
(l) Lib. IV. Cap. 2.
(m) Civ. V. pag. 243.
(n) Not. ad Flor. edit. Lugd. Bat. 1722. pag. 783.
(o) Fabrett. Inſcript. pag. 275.
(p) Antholog. Lib. III. 23. 19.

Eam innuptam obiiſſe, ſatis verisimile eſt, quandoquidem, ſi viro conjuncta fuiſſet, quorſum eo relicto apud fratrem patriâ extorrem commorata eſſet? Innuptam quamdam ex filiabus reliquiſſe Pompejum, ſuſpicari licet ex Ciceronis Epiſtolâ ad Atticum. Ille divortio cum Terentiâ facto, de novis nuptiis cogitabat, quarum ope ſubveniret rei familiari, bellorum civilium injuriâ, & prioris conjugis abſceſſu labefactatæ. A ſummo ſuo amico objecta ei videtur Pompeja, de qua ſcripſit ad ipſum, conditionem refutans (q): *de Pompeji Magni filia tibi reſcripſi, nihil me hoc tempore cogitare.*

Ex qua uxore nata eſſet hæc Pompejo filia, quærendum ſupereſt. Nihil illi liberorum ex Cornelia natum, oſtendit altum hac de re ſilentium tum apud Hiſtoricos, tum etiam in flebilibus colloquiis, quæ cum eâ habuiſſe fingitur a Lucano (r), quum eam Lesbon amandaret, tum etiam quando acie victus & profugus eam Lesbi reciperet; nec denique in lamentis, quæ viro ante oculos ab Ægyptiis ſatellitibus trucidato effudit Cornelia, quamvis in his omnibus locus maxime fuiſſet communi pignori memorando. Nulla quoque ex Juliâ nata ſoboles memoratur, præter filium, filiam-ve (diſſentiunt enim de ſexu Scriptores) quæ paulo poſt obiit: Neque etiam liberos ex Æmilia relinquere potuit, quum & eam prægnantem ex priore viro duxerat volente Sylla illius vitrico (ſ), & mox amiſerit parturientem. Dividendi ergo ſunt inter Antiſtiam & Muciam quinque Pompeji liberi, quos ei ſuperſtites vixiſſe ſcimus. Et quidem, ut vero propius videtur, Antiſtiæ filiæ erant Pompeja Fauſti Syllæ, & altera Pompeja Lucii Cinnæ, uxores. Muciæ verò hæc noſtra Pompeja, quæ in Sicilia cum Sexto Fratre fuit. In hanc inſulam trajiciendi cauſſa fuiſſe videtur Mucia mater, quæ eodem tempore, quo Tiberius Nero, cum uxore Livia filioque fugit ex Italia, a Cæſare Auguſto verente, ne Sextus Pompejus Antonio, a quo tunc ſibi metuebat, conjungeretur, ad filium in Siciliam teſte Dione (t) remiſſa fuerat, quamvis rem paulo aliter retulerit Appianus (u). Probabile eſt itaque Pompejam Muciæ & Pompeji filiam Romæ cum matre, ut innuptam decebat, remanſiſſe, donec eam fratri Sexto redditam comitaretur in Siciliam euntem: unde fratre profligato, exercitibuſque ſpoliato, fugientem in Aſiam ſequuta eſt, & Smyrnæ, quò ſe contulerat, ſupremum obiit diem, ſupremoſque honores ſortita eſt, impoſito cineribus parvulo hoc marmore, cujus *iconiola* fortunæ, quî tunc utebatur Pompejorum domus, erat prorſus conveniens.

Ceterum non me latet, ex Cognomento MAGNÆ, & patris Prænomine non omnino confici, Pompejam noſtram celeberrimi Pompeji filiam fuiſſe, quandoquidem *Pompeji* nomen, & cognomen *Magni*, ad Pompeji poſteros per ſequiorem ſexum tranſiiſſe notarunt Viri docti, & præſertim Ezechiel Spanhemius (x). Eâ de cauſſâ occurrit alius *Cneus Pompeius Magnus*, Claudii Imperatoris gener, Craſſi & Scriboniæ filius. Quo autem pacto ad eum per feminas nomen & cognomen Pompeji devenerit, cognoſces ex ejus Stemmate, quod integrum habebis ſi tertiam Noriſii (y) ad Pagium Epiſtolam contuleris, cum ſerie Scriboniorum propoſitâ ab Havercampio (z) in Notis ad Theſaurum Morellianum nummorum Familiarum Romanarum. Filia hujus *Cneii Pompeji Magni Liciniani* perinde dici potuit *Pompeja Magna*, ac Majoris Pompeji filia. Sed quum nullam ſobolem poſteriori Pompejo aſſignent veteres Scriptores, neque liceat alicui poſteros ſine teſte, ſina tabulis affingere, multo probabilius eſt, Pompejam Smyrnæ ſepultam, patrem habuiſſe majorem Pompejum.

(q) Ad Attic. Lib. XII. Epiſt. 2.
(r) Lib. V. VIII. & IX.
(ſ) Plutarch. Pompej. pag. 623.
(t) Lib. XLVIII. pag. 418.
(u) Civ. V. pag. 369.
(x) Diſſertat. de Num. Tom. II. pag. 66.
(y) Epiſt. III. opp. Tom. IV. pag. 755. & ſeqq.
(z) Theſaur. Morell. Tom. II. in Gente Scribonia.

Tom. I.

CAP. III.

VEnio nunc ad recentiorem ducentis & amplius annis, ſed prolixiſſimam, nobiliſſimamque Inſcriptionum, quæ intra Galliæ fines ſpectantur. Reperta fuit Sæculo Chriſti Sextodecimo labente, in Pago quodam Neuſtriæ inferioris, qui nunc *Vieux* vocatur. Unde eam in Caſtrum ſuum Torigniacum deferendam curavit, ut aliqui volunt, ætate Franciſci I. Regis, V. Cl. Joachimus Gobio Matignonius, ut alii, Anno tantùm 1580. Jacobus Gobio Matignonius, Gallice Polemarchus, ibique etiamnum aſſervatur. Marmor eſt quadratum coloris rubri, altum tres pedes cum novem unciis. Antica facies ut & poſtica habet latitudinis pedes duos cum ſeminncia, duo latera pedem unum cum beſſe. Inſcriptiones laterum primus edidit Sponius (a), ſed corruptas. Eam verò, quæ in fronte cernitur, penitus omiſit. Integra deinde prodiit in Epbemeridibus Gallicis (b) Anno 1728. at ex vitioſiſſimo, ut videtur, Exemplari, nullo linearum diſcrimine, neque vocum aut integrarum, aut dimidiatarum. Rurſus edita eſt in eodem Diario ex altero exemplari (c), Anno 1733. unâque editæ ſunt Notæ Abbatis *de Longuerüe*, viri quidem doctiſſimi, ſed qui hujuſmodi cupedis ſtomachum ſuum minime aſſuefecerat. Eodem Anno hanc Clariſs. Scipio Maffejus (d) denuo inſeruit Epiſtolæ ad Paulum Galeardum ſcriptæ, ab amico quidem erudito, ex ipſo, ut ait, Marmore deſcriptam. Quum verò nullus ex tot Editoribus ad marmur viſendum acceſſerit, multaque in eo obliterata ſint, quæ tempore, quo e terræ viſceribus prodiit, adhuc ſupererant, quæque ſolâ ope exemplarium antiquitus deſumtorum ſupleri poſſunt, nihil vetat, quominus, heic etiam tuis, Doctiſſime Muratori, atque Eruditorum obtutibus iſtam aliud exemplar, a ceteris paulo diverſum, quod operâ D. Marchionis *de Livarot*, unicis ex Neuſtriæ Toparchis, accepi Anno 1732. ut in his ſcripturæ differentiis habeant doctiores, quo acumen ſuum experiantur in veteri lectione afferendâ.

Ad præſtantiſſimam hanc Inſcriptionem nulla fere adnotavit Clariſs. Maffejus, quare integra adhuc nobis ſupereſſet ejus exponendæ provincia. Nè tamen Epiſtolæ fines excedere videar, pauculas ex inſignibus notatis, quæ ex eâ in Antiquitatis cognitionem redundant, carptim delibaſſe ſufficiat. Marmor Torigniacenſe, ſeu Viducaſſinum vocare malis, baſis fuit Statuæ, quam TRES PROV*inciæ* GALLI*æ*, ideſt Lugdunenſis, Aquitanica, & Belgica T. SENNIO SOLLEMNI ponendam decreverunt. Quum verò illius curam heredibus mandaverint, inde patet jam e vivis Sollemnem eceſſiſſe, quum ei decreta eſt ſtatua marmorea. De *Seniorum* Gente ſatis multa dixi ad Inſcriptionem *C. Sennii Sabini*, Alhiani in Sapaudia repertam (e). Quum autem ſtatua *Sennio Sollemni* IN SVA CIVITATE poſita fuerit, ille E CIVITATE VIDVC*aſſium* dicatur ORIVNDVS, & denique LOCVM CIVITAS VIDVC*aſſium* LIBENTER DED*erit*, nemini dubium eſſe poteſt, quin locus, ubi effoſſa eſt hæc Inſcriptio, *Vieux* ſcilicet Nortmanniæ pagus, ſea a Cadomo millibus diſſitus, ipſa ſit Civitas *Viducaſſium*: præſertim quum Anno Chriſti 1705. ibidem detectæ ſint multæ aliæ antiquitatis reliquiæ, Gymnaſii, ac Thermarum veſtigia, Aquæductus, aliorumque ædificiorum rudera, & Columnarum fruſta, Inſcriptiones, & Numiſmata antiqua, de quibus conſulendi ſunt Commentarii Regalis Academiæ Inſcriptionum, & Humanarum Literarum (f). Multum ſane hucuſque falſi erant Viri docti, qui *Viducaſſes* Galliæ Lugdunenſis Populos, a Plinio (g) memoratos, & Ptolemæi (h) Βιδουκοῖοι in *Baiocaſſibus* quæſierant. Quo tamen in errore verſati ſunt Valeſius noſter,

(a) Miſcellaneor. pag. 282.
(b) Mercur. Gallic. Maji 1728.
(c) Mercur. Gallic. Aprilis 1733. pag. 702.
(d) Gall. Antiquit. Select. pag. 77. & ſeqq.
(e) Vide Memor. Trevoltienſ. Decembris 1731.
(f) Vide Hiſtor. Academ. Inſcription. Tom. I. P. M. 396.
(g) Lib. IV. Cap. 18.
(h) Geograph. Lib. II. Cap. 8.

ſter (i), & Cellarius (k). Aperte tamen Plinius *Viducaſſes* & *Vadicaſſes*, vel potius *Badiocaſſes*, quaſi diverſos Populos enumerat. Ex *Badiocaſſibus* facti *Bajocaſſes*: & hi ſunt, quorum Civitas nunc dicitur *Bayeux* Ab his diverſi, etſi fere contermini, *Viducaſſes* erant, eorumque Oppidum, *Civitas Viducaſſium* dictum eſt, minime, ut Vnleſio placuit, *Aregenus*, aut *Argenus*, quod nomen eſt fluvii, non Urbis apud Ptolemæum. Illa verò Civitas, ubi nunc ejus rudera viſuntur in pago *Vieux*. Quare ſubit mirari Abbatem *de Longuevile*, rerum noſtrarum Geographicarum callentiſſimum, quum ad hanc Inſcriptionem Notas ſcriberet, repertis jam frugibus, adhuc antiquis glandibus victitare maluiſſe.

Quemadmodum locus, ita & Annus inſcripti hujus Marmoris certus eſt ex adſcriptis Conſulibus AN. PIO ET PROCVLO, nempe Anno U. C. 991. vel 238. Inſignis ille fuit ſcriptione Libelli verè aurei, Cenſorini de Die Natali (l), qui ab hoc Anno retro putavit capita illuſtriſſimarum Epocharum. Verùm quidem in vulgatis Cenſorini Codicibus præfertur *Ulpii & Pontiani Conſulatus*. Sed Pagius (m) noſter ab amico quodam monitus, quo modo in marmore Torigniacenſi horum Conſulum nomina ſcripta exſtarent, eâ de re in Criticâ Baronianâ monuit, & ſane ANNII PII in loco Cenſorini eſſe legendum profectò patet. Pagium certatim ſequuti ſunt Tillemontius, Relandus (n), & alii deinceps. Antea Panvinius (o) loco *Annii Pii* in Faſtos intruſerat *M. Ulpium Crinitum*, uſus corrupto Cenſorini loco: quum ita quoque *Ulpii* nomen præferrent ſubſcriptiones Legum (p) quarumdam Codicis. Sed prænomen & cognomen de ſuo largitus erat; & hunc, ut Vibia Varam, ſequi non dubitarunt Mediobarbus (q), & alii. At Leges aliæ ferme quinquaginta, quarum catalogum videbis apud Relandum (r) PIO tantùm habent, & ita etiam Faſti Caſſiodori, Idacii, Proſperi, Anonymi a Norifio vulgati, Medicæi Græci, & Oxonienſes Latini additi in Appendice ad Relandi Faſtos, tum denique Inſcriptio Gruteriana (ſ); in ut nullum omnino dubium ſuperſit de Cognomine prioris Conſulis, cujus Nomen ſoli noſtræ Inſcriptioni debetur. Poſterior PONTIANUS dicitur in omnibus Legibus, hoc Anno datis, in Chronico Alexandrino, Faſtis Græcis Medicæis, ab Anonymo Norifiano, Idacio, & prælaudatâ Gruteri Inſcriptione. Sed PROCVLVS eſt non tantùm in Marmore Torigniacenſi, ſed & Caſſiodoro, Proſpero, Faſtis Florentinis majoribus, & Oxonienſibus: adeoque certum etiam videtur, eum vocatum fuiſſe *Pontianum Proculum*. Et ſane nepos, pronepos-ve fortaſſis fuit *Pontii Proculi*, cui Divum Pium Auguſtum reſcripſiſſe teſtatur Ulpianus (t).

Propter Sacerdotium Dianæ, quo functus fuerat *Sollemnis*, ejus memoriæ edita ſunt inter alia Spectacula TAVRINICIA DIANAE. Alii legerunt TAVRICENIA. Apud Maffejum eſt tantùm ..... NICIA. Exemplar alterum teſtatur in marmore ſupereſſe ... RINICIA, unde doctus Vir EPINICIA legi jubet, ac TAVRINICIA contra analogiam inde effici probare nititur, eo quod TAVRONICIA potiùs dicendum fuiſſet. Attamen tam TAVRINICIA quàm TAVRONICIA dicere nil vetuit, nam *Taurobolium* etiam *Tauribolium* nuncupatum fuiſſe oſtendit Ventienſis Inſcriptio apud Gruterum (u). Neque verò EPINICIA uſquam vocata ſunt peculiaria quædam in honorem Dianæ ſacra, aut Certamina. Per TAVRINICIA DIANAE intelligo Taurorum in Circo, aut Arenâ venationes. Epheſios, apud quos maxime viguit Dianæ cultus, Taurorum venationibus in primis operam dediſſe teſtatur Artemidorus (x): *μάρτυς γὰρ καὶ ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος ἐν τοῖς περὶ Ἐφεσίων ἀγωνίζονται*, eamdemque rem ſignificari puto. ΤΑΤΡΟΚΑΘΑΨΙΩΝ nomine in Græco Marmore Edito inter Oxonienſia. Fuiſſe quoque Pergami *Ταύρου Δρόμος*, ad quam univerſus confluebat Populus, teſtatur Ariſtides (y). ΒΟΗΓΙΑ vocatur in Lapide Mileſio inter Aſiaticas Antiquitates (z) vulgato. Eos verò, qui hujuſcemodi certaminibus dabant operam, *Taurocentas*, & *Taurarios* dictos eſſe docuit vetus Inſcriptio Gudiani (a) Syntagmatis.

Fuit COMMENDABILIS Sollemnis noſter GRAVITATE SECTA, ET MORIBVS HONESTIS, eumque PROPTER SECTAM, GRAVITATEM, ET HONESTOS MORES AMARE ſe cœpiſſe ait Ædinius Julianus. *Sectæ* ſignificatus tam late patet apud Latinos, ac apud Græcos *αἱρέσεως*: & ſemper a Cicerone *ut agrum Sectæ* verti jam monuit doctiſſimus Caſaubonus (b), ita ut etiam pro *vitæ inſtituto* nonnumquam accipiatur. Uſus eſt eâ voce Valerius Maximus (c) ſenſu prorſus eodem. Relatâ enim diſciplinæ militaris reſtitutione in caſtris ad Numantiam per Scipionem Africanum juniorem, addit, *eam Sectam Metellus ſequutus .... Jugurthino bello ..... omnibus imperii nervis ad revocandam priſtinæ diſciplinam militiæ connixus eſt*. Immo *Sectam vitæ* dixit in his: *quàm bonos Gracchi, ſi aut patris, aut materni avi Sectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerunt* (d)? Bia ADSESSORIS munere functus eſt Sollemnis noſter: primò PENES CL. *Audium* PAVLINVM AD LEGIONEM SEXTAM, *Victricem* dictam, cui ille præfuerat, dum eſſet Legatus Auguſti Proprætore Britanniæ; nam in Britannia caſtra fuiſſe Legionis Sextæ docuit Ptolemæus (e), Dio (f), Itinerarium Antonini, & Notitia utriuſque Imperii (g). Secundò ADSEDIT ETIAM IN PRO*vincia* LVG*Dunenſi* VALERIO FLORO. Peſcennii Nigri (h) ſcitum erat, ut nemo in ſuâ provinciâ aſſideret. Antiquas Leges, & Divorum Principum ſcitu vetuiſſe, quemquam in propriâ provinciâ ultra quatuor menſes Aſſeſſoris officio fungi, teſtantur Impp Theodoſius & Valentinianus (i). Qui verò ultra tempus ſacris Conſtitutionibus definitum aſſidebant, Reipublicæ cauſſâ non cenſeri abſuiſſe ſcribunt Paulus & Ulpianus, quum etiam puniri poſſent. Aliquibus tamen id ſpeciali Principis beneficio conceſſum innuit Ulpianus (k); quod fortaſſis ab Imperatore impetraverat *Sollemnis*.

FERRARII minime iidem ſunt cum armorum Fabris, ut video placuiſſe Viro docto, qui fruſtra officinas armorum in Galliis conſtitutas enumeravit ex Notitia utriuſque Imperii, quum hæ nihil ad rem faciant. *Ferrarii*, aut Fabri *Ferrarii* ſunt, qui Græcis *χαλκεῖς, σιδηρεῖς, σιδηροτέκτονες*. *Armorum Fabri* ſunt *ὁπλοποιοί*. Ferrarios inter Artifices, quibus concedebatur immunitas, recenſuit Tarrutenus Paternus Juris Conſultus (l), tum etiam Conſtantinus Auguſtus (m). Hi in Corpora aut Collegia conveniebant. Meminere namque Collegii & Corporis Fabrorum Ferrariorum Inſcriptiones Gruteri (n), ac Donii (o). Corpora & Collegia, quibus ex Senatuſconſulto, aut ſacris Conſtitutionibus coire licebat, arcam etiam communem habere permiſſum eſt. Eâ de re Gnjus Juriſconſultus (p): *quibus autem*

(i) Notit. Galliar. pag. 74.
(k) Geogr. Tom. I. Lib. II. Cap. 2. pag. 161.
(l) Cenſorin. de Die Nat. Cap. 21.
(m) Critic. Baron. ad An. 238. n. 2.
(n) In Faſtis pag. 180.
(o) Commentar. in Faſt. Lib. II.
(p) L. 2. Cod. de Fil. Fam. Min.
L. 2. Si Adv. Rem. Judic.
L. 1. Si Ut Omiſſ. Hered.
L. 5. Cod. De Judiciis.
(q) Num. Imp. pag. 236.
(r) In Faſt. pag. 768. & 805.
(ſ) Pag. CIV. num. 3.
(t) L. 7. Lib. 5. de Accuſ. & Inſcript.
(u) Pag. XXIX. num. 10.
(x) Artem. Oniroc. Lib. I. Cap. 9. pag. 329.
(y) Serm. Sacr. 4. Tom. I.
(z) Chiſull. Antiquit. Aſiatic. pag. 92.
(a) Marmor. Oxonienſ. pag. 266.
(b) Ad Athen. Lib. V. Cap. 11.
(c) Lib. II. Cap. 7. 2.
(d) Lib. IV. Cap. 7. 2.
(e) Lib. II. Cap. 3.
(f) Lib. LV. pag. 645.
(g) Notit. Imp. Sectione. 63.
(h) Spartian. in Peſcen. Cap. 7.
(i) L. 10. Cod. De Aſſeſſor.
(k) L. 37. & L. 38. D. Ex quib. cauſ. maj. in integ. reſt.
(l) L. Prima D. De Jur. Immunit.
(m) L. 2. Cod. Theodoſ. De Excuſ. Artif.
(n) XLV. 8. DCXXXII. 1. CCCXL. 4. CCXXXV. 7.
(o) Claſſ. II. 27.
(p) L. I. D. Quod cujuſcumq. Univerſit. Nom. &c.

autem permiſſum eſt Corpus habere Collegii, Societatis, ſive cujuſque alterius eorum nomine, proprium eſt ad exemplum Reipublicæ habere res communes, Arcam communem, & Actorem ſive Syndicum; per quem, tamquam in Republica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat. In eam Arcam inferebantur, quæ Collegiati aut Corporati ſingulis menſibus in commune conferebant, & pecunia, quæ Collegio teſtamentis legabatur, quod Senatuſconſulto temporibus Divi Marci facto permiſſum narrat Paulus (q). Niſi enim ſpeciali privilegio niterentur, hereditatem capere Collegiis non licuiſſe, reſcripſerunt Diocletianus & Maximianus Auguſti (r). Inde eſt, quod Arcam Collegii Centonariorum aliquoties apud Gruterum (ſ) memoratam legimus. Nec dubium eſt, quin ſimilem Arcam habuerint cetera Collegia & Corpora licita, præſertim Ferrariorum, quos alicubi cum Centonariis conjunctos legimus. Cuilibet Areæ Communi ſuus erat Judex, qui Cauſſas ad Arcam pertinentes definiebat, & controverſias, quæ ejus cauſſa movebantur, dijudicabat. Occurrit ſiquidem IVDEX ARCAE GALLIARVM in veteri Inſcriptione (t) Lugdunenſi. *Valerio* itaque *Floro* adſedit *Sollemnis* tamquam *Judici Aræ Ferrariorum*, nequaquam verò ut TRIBuno MILitum LEGionis III. AVGuſtæ, cujus caſtra fuiſſe in Numidia leges apud Dionem (u), & Ptolemæum (x).

AEDINI IVLIANI Præfecti Prætorio, cujus Epiſtola exſtat in dextro latere noſtri Marmoris, nomen integrum fuit *Marcus* AEDINIVS IVLIANVS, quemadmodum ſcriptum eſt in tabellâ Decurionum Canuſinorum Anni Ch. 225. ubi ille recenſetur inter Patronos Coloniæ viros clariſſimos (y). Lineis quinctâ & ſextâ ejuſdem lateris mirum eſt, quantum diſſideant inter ſe varia Exemplaria. Expreſſi lectionem iſtius, quod Menſe Julio Anni 1732. accepi. In Mercurio Gallicano Maji An. 1728. legitur: IN PROVINCIA LVGDVNENSI QVINTA FISCALIS FVSIONES GALLIARVM CVM AGEREM. Apud Sponium eſt IN PROVINCIIS LVGDVNENSS QVINQVE CVM PRAESIDEREM, omnino male; nam & hoc, & alterum exemplar quinque tunc fuiſſe Lugdunenſes provincias innuit, quum numquam tot fuerint, ſed ſolummodo tres. Neque quinque umquam fient, niſi connumeratis Maximâ Sequanorum, & Senoniâ, quæ etiam Lugdunenſis olim partes fuerant. Verùm illa diviſio facta demum eſt Valentinianorum ævo, ut pluribus evincunt Hadrianus Valeſius (z), Antonius Pagius (a), & Illuſtriſs. Petrus de Marca (b). Gordiani verò ætate tres omnino fuiſſe Galliarum provincias, oſtendit clauſula partis primæ hujuſce noſtræ Inſcriptionis; earumque provinciarum una tantummodo fuit Lugdunenſis. Exemplar Maffeji habet (c). QVINQVE FASCALI .... EREM. Et ſane ferri poſſet lectio ex meo, & Mercurii An. 1728. apographo concinnata, QVINQVE FISCALES FVSIONES CVM AGEREM: nam fuſiones *ειτοφορὰ δημοσίων*, ſive *inlationes Tributorum*, optime interpretatur Salmaſius noſter (d). Illa verò per quinquennia ſive luſtra indicebantur. Stante Republicâ vectigalia Populi Romani a Cenſoribus (Magiſtratibus ſcilicet Quinquennalibus) locabantur, ut aliquoties teſtatur Cicero. Servatus idem Auguſtis rerum potientibus in Tributis indicendis ordo, unde *fuſionis Quintæ* meminit Codex Theodoſianus (e), cujus Interpretem conſule. Verumtamen quum Mercurius Gallicanus Anni 1733. exemplari Maffejano adſtipuletur, atque etiam indicet non tantum ſpatii eraſi in Marmore apparere, ut pluribus vocibus locus eſſe poſſit, legendum videtur QVINQVE. FISCALIA. CVM. AGEREM.

Fiſcalia ſunt *τὰ δημόσια*, *Tributa*, & omnia, quæ Fiſco, aut Ærario publico pendebantur ſive in pecunia, ſive in ſpeciebus. Ita ſane *τὰ Fiſcalia* uſurpatur in quadam Lege Conſtantii & Conſtantis (f), quum *Tributa Fiſcalia* dicantur in Lege altera Valentiniani & Valentis (g). *Fiſcalia* per quinquennia locabantur, ideoque Conductores vectigalium, & fiſcalium prædiorum, ultra quinquennium non teneri reſcriptum eſt (h). Ædinius itaque Julianus in Gallia Lugdunenſi a Conductoribus Tributorum, & poſſeſſoribus Fiſcalium prædiorum debita Fiſco per quinquennium exegerat, cenſibuſque hujus provinciæ accipiendis præfuiſſe videtur, quemadmodum a Q. Voluſio, Sex. Africano, ac Trebellio Maximo actum olim occurrit in Tacito (i), ſingulis provinciis ſuo Cenſitore attributo. Porro Legatis Aug. Prætore Lugdunenſis provinciæ quandoque Cenſoris munus injunctum declarat Inſcriptio, in qua legitur (k): LEG. AVG. PR. PR. CENSITOR PROVINCIAE. LVGDVNENSIS.

Quæ in hac Epiſtola habentur de CONCILIO GALLIARUM, plura de communibus gentis Galliæ conventibus nos edocent, quàm hactenus a quopiam Scriptore acceperimus. Habuere ſiquidem Galliæ Populi & Civitates ſuum quæque peculiare Concilium, in quo & de rebus propriis conſultabant, & Legatos eligebant, quos ad generalia, ut ita dicam, Galliarum Comitia mitterent, de iis, quæ ſpectarent ad ſtatum & res omnium provinciarum deliberaturos. Porro commune illud Concilium ex tribus tantummodo provinciis conſtabat, Celticâ ſive Lugdunenſi, Aquitanicâ, & Belgicâ. Separatas habuit ſuas rationes Narbonenſis Gallia, ut pote quæ *Italia verius quàm provincia* dicatur Plinio (l). Antiquitus habendo communi gentis univerſæ Concilio non unus quidam locus definitus erat. Habitum enim illud fuiſſe Samarobrivæ Ambianorum, Lutetiæ Pariſiorum, Bibracte Æduorum legimus apud Cæſarem (m). Poſt Auguſti tempora Lugduni pletumque conveniſſe trium provinciarum Galliæ Legatos, inde licet conjicere, quod omnia fere elogia, quæ a tribus Galliis poſita exſtant apud Grutetum, Lugduni reperta ſunt. Id ipſum pluribus aliis argumentis adſtruit Illuſtriſs. Pettus de Marca (n). Ubi res poſcebat Concilium extra ordinem cogi, princeps aliqua Civitas, aliis edicebat, ut Legatos eâ de cauſſâ ad communem Conventum mitterent. Ita turbatis Civilis & Claſſici defectione Galliis, Remi *per Gallias edixere, ut miſſis Legatis in commune conſultarent, libertas, an pax placeret* (o). Unde quoque videre eſt, non perpetuo Lugduni peracta eſſe civilia Galliarum Comitia, nam Conventus ille Remis actus eſt. Alium olim Auguſtus Narbone egerat, dum cenſus agitaretur trium Galliarum, a Julio Cæſare devictarum, teſte Livii Epitomâ (p). Privata uniuſcujuſque Populi Concilia, *Cœtus* & Conciliabula vocavit Tacitus (q). Legatis, qui in his eligebantur, minime licuit in generalibus Comitiis ſuffragium ferre de rebus, de quibus nihil habebant in mandatis a ſua Civitate acceptis. Atque etiam ſi contingeret ea in communi conventu agitari, de quibus nihil Civitas præcepiſſet, aut quæ contraria forent declarationi patriæ ſuæ, communi placito obrogare poterant, atque interpoſitâ provocatione vetare, quominus ulteriùs procederetur. Ejus rei notitiam unice debemus iſti Ædinii Juliani Epiſtolæ, qua docemur; quod quum *in Concilio Galliarum inſtinctu quorumdam, quaſi ex conſenſu provinciæ, accuſationem inſtituere tentarent* adversùs Claudium Paulinum, qui fuerat Legatus provinciæ Lugdunenſis, *Sollemnis iſte eorum propoſito reſtitit, provocatione ſcilicet interpoſitâ; quod quum*

(q) L. 20. D. De reb. dub.
(r) L. 2. C. De Her. Inſtit.
(ſ) CCXXV. 4. MLXXXVIII. 4.
(t) Gruter. pag. CCCCLV. 10.
(u) Lib. LV. pag. 645.
(x) Lib. IV. Cap. 3.
(y) Spon. Miſcell. pag. 280. Fabrett. Inſcription. pag. 598.
(z) X. G. pag. 300.
(a) Critic. Baron. ad An. 374. num. 9.
(b) Diſſertat. De Primatibus, §. 68.
(c) Gall. Antiquit. Select. pag. 78.
(d) Ad H. A. pag. 421.
(e) L. 6. Cod. Theod. De Ind. debit.
(f) L. 7. Cod. Theod. De Annon. & Tribut.
(g) L. 16. ejuſd. Codic.
(h) L. 3. D. De Jur. Fiſc. & L. 7. C. de Locat.
(i) Annal. Lib. XIV. Cap. 46.
(k) Gruter. pag. MXXV. num. 2.
(l) Lib. III. Cap. 4.
(m) Bel. Gall. Lib. V. VI. & VIII.
(n) Diſſertatione De Primatibus a §. 101. ad 106.
(o) Tacit. Hiſtor. Lib. IV. Cap. 68.
(p) Epitom. CXXXIV.
(q) Tacit. Annal. Lib. III. 43.

quum Patria eum inter ceteros Legatum creasset, nihil de accusatione mandasset, immo contra laudasset. Quatione effectum est, ut omnes ab accusatione desisterent.

Epistola *Claudii Paulini* ejusdem fere generis est, fidemque conciliat illis Epistolis, quæ passim leguntur apud Historiæ Augustæ Scriptores (r). Neque fortassis inutile aut injucundum erit, eas invicem conferre... Sed in his, quæ in citatis Auctoribus reperiuntur, ipsimet Imperatores munera conferunt, in ista Legatus Augusti post oblata munera, MILITIÆ SALARIUM accipere jubet *Sollemnem*, qui scilicet ei, ut supra vidimus, adfedit in Britannia ad Legionem Sextam. Illud tamen præter solitum; nam Legatorum Comites (quorum numero censebantur etiam Adfessores) ad Ærarium, aut in Commentarium Principis relatos esse scribit Modestinus (f). Rursus diserepant exemplaria inhis: CHLAMYDEM CARBASINAM, DALMATICAM SERDICENAM. Ita diserte in eo, quod ex Neustria habui. CARBASINAM quoque præfert Mercurius Anni 1728. & abique aliis apographis, non prorsus inepta esset lectio hujusmodi. Nam *Chlamys Carbasina* est vestis linea, cum *carbasus* dicereture lini tenuissimi genus teste Pausania (t) quod igne consumi potuisse negat. Dici quoque potuit *Dalmatica Serdicena*, ab urbe illustri Serdicâ, parum remotâ a Dalmatiâ, in qua reperiæ sunt vestes, quæ inde nomen traxere... Isidorus (u), *Dalmatica vestis primum in Dalmatia provincia Græciæ texta est: tunica Sacerdotalis candida cum clavis ex purpura.* Sed aliter omnino legerunt alii. Sponius, Mercurius Anni 1733. & Masseius CHLAMYDEM CANVSINAM agnoscunt, & duo posteriores cum Mercurio Anni 1728. habent DALMATICAM LAODICENAM: iisque omnino adhærendum censeo. Neque ambigo, quin aliàs in Lapide fuerit CHLAMYDEM CANVSINAM DALMATICAM LAODICENAM. *Canusinas* Rufas & Fuscas memorat Martialis (x). Birrorum *Canusinorum* a Junio Messalâ Scenicis donatorum meminit Vopiscus (y). Recte junguntur Chlamys Canusina, & Dalmatica Laodicena, utpote vestes confectæ ex lanis nobilissimis, & generis ejusdem, de quibus Plinius (z): *circa Tarentum, Canusinumque summam nobilitatem habent, in Asia verò eadem genere Laodiceæ.* TOSSIAM BRIT*annicam* unanimi consensu retinent exemplaria, si Sponium exceperis, qui TOGAM legit. De *Tossia* verò illâ aqua mihi hæsit aliquandiu, neque fortassis certiora sunt, quæ mihi nunc in mentem venerunt. Latet heic procul dubio vestis indigenæ nomen. Apud Gallos, Britannosque fuit vestimenti genus, quod ipsi *Thocam* vocabant. Hujus meminit Isidorus (a) in Glossis: *Thoca*, inquit, *flavus vel vestis.* Sed ibi legendum profectò *clavus*. Clavus est vestis clavata..., sive Sagum clavis purpureis interpictum. Gallorum..., vererunque Britonum Sagum, *Clavum* vocari video in versibus quibuldam Rhythmicis Polychronii Radulphi Hygdeni (b):

Convictus hujus patriæ
Differt a ritu Anglie
In vestibus, in victibus,
In ceteris complureibus.
His vestium insignia
Sunt Clavus, *& Camitia,*
Et crispa Femoralia.

Loquitur Radulphus de Wallis, Cambrisve veterum Britonum propagine, *Clavumque* vocat vestem Clavis interextam, qualem tulisse Gallos, a quibus orinndi erant Britones, indicat Diodorus (c), qui eam quadratis veluti lateribus distinctam ait his verbis: ἱστορηνται δὲ οὗτοι βαθυχρωτα τὰ μὲν ἀπὸ χιτωνίσκοι βαπτὰ καὶ ποικίλα δὲ ὡ ἄφοτ ἀνδρὶ ἐπιπλέκοντα πολυανθέσι καὶ ποικίλοι ἐπιλαμπόμενα. Fuit hoc vestimenti genus Bardocucullo prorsus simile, quod Majores nostri nominarunt *Palle toc*, Latini verò *pillum Gallicum*. Cucullata nempe tunica est manicata, atque ad verenda tantùm demissa, quam Bayfius noiter (d) putat designatam a Strabone (e) in his de Gallorum vestitu: ἀνὰ δὲ χιτῶνα σχιστὸν χρωβατῶν ἄνευ μέχρι ἀιδοίων καὶ γλουτῶν. San-gallensis Monachus in Vita Caroli Magni, propriam adhuc fuisse significat Gallorum indigenarum brevem hanc vestem, ad differentiam Francorum, qui talarem gestabant. De illa, fortassis capiendus Svetonius, ubi Domitianum Cæsarem dicit Capitolino certamini præfediste (f), *purpureâ amictum Toga Germanica*. Ita in omnibus MStis Codicibus legisse se inquiunt Lævinus Torrentius, & Isaacus Casaubonus, quamvis iste probam vocem improbe vexaverit. Amotus dehinc a veste Cucullus. Solus *Toque* vocitari cœpit; & ita hodie Britones & Walli tegumentum capitis nuncupant: unde illis *Toquer* est Pileatrius. *Thoca* verò quondam *Tossa* dici potuit, juxta diversam, quâ Britones, & Vicinesses utebantur, Dialectum. Demum PELLEM VITVLI MARINI SEMESTRIS, pro ftragulo datam accipio. Nam & pilis, ut notat Plinius (g), hirsuta erat. Neque pro remedio contra tonitrua & fulgura donatam puto, ut olim ab Augusto circumlatam tradidit Svetonius (h). Ceterum quum plures in fine Epistolæ Claudii Paulini lineas evanuisse asserant, verbum, in quo desinit, concordiam Inscriptionis cum autographo desfignare vix conceesserim.

C A P. IV.

AD propria nunc redeo, tibique, præstantissime Muratori, examinandam propono Inscriptionem, quæ extat in albo Marmore, modo quatuor cum besse alto, latitudinis verò bipedalis, *Ventuoni*, qui pagus est decem adhinc millibus situs in eadem Diœceesi Vapinecnsi; licèt Sponius ingenti errore *Ventuonum* in Principatu Pedemontii collocavit. Primum prodiit hæc Inscriptio in Libello quodam posthumo Ademari Pererii Senatoris Gratianopolitani, Lugduni edito Anno Ch. 1610. (i) Illum denuo Sponius (k) ex Schedis Peirescianis edidit. Sed tum hic, tum ille mendosa omnino exemplaria sequuti sunt. Clariss. Valbonæsius, Cameræ Computorum Delphinatis primarius Præses, emendatiorem, & suis conjecturis illustratam, demuo juris publici fecit in... Commentariis menstruis Trevoltinensibus Anni 1728. (l) Ego verò Marmor ipsum consului, & ex eo accurate Inscriptionem delineavi, qualem nunc exhibeo, appositis etiam Pererii & Sponii Typis, ut Lectores intelligant, quantum præstet fuam, quàm alienam fidem sequi

Ex Pererio.

D. MANIB. Q. CAETRONIO. FIL. VOLT TITVLI. VETER. COH. VI. PR. LOC II. VIR. PONTIF. COL. AVG. ARIM PRAEF. PAGI. EPOT. FLAM. AVG ET. MVNER. PVBLICI CVRA. AD DEAM AVG. VOC. HERED. EX. TEST.

Ex ipso Marmore.

DIS. MAN B
Q. CAETRONI· Q. FILI
VOLT. TITVLLI. VETER
COH. VI. PR. LOCo II. VIR. PON
TIF. COL. AVG. ARIM. PRAEF
PAGI. EPOT. ELAM. AVG. ET
MVNER. PVBLICI. CVRĀ
ADDEAM. AVG. VOC
HERED EX. TEST

Ex Sponio.

DIS MANIBVS
Q. CAETRONI. Q. FIL
VOLT. TITVLLI. VETER
COH. VII. PR. LOCO. II VIR. PONTIF
COL. AVG. ARIM. PRAEF
PAGI. EPOT. FLAM. AVG. ET
MVNER. PVBLICI. CVRAT
AD DEAM. AVG. VOC
HERED. EX. TEST

(r) Trebell. Poll. in Claud. Cap. 14. Vopisc. in Aurelian. Cap. 12. 13. Prob. Cap. 11. Bonos. Cap. 3.
(f) L. 32. D. Ex quib. caus. Major. &c.
(t) Lib. I. pag. 35. (u) Originum Lib. XIX. Cap. 22.
(x) Lib. XIV. 127. 129. (y) In Carin. Cap. 20.
(z) Lib. VIII. Cap. 48.
(a) Glos. pag. 31.

Mi-

(b) V. J. Piccard. Not. ad Guill. Neubrig. Lib. II. Cap. 5.
(c) Lib. V. pag. 307.
(d) Lazar. Bayf. de R. V. pag. 146.
(e) Geograph. Lib. IV. (f) Domitian. Cap. 11.
(g) Lib. IX. Cap. 12. 13. (h) August. Cap. 90.
(i) Vide *Disc. Historiq. for l'Etat des Gaul* pag. 12.
(k) Miscellaneor. pag. 164.
(l) Vide Memor. Trevolt. April. 1728. Artic. 45. pag. 734.

Mirum eſt omnino, videre Militem, qui fuerit *Duumvir*, & *Pontifex Coloniæ Auguſtæ Arimineníis*, *Præfectus Pagi* in finibus Vocontiorum, & *Curator Muneris Publici* in Civitate *Deâ Auguſta*; quamquam ſciamus, veteranos poſt abſoluta ſtipendia, municipalibus honoribus decoratos. Nam Albæ Juliæ, ſive in Municipio Apulo fuit *Lucius Valerius Rufus* (m), *Veteranus Legionis XIII. Geminæ*, *Decurio*, *Quæſtor*, & *Duumvir*. Qui honeſtâ miſſione dimiſſi fuerant, non tantùm in ordinem Decurionum adlegi ſe patiebantur, ſed ceteros honores municipales, atque ipſa ſubibant Sacerdotia. Sic (n) *Lucius Cæcilius . . . . Optatus . . . . miſſus honeſtâ miſſione ab Imp. M. Aurelio Antonino*, *adlectus eſt à Tarracomenſibus inter Immunes*, *conſecutus eſt honores Ædilicios & Duumvirales*, *Flamenque* factus eſt *Romæ*, *& Divorum Auguſtorum*. Apud ipſos Ariminenſes reperimus (o) *Lucium Betutium Surianum Primipilum*, vel *Præpoſitum Legionis III. Italicæ*, fuiſſe *Duumvirum Quinquennalem*, *Duumvirum Juri Dicundo*, *Triumvirum*, *Ædilem*, *Curatorem*, *Pontificem*, *Flaminem Divi Nervæ* . . . . . Frequentius occurrunt viri majoribus dignitatibus fulgentes, veluti Tribuni Militum, Præfecti Legionum, Cohortium, & Alarum, Sacerdotiis quoque inſigniti.

Sed præſertim anxios habuit viros doctos, quibuscum hanc Inſcriptionem communicavit Clariſs. Valbonæſius, locus ubi legitur VETER. COH. VI. PR. LOCo. II. VIR. Ipſe (p) primò cenſuerat ꝺ LOCo referendum eſſe ad ſuperiora, & ibi ſignificatam eſſe promotionem hujus Militis e legione quadam in honoratiorem militiæ Prætorianæ locum. Sed quis, rogo, ita unquam locutus eſt, ut militem inter Prætorianos cooptatum *loco Prætoriani Militis* fuiſſe dixerit? Quum Miles aliquis e gregariis Prætorianus evadebat, *Trajectus in Prætorium* dicebatur, aut *Tranſlatus* ex Legione in Prætorium, vel denique *Adlectus*. Notæ hæ loquendi formulæ ex Marmoribus (q). Altera verò prorſus ignota, & a genio Latini ſermonis abhorrens. Aliam poſtea conjecturam protulit Vir doctus, & vocem LOCo adhærere juſſit ſequenti verbo IIVIR. ita ut intelligatur, *Cæſronium* non quidem Duumvirum fuiſſe, ſed electum *loco Duumviri*, qui fortè munus detrectaverat, territus expenſis, quas ſubire cogebantur, qui Duumviratum gerebant. Multos enim ad Magiſtratus electos fugiſſe, & latitaſſe, ne onera ſubirent, docent plurimæ utrinſque Codicis Leges (r). Huic tamen interpretationi minime acquievi, quamvis eam admiſerint Viri in hiſce Literis maximi nominis. Apud antiquos Romanos, qui in alterius locum ſufficiebantur, aut alterius vice aliquod munus obibant, duplici ratione denominatos reperio. Aut enim nomini Magiſtratuum, quorum hi perſonam ſuſtinebant, accedebat a capite præpoſitio PRO, ita ut una vox ex amhabus fieret. Talia ſunt PROCONSVL, PROPRAETOR, PROQVAESTOR, & ut propiùs ad rem noſtram accedam, PRODVVMVIR, quem obſervavi in Nicienſi Inſcriptione apud Sponium (ſ). Aliàs qui ordinarii Magiſtratus, alteriuſve cujuſcumque loco eſſent, minime reperies *Loco Conſulis*, aut *Vice Prætoris* abſolute dictos. Neque enim hæ ditiones *Loco*, & *Vice* cum ſubſtantivo dignitatis nomine ſolæ procedunt. Illis aut præponitur, aut poſtponitur participium aut verbum, quod ſenſum ſtabiliat. Sic invenitur (t) *electus ad cognoſcendas Vice Cæſaris cognitiones*, alius (u) *Vice M. Aurelii ſacrâ Bæticam gubernans*, & oppidò plures *Vice ſacrâ judicantes*, non ſolùm in Inſcriptionibus, ſed etiam in Legibus utrinſque Codicis. Aliquando inſerto quodam loci adverbio, quod ſupplendam vocem indicet, ſenſus ſulcitur, veluti voce IBI aliquoties in Marmore Lugdunenſi (x) *C. Furii S. bvii Aquilæ Temeſitbei*. Nihil horum in Ventaonenſi Lapide locum habet; nam ꝺ LOCO II VIR abſolute poſitum, ſequitur PONTIF. unde fit, ut nullo modo, quid, aut ubi *vice Duumviri* egerit *Cætronius*, intelligi poſſit.

Locus eſt ſane perdifficilis; & de quo conjecturam ita facio, ac ſi in tenebris micarem. Lapicidarum noſtri negligentiam, quum impoſſibile ſit, eam tibi numquam, dum tot literata aggeras monumenta, negotium faceſſiviſſe. Quantum ab illa ſibi timeret Sidonius (y), ex eo diſces in Epiſtola quadam. Manifeſta eſt oſcitantia ejus, qui Ventaonenſis Epitaphii literas incidit, quum lineâ ſextâ ELAM pro FLAM ſculpſerit, ultimiſque lineis vocabula ADDEAM & HEREDEX ſic copulaverit. Conjicio igitur, ipſum ſpatiis excluſum iniquis, quum linea quarta ceteris futura eſſet longior, omiſiſſe notam Centuriæ, & compendio ſcripſiſſe nomen Centurionis, ſub quo inter Prætorianos militaverat *Quinctus Cætronius*. Notiſſimum eſt, Prætorianos milites conſueviſſe numero Cohortis addere etiam nomen Centuriæ, aut potius Centurionis, a quo denominabatur Centuria. Hujus moris infinita ſuppeditabunt exempla Gruterus, (z) Fabrettus (a), & alii. Centuria notis compendiariis ſæpiſſime exprimebatur, ſcilicet aut 7. aut 5. vel 3. aut ↄ inverſo. Sed hæ ipſæ compendiariæ Notæ nonnumquam exciderunt, vèl omiſſæ ſunt, ut in quadam ex Gruterianis Inſcriptionibus (b), in altera ex Reineſianis (c), tum etiam in Gudianâ (d), in qua legitur AVR. MVTIANO MIL. COH. V. PV. BARBAT. ideſt MILiti COHortis *Quinctæ Piæ Victricis Centuriâ* BARBATi. Idem factum ſuſpicor in Ventaonenſi hoc Marmore, & omiſſâ Centuriæ Notâ latere in dimidiata voce LOCo nomen Centurionis, ſub quo ſtipendia meruerat *Cætronius*. Notam ſecit Fabrettus (e) geutem Lucconiam ex quodam Epitaphio duorum militum Prætorianorum. Eſt aliud Epitaphium C. LVCCONI TETRICI ad calcem Hiſtoriæ Genevenſis Jacobi Sponii (f) Eadem eſt gens *Lucconia* & *Loconia*, ut *Furia* & *Ferta*, *Camuria* & *Camoria*, *Publilia* & *Poblilia*, *Turania* & *Torania*, *Plutia* & *Plotia*. Quare ſupplendum cenſeo in quadam Gruterianâ LOC*onius* TREBIENSIVS, & LOC*onio* LVCILIANO (g). Notabis porro, *Luccenios* Fabretti patriam habuiſſe Rejos Apollinares hujuſce provinciæ Narbonenſis, & *Luconium* Sponii in tractu Allobrogico repertum eſſe; unde non longe mihi videor *Loccnii* nomen Marmori Ventaonenſi acceriſſe, ex quo plana fiunt omnia. Nam verba VET. COH. VI. PR. LOCo perinde accipio, ac ſi ſcriptum foret: VET*erano* COH*ortis* VI. PR*ætoriæ*, vel Centuriâ LOCO*nii*. Reliqua autem Œdipo non indigent. Sed in his tuum eſto judicium, quod maximi præ ceteris facere ſoleo.

Nullatenus ad PRAEF. PAGI. EPOT. pertinent *Præfecti Præfecturarum*, quos beic fruſtra advocavit Vir doctus. *Pagi* duplici modo intelligebantur, ſcilicet pro certis regionibus, per quas gens quondam diviſa erat, quemadmodum Cato apud A. Gellium (h) *pagum* dixit *Illyrium*, & Cæſar (i) *omnem Civitatem Helvetiam in quatuor pagos diviſam eſſe*. Sed illa diviſio a Populis uſurpata eſt, & in provinciarum Romanarum adminiſtratione minime locum habuit. Secundo villarum, domuumque in agris congeries, ubi ruſtici habitare ſolebant, *Pagus* vocabatur, aut *Vicus*. Gloſſarium Papiæ (k): *Vici*, *Caſtella*, *& Pagi ſunt*, *qui nulla Civitatis dignitate honorantur*, *ſed vulgari hominum cœtu incoluntur*, *& pro parvitate ſui Civitatibus attribuuntur*. Duplicem *Pagi* ſignificatum exprimunt Gloſſæ vete-

(m) Gruter. pag. DLXVI. num. 1.
(n) Ibid. pag. CCCLXXVIII. num. 1.
(o) Gruter. pag. MXCI. num. 12.
(p) Vide Memor. Trevoltienſ. April. 1728. pag. 735. & 736.
(q) Gruter. pag. DXXIII. 6. DLI. 2. DLII. 1. MLXVIII. 2.
(r) L. 16. & 119. Cod. Theod. De Decurion.
(ſ) Miſcellaneor. pag. 193.
(t) Gruter. CCCLXXXI. 3.
(u) Idem CLXVIII. 4.
(x) Sponius, Miſcell. pag. 148.
(y) Sidonius Lib. III. Epiſt. 12.
(z) Gruter. a pag. DXVI. ad DLXXII.

(a) Fabrettus pag. 128. & ſeqq.
(b) Gruter. pag. DXLIII. num. 8.
(c) Reineſius, Claſſ. V. num. 15.
(d) Gudius, CLIII. num. 5.
(e) Fabretti. pag. 129. & 629.
(f) Sponius, Hiſtor. Genev. Tom. II. pag. 345.
(g) Gruter. pag. DCCXLV. num. 10.
(h) A. Gellius Lib. XI. Cap. 3.
(i) Cæſar, Bell. Gall. Lib. I.
(k) Apud Du-Cang. Gloſſar. Med. & Infim. Latinitat. Tom. III. pag. 143.

veteres Latino-Græcæ: *Pagus* Τοπαρχία, Χώρα, Νόμος, Χωρίον. Ubicumque homines in unum convenere, ut in commune viverent, eorum pars, quæ a majori loco, sive Civitate discedebat, ut agrorum cultui vacaret, agrosque incoleret, Pagos fecit & Vicos. Neque tamen eapropter ab altera parte, quæ in Oppido remanserat, civiliter divisa censebatur, nam ex Oppido & ejus agro unum quoddam fiebat, quod Civitas vocabatur. Athenienses non hi tantùm erant, quos Athenarum ambitus capiebat, sed omnes, qui Atticam incolebant, quæ in Δημοὶς divisa erat. Festus Pompejus (l): *Demoe apud Atticos sunt, ut apud nos Pagi*. Athenicnsium exemplo ſtatim poſt Romam conditam, quum incolarum undique affluentium copiam Urbis ambitus non caperet, multi in agro ſuburbano lares fixere, quos Numa Pompilius in pagos diſtribuit; juxta Dionyſium Halicarnaſſenſem. (m) Illi tamen non minori jure quàm urbani Cives ſuffragia ferebant, eodem utebantur jure, & ad creandos Magiſtratus in Urbem confluebant. Quare Q. Cicero ad Marcum (n) fratrem ſcribens de petitione Conſulatus, *Pagorum* quoque, & *vicinitatum* rationem habendam admonet. Ipſe Cicero (o) quum verba faceret ad Pontifices, gloriatur, nullum fuiſſe in Urbe Concilium, nullos paganos, aut montanos, qui non ampliſſime non ſoltim de ſalute ſua, ſed etiam de dignitate decreviſſent. Par fuit ratio Coloniarum & Municipiorum, nam intra terminos illorum agris aſſignatos inerant *Pagi*, qui juriſdictioni Magiſtratuum Coloniæ aut Municipii ſuberant. *Territorium* vocabatur, aut *regio*, quouſque Magiſtratûs Municipalis coërcitio & juriſdictio protraheretur. Ita Siculus Flaccus (p): *regiones autem dicimus, intra quarum fines ſingularum Coloniarum, aut Municipiorum Magiſtratibus jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas*. Pomponius Juriſconſultus (q): *Territorium eſt univerſitas agrorum intra fines cujuſque Civitatis: quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi, ideſt ſummovendi, jus habet*. Pagi intra Territorium erant, ideoque ad illos porrigebatur juriſdictio Magiſtratûs Civitatis, cujus Pagi erant. Ruſtus Siculus Flaccus (r): *Sed & Pagi ſæpe ſignificanter finiuntur, de quibus non puto quæſtionem futuram, quorum Territoriorum Pagi ſunt, ſed quatenus territoria*. Si verò contingeret controverſiam inter Civitates exſurgere, ut ſciretur, cujus Civitatis Pagi eſſent, *reſpiciendum*, ait eidem Agrimenſoræ rei Scriptor, *quibus ex utroque locantur*, ſive, ut emendat Goëſius, *a quibus evocantur*. Illa verò emendatio, ut verum dicam, minime mihi arridet, quum nimis a vulgatæ lectionis veſtigiis recedat. Neque omnino inepta eſt receptæ lectio, quum præcipere videatur Siculus, ut primo diſpiciatur, quomodo inter utramque Civitatem, quæ Pagum vendicare ſibi geſtiunt, ipſi Pagi locentur, ideſt, poſiti ſint. Aliam definiendarum hujuſmodi controverſiarum rationem deinde ſubjungit: *nam*, inquit, *quoties militi prætereunti, alii-ve cui comitatui annona publica præſtanda eſt, ſi ligna, aut ſtramenta deportanda, quærendum, quæ Civitates quibus Pagis hujuſmodi munera præſtare ſolitæ ſint*.

Quamvis autem Pagi Civitatibus ſubeſſent, neque peculiarem haberent juriſdictionem, nihilominus parvam quamdam Rempublicam, aut Reipublicæ ſpeciem gerebant. Feſtus (ſ): *ſed ex Vicis partim habent Rempublicam, & jus dicitur; partim nihil eorum, & tamen ibi multæ aruntur negotii gerendi cauſſa*. Quod ibi *jus dici* in quibuſdam Vicis legitur, ita capio, ac ſi Magiſtratus Civitatis in eos Pagos aliquando juris-dicundi cauſſa ſe contulerit; aut de iis Vicis dictum eſt, qui jus Coloniæ, vel Municipii impetraverant, quod nonnumquam eveniſſe aliàs obſervavi. Ceterum habuere pagani commune quoddam Concilium, ſive Conventum, ut innuit Cicero (t) loco ſupra laudato: *erat ſenatus, Ordo, Curia*, Decreta faciebat, ita & Paganorum Conventicula *Scita* condiderunt. SCITVM PAGI PAGANORVM FARRATICANORVM habes in lapide agri Brixienſis (u). PAGVm HERCVLANEVm SCIVISse in altero agri Campani ab Alexio Mazochio (x) docte illuſtrato. Immo *Decretum Paganorum Pagi Mercurialis* obſervavi in lapide, ex Africâ Florentiam translato, & a Sponio (y) noſtro deſcripto. Qui Pagis, Paganorumque Conventibus præerant, ſæpe ſæpius *Magiſtri Pagi* dicti occurrunt. Ita ſane in Campana Inſcriptione modò laudata, tum in altera Sermonetæ reperta in Collectaneis Donii (z). Item *Magiſtri Pagorum* nominantur a Siculo Flacco (a), & Feſto, (b) & ita quoque in veteri Epigrammate, Anno Chr. 1666. reperto in Vico Haſparen in Vaſcis, tribus a Bayona leucis, quod heic ſubjiciam, quale in Commentariis Trevoltinis (c) prodiit.

FLAMEN. ITEM. DVVMVIR. QVAESTOR
PAGIQVE. MAGISTER
VERVS. AD. AVGVSTVM. LEGATO
MVNERE. FVNCTVS. PRO
NOVEM. OBTINVIT. POPVLIS. SE
IVNGERE. GALLOS. VRBE
REDVX. GENIO. PAGI. HANC
DEDICAT. ARAM

Munus ipſum *Magiſterium Pagi* vocatur in Brixienſi Lapide, & ad illud obeundum Magiſter quotannis creabatur. Feſtus Pompejus (d) ex emendatione Scaligeri: *Magiſtri Vici, item Magiſtri Pagi, qui creati quotannis fuerint*. Primus omnium Pagorum Magiſtros inſtituiſſe ſertur Numa Pompilius; is unicuique Pago ſuum Magiſtrum (Αγορανόμον vocat Dionyſius (e)) attribuit, qui illum obiret & inſpiceret. Quemcumque verò deprehendiſſet recte, aut ſecus, agrum ſuum coluiſſe, adnotare, & ad Principem referre tenebatur. Poſtea Servius Tullius, novus Reipublicæ ordinator, non ſoltim Magiſtrorum Pagi munia non imminuit, quin & ampliora adjeciſſe videtur. Quum enim paganis tuta paraſſet perfugia in locis editis, & naturâ munitis, his quoque ſuos Magiſtros (Αγορανόμους) præeſſe juſſit, quibus curæ erat ſcire agreſtium, qui in unum Pagum contributi erant, nomina, & ex quibus ſe alerent prædiis. Tum, quoties opus erat, Ruſticos ad arma vocare, aut tributa virilim exigere. Hi milites contrahebant, & colligebant pecunias. Magna igitur eſt doctiſſimi Meurſii (f) hallucinatio, qui deprehendiſſe ſe putabat, quis primus Magiſterium Pagi iniiſſet in veteri Lapide, ubi L. BENNIVS. PRIMVS. MAG. PAGI dicitur GERMANICO. CAESARE. II. L. SEIO. TVBERONE. COSS. hoc eſt, Anno U. C. 771. Nam ibi PRIMVS eſt *Lucii Bennii* Cognomen, neque ad voccm MAG*iſter* referri debuit. Curabant præterea Magiſtri Pagi, ut militibus prætereuntibus, Magiſtratibus, qui in aſſignatam ſibi provinciam pergebant, ceteriſque, quibus annona de publico debebatur, ligna etiam, ſal, ſtramentа, & commeatus præberentur. Vicinales quoque vias muniebant, exactis operis a poſſeſſoribus. Siculus Flaccus (g): *vicinales autem viæ, de publicis quæ diverruntur in agros, aliter muniuntur per Pagos, ideſt per Magiſtros Pagorum, qui operas a poſſeſſoribus exigere ſoliti ſunt*,

Qui

(l) Feſtus Lib. IV. verbo *Demoe*.
(m) Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib. I. pag. 135.
(n) Cicero, de petitione. Conſulat. num. 8.
(o) Idem, pro Domo, num. 28.
(p) Sicul. Flac. pag. 1. Edit. Goës.
(q) L. 239. § 8. D. De verbor. ſignific.
(r) Sicul. Flacc. pag. 25.
(ſ) Feſt. Lib. XX. verbo *Vici*.
(t) Pro Domo num. 28.
(u) Gruter. pag. MVII. num. 7.
(x) In Amphitheatr. Campan. Cap. VIII. pag. 148.
(y) Miſcellaneor. pag. 191.
(z) Donius, Claſſ. V. 46.
(a) Sicul. Flacc. pag. 9. & 25.
(b) Feſtus, Lib. XIV. verbo *Magiſtrare*.
(c) Memor. Trevolt. Decembris 1728. pag. 2344.
(d) Lib. XX. verbo *Vici*.
(e) Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib. II. pag. 135. & Lib. IV. pag. 220.
(f) Meurſ. Exercitat. Critic. Part. II. Cap. 7. pag. 22. 23. Vide Gruterum pag. XXVI. num. 9.
(g) Sicul. Flac. pag. 9.

Qui olim *Magistri Pagorum*, iidem postea *Præpositi* sæpissime dicti sunt, ut in utroque Codice (h) deprehendi: tum etiam Epistola Sabini (i) Præfecti Prætorio Maximini Dazæ ad Præsides Provinciarum vocat *Præpositos Pagorum singularum Civitatum τριακοσίους ὡν Παγῶν ἐκεῖσε τοὺλος*; eos quoque *ναγάρχους* vocavit Justinianus (k), eorumque Præposituras *ναγαρχίας*. Rarius *Præfecti Pagi* dicuntur, neque eos hoc nomine nuncupatos memini, præterquam in Lege Constantini (l) Augusti, in qua *Præfectus Pacis*, pro *Præfectus Pagi* legebatur ante Jacobi Gothofredi emendationem. Sed immutatæ paululum nomine eadem munera remansere; nam Pagorum Præpositi, aut Præfecti (m) annonam publicam a possessoribus exigere tenebantur, & eam Susceptoribus tradebant, in publica horrea inferendam. Male itaque Gothofredus Pagorum Præfectos in Susceptorum, Custodumque numerum retulit. Quamvis enim eidem officio operam darent, id tamen discriminis interfuit, quod Præfecti seu Præpositi Pagorum annonas a Paganis juxta canonem exigebant, Susceptores verò ab iis, & prædiorum Fiscalium Conductoribus acceptas, ad horrea publica devehendas curabant, ubi a Custodibus summâ diligentiâ affervabantur; indeque evenit, ut Præpositi Pagorum in citatis Legibus, sæpissime cum Susceptoribus & Custodibus conjungantur.

Fuere præterea *Ædiles Pagorum*, quorum memoriam servavit Lapis vetus Taulinianî in Tricastinorum finibus repertus, quem ita Fabrettus (n) edidit:

L. VOTVRIO. MAXIMO ♃ AEDILI
PAGI. ALETANI. PATRI ♃
C. VOTVRI. AVITI

Denique præcipuos in Vicis & Pagis dignitate vel opibus, quales in Civitatibus erant Decuriones, *Primates Vicorum* vocitatos reperies in toties laudato Codice Theodosiano (o). Non tantùm peculiares Præfectos, qui nonnullam Magistratum speciem gererent, habuere Pagi, sed etiam peculiares Deos, & peculiaria sacra, atque ut Genios suos coluere Municipia & Coloniæ, sic *Genium Pagi* reperire est in Thesauro Gruteriano (p), tum *Jovem Paganicum*, & *Bonam Deam Paganam* in Aquilejensi (q) Inscriptione. Sunt in aliis (r) *Nemesis Campestris*, & *Silvanus Lar Agrestis*, quæ Pagorum. Numina, & a Paganis summopere culta non dubito. Sacra præterea fuere Pagorum propria, & Feriæ Paganicæ. Earum aliæ erant Stativæ, aliæ Conceptivæ. *Paganalia* sacra a Rege Servio Tullio instituta, annua erant & stativa, sicut & Terminalia. At agrorum & segetum lustratio, quæ mense Majo peragebatur, conceptiva. De his multa eruditè more suo Mazochius (s). Cereri ante messem porcâ prædaneâ litasse agricolas videbis in Libris Catonis de Re rustica (t). Eos verò frugibus conditis Telluri, Silvano, & Genio sacrificasse docet Horatius (u):

Agricolæ prisci fortes, parvoque beati
Condita post frumenta levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus ac vino Genium, memores brevis ævi.

Fauno etiam Nonis Decembribus ferias per Pagos agitatas idem Horatius (x) memorat, Odâ ad Faunum ita canens:

Quum tibi Nonæ redeunt Decembres,
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove Pagus.

Ex his satis superque patet, quæ dignitas *Præfecti*, quæ significatio *Pagi* in Ventaonensi Marmore. Nunc indicandus restat ipse Pagus, qui sub compendio vocis EPOT. latitat. Ad hunc verò investigandum, me quasi manu duxit Clarissimus Valbonæsius. Ex Regestis enim Cameræ Computorum Delphinatis, cui ipse præerat, Librum Censualem produxit Castri *Upaytii*, cujus fines ita describuntur (y). *Confrontantur Castrum & territorium Upaytii ab Oriente cum territorio Castri de Ventaone*. Est hodieque proximus loco, in quo Marmor nostrum visitur Pagus *Upavtium*, Gallice *Upays* dictus. Idem in Literis Ludovici XI. Francorum Regis vocatur *Upoys*, ubi vides, variasse quasdam hujus vocabuli literas. Valde vero simile est *Upatyum* olim *Epantium* & *Epotium* audiisse. Y Græcum, locum vocalis U occupasse animadverti in Inscriptione *Decimi Secundini*, quam Itinerario suo inseruit Sponius (z). Ab *Epautio* factum est *Epaytium*, & postea *Upaytium*. Cur verò EPOT*ium* scriptum sit pro *Epautio*, non mirabuntur, qui noverint, eumdem fuisse sonum vocalis O, & diphtongi AU. Ita *Cauponam* & *Coponam* diverunt veteres, *Raudus*, & *Rodus* (a). *Oricbalchum* primâ correptâ Prudentius (b) usurpavit pro *Aurichalco*. Iidem fuere *Clodii* cum *Claudiis*. Similia sexcenta suppeditabunt Inscriptionum Indices grammatici, præter ea, quæ Salmasius (c) ad Historiam Augustam congessit. Veterem esse Gallorum consuetudinem AU quasi O pronunciandi, notavit Julius Cæsar Scaliger (d). Consonans litera T ante vocalem I. sequente alia vocali, idem fere sonat ac S. præfertim apud nostrates, quos ea propter ita fuggillat Palæsius Grosippus, hoc est Gaspar Scioppius (e). *T recte hodie* pronunciatur ab omnibus, *nisi ubi I cum alia vocali conseguitur. Tum enim addito ei sibilo perinde eam efferunt ut Z. Nam Livium dicunt Litium, seu Lisium. Quod quidem satis scio nemo Romanorum intelligeret. Maxime tamen in eâ efferendâ vidi. evili sunt Galli, quos quum* intentio *dicere audias*, intentio, an intensio *illa sit, disternere handquaquam possis*. Iniquus sane ut omnibus ita præcipue Gallis Scioppius. Eorum enim pronuntiationem tueri potest satis frequens in veteribus Inscriptionibus (f) permutatio literarum T, & S, sequente I, cum alia vocali. Nam NVMITIVS occurrit scriptum pro NVMISIVS, & vicissim PLVSIANAE loco PLVTIANAE vel PLOTIANAE.

Pagum EPOT*ium* ad Coloniam Deam Augustam Vocontiorum pertinuisse, inde conjicias licet, quod idem ejus Præfectus in ea Colonia fuerit *Flamen Augustalis*, & *Curator Muneris publici*. Quare Vocontiorum fines amplius prorogandi sunt, quàm hactenus Viri docti censuerunt, usque ad Druentiam amnem, paucis passuum millibus a Ventano & Upaytio distantem. Limes igitur Vocontiorum a Meridie fuit Druentia, a Septemtrione verò Isara, quò ab Allobrogibus dirimebatur. Eos enim usque ad Allobrogibus pertinuisse dixit Strabo (g): *τὸ ἔθνος μέχρι Ἀλλοβρόγων*: & Cæsar (h) a finibus Vocontiorum ad fines Allobrogum venisse se testatur, & ab Allobrogibus ad Segusianos, unde Allobroges medios fuisse inter Vocontios & Segusianos intelligitur. Ab Oriente primi Vocontiis contermini occurrebant *Garoceli*, quorum Cæsar meminit, nominisque superstes vestigia in pago *Gonzelin*, duodecim millibus pas-

(b) Leg. 8. Cod. Theod. De Suscept.
L. 2. Cod. Justin. eod.
L. 49. Cod. Theod. De Decurion.
(i) Eusebius Hist. Eccl. Lib. IX. Cap. 1.
(k) Justinian. Ed. XIII. Cap. 24.
(l) L. 1. Cod. Theod. De Pignor.
(m) L. 1. Cod. Theod. De CV. mil. an.
L. 1. de his qui adm. &c. Cod. eod.
(n) Inscription. pag. 657.
(o) L. 13. Cod. Theod. De defert. & ext. occult.
(p) Gruter. pag. MLXXV. num. 14. & XXI. num. 11.
(q) Philip. a Turre Differt. de Hist. Aquil. pag. 309.
(r) Gruter. pag. LXXX. num. 11. & Donius Clasi. I. 114.
(s) Amphitheat. Campan. Cap. VIII. pag. 153. & seqq.

(t) Cato de Re rustic. Cap. 134.
(u) Lib. II. Epistol. I. vers. 139. & seqq.
(x) Idem Lib. III. Od. 18.
(y) Cod. Recognition. Upaytii, Ann. 1380. MS. fol. 215.
(z) Sponius, Itinerar. Tom. II. pag. 262. Edition. 1724.
(a) Festus, Lib. III. & XVI.
(b) Prudentius adverf. Symmach. Lib. I.
(c) Salmasius ad Histor. August. pag. 505.
(d) De causf. Ling. Latin. Lib. I. Cap. 8.
(e) Pasc. Grosip. de Orthoep.
(f) Gruter. pag. DCCCXI. num. 11.
Reinesius, Class. XX. num. 148.
(g) Geograph. Lib. IV.
(h) Cæsar de Bell. Gall. Lib. I.

paſſuum a Gratianopoli citra Iſaram diſſito. Sequebantur deinde *Tricorii*, quorum tractus erat, quem nunc vocamus *le Pays de Trieves*. Poſtea *Sicorii*, Strabon (i) memorati, & uſque ad Druentiam porrecti. Nomen fere retinet Vicus *Sigoyer*, diſtans duabus Leucis a Vapinco. Vapincum etiam Sicoriorum fuiſſe vix dubito. Vocontiorum fines versùs Sicorios indicatos habemus in Itinerario Hieroſolymitano, ſive Burdegalenſi, loco, qui dicitur *ad fines*, inter *Davianum* & *Vapincum*. *Drutianum* eſt Civitatula *Veynes*, *Vapincum* Civitas Epiſcopalis *Gap*. Locus inter utramque medius vocatur *Rupes Arnaudorum*, Gallice *la Roche des Arnauds*, ubi quondam fuere, habitâ numeri milliariorum ratione, *fines* ab Itinerario indicati. Ab occaſu Vocontiis proximi erant *Sentii*, poſtea *Vulgientes*, *Memini*, *Cavares*, *Tricaſſini*, & *Segalauni*. Tractum Vocontiorum fere medium ſecuit via, quæ Mediolano per Alpes Cottias Viennam ducebat. Extremam verò orientalem oram perſtringebat iter a Mediolano per eaſdem Cottias Alpes Arelatem. Antonini Itinerarium inter Vapincum & Seguſteronem collocat *Alabontem* XVIII. a Vapinco, XVI. a Seguſterone millibus. Locum hunc, ſervato eodem milliarium numero, *Alarante* bis vocat Peutingeriana Tabula (k). *Alabontem*, aut *Alarantem* fuiſſe locum, qui nunc dicitur *Ventaonum*, noſtro Marmore conſpicuum, exiſtimatunt Philippus Labbæus (l), & Nicolaus Chorerius (m). Alii multi, inter quos Hadrianus Valeſius (n), *Alabontem* Tallardum eſſe aſſerunt. Utrique parum recte; nam *Tallardum* vicus Vapinco diſtat decem tantùm millibus paſſuum, non octodecim, & a Seguſterone non ſolùm ſexdecim, ſed viginti quatuor. Quo ad Ventaonum, præterquamquod ab eo paululum deflectit via publica, qua Vapinco Seguſteronem iter eſt, nimium a Vapinco, non ſatis a Seguſterone diſtat, pro rationibus Itinerariorum antiquorum. Verum loci nomen fuit *Alamons*, ubi quondam fuit Monaſterium vocabulo Sancti Martini *de Alamonte* diœceſis Vapincenſis. Illius Monaſterii meminere Literæ Pontificiæ Urbani II. Papæ ad Abbatem & Monachos Montis Majoris, citatæ in Libro Galliæ Chriſtianæ (o). Ejus ſitum antiquis Itinerariis omnino convenientem deſignant hæc verba itineris D. Petri de Columbaria Cardinalis Oſtienſis, vulgati a Labbæo (p): *Lunæ* 22. (Junii An. Ch. 1355.) *fuit in prandio in Monaſterio Alamoni; & diſtat a Civitate Vapincenſi quatuor Leucas. In ſero fuit in Civitate Ciſtercienſi, ſeu de Ciſteron, & diſtat a loco Alamoni per quatuor Leucas.* Poſterior ætas literam T omiſit, & pro *Alamontis* dixit *Alamonis*, ut etiam obſervavi in Homagiis Delphino præſtitis Anno 1329. (q) in quibus *Caſtrum Alamonis* nuncupatur. Pulſis Monachis, & Monaſterio a fundamentis per bella civilia diruto, nomen ſupereſt in Viculo, quem hodie vocant *le Monaſtier d'Allamont*, ſecus viam, quâ Vapinco Seguſteronem pergunt, ubi etiamnum Romanæ viæ veſtigia deprehenduntur. Sed nimis extra oleas.

A MVNERIS PVBLICI multiplex eſt notitia. *Munus* eſt quodlibet officium λειτουργία, & ita accipitur in variis Imperatorum Conſtitutionibus (r), in utroque Codice relatis, tum etiam in veteri Inſcriptione (ſ). Secundo *Munus* & onus, ſive tributum, quomodo eam vocem adhibuit Symmachus (t): *Tabulariis liberum eſt, alios a diſpendio vindicare, aliis indebitum Munus imponere.* Hinc ab eodem *Munifici* dicuntur Tributarii; atque in Codice Theodoſiano (u) Tributum nonnumquam *Jus Munificum* vocatum occurrit. Tertio *Munus Publicum* uſurpatur pro Ludis & Spectaculis publicis, præſertim verò pro Gladiatoriis. In Coloniis, Municipiiſque, ubi Ludi Gladiatorii edebantur, eorum cura mandabatur alicui ex Primoribus vel honoraris Curiæ. Legitur in quadam Inſcriptione (x): L. IVLIVS ACILIANVS ROGATVS eſt AB ORDINE PARI-
B TER ET POPVLO VT GLADIATORII MVNERIS PVBLICI CVRAM SVSCIPERET. Cura Ludorum *ἡ περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια* Græcis dicebatur (y), & Ludorum Curatores *οἱ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι ἐπιμεληταὶ* Polluci (z). Romæ ab Imperatoribus Ludorum Curatores fiebant viri nobiliſſimi. Tacitus (a): *Cura Ludorum, qui a Cæſare parabantur, Arruntio Stellæ, Ægyptus C. Balbillo, permittuntur.* Eſt apud Svetonium (b) de ſimili officio, *Curator Munerum & Venationum.* Eſt apud Sponium (c) in Prænestino Lapide Q. VERRIVS. Q. F. PAL. FLACCVS SEVIR AVGVSTALIS CVRA-
C TOR MVNERIS PVBLICI, ſenſu prorſus eodem. Quin verò de curâ Ludorum Gladiatoriorum intelligenda ſit Ventaonenſis Inſcriptio, dubitationem omnem eximit altera Deenſis inter Gruterianas (d) Inſcriptio, in qua SEX. VENCIVS IVVENTIANVS FLAMen & CVRATOR MVNERIS PVBLICI GLADIATORI VILLIANI dicitur *adlectus in Curiam Lugdunenſium a ſplendidiſſimo Ordine eorum*, & honoratus eſt hoc elogio ab *ordine* VOCONTIORVM EX CONSENSV ET POSTVLATIONE POPVLI OB PRAECIPVAM EIVS IN EDENDIS SPECTACVLIS LIBERALITATEM. Unde ſatis patet, Spectaculis maxime deditos fuiſſe Vocontios, *Munuſque publicum* Deæ editum, cujus curam ſuſcepit *Quinctius Cæcronius Tutullus*.

C A P. V.

EXtat Nemauſi Marmor, nemini hactenus intellectum, de quo nunc juvat periculum facere. Primùm prodiit in Antiquitatibus Nemauſenſibus Jacobi Graſſeri (e), mendis non paucis depravatum. Deinde a Sorberio inſertum eſt Epiſtolis & Diſcurſibus Gallicis. Paulo ſecius quàm poſtea ſcriptum reperi in MSta ejuſdem Epiſtola ad Salmaſium, ex qua exemplar proponam e regione Graſſeriani. Tum veram illius Marmoris inſcriptionem ſubjiciam, qualis nunc legitur in ædibus D. *de la Tour*, Cauſſarum Patroni Nemauſenſis.

Ex Graſſero.	*Ex Marmore.*	*Ex Epiſtola MSta Sorberii.*
MVMER. C. POMP. MARI	MVNER. G. POMP. MART	λλVNER. C. POλλP. MARI
FAVSTVS..... XXXVII	ESSE. LIB	ISSE. LIB
N. ARABVS	FAVSTVS..... D. XXXVII	FAVSTVS..... D. XXXVII
LVC. AC. CONTVBERNALI	N̄. ARABVS	N̄. λRλBVS
DE. SVO	EVCHE. CONTVBERN. DE. SVO	EVCHE. CONTVBERN. DE. SVO

Doctiſ-

(i) Strabo, ut ſupra.
(k) Tabul. Peutinger. Segment. 2.
(l) Labb. Phar. Gall. Ant. Part. II. pag. 83.
(m) Chorer. Hiſt. Delph. Tom. I. Lib. 4.
(n) Valeſ. Notit. Gall. pag. 7.
(o) Gall. Chriſtian. Tom. I. in Arch. Arelaten.
(p) Labb. Bibl. MSS. Tom. I. pag. 354.
(q) Regeſt. Humb. Pilat. in Archiv. Camer. Comput.
(r) L. 18. D. de verb. ſignific.
l. l. 36. 7%. 119. Cod. Theod. de Decur.
(ſ) Gruter. pag. MX. num. 3.

E (t) Symmach. Lib. IX. Epiſtol. 10.
(u) L. 9. & 16. Cod. Theod. de indulg. debit.
(x) Gruter. pag. CCCCXXI. num. 1.
(y) Ariſtot. Politic. Lib. VII. Cap. 8.
(z) Pollux, Lib. III. Segm. 140.
(a) Tacitus, Annal. Lib. XIII. 22.
(b) Suetonius in Caligul. Cap. 27.
(c) Sponius, Miſcellan. pag. 164.
(d) Gruter. pag. CCCCLXXXIV. num. 2.
(e) Graſſer. Antiquit. Nemauſenſ. pag. 233.

Doctiſſimus Reineſius (f) nodum hunc ſecare, quàm ſolvere maluit, & ex unicâ Inſcriptione duas fecit, quas ſub diverſis titulis exhibuit, expunctâ cum Graſſero fecundâ lineâ integrâ ; atque illi, ut pro conſtitutione ſomniorum Sorberii laudem non denego, ita pro audacioribus conjecturis a me calculum non auferet. Notavi alibi, & jam a Viris doctis obſervatum eſt, Cives quoſdam e præcipuis, populariſ aurę captandæ gratiâ, Ludos Gladiatorios propriis ſumtibus edidiſſe, & ad hanc rem Gladiatores ſuo ære redemtos, aut authoratos, in privato Ludo aluiſſe. Ludum Lentuli (g), unde Spartacus cum ſociis effugit, non unus inter Scriptores memorat. Ludi, quem Capuæ habuit Cæſar, ipſe (h) meminit. Gladiatores plerique ſervierant, & elapſo certo tempore, aut aliâ de cauſâ rude impetrato, acceptâque libertate, e Servis fiebant Liberti, Civitatis, ſi e publico Urbis Ludo mitterentur, aut petente Populo, pecuniâ Domino renumeratâ, miſſionem conſequerentur, vel Patronorum, ſi ab ipſis fuiſſent manumiſſi. Fuit Nemauſi Civis quidam *C. Pompeius Martialis*, cujus etiam ſit mentio in alio Nemauſenſi Lapide. Is, ut Populo Spectacula in Amphitheatro exhiberet, Gladiatorum paria privatim aluiſſe videtur, & in his *Fauſtum* hunc noſtrum, qui poſtea Libertus factus, Contubernali ſuæ Euche poſuit hanc Epigraphen, quam ſic lego :

MVNER*arii Gaji* POMP*eji* MART*ialis*
ESSE*darius* LIB*ertus*
FAVSTVS..... *Commiſſus Trigeſies Septies*
(ſeu Pugnarum XXXVII.)
Natione ARABVS
EVCHE CONTVBERNA*li* DE SVO
(ſubaudi: *Fecit*, vel *Poſuit*.)

Munerarius dicitur *Pompejus Martialis*, utpote Ludorum editor, & Patronus *Fauſti*, qui fuit ex eo Gladiatorum genere, quos Eſſedarios nuncuparunt, quia pugnabant ex *eſſedis*, curruum genere quondam ſolis Gallis in uſu. Narrat Livius (i), eâ pugnâ, quâ Decius filius ſe pro Romano exercitu devovit Anno U. C. 457. Romanum equitatum novo & inſolito Gallorum ex *eſſedis carri*ſque pugnandi modo territum fugiſſe. Pugnam ex *eſſedis* accurate deſcripſit Cæſar (k) ita tamen ut plura ad prœlium, quod integrâ utrimque acie committebatur, referri poſſint ; pauca verò uſui fuerint in ſingulari certamine in Arena edito : hæc nempe, incitatos *equos ſiſtinere*, *& brevi moderari ac flectere*, *& per temonem currere*, *& inde ſe in currum citiſſime recipere*. E Galliis Romam tranſiit uſus *eſſedorum*, & *eſſedariorum*, qui in Amphitheatro pugnarent, eorumque meminere Suetonius (l), & Seneca (m). Præcipue tamen in Galliarum Civitatibus vigebat, quæ aut Ludorum editione, aut Amphitheatro inſignes erant. Nam reperta eſt Lugduni Anno Ch. 1714. Inſcriptio *Hylatis Aſſdarii*, de qua multa in Hiſtoria Academiæ Regiæ humaniorum Literarum. Altera exſtitit Nemauſi, quam Gruterius retulit (n), ita meo judicio legenda : BERVL-LVS ESSE*darius* LIB*ertus* XX. ſuppl*e Pugnarum*. Ne de Liberto dubitem, facit vox CONTVBERNA*lis*, quâ erga conjugem ſuam utitur *Fauſtus*. Omnis autem generis ludionum monumentis adſcribere conſueverunt *pugnarum*, aut *padimarum* (o) numerum. Quare ↄ. interſum interpretor *Commiſſus*. Gladiatores enim proprie *Committi*, *Componi*, *Comparari* dicebantur, nonA tante Lipſio (p), & pugnas triginta ſeptem iniiſſe. Fauſtum accipio. Gentem quoque ſuam profiteri ſolebant ; unde alius *Phryx*, alter *Syrus*, quidam Hiſpanus, ſertur (q). *Fauſtus* dicitur *Natione Arabus*, pro *Arabs*, ſicut in hoc Virgilii verſu (r).

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanis, *Arabis-ve parant*. . . . . .

Ubi Servius: *hic dativus venit ab eo*, *quod eſt hic Arabus*: *nam ab eo*, *quod eſt hic Arabs*, *facit Arabibus*, *ſicut Hiberibus*. *Unde Lucanus*, *occurrit Hiberibus alter*, *& Hiberis Horatius*–*diſcet Hiberi* ; *Rhodanique potor*. *Item lectum eſt Æthiops*, *& Æthiopus*. Hæc ideo adduxi, ut Stephano Byzantio (ſ) aſſererem lectionem veterum Codicum Palatini & Voſſiani, in quibus verbo Ἄραβες legebatur τὸ Ἴθνικὸ Ἄραβιος, ἡ γοῦν Ἄραβος, καὶ Ἀραβίωνα, ubi fruſtra Berkelius Ἄραβοι mutare voluit in Ἄραβες. Si plurès enim idoneos Auctores reperiat, qui *Arabus* diverint, en qui multos ſuppediabit Sofipater Chariſius (t) : *Arabi*, *Maro*–*Hyrcaniſque*, *Arabiſ-ve parant*. *Ubi plenius & numero plurali finita nominativa*, *dativo bus recipiunt*. *Quid ergo ſi ſic declinavit*, *ut Plautus in Bacchidibus*, *Arabus*, *& in Pœnulo*, *Myrrhinus odor Arabus*. *Lucilius* 25. *Arabus Artemo*. *Denique & C. Caſſius in Epiſtola*, *quam de Dolabella ſcripſit* : *Arabi mirifico animo erga nos fuerunt*, *inquit*.

Sed ne quid intactum in hoc lapide fineret Reineſius (u), ꝏ ARABVS mutari juſſit in ATABVS, tum in hac, tum in alia Narbonenſi, e Thefauro Gruteriano (x). Sed poſterius citatam tuetur altera item Narbonenſis (y), in qua *Arabus* cognomen eſt, & inde formata ſunt *Arabinus*, *Arabianus* cognomen cujuſdam Præfecti Annonæ, ad quem extat Epiſtola Aureliani Auguſti apud Vopiſcum (z). Item *Arabianus* Hiſtoricus, cujus meminere Capitolinus (a), & Lampridius ; (b) tum etiam *Arabianus* Scriptor Eccleſiaſticus, a Divo Hieronymo (c) memoratus in ſuo Catalogo. Hos aut Reineſius in promiſſo ſuo eponymologico prætermiſerat, vel ſane de eis non cogitavit, quando Arabum ſibi ſollicitandum duxit. Ceterum inirabitur fortaſſis nonnemo Patroni officium & nomen ante Liberti cognomen ſolum poſita eſſe, quum ex uſu communi dici debuiſſet *Fauſtus C. Pompeji Martialis Munerarii Libertus*. Sed illud ὄνομα πρόπον etiam occurrit in celebri Lapide Nemauſenſi (d) Militis miſſicii, cujus initium eſt : TI. CAESARIS. DIVI. AVGVSTI. FIL. AVGVSTI. MILES. MISSICIVS. T. IVL. FESTVS ; nam ibi quoque dicendum erat : *T. Julius Feſtus Miles Miſſicius Ti. Cæſaris Divi Auguſti Filii Auguſti*. Demum EVCHE eſt nomen plurium Libertarum, in vetuſtis Lapidibus memoratarum. Legi quoque poſſet EVCHE*rie* : eſt enim *Porcia Eucheria* in Tarraconenſi (e), & verſus quidam leguntur *Eucheriæ* Poëtriæ in Catalectis Pithœanis (f). Sed ſatis rectum eſt *Fucha*, neque ullum abbreviatæ vocis indicium perſpicio.

C A P. VI.

GRæcorum characterum Quarti a Chriſto nato Sæculi, ad finem vergentis, ſpecimen jam propoſui in Piſaurenſi Marmore, Arcadii Auguſti & Rufini Conſulatu ſignato, cujus ectypum ad te miſi. Eorumdem elementorum, in barbariem inclinantium, Sæculo Tertio jam affecto ecce aliud ſpecimen ex Lapide reperto, Anno Ch. 1723.

Ro-

(f) Reineſ. Claſſ. XIV. 162. & Claſſ. XIX. 15.
(g) Florus, Lib. III. Cap. 20. &c.
(h) Cæſar Bell. Gall. Lib. I.
(i) Liv. Lib. 10.
(k) Cæſar. Bel. Gall. Lib. IV.
(l) Sueton. in Caligul. 35. in Claud. 21.
(m) Senec. Epiſt. 29.
(n) Gruter. pag. DCCCCLXIII. num. 7.
(o) Idem, pag. CCCXXXIII. 4. 8. 9. & CCCXXXIV. 1. 4.
(p) Lipſius Saturn. Lib. II. Cap. 15.
(q) Reineſius, Claſſ. IV. 59.
(r) Æneid. Lib. VII. verſ. 604.

(ſ) Steph. Byzant. pag. 151. Edit. Berkel. 1689.
(t) Chariſ. Inſtit. Gramm. Lib. I. pag. 59. 100. Edit. Putſch.
(u) Reineſ. Claſſ. XIX. 13.
(x) Gruter. pag. LIX. num. 8.
(y) Idem, pag. DCCLXXVII. num. 11.
(z) Vopiſcus in Aurelian. Cap. 47.
(a) Capitolinus in Max. & Balbin. Cap. 1.
(b) Lampridius in Diadumen. Cap. 9.
(c) Hieronym. de Script. Eccleſ. Cap. 51.
(d) Sponius, Miſcellan. pag. 239.
(e) Gruter. pag. DCCLXXX. num. 11.
(f) Epigramm. & Poëm. veter. pag. 158. Edit. Lugdun. 1596.

Romæ,
in Cœmeterio SS. Thraſonis & Saturnini:



Inter Chriſtiana monumenta, quæ ætatem tulerunt, & certatim a Viris doctis, Chriſtianæ Antiquitatis cultoribus collecta ſunt & vulgata, nullum novi, ſaltem inter ea, quæ ætatis certam notam præferunt, huic A veruſtate comparandum, & ſimul tot Chronologicis caracteribus munitum. Latinus eſt quidem ſermo, ſed elementa Græca, quæ ſic communi ſcriptura, & junctis literis, quæ cohærere debent, legenda ſunt:

Κλαυδίου Κλαυδίῳ
Ἐδ Πατέρνῳ Νόνις
Νοβεμβρίβυς Δὶς Βένερις Λὰνις XXIIII.
Λύκεις Φέλιξ Σεβήρε Καρισσίμε Ποσυιτ
Ἐδ Σπιρίτου Σάνκτω Τόυ
Μόρτυα Ἀννόρυμ VI.
Ἐδ Μενσόρυμ XI. Δυόρυμ X.

Latinis verò typis:

Claudio Conſule
Et Paterno. Nonis
Novembribus, Die Veneris, Lunâ XXIV.
Lucens Filiæ Severæ Cariſſimæ Poſuit
Et Spiritu Sancto Tuo.
Mortua Annorum Sex
Et Menſium Undecim, Dierum Decem.

Parum ſane utriuſque literaturæ peritus fuit hujus Inſcriptionis Quadratarius, nam & Ortographiæ leges obique tranſgreditur, & ſyllabas copulat, quæ ſeparari debuerunt, alias ſejungit, quæ unâ ſerie ſcribendæ erant. Diphtongos uſurpat pro ſimplicibus vocalibus, & vice verſa vocalibus utitur loco diphtongorum. In Græcis videtur omoino peregrinus, & Linguæ Latinæ ſciens, ut aliquis e vulgo: cui familiares ſunt Solœciſmi; nam a *Menſis* ſubſtaotivo tertiæ, ut in Grammaticis Scholis loquuntur, declinationis, fecit *Meſorum*, qui eſſet genitivus pluralis ſecundæ. Ceterum non rarum fuit illis temporibus Latina elogia Græcis elementis ſcribere, quod a Reineſio (g) obſervatum in quadam Epiſtola ad C. A. Rupertum. Uoicum extat ejus moris exemplum in Maximo Theſauro (h): ſed alia B jam ab Aringhio (k), & Reioeſio editam *Gordiani Galliæ*, vel fortaſſis *Galliæ nuncii*, io quâ multa quoque DD. Mabillonius & Martinus Monachi Benedictini. Annus Chriſtiani hujus Epitaphii fuit U. C. 1021. Chriſti verò 269. quo Imp. *Claudius & Paternus Conſules* proceſſeruot. In eo tamen diſſentiunt Faſtorum Conſularium Ordinatores, quod alii tunc Conſulem iterum Claudium Auguſtum ootant, inter quos Onuphrius (l), Pagius noſter (m), Almelovenius, & Relandus (n). Antiqui verò omoes unanimi conſenſu, iterati Conſulatus notam omittuot. Ita Proſper (o) io Chronico, Idatius, Anonymus de Præfectis Urbis, a Cuſpioiano & Onuphrio laudatus, Caſſiodorus, Anooymus Norifiaous, Chronicoo Alexandrinum, Faſti Græci Florentini, & Faſti Latini Oxonieoſes (p). Hos ſequuti ioter recentiores Cuſpinianus (q), Haloander, Tillemontius, C

(g) Reineſ. Epiſt. XLVI. pag. 189.
(h) Gruterus, pag. MCXLIV. num. 10.
(i) Fabrett. Inſcription. pag. 337.
(k) Rom. Subterran. pag. 337.
(l) Onuphr. Faſt. Lib. II.
(m) Critic. Baron. ad An. 269. num. 1.
(n) Reland. Faſt. pag. 235.
(o) Proſper apud Labb. BB. MSS. Tom. I. pag. 35.
(p) Faſt. Oxonienſ. apud Reland. pag. 807.
(q) Cuſpinian. ad Caſſiodor. pag. 188.

tius, aliique, quorum ſententiam confirmat lapis noſter, dum *Claudium Conſulem* prodit abſque aliâ notâ. Trebellius Pollio (r) omnes honorum gradus recenſuit, per quos ad Imperium evectus eſt Claudius, atque acclamationes retulit Senatûs poſt proſperam adverſùs Barbaros pugnam, optantis, ut ille tunc privatus Conſul fieret. Neque tamen huic Senatûs judicio obtemperatum, aut Claudium privatum Conſulatum geſſiſſe ſubjunxit, quod minime prætermittere debuiſſet. Unica Lex (ſ), quæ ex eis ſupereſt, quæ hoc Anno datæ ſunt, ſubſcribitur dumtaxat *p. p. 7. Kal. Majì. Claudio A. & Paterno Coſs.* Apud Anaſtaſium Bibliothecarium (t) Dionyſius Papa obiiſſe legitur *Conſulibus Claudio & Paterno*. Quare vacillat penitus apud me auctoritas Inſcriptionum Gruterianarum trium (u), quæ Claudium Auguſtum TRIB. POT. & TRIB. POT. II. COS. II. PP PROCOS. deſcribunt, præſertim quum unius locus non indicetur, alia reperte dicantur in Hiſpania, unde præve & adulterinæ nonnumquam hujuſce generis merces propagatæ ſunt. Inter Claudii Auguſti nummos omnis moduli & metalli, qui in omnibus fere Eruditorum Cimeliis frequentes occurrunt, nullus ad hanc diem viſus eſt, qui Secundum ei Conſulatum aſcriberet. Immo nonnulli æreî ſunt, in quorum poſticâ eſt (x) P. M. TR. P. II. COS. PP. quamvis Tribuniciam Poteſtatem iteratam inierit Menſe tantùm Martio Anni Chriſti 269. poſt tres fere Menſes quàm Conſulatum una cum Paterno gerere cœperat.

Duas hactenus Inſcriptiones noveram, quæ notæ annali, ſive Conſulatui, Menſis & Hebdomadis diem adderent. In altera nempe ſeptimus dies Kalendarum Novembrium dicitur fuiſſe Dies Veneris, *Secundo Stilichonis Conſulatu* (y). Sed ſuppleuda videtur initio, neque Annus ipſe ſecundi Conſulatus Stilichonis intelligi poteſt. Is enim fuit Chriſti 405. Cyclo Solis XXII. Lunæ VII. Lit. Dominical. A. & Dies 26. Octobris, ſeu VII. Calend. Novembr. fuiſſet Dies Jovis. Ideo ad Annum poſt Conſulatum Stilichonis II. & Anthemii, qui erat Annus Chriſti 406. (ut optime vidit Scaliger) (z) referri debet Inſcriptio hæc, quo Cyclus Solis XXIII. Lunæ VIII. Lit. Dom. G. dant diem Veneris, VII. Calend. Novembris. Alia verò Inſcriptio (a) Anno Conſulatus Flavii Herculanii Idus Majas conjungit cum *Die Jovis*. Optime ſane: nam eo Anno, qui fuit Chriſti 452. Cyclus Solis XIII. Lunæ XVI. cum Lit. Dom. FE. Idus Majas ſigunt in Diem Jovis. Sed vix alia præter hanc noſtram occurrit, quæ tot ſimul temporis notas præferat; Conſules ſcilicet, Diem Menſis, Feriam, & ætatem Lunæ, ſi Vaſionenſem excperis, quam tibi jam communicavi ex Itinerario Benedictinorum (b), ſed quam male deſcriptam ſuſpicatus ſum, propter argumenta ibi appoſita.

Multum Chriſtianæ rei intereſſet, plura iſtiuſmodi monumenta detegi. Ex his enim plenior haberetur notitia Cyclorum Lunarium, quibus uſi ſunt veteres Chriſtianorum Antiſtites, ad ordinanda Paſchatis ſolemnia, ceteraque per annum Eccleſiaſticum Feſta mobilia. Unicum hoc hactenus prodiit eorum, quæ Concilii Nicæni decreta præcedunt: & prudenter harum-ce rerum callentiſſimus Cardinalis Noriſius principio Diſſertationis de Paſchali Latinorum Cyclo in medium reliquit (c), *num Latina Eccleſia tribus prioribus Chriſti Sæculis Neomeniam Paſchalem ex Lunari Phaſe, vel quopiam forte aſſi Cyclo indagaverit. Res enim plane incomperta eſt*, inquit, *nec juvat ſine vetuſtis tabulis, conjecturis plerumque fallacibus indulgere*. Sola, quæ ex tanto naufragio ſupereſt Tabula renovandæ memoriæ Cycli Lunaris ab Eccleſia Romana uſurpati, non ſufficit. Præclarum tamen id habet, quod ex eâ eruimus matrem hanc Eccleſiarum tertio Chriſti jam Sæculo viam inſiſtiſſe, quæ proximè accederet ad veros calculos, atque omnino conſentaneam Cyclo Lunari, quo uſa eſt univerſalis Eccleſia uſque ad reformationem Gregorianam. Quum enim Conſulatus Claudii Auguſti, & Paterni, ſeu Annus Chriſti 269. habeat Cyclum Solarem XXVI. Lunarem IV. Literam Dominicalem C. qui caractères dant terminum Paſchalem Quarto Nonas Aprileſ, & Paſchalem Neomeniam Duodecimo Calendas Apriles; inde ſi per Menſes Lunares alternis cavos & plenos progreſſus fuerit, occurrit octava ab hac Neomenia Tertio Idus Octobres, & dies Lunæ XXIV. cadet in Nonas Novembres, & diem Veneris, cujus caracter A. Quamvis autem hoc uno titulo minime valeam deprehendere, quomodo rationes adeo ad amuſſim ſubductæ ſint ab antiquis Latinæ Eccleſiæ Pontificibus, inde tamen nullo negotio oſtendi poteſt, quibus Cyclis minime uſi ſint: emolumentum utique nequaquam negligendum, quum pars altera ſcientiæ ſit, falſis aſſenſum non præbere.

Quadrageſimo octavo ante poſitam hanc Inſcriptionem Anno Sanctus Hippolytus Epiſcopus Canonem Paſchalem propoſuerat, quem Romæ Anno Chriſti 1551. in marmore effoſſum edidit, notiſque illuſtravit Scaliger (d); dein Thefauro ſuo Gruterus (e) inſeruit, & poſtea Petavius noſter, Blanchinius, & alii interpretati ſunt. Hoc Canone Sanctus Pater Lunas Paſchales per ſexdecim Annorum periodum diſpoſuerat, & Paſchales item Dominicas. Sed quum illa Hecceædecaëteris in tam brevi annorum curriculo Novilunia prævertereet Diebus III. Horâ I. 22'. 26". ejus vitio ſtatim deprehenſo, aut minime recepta fuit ab Eccleſia Romana, aut protinus dimiſſa, quum Anno Chriſti 269. qui poſtremus fuiſſet tertiæ Hecceædecaëteridis, terminus Paſchalis Hippolyti ſit A. D. VIII. Kal. Apriles, & Paſchalis Dominica ipſis Calendis Aprilibus. At eo Anno Romæ ex Inſcriptione noſtra Lunam XIV. ſuiſſe poſtridie Calendarum Aprilium conſequens eſt, unde patet Pridie Nonas fuiſſe Paſchalem Dominicam. Ad emendandos errores, ac tollendas controverſias, quæ inter Chriſtianos circa diem Paſchatis vertebantur, alterum Cyclum Decemnovennalem excogitavit Anatolius, Laodiceæ in Syria Epiſcopus (f). Sed nec ille in Latina Eccleſia invaluit, aut eum ſequi potuit Inſcriptionis noſtræ Quadratarius, quandoquidem illius Cycli Auctor Anatolius hoc demum Anno in Syriam venit, neque ante aliquem ex ſequentibus ad Epiſcopatum Laodicenum eligi potuit. Summo etiam Noriſius (g) judicio Cyclum Annorum Octoginta quatuor, a Prolpero memoratum, & ab Anonymo Vindobonenſi, cujus ipſe Faſtorum Libellum vulgavit, uſurpatum, aut inventum, aut ſane reformatum fuiſſe colligit poſt Synodum Nicænam. Eum enim minime ab Eccleſia Romana receptum tertio Chriſti Sæculo arguas licet, quod ad Annum ſignatum (h) Coſs. *Claudio & Paterno*, addatur *Ven. X.* quibus notis ſignificatur, hunc Annum, qui erat Ogdoëconta-teſſaræteridis Quinquageſimus ſextus, habuiſſe Calendis Januariis diem Veneris, & Lunam X. Sed ita Novilunia anteceſſiſſet; nam Luna X. prima Anni die dat Novilunium ſubſequens die XXII. Januarii, Neomeniam Paſchalem die pariter XXII. Martii, & Neomeniam ab hac octavam Octobris XIV. uno die citius quàm oportuit, epiſogiſmos, quos ex Inſcriptione noſtrâ eruimus, prævertens die integrâ.

Neque etiam Judaicam Periodum Annorum LXXXIV. uſu receptam ab Eccleſia Romana tribus prioribus Sæculis concedere poſſum doctiſſimis Viris, ſi ea talis fuerit, qualis ab Epiphanio proponitur in Hæreſi Alogorum (i). Agnoſcit enim beatiſſimus Pater; jam Chriſti ætate Judæos hac Ogdoëconta-teſſaræ-

(r) Trebellius Pollio in Claud. Cap. 18.
(ſ) L. 6. Cod. de Serv. & Aq.
(t) De Vitis Roman. Pontif. Tom. III. pag. 101. Rerum Italicar. col. 1.
(u) Grute. pag. CCLXXV. nu. 9. & 10. & CCLXXVI. nu. 2.
(x) Mediobarb. Num. Impp. pag. 402.
(y) Gruter. pag. MLIII. num. 4.
(z) Scalig. Emendation. Tempor. pag. 514.
(a) Gruter. pag. MLIV. num. 8.
(b) Itiner. Lit. Benedictin. Tom. I. pag. 292.
(c) Noriſ. Opp. Tom. II. pag. 677.
(d) De Emendatione Temporum pag. 721.
(e) Gruterus, pag. CXL. & CXLI.
(f) Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. Lib. VII. Cap. 32.
(g) Tom. II. pag. 680.
(h) Ibidem, pag. 610.
(i) Epiphanius in Panario, Hæreſ. 51.

raeteride utentes, a veris Lunæ motibus aberraſſe, atque quo amplius progreſſi ſunt, eo quoque magis auctus eſt error. At contra ex Inſcriptione noſtra certum fit, minimum a vero abfuiſſe Eccleſiam Romanam, labente Tertio a Chriſto nato Sæculo. Id rurſus confirmatur ex Actis paſſionis Sanctorum Martyrum Fructuoſi Tarraconenſis Epiſcopi, Augurii, & Eulogii Diaconorum (k). In his enim legitur, glorioſiſſimos Martyres apprehenſos *Æmiliano & Baſſo Coſſ. XVII. Kalend. Februarii, Die Dominicâ*, productos fuiſſe & auditos *XII. Kalend.* Februarii, *Feriâ Sextâ*. Incidit Conſulatus *Æmiliani & Baſſi* in Annum Chriſti 259. Cyclo Solis XVII. Lunæ XIII. Lit. Dominicali B. quæ convenit diei XVI. Januarii, ſex XVII. Calend. Februarii: accuratiſſime ſane pro rationibus, quas per tot Sæcula ſequuta eſt Eccleſia Romana ante Gregorianam Calendarii reformationem. Sed neque caracteres chronici Inſcriptionis poſſunt coincidere cum Annis expanſis Periodi Judaicæ, quam ex Epiphanii verbis poſt Petavium concinnavit ejuſdem Sodalicii vir apprime doctus Ægidius Bucherius (l). Adeatur ejus Tractatus de Paſchali Judæorum Cyclo. Ibi Tabulâ Sextâ exhibetur Judaica Ogdoëconta-teſſaraëteris, incipiens ab Anno Æræ Vulgaris Septimo. Inde ad Annum Chriſti 269. præterierant tres LXXXIV. Annorum Cyeli, & quarti undecimus agebatur Annus, quum Chriſti Duceteſimus Sexageſimus Nonus ageretur. Undecimi verò Ogdoëconta-teſſaraëteridis Anni caracter eſt quidem C. qui diem Veneris figit in Nonas Novembres: ſed Nenmenia Mareſvan ſtatuitur die XXVI. Octobris, unde ad Nonas Novembres erunt dies tantùm undecim, non verò viginti quatuor, quos numerabat Menſis Chriſtianorum Lunaris. Aut igitur Chriſtiani Lunaribus Judæorum Menſibus uſi non ſunt, aut eos non recte in Tabulis ſuis repræſentavit Bucherius.

Quum hanc exararem Epiſtolam, nondum ad has oras appulerat Liber, cui titulus *Diſſertatio & Animadverſiones ad nuper inventum Severæ Martyris Epitaphium*, Panormi editus Anno 1734. in quo doctiſſimus P. Antonius Maria Lupi, Societatis Jeſu Presbyter, allatam a me hoc eodem Capite Inſcriptionem, ingenti eruditionis flumine irrigavit, & pleraque alia Monumenta, quâ Chriſtiana, quâ profana, publicæ luci expoſuit, docteque illuſtravit. Neque tamen eſt, quod me dixiſſe pœniteat in his pauculis, quæ exponendo huic Lapidi hactenus ſcripſi. Simplici vice Conſulem fuiſſe Claudium Auguſtum collegâ Paterno, etſi multis aſſerui, ita etiam comprobat lapis alter a P. Lupo editus (m), cujus elauſula eſt: IMP. CLAVDIO AVG. ET PATERN CONES. &c. Neque verò quæ ibi diſputantur in gratiam Periodi LXXXIV. Annorum, a Chriſtianis uſurpatæ, quidquam demetunt ex iis, quæ antea dixi, ut oſtenderem, nullo ex notis Cyelis uſos eſſe Tertio Sæculo Chriſtianos Occidentalium partium, neque Hippolytæo, neque Anatoliano, neque Judaico, qualis a Petavio & Bucherio concinnatus fuit, neque etiam alterâ illâ Ogdoëconta-teſſaraëteride in Proſperi Chronico, & Anonymo Noriſiano adnotatâ.

Formulæ demum *& Spirito ſancto tuo*, quâ Chriſtiani illi veteres animas defunctorum Deo commendabant, exempla quædam exſtant apud Fabrettum (n). Breve ſpatium eraſum principio duarum poſteriorum linearum ſupplendum cenſeo per MOPTOTA, quod ſenſui iſtius elogii apprime convenit, neque a ſcripturæ veſtigiis nimium abeſt. Deinde poſt ANNOTOPΩN numeralis nota $\overline{\text{ϛ}}$ inverſa idem eſt ac recta S, quæ *Sex* efficit in nonnullis Inſcriptionibus, quamvis eam minime intellexerit Reineſius (o) in lapide, quem poſt Aringhium ita recitat: IN PACE ANASTASIA QVI VIXIT ANN. SEVTH. GALLICA. V.C. CONS. Nam Conſulis illius nomen erat *Eutharicus*, non *Seutharicus*, ibique diviſis literis legendum eſt QVI VIXIT ANN*os* S ideſt *Sex*, EVTH*arico* GALLICA *Viro Clariſſimo* CONS*ule*, ideſt Anno Chriſti 519.

CAP. VII.

EXtrema jam manus huic Epiſtolæ imminebat, quum ecce mihi redduntur Literæ Cl. V. Marchionis *de Caumont*, omnigenæ eruditionis cultoris præſtantiſſimi, quibus ſignificavit nuper ſe ab interitu vindicaſſe veteres quaſdam Statuas Avenione ab his, qui puteum quemdam purgabant, effoſſas, & literatos duos Cippulos, in quibus hæ ſupererant Inſcriptiunculæ.

In primo:

T. L. NAVI

In ſecundo:

PROXS
VMIS
TIIRTV

Ac prior quidem videtur eſſe breve elogium ſepulcrale cujuſdam viri cognomento *Navi*, cujus nomen & prænomen literis ſingularibus expreſſa ſunt. Altera eſt pars voti, ni fallor, PROXSVMIS ſoluti a quodam *Tertullo*. *Deos Proxumos* per hunc titulus cultos fuiſſe oſtendunt Vaſionenſes duæ Inſcriptiones a Sponio (p) Editæ. Vir doctus (q) cultas a veteribus Gallis *Parcas* nomine *Matrum*, & *Proxumarum* inde ſuſpicatus eſt. Deos tamen, non Deas, hoc vocabulo indigitatas arguere videtur Calatianus Lapis e Collectaneis Donianis (r), in quo legitur DEIS ADHAERENTIBVS SACRVM. *Dei Adhærentes*, ſeu *Proximi*, vel *Proxumi*, ſunt ſingulorum Genii, quos naſcentes ſortiri credebantur. Servius (ſ) in Vergilii Æneidem: *nam quum naſcimur, duos Genios ſortimur. Unus eſt, qui hortatur ad bona, alter qui depravat ad mala*. Nulli verò tam præſens, aut tam proximus eſſe potuit Deus, ac ſuus Genius, quum ab eo, cui naſcenti obtigerat, nuſquam recederet ad extremum uſque halitum. Cenſorinus (t): *Geniut autem ita nobis aſſiduus obſervator appoſitus eſt, ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat; ſed ab utero matris exceptos, ad extremum vitæ diem comitatur*. Ahoquin potuere & Dii *Proximi* intelligi quos unuſquiſque falſorum Numinum cultui mancipatorum, ſibi velut proprios lares delegit, & ſecum circumgeſtare conſuevit, ut de ſe prædicat Apulejus (u): *nam*, inquit, *morem mihi habeo, quoquo eam, ſimulacrum alicujus Dei inter libellos* (emendat Pricæus *loculos*) *conditum geſtare, eique diebus feſtis thure & mero, & aliquando victimis ſupplicare*.

Quandoquidem verò ſignificaſti, te ſane temperaturum ab edendis denuo Inſcriptionibus, quas Gudius collegerat, id probe factum, ne tibi pro Inſcriptionibus obtrudi ſinas, quæ non fuere Inſcriptiones. Bonus ille Gudius magis augendæ congeriei quàm purgandæ ſtuduit; quare quæcumque in Codicibus MSstis, elementis fortaſſe majoribus ſcripta reperit, ſtatim ſine delectu inter ſua Inſcriptionum Collectanea retulit. Neque ea inde eliminanda curarunt, tum qui Syntagma illud digeſſit, tum alter ille, cui editionis cura incubuit. Hujus ſupinitatis duo tantùm, ſed illuſtria proferam exempla, quæ ſatis erunt, ut videant Docti, quid de univerſa Collectione ſentiendum ſit. Adſertur quaſi vetus Inſcriptio epigramma, cujus initium: (x)

Thrax puer adſtricto glacie quum luderet Ebro &c.

at illud numquam in marmore aut lapide exſtitit, quum ſint verſus aliquoties jam editi Poëtæ cujuſdam veteris, ſed

(k) Vide Ruinartum, Act. Sincer. pag. 191. Edition. Veron.
(l) Vide Bucherium, Doctrin. Tempor. pag. 364. 365.
(m) Lupus in eadem Diſſert. pag. 28.
(n) Fabrett. Inſcription. pag. 571.
(o) Reineſ. Claſs. XX. 1c.
(p) Miſcellaneor. pag. 56.
(q) Religion. des Gaul. Tom. II. Lib. 4. pag. 195.
(r) Donius, Claſs. I. 129.
(ſ) Servius ad Æneid. VI. pag. 440.
(t) Cenſorin. De Die Natali Cap. 3.
(u) Apulejus, Apol. I. p. m. 513.
(x) Gudius, CCXLV. 8.

sed incerti. *Cajo Germanico Cæsari* adscribuntur in Catalectis veterum Poëtarum, editis a Scaligero (y) post Appendicem Vergilianam? Rursus prodierunt sine Auctoris nomine inter Epigrammata & Poëmata veterum a Petro Pithoeo (z) vulgata. Atque ut dicam, quod sentio, nihil aliud videtur esse hoc Hexastichum, præter quàm Latina interpretatio Græci Epigrammatis Flacci Poëtæ, cujus satis crebra mentio in Anthologia (a) ubi illud, octo versibus constans, etiamnum legitur. Exstant altero Gudianæ Collectionis (b) loco versus undecim, qui ita incipiunt:

Quisquis amore volens solido, tranquillus & altâ
Pace frui, &c.

Eis verò hæc nota præponitur: *In Castro Perusino, ex Codice Xisto V. Cl. Francisci Redii. Versus boni & vetusti: tamen genuinos & antiquos esse, nondum persuaseor. Miror verò, & nescio a quonam, annis ab hinc ducentis, native adeo atque eleganter supponi & confingi potuisse nt.* Sed heus tu, bone Gudi! Neque unquam in Castro Perusino reperti sunt ii versus, neque planus fuit eorum Auctor, qui eos supponeret aut confingeret, & ducentis annis vetustiores sunt. Auctorem enim habent Poëtam celeberrimum Franciscum Petrarcham in ea Eclogâ (c), qua se *Iliopeus* nomine cum Laurâ suâ, quam *Daphnen* vocat, loquentem inducit. Consilium ei dat, ut majorum amores fugiat, seque minoribus adplicet. Duos porro versus omisit, quisquis scripsit Codicem, quo Gudius usus est, & male ita concludit:

Tu, cui libertas salva est, tibi consule eorum,

nullo prorsus sensu, quum apud Petrarcham legatur: *tibi consule, Daphne.*

Quum autem minorum Collectionum marmora in maximam hanc, quam moliris, denuo refundes, ubi quid notatu dignum breviter significare volueris, id præfertim caveas, auctor tibi sum, ne priorum Editorum sententiam prius adoptes, quàm eam diligenti examinai subjeceris. Novi enim, doctissimis Viris nonnumquam in his exponendis somnum obrepsisse, quod duobus exemplis agnosces. Retulit Cl. V. Justus Fontaninius in Antiquitatibus Hortæ (d) Inscriptionem hanc:

TI. TVCIO
PATRI
CATIAE. MATRI
RVFO. TVCIO. FRATRI
OFILLIA. COLA. VXOR
C. TVCIVS. TI. FILIVS
V. ARN. SCAEVA
FECIT. SIBI. ET. SVIS
PRO. SVA. COPIA

Existimavit Vir doctissimus idem esse PRO SVA COPIA, *ac pro familia, pro Comitatu* &c. Nullibi tamen vox *Copia* eo sensu usurpata occurrit, neque hilum juvant Literæ, quas laudat Pompeji (e) ad M. Marcellum, & L. Lentulum Cos. & L. Domitium Procos. quum ibi *Copia* sumatur pro *copiis militaribus, exercitu, manu*. PRO SVA COPIA debuit omnino exponi *pro modulo facultatum*, opum. Ita sane apud Plautum (f) eodem plane sensu:

Pro re nitorem & gloriam pro Copia qui habent
Meminerint se se, unde oriundi sient.

Laudat Priscianus Grammaticus (g) alterum ejusdem Poëtæ locum, ubi *copia* fumitur pro *bonis, facultatibus*.

Si quidem imperes pro copia, pro reculâ.

Denique eamdem vocem, sensu eodem adhibitam video a Suetonio (h), ubi narrans quæ Imperator Otho fusis copiis gessit, antequam sibi mortem conscisceret, ait: *divisit & pecunias domesticis ex copiâ præsenti*. Est igitur PRO SVA COPIA similis prorsus formulæ, qua in Avenionensi Lapide tecum communicato observavi: QVALEM PAVPERTAS POTVIT, aut in altero Lugdunensi, quem a me pariter habuisti: DE SVA MEDIOCRITATE. Vir de his Literis optime meritus Antonius Franciscus Gorius, inter Florentinas Inscriptiones (i), hanc post Sponium & Fabrettum, sed emendatam protulit:

D M
AEGYPTO. SERVO
BARBARI AVG. LIB
A CODICILLIS
EVTYCHVS PECVLI
ARIS SYMMACHVS
FRATRES PIENTISSIMI

Ibi ad vocem PECVLIARIS addita est hæc nota: *Servi sic Peculiares dicti ad distinctionem Publicorum*; unde meritò quivis crediderit eo PECVLIARI esse epitheton nominis *Eutychus*. Sed est ἄτοπα κομψὸν, non minùs quàm *Symmachus*, & *Eutychus*. Reperiuntur enim in magno Inscriptionum Thesauro (k) *Lucius Antonius* PECVLIARIS, *Scvir Augustalis Quinquennalis Collegii Fabrûm Officensium*. (l) *Tiberius Claudius* PECVLIARIS *Scvir* item *Augustalis*. (m) *Publius Octavius* PECVLIARIS in Tabula Corporatorum ad ampliandum Templum. (n) *Marcus Fabius* PECVLIARIS *Libertus*, multique alii; & res ipsa loquitur.

Sed næ ego monitor intempestivus, qui juvenis senem, tiro emeritum monere sustineam. Quod tamen in alio non ferendum, ab amico plenis, ut ajunt, velis laudabilibus tuis conatibus obsecundante, æqui bonique consules. Perge porro, Vir Doctissime, sicut de Italica Historia optime meritus es, ita de remotiori Antiquitate bene mereri. Ipse verò, quantum potero, quæsitis per amplissimum hoc Regnum subsidiis, Spartam, quam nactus es, ornare non desinam. Vale & me ama.

Monte Seleuco Pridie Idus Septembres Anni Reparatæ Salutis 1736.

(y) Scaliger, Append. Vergil. pag. 195.
(z) Epigramm. veter. p. m. 88.
(a) Antholog. Lib. III. 22. 36.
(b) Gudius, CCXC. 4.
(c) Petrarch. Eclog. III.
(d) Fontanin. Antiquit. Hort. pag. 179.
(e) Apud Ciceronem ad Attic. Lib. VIII. 12.
(f) Plaut. Aulular. Act. III. Sc. 6.
(g) Priscian. pag. 613. Edition. Putsch.
(h) In Othone Cap. 10.
(i) Inscript. Antiqu. Etrur. Tom. I. pag. 110. 111.
(k) Gruter. pag. CCCLVIII. num. 1.
(l) Ibid. pag. CCCXC. num. 3.
(m) Ibid. pag. CCCXXVII.
(n) Ibid. pag. CCCXXX. num. 4.

NOTÆ

JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE BARONIS MONTIS SELEUCI

AD MARMOR

SCRIPTURA GRÆCA ANTIQUISSIMA QUÆ ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ VOCABATUR,

INSIGNE.

(*Vide Tab. II.*)

EXimii iſtius Marmoris ectypum, e majore Britannia aliquot ab hinc annis acceptum, vir de ſacris & humanioribus Literis optime meritus Don Bernardus *de Montfaucon* pro eo, quem ſemper præ ſe tulit, aliena ſtudia juvandi animo, mecum lubens communicavit; eique Lector acceptum referre debet, quidquid emolumenti inde percipi poſſit. Peculiarem ſane locum ſibi tribui, merito poſtulare videtur hoc remotiſſimæ Antiquitatis ἀνάθημα, in quo non nuda tantùm verba, ſed & figuræ viſuntur anaglyphæ, quibus optime convenit cum media inter eas Inſcriptione. Iſtius verò ſententiam ſic Latino ſermone exprimere viſum eſt, adjectis e regione Græcis, vulgari caractere.

Μανθέυς Ἀθὶ ὁ	*Mantheus Aethi* (Filius) *donum*
χαριτῶ Δὶ ἰεῖ	*dat Jovi pro*
νίκη στεφθὲν	*Victoriâ Quinquertio*
παῖδὶ	*Puerili*
	(Subaudi, *relatâ*.)

Ad dextrum latus ſedet Jupiter capite diademato, dexteram manum ſedili apponens, ſiniſtrâ verò gerens aquilam. Ante ipſum ſtat crater ſupra tripodem. Lævâ parte athleta nudus ſtat, & manus ambas demittit invas alteri tripodi impoſitum, e quo fortè extrahit unguenta, ſive aliud quid ad ſuffimenta præbenda, aut libamina fundenda Jovi, cui grates perſolvit ob victoriam relatam. Nobiliſſimum monumentum, ut pro virili illuſtretur, tria mihi potiſſimum pertractanda videntur: Inſcriptionis ſcilicet ſcriptura & ſtylus: ejus ponendæ occaſio: tum denique ætas, quatenus fieri fas eſt, aſſignanda.

I. Literas Cadmum attuliſſe in Græciam, anteſenſus animi ſcripturâ exprimere neſciam, ſatis communis fuit plerorumque ex antiquis, tum etiam doctiſſimorum inter recentiores (a) ſententia. Illam tamen evertere tentavit Vir doctiſſimus, cujus Diſſertatio *de priſcis Græcorum & Latinorum literis*, edita eſt ad calcem Palæographiæ Græcæ. Atque argumentis omnino probabilibus docuit, veteres illos Græcos, qui anteCadmum in Græciam appulſum vixere, literas noviſſe, & Alphabetum, uti vocant, habuiſſe, conſtans ſexdecim elementis. At quidquid ſit hujus controverſiæ, illud ſane apud omnes pro certo habetur, Literas Græcos a Phœnicibus accepiſſe. Triplex fuit veteriſſimorum Græcorum ſcripturæ modus, antequam ille invaleſceret, qui etiamnum perdurat, lineas nempe omnes, perpetuò a ſiniſtris ad dexteram deducendi. Ac primo A quidem quum literas acceperunt a Phœnicibus, qui verſus ſingulos dncebant a dextera ad lævam, ipſi quoque eodem ordine ſcriptitarunt. Hunc morem adhuc belli Trojani ævo perſtitiſſe, teſtis Pauſanias (b): meminit enim cujuſdam ſtatuæ Agamemnonis, cujus nomen in baſi ſcriptum erat literis a dextera ad ſiniſtram ductis. *Ἐπὶ μὲν τῷ ἀγάλματι Ἀγαμέμνονος τὸ ὄνομα ἔστι γεγραμμένον· γεγράφθαι δὲ τῷ τρόπῳ τοιῷδε τινὶ καὶ ἐς δεξιὸν. Soli Agamemnonis Statuæ nomen inſcriptum eſt. Scribitur verò à dextris ad lævam.* Alterum ſcribendi genus fuit, quum literæ in orbem exarabantur. Hujus exemplum quoque ſuppeditat idem Pauſanias (c), ex Iphiti Diſco Olympiæ adſervato, in quo ſcriptura neque recto, neque adverſo ordine procedebat, ſed in orbem: Εἶδε, inquit, τὸ Ἰφίτου Δίσκον τὸν ἐκεχειρίαν τὸν ἐπὶ τοῦτε Ὀλυμπίοις ἐκφερόμενον ἐς Ἦλιδα, πεποίηται ἐκ τοῦ δεξιοῦ ἐχόμενα γεγραμμένα, ἀλλ' ἐς κύκλον ἐχόμενα περίοιδεν ἐπὶ τῷ Δίσκῳ τὰ γράμματα. Quædam in eo contextu perturbata eſſe cenſuerunt Viri docti; quare Sylburgius legi jubebat τὸν ἐκεχειρίαν ἐν ἐπὶ τοῦτε Ὀλυμπίοις &c. additâ hac interpretatione: *Iphiti verò Diſco, induciæ, quas Olympicorum Ludorum tempore promulgant Elei, non recto verſuum ordine ſcriptæ ſunt; ſed literæ in ora Diſci orbicularis textu exaratæ.* Aliâ viâ graſſatur Petrus Faber, (d) qui locum Pauſaniæ laudavit in Agoniſtico, & ante vocem ἐκεχειρίαν inſerit φ', unde vertendum eſſet, *Diſco, quo Elei inducias tempore Ludorum Olympicorum indicunt* &c. Kuhetius tamen quum non conſtare dicat, utrum Elei ad inducias promulgandas Diſco uſi ſint, vulgatam lectionem tuetur, & τὸν hoc loci accipit Jonice pro ἐν, aut ſaltem ἐν pro τὸν cum Sylburgio legendum ſuadet. Locus verò integer ita vertitur eo ſenſu: *Iphiti verò Diſcus inducias, quas Olympicorum Ludorum cauſâ indicunt Elei, ſcriptas habet non recto verſuum ordine, ſed literæ in eo Diſco in orbem exarantur.* Quumque in eam fere ſententiam concurrant omnia, eaque pœne verbo ad verbum Græco textui reſpondeat, nihil nos cogit, lectionem editam vellicare. Idem porro eſt Iphiti Diſcus, atque ille, cujus ex Ariſtotele meminit Plutarchus (e) in Vitâ Lycurgi, quique etiam Lycurgi nomen exhibebat, ſicut & Iphiti; unde patet egregie falli (f) qui ut ætatem Lycurgi propius ad nos demittant ex eo argumentantur, quod Diſcus inter Olympica certamina demum introductus ſit Olympiade XVIII. quaſi verò Diſcus Iphiti unus fuerit ex iis, quibus utebantur Athletæ διαγωνίοις in Ludis, quum e contrario tum e loco Pauſaniæ, tum ex alio Phlegontis (g) Tralliani ſatis conſtet, Diſcum Iphiti fuiſſe Tabulam, in qua ab Hellanodicis ſcriptæ fuerant certaminis Olympici leges, poſtquam ii, qui Delphos ſciſcitatum Apollinem miſſi erant, a Deo reſponſum tuliſſent,

(a) Vide Scaliger. ad Euſeb. pag. 104. Salmaſ. ad Inſc. Herod. pag. 35. Voſſium, Art. Gramm. Lib. I. Cap. 10. Bochartum, Phaleg. Lib. I. Cap. 20. Montfaucon. Palæogr. Lib. II. Cap. 2.
(b) Pauſan. Lib. V. Cap. 25. pag. 444.
(c) Idem, Lib. V. Cap. 20. pag. 427.
(d) Faber in Agoniſtic. Lib. II. Cap. 26.
(e) Plutarch. in Lycurg. pag. 50.
(f) Newton. Chron. pag. 60. & 61. edition. Pariſ.
(g) Phleg. Olymp. fragm. pag. 135. edition. Meur.

ΜΑΝΘΕΟΣ:ΑΙΟΟΥ:ΕΥ
:ΙΤΕΙΙΑ·ΙΕΤΡΙΚΑΙ Χ
ΝΙΚΕΙ ΓΕΝΤΑΟΥΟΥ=
ΣΟ ΔΙΑΓ

liſſent, Olympia inſtaurari placere, ac præterea juberi, ut induciæ nuntiarentur Civitatibus, quæ certaminis participes eſſe vellent. Neque minùs ideo a vero aberrant, quum aliquid huic Diſco commune eſſe arbitrantur cum tribus aliis Diſcis, quos e Theſauro ad Haltim recondito expromebant ad Quinquertii ludicrum, quorum alibi mentio exſtat apud Pauſaniam (h). Sed hæc obiter.

Tertius ſcripturæ modus fuit, quum prior verſus a læva quidem ad dexteram, at ſubſequens a dextera ad lævam recurrebat, & ita alternatim deinceps: more aratorum, qui ita ſolent ſulcos ducere; unde eam ſcripturam *βουστροφηδὸν* vocaverunt. Toties jam laudatus, ac iterum iterumque laudandus Pauſanias (i) narrat, fuiſſe Olympiæ cedrinam arcam, in qua olim expoſitus fuerat Cypſelus, Corinthiorum poſtea Tyrannus, quam ejus poſteri Olympiæ in Templo Junonis Argivæ dedicarunt; tum ſubdit: ἐπὶ δὲ ἑνὶ κόμματι ἑκατέρωθεν ἴσαι αἱ γραφαὶ γράμματα αἱ ἀρχαῖαι γεγραμμένα· καὶ αἱ μὲν ἐς τὸν ὦμον ἔχει κέρασιν δὶ ἄλλα ἐπὶ γραμμάτων, ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ καλοῦσιν ἑλληνες, οἱ δὲ ἐς αἰσθῆ· ἀνὰ τὰ ὀπίσω, οἱ ἴσαι ἑκατέρωθεν ἐπὶ ἴσου τὸ ἀπὸ τοῦ ὦμου. Omiſſâ Amaſæi verſione, hæc ita ad verbum tranſtulit Sylburgius. *Inſcriptiones, quæ in Arcâ viſuntur, plerâque priſcis exaratæ ſunt literis; earumque literarum aliæ in rectum tendunt, alias earumdem figuras Græci βουστροφηδὸν* (a boum arantium converſione) *appellant: ideſt hujuſmodi, poſtquam exaratus eſt verſus unus, verſus alter a fine præcedentis ducitur ordine converſo, ut fit in Diauli* (hoc eſt iterati ſtadii) *curſu.* Quod verbis his expoſuit Pauſanias, revera oculis ſubjicit noſtra Inſcriptio, cujus lineæ per vices ita ſunt diſpoſitæ, ut priori recto & vulgari more procedenti, altera ſuccedat adverſo penitus ordine pergeos; atque ut aratores peracto priore ſulco, aratrum ſublevant, ut alium ex oppoſito ducant, ita ſculptor finitâ lineâ alteram infra, ei ex oppoſito reſpondentem impreſſit, ita ut nemo dubitare poſſit, quin hæc omnino ſit ſcriptura, quam *βουστροφηδὸν* vocarunt Pauſanias, & Heſychius. Scripturæ verò hujuſmodi unicum hactenus Eruditis monumentum innotuit, operâ V. Cl. Edmundi Chiſull (k), qui Inſcriptionem Sigeam antiquiſſimam, verſibus, ut in Cypſeli Arcâ, diſpoſitis exaratam primùm ſeorſim edidit, & rurſus Antiquitatibus Aſiaticis, (l) Chriſtianam Aeram antecedentibus præfixit, utrobique inſtructam Commentario erudito, unde multa peti poſſunt de veteriſſimis ſcripturæ Græcæ elementis. Sigeæ Inſcriptioni accedet hæc noſtra, numero quidem verſuum brevior, ſed anaglypho opere præſtans, atque ætate paulo fortaſſis inferior. Utrique nempe non pauca ſunt communia, ductus linearum, forma nonnullarum literarum, veluti A & Δ, quæ in utrâque ſic ſcribuntur &  . Sigeam tamen aliquanto veteſtiorem eſſe lubens concedam, quum major in noſtrâ appareat elementorum elegantia; aliæ verò literæ propius accedunt ad eas, quæ viſuntur in altero egregio Marmore, quod Athenis in Gallias detulit D. de *Nointel*, & unde in Regio Antiquitatum Cimelio aſſervatur. Hujus priores quinque lineas, ſpeciminis vice, ſervatâ prototyporum elementorum formâ edidit Clariſs. P. *de Montfaucon* (m); integram verò Inſcriptionem communibus literis vulgavit Maffejus Marchio. Quarumdam ex iis literis figura eadem atque in noſtro Marmore conſpicitur, videlicet, utrobique crure altero breviore; in Nointeliano lapide etiam ut heic, expreſſum eſt hoc modo : denique & abutroque exhibetur , & pœne ſimile eſt Latinorum R. Unde patet, verum eſſe, quod Vir doctus aſſeruit in Diſſertatione (n) jam ſuperius laudatâ, hanc literam inter Pelaſgicas numerandam, quas Pelaſgi, e Græcia fugati, Latio intulere. Et ſane tres eæ Literæ eo ferme modo ſcriptæ ſunt, non ſolùm in noſtro & Nointeliano Marmore, ſed præterea in Columellis, quas in Villa ſua juxta Viam Appiam poſuerat Herodes Atticus, (o) & quarum Inſcriptiones neſcio qua antiquitatis affectatione, priſcis & obſoletis ſua ætate elementis exarandas curaverat. Commune verò eſt Sigeo Marmori, Nointeliano, & Montefalconiano (ſic enim illud vocare liceat) quod literâ brevi E loco longioris H utantur, unde apparet, ea eſſe ſcripta, antequam Alphabetum Literarum XXIV. apud Græcos paſſim invaluiſſet.

Anno quo Archontis munus Athenis geſſit Euclides, Olympiadis nempe XCIV. An. 2. vocales longæ H & Ω, quæ nondum uſu receptæ fuerant (p), & quarum vices ſungebantur E & O, tandem uſurpari vulgo cœperunt, atque adeo poſtea invaluerunt, ut inde nomen factum ſit ſcripturæ communi, cujus uſus adhuc apud Gentes Græce loquentes perduret, & quam eâ de cauſâ οἱ μετ' Εὐκλείδην γραμματικοὶ nuncupârunt, teſte Plutarcho (q). Græci ex earum literarum obſervatione argumentabantur, vetuſtioreſne eſſent, an recentiores Inſcriptionum tituli. Sive igitur literam H invenerit Simonides, ut plerique volunt, ſive tantùm eam pro literâ baberi inſtituerit, quum antea ſolius aſpirationis locum occuparet, quod probabilius videtur (r), Inſcriptionem noſtram antea exaratam fuiſſe, quàm vulgo uſu veniret ea, quæ poſt Euclidem uſitata eſt ſcriptura, ex eo colligas licet, quod ibi NIKEI in dandi caſu ſcriptum ſit per ει διφθογγον, non autem NIKHI, ut fieri par erat, ſi tunc H pro vocali longiore fuiſſet acceptum. Licèt verò antiquiorem eſſe conceſſerim Inſcriptionem Sigeam, noſtram tamen Nointelianâ veteſtiorem aliquot ſaltem Olympiadibus cenſuerim, primo propter figuram literarum & ideſt Alpha & Delta, ſupra obſervatam, quæ vetuſtior omnino videtur eâ, quam exhibet Marmor Nointelianum, & propiùs accedit ad Inſcriptionem Sigeam, quam antiquiſſimam eſſe, nemo harum rerum peritus inficias iverit. Secundo Nointelianum Marmor inſcriptum eſt, quum jam in deſuetudinem abiiſſet ſcriptura *βουστροφηδὸν*, quæ adhuc paſſim in uſu eſſe debuit, quando poſita eſt Inſcriptio Marmoris Montefalconiani. Verisimile enim non eſt, Athleram quinquertionem, aut quadratarium, quo ipſe uſus eſt, nullâ de cauſâ Ἀρχαϊσμὸν affectare voluiſſe, quod in mentem veniſſe ſupra notavimus Herodi Attico, viro diſciplinis & literis innutrito, qui ſuis coætaneis præbere voluit ſpecimen ſtudii Antiquarii, & intermortuæ literaturæ memoriam refricare, quæ res minime in Athletam cadit. Quando autem cœperit, aut deſierit mos ſcribendi *βουστροφηδὸν*, nemo, opinor, in hac monumentorum paucitate aſſeruerit. Viguiſſe ſane circiter Olympiadem Quinquageſimam, innuere videtur ſuperius deſcriptus Pauſaniæ (ſ) locus. Arca enim, quæ referebat Inſcriptiones *βουστροφηδὸν* ſcriptas, non fuerat ab ipſo Cypſelo dedicata, ſed tantùm ab ejus poſteris. Nomine autem poſterorum Cypſeli noa ipſum intelligi puto Periandrum ejus filium, quem procul dubio nominatim nuncupaſſet Pauſanias. Inſcriptiones ab iis poſitæ erant, qui donarium Junoni Argivæ dicaverant. Obierat porro Periander Cypſeli filius, teſte apud Laërtium (t) Soſicrate, uno Anno ante Olympiadem XLIX. Qui poſt eum vixerunt Cypſelidæ, ut aliquo pacto imitarentur liberalitatem ejus erga Jovem Olympium, cui juxta Didymum, citatum a Suida (u), coloſſum aureum poſuerat in Templo Junonis; Junoni Argivæ Arcam, quæ memoriam ſervaret illius, quâ olim ſervatus fuerat Cypſelus, dono obtulerunt, additis epigrammatis, rem indicantibus. Illud ſane vix contingere potuit ante quinquageſimam Olympiadem, ideoque tunc etiam vulgaris fuit uſus ſcripturæ *βουστροφηδὸν*. Præterea ut Arcam illam eamdem eſſe Cypſelidæ ſuaderent, quæ

(h) Pauſan. Lib. VI. Cap. 19.
(i) Idem, Lib. V. Cap. 17. pag. 420.
(k) Edition. Lond 1721. 1726. & Lugd. Batav. 1727. in 8.
(l) Chiſull. Antiquit. Aſiatic. a pag. 9. ad pag. 48.
(m) Paleograph. Græc. Lib II. pag. 135
(n) Vid. Differt. de Priſc. Græc. & Latin. Liter. num. 50.
(o) Gruterus pag. XXVII. num. 1.

(p) Scholiaſt. Euripid. ad Phœniſſ. v. 688.
(q) In Vitâ Ariſtidis pag. 333.
(r) Vide Differtat. de priſc. Græc. & Latin. Liter. num. 50.
(ſ) Lib. V. Cap. 17. pag. 420.
(t) Diogenes Laërtius Lib. I. Cap. 95.
(u) Suidas, verbo Κυψελίδαι.

quæ ad Cypselum pertinuerat, ipsi minime insculpere deburunt scripturam, quæ nondum in usu fuisset, quum puer effet Cypselus: ideoque si eadem suit scriptura tum voti, quod à Cypselo susceptum fingere deburunt, tum ejusdem voti à posteris soluti, vulgaris saltem scriptura fuerit βουστροφὸν ab Olympiade XXX. ad L.; Cypselum enim Corinthi Tyrannidem arripuisse Anno tertio Olympiadis XXX. ex eo probant Eruditi, quod ejus, & filii Periandri tyrannis annos incompletos 73. occupaverit juxta Aristotelem (x), five 73. annos & menses sex. Ex his 44. assignantur Periandro, qui obiit Anno quarto ineunte Olympiadis XLVIII. unde quum 30. annos regnaverit Cypselus, ejus initium (licèt 44. ani Periandri minime completi fuerint, sed inchoati tantùm) omnino cadere debuit in Olympiadis XXX. Annum tertium.

Et verò Inscriptiones βουστροφὸν exaratas pro antiquioribus habendas esse iis, quæ vulgarem scribendi ordinem referunt, vel ipsa ratio suadet. Scripturæ, sicut & aliarum rerum, mutationes non illico fiunt, sed sensim, & quasi per gradus. Primus scribendi modus, quem Græci à Phœnicibus acceperunt, quemque adhuc Trojani belli ætate vurpatum notavi superius, fuit à dextera ad sinistram. Illi dein scripturæ in orbem, cujusque scripturæ vestigia apparent trecentis circiter annis post Trojana tempora apud Græcos, tum etiam in Italia apud Etruscos. Possidere enim se narrat Maffejus (y) Inscriptionem Etruscam, communi saxo inscriptam in orbem, neque apud alios defunt quædam aliæ ejusdem modi. Alteri Phœnicium literas exarandi ordinem partim servarunt, partim etiam immutarunt, siquidem primo versu a dextera ad sinistram scripto, sequentem a sinistra ad dexteram deduxerunt. Postea cœperunt, priorem versum a sinistra ad dexteram ducere, & sequentem a dextera ad sinistram. Denique subito penitus versum sibi adversantium usu, lineæ eodem tenore a læva ad dexteram decurrere cœperunt. Et hic fuit Grammaticæ Græcæ progressus. Quamvis autem Inscriptiones Orientalium more a dextera pergentes ad sinistram pro antiquissimis haberi debeant, & illæ quæ βουστροφὸν procedunt, generatim veteristores credi æquum sit iis, quæ vulgarem sequuntur scribendi modum, minime tamen negandum, reperiri posse Inscriptiones βουστροφὸν scriptas, quæ recentiores fortassis sunt aliis quibusdam, quæ communem referunt scripturam; quandoquidem ubi primum cœpit vulgaris scribendi modus ab omnibus, & ubique, & statim abjici non potuit, quæ antea obtinebat Grammatistice. Tempus verò affignare, quo penitus desierit usurpari scriptura illa recurrens, quum tam pauca superfint antiquissimorum temporum monumenta, nemo opinor potuerit. Videtur nihilominus desisse illius usus ante bellum Peloponnesiacum. Primò quia Nointelianus Lapis, eo bello aliquot Olympiadibus vetustior, lineas omnes a læva ad dexteram scripras habet, sicut & alia omnia Marmora (z), quæ superfunt, quorumque nonnulla proxime ad ea tempora videntur accedere, alia sub Alexandri temporibus posita fuere. Secundò neque Herodotus, neque Thucydides, aut Xenophon verbo quidem tantillo subindicant, eorum ætate diversam ab ea, quæ nunc viget, scripturam ullibi in Græcia ufurpatam fuisse.

Patet ex his, quanta sit Montefalconianæ Inscriptionis antiquitas; quo scripturæ genere exarata fuerit. Pauca de stylo dicenda superfunt. Ac primò quidem, nemo mirari debet, in tam brevi scriptione nullum peculiaris Dialecti vestigium elucere: inde tamen argumenta duci potuissent ad agnoscendam *Manthei* Quinquertionis patriam, quam ipse præter morem adscribere neglexit. Magis mirum videri poterit verbum ἰυχήσειρα, cujus usus apud antiquos & probatos Scriptores minime frequens. Docent Grammatici, nemem, inter probatos Auctores dixisse ἰυχησάντα, sed

A ejus loco χάριν εἴδειμα, vel χάριν ἴσχειν. Phrynichus (a) ἰυχησάντα οὐδεὶς ὀρθῶς ἄνευ, ἀλλὰ χαρὶν εἴδειμα. Non damnat prorsus ejus verbi usum, sed tantùm monet, eo sensu, quo à posterioribus usurpabatur, scilicet *gratias agendi*, vetustiores & receptissimos dixisse χάριν εἴδειμα. Alio qui probum erat & antiquum τὸ ἰυχησάντα: dixit enim ἰυχησάντα Herodotus (b). & ἐυχὰς ἰυχησαμένους scripsit Dionysius Halicarnassensis (c). Quis fuerit primitivus, ut ita dicam, hujus verbi significatus, nobis aperit Julius Pollux (d). Ipsi enim ἰυχησάντα est χάριν ἐιδέναι, & ἰυχήσειρα ὁ θεαδέκτης, ita ut idem fuerit ἰυχησάντα, ac χαριζόμενος *gratificari*. Quod etiam confirmat Harpocration (e), ubi notat verbum ei appositum ἰυχαριστῶ reperiri apud Antiphontem pro μὴ χαρίζεσθαι. Quare in Montefalconiano Marmore τὸ ἰυχησάντα Δὶ, minime exponi debet *gratias agit*, sed *donum* B *dat Jovi*. Neque enim verbi usus, Inscriptionis aut antiquitatem, aut γνησιότητα labefactare valet.

II. Perfractis nunc iis, quæ ad Inscriptionis scripturam & stylum spectabant, & asserta, ni fallor, ejus antiquitate, duo restant ad examen revocanda: quâ nempe de causâ posita fuerit, tum etiam quo possessum tempore fuerit dedicata. Dum verò illa duo exequar, de Inscriptionis ab Athleta Nemeæo Ludis victore dedicatam, inter Olympiades LXX & LXXX. verisimilibus conjecturis docebo: veniam tribuent Lectores, si quandoque accidert, me ad alienа dilabi, quæ minus ad scopum pertingere videantur, aut earum inculcare, quæ jam in superioribus dicta sint. Vix enim aliter evenire potest in hoc philologico commentandi genere. Docent nos ipsa Inscriptionis verba, hocce Marmor fuisse donarium Jovi oblatum a juniore C Athleta pro victoria puerorum Quinquertio relata. Inde pater, Jovi dicatos fuisse Ludos, in quibus victoriam adeptus erat *Manthæus*, ut se ipse nuncupat. E quatuor majoribus Græciæ Ludis, duo tantùm in Jovis honorem celebrabantur, Olympici scilicet, & Nemei; nam Apollini facer erat Pythicus agon, Neptuno Isthmicus. Olympico victor puerili Quinquertio nequaquam exstitit *Manthæus*. Asserit enim Pausanias (f) Olympiade XXXVIII. institutum quidem fuisse puerorum Quinquertium, sed statim etiam displicuisse, & ab Eleis fuisse repudiatum. Ille verò, qui vicit eâ Olympiade, minime vocabatur Mantheus, sed *Eutelidas* Lacedæmonius. En verba Pausaniæ: κατελύθη δὲ τὸ Ὀλυμπίασι καὶ παιδικὸν πένταθλον, μετενεχθὲν ἄγων οὗτος Ἠλείοις· πεντάθλου γὰρ τοῖς παῖσιν ἐστὶ τοῖς ἐμβόλιν Ὀλυμπιάσιν καὶ τοιοῦτοι τότε, καὶ ὁ νικήσας τὸν πάντα χρόνον Εὐτελίδας Λακεδαιμόνιος καλέσαντα, ἐκεῖνα ἄρατα Ἠλείοις δι πεντάθλου παιδικὸν ἔθεσαν: D ideft interpretor Sylburgio: *Sunt etiam antiquata nonnulla Olympiæ certamina, Elisiique mutata sententia visum, non amplius ea agitari. Puerorum enim Quinquertium XXXVIII. Olympiade institutum quidem fuit, & Lacedæmonius Entelidas eo victor olearfri coronam accepit. Postea tamen non amplius Eleis placuit, ut in Quinquertii certamen descenderent pueri.* Unicè igitur vice Olympiæ certarunt pueri Quinquertiones; quod iterum asserit Pausanias (g) verbis tamen, quæ quum minime ab Amasæo ejus interprete sint intellecta, ea hic exponere non erit prorsus supervacuum. Σικυωνίοις δὲ Εὐανθίδης γεγόνασιν ἐν παισὶ νικᾶσι δύο ἐπὶ ταῖς ὀγδόαις καὶ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάσιν πάλαι, ἐστὶν δὲ πεντάθλου: ἀφῶσι μὲν γὰρ δὴ οἱ παῖδες τὰ ὅπλα ἐστὶν πεντοβόλοισιν ἰσοχρόνως. Hæc ita vertit Amasæus: *Spartano quidem Eutelidæ*, E *adhuc ac trigesimâ Olympiade, de puerili palæstrâ una, de Quinquertio palma altera delata est. Tunc enim Luctatorum prius, ac deinde Quinquertionum ludicrum committebatur.* Postrema Pausaniæ verba ita accepisse videtur Amasæus, ac si in his agereturde ordine, quo Luctatores & Quinquertiones tunc in stadium producebantur, eumque iis sensum affixisse, quasi indicare voluisset Pausanias, Luctatoribus primùm in campum eductis, succedisse Quinquertiones. Nihil tamen aut si mente

(x) Politicor. Lib. V. Cap. 12.
(y) Maffejus, Trad. Ital pag. 177.
(z) Vide Gruterum pag. MXXVII. num. 2. CCXVI. & seqq. Marmor. Oxon. II. & III. Spanium, Itiner. pag. 141. & 375.
(a) Phrynich. Ecl. Att. pag. 8.
(b) Lib. I. Cap. 32.
(c) Lib. X. pag. 645.
(d) Onom. Lib. V. Cap. 32. 5. 141.
(e) In Lexico, pag. 95. edit. Blanc.
(f) Lib. V. Cap. 5. pag. 395.
(g) Lib. VI. Cap. 15. pag. 450.

mente aut a scribis Pausaniæ fingi alienius potuit. Is enim quasi rem notatu dignam memorare voluit, hac solùm vice pueros Pentathlo certasse Olympiæ. Amasæus voces οἱ παῖδες penitus omisit, Luctatores & Palæstritas de suo largitus, quorum nec vola nec vestigium apparet in Græco contextu. Deinde hunc loquendi modum ὡπὸ φώνου χαὶ ὄνυχος non agnovit, licèt in omnibus fere etiam hodiernis Linguis perduret; nam & nos Galli dicimus *pour la premiere & la derniere fois*. Ideo quum in priore adducto loco disertis verbis dixerit Pausanias, post eam Olympiadem, qua Eutalidas Lacos pueros Quinquertio vicit, ſtatim Eleos hoc genus certaminis ſuſtuliſſe, is, de quo nunc agitur, locus ita certò verti debuit: *Eutelidæ Spartitæ duæ obtinuerunt victoriæ inter Pueros, Olympiade XXXVIII. Luctâ una, altera Quinquertio. Tunc enim primùm & ultimùm pueri Quinquertiones introducti ſunt.*

Non potuit ergo *Mantheus* Quinquertio pueros vincere Ludis Olympicis, quandoquidem eâ unicâ Olympiade, qua pueri Quinquertiones certarunt, palmam *tulit* Eutelidas Lacon; neque Olympium Jovem reſpicit donarium, pro victoriâ Gymnicis ludis relatâ oblatum. Supereſt e quatuor periodicis Agonibus, Nemeus, qui ſimul & Jovi ſacer eſſet, & pueros Quinquertiones admitteret. Nemea primum in gratiam Archemori peracta, deinde in Jovis honorem conceſſiſſe docent Pindarus (h), & veteres ad eum Critici. Nemeæ verò decertaſſe pueros Quinquertiones, oſtendit ejuſdem Poëtæ (i) Ode inter Nemeonicas inſcripta Σωγένει Αἰγινήτῃ παιδὶ πενταθλῳ, *Sogeni Æginetæ puero Quinquertioni*. Omnia igitur optime conveniunt, ut pro Nemeonicâ habeatur *Mantheus*.

III. Aſſertâ Inſcriptionis noſtræ antiquitate, ejus dedicandæ occaſione ad victoriam Ludis Nemeis partam, probabilibus argumentis relatâ, nullus nobis labor futurus eſſet in ejus ætate aſſignanda, ſi ſuperſtites ſuiſſent catalogi victorum, qui in Græciæ periodicis agonibus fuerant coronati, quales olim variis Scriptores conſarcinaverunt; aut ſane ſtarent eæ Inſcriptiones, quibus eorum victorum nomina qualibet Ludorum celebratione committebantur. Fuit ex eo genere Scyone ἀναγραφὴ cujus ſæpius meminit Plutarchus (k), ubi viſebantur nomina Sacerdotum Junonis Argivæ, Poëtarum & Muſicorum ſcilicet, qui Ludis Nemeis vicerant. Neque dubium eſt, aut eam ipſam ἀναγραφὴν, aut aliam ejuſdemmodi, retuliſſe quoque nomina Athletarum, qui iiſdem ludis palmam adepti fuerant. His deſtituti ſubſidiis veriſimilia conſectari cogimur, atque ad conjecturas delabi: quas ſi argumentis probabilibus firmavero, non habebit æquus Lector, quod mecum expoſtulet. Ut certo ordine procedat, quantum fieri poterit, indagatio ætatis Marmoris Montefalconiani, figendus mihi primum videtur quidam terminus, citra quem minime demitti poſſit. Superibs monuiſſe me memini, Marmor Nointelianum, in Muſæo Academiæ Inſcriptionum adſervatum, linearum ductum hodiernum a læva ad dexteram ubique ſequi, omniaque omnino marmora illo recentiora ejuſdem tenoris eſſe, adeo ut pro deſito habendus ſit mos ſcribendi ἀναγραφὴν a tempore, quo Nointelianus Lapis poſitus eſt, & inde antiquior fuerit Montefalconianus, lineis recurrentibus exaratus. Habebimus itaque epocham, citra quam non licebit illius ætatem detrudere, ſi Nointeliano certum annum aſſignaverimus: idque paucis nunc expediam. Lemma in marmore accuratiùs examinato ita eſt:

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΗΟΙΔΕ : ΕΝΤΟΙ : ΠΟΛΕΜΟΙ : ΑΠΕΘΑΝΟΝ : ΕΝΚΥΠΡΟΙ : ΕΝΑΙΓ
ΥΠΤΟΙ : ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ : ΕΝΑΛΙΕΥΣΙΝ : ΕΝΑΙΓΙΝΕΙ : ΜΕΓΑΡΟ.....
ΕΝ ΤΟ ΑΤΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ

Hæc ad verbum ita verti poſſunt:

Ex Tribu *Erechtheide*
Hi In Bello Ceciderunt, In Cypro, In Aegypto, In Phoenice, In Halienſibus, In Aegina, Et Megaris
Eodem Anno.

Vir doctus (l), qui integram hanc Inſcriptionem edidit, poſtrema lemmatis verba vertere neglexit, forte quod adverſùs Hiſtoricorum teſtimonia hæc aſſeri videatur bellum eodem Anno in tot diverſis partibus geſtum. Dein ambigebat de voce ΜΕΓΑΡΟΣ (ſic enim legebat) & utrum ducis, an primi omnium, qui occubuerant, nomen fuerit, dubius hærebat. At in marmore ſupereſt tantùm ΜΕΓΑΡΟ: pauculæ, quæ præterea ſequebantur, literæ deletæ funt penitus. Quapropter miror, viros harum rerum experientiâ clariſſimos, in addenda litera Σ conſpiraſſe. Facillime, quæ deerant, ex Hiſtoricis poterant ſuppleri; quandoquidem narrant (m), Athenienſes, dum bellum gererent ad Æginam, ad Megara quoque exercitum miſiſſe adverſùs Corinthios, qui Megarenſibus arma intulerant. Τὴ ΜΕΓΑΡΟ nequaquam proprium viri nomen fuerit oportet. Quorſum enim extra nominum ſeriem ſcriberetur? quid præterea ſibi vellent illa ΕΝ Τῷ ΑΤΤῷ ΕΝΙΑΥΤΩ poſt hominis nomen interpoſita? Fuit procul dubio in Marmore ΜΕΓΑΡΟΙΣΤΕ, nam tota hæc pericope deſtinata fuerat locis, in quibus Athenienſes ex Tribu Erechtheide bellum gerentes interierant, eorum verò locorum unum fuere Megara.

Ut igitur verus Nointeliani Lapidis annus deprehendatur, quærendus is eſt, quo Athenienſes bellum tot diverſis in partibus geſſerunt, quum adeo diferte dicatur, Erechtheides interiiſſe eodem Anno. Dum in Cypro cum ducentarum navium claſſe belligerarent Athenienſes, ab Inaro, qui majorem Ægypti partem a Rege Perſarum Artaxerſe deficere impulit, vocati (n), relictâ priori expeditione in Ægyptum ſe contulerunt. Accidit illa juxta Diodorum (o) Olympiadis LXXIX. Anno tertio, Archonte Athenis Conone; & inde continuum in Ægypto bellum agitarunt integro ſexennio, auctore Thucydide (p), ſcilicet uſque ad Annum quartum Olympiadis LXXX. Quare fallitur Diodorus (q), qui finem bello Ægyptiaco impoſitum narrat, ejuſdem Olympiadis Anno primo. Licèt verò ſumma belli in Ægypto ſtaret, minime tamen dubium eſt, quin Claſſes Athenienſium, quamdiu bellum gerebatur, Cyprum & Phœnicen, Regi Perſarum addictas, infeſtaverint. Interim aliud excitatum eſt bellum Athenienſibus adverſùs

(h) Pindar. Nem. II. & VII. Auctor: Vit. Pindari. Scholiaſt. ad Nemeon.
(i) Pindar. Nem. VII.
(k) Plutarch. Lib. de Muſic.
(l) Gall. Seleƈt. Antiqu. pag. 82. & ſeqq.
(m) Thucydides Lib. I. Cap. 105.
(n) Thucydid. loc. ſupra citat.
(o) Diodorus Lib. XI. pag. 280.
(p) Thucydid. Lib. I. Cap. 110.
(q) Diodor. Lib. XI. pag. 282.

sùs Corinthios, & Epidaurios, & navale inter eos certamen commissum est ad Halias, & paulo post aliud ad Cecripaliam : a quo victores Athenienses Æginetas invadunt, deleràque eorum classe, Urbem, duce Leocrate, obsidione cingunt. Id accidisse narrat Diodorus Olympiadis LXXX. Anno secundo. Quum verò sentirent Corinthii distractas esse Athenienssum vires, quarum pars adhuc erat in Ægypto, pars Æginam obsidione premebat, cum sociis impetum in agrum Megarensem fecerunt. Megarensibus tamen non defuere Athenienses, relictisque ad Æginæ oppugnationem copiis, cum his, qui in Urbe erant, senioribus, junioribusque opem Megarensibus tulerunt duce (r) Myronide, & contra Corinthios prœlium commiserunt. Gesta hæc sunt juxta Diodorum Anno Tertio dictæ Olympiadis LXXX. Archonte Bione; & quum ex marmore pateat, intra annum vertentem tot ex Tribu Erechtheidæ obisse ad Halias, in Ægina, & Megaris, pugna ad Halias contigerit oportet affecto jam Anno Secundo illius Olympiadis, ut & initium obsidionis Æginæ. Expeditio verò adversùs Corinthios ad Megara ineunte Anno Tertio, durante tum Æginæ obsidione, quæ per novem Menses protracta fuit, tum etiam bello Ægyptiaco, cui finis tantum anno sequenti impositus, & cujus occasione Cyprum, & Phœnicem incursarunt Athenienses. Hinc liquido patet, annum, quo dedicatum est Marmor Nointelianum, non alium esse, quàm eum, quo tot simul expeditionibus impliciti fuerant Athenienses, & quo gloriose pro patria pugnantes mortem oppetierant hi, quorum nomina inscripta funt, atque adeo Annus Tertius erat Olympiadis LXXX. Urbis Condit æ 297. Ante Æram Christi 457. Habemus igitur repagulum, quo prohibeamus, ne Marmor nostrum διπροσωπίδι scriptum, propius ad nos demittatur, nempe ætatem alterius Marmoris eo recentioris, sed tamen antiquissimi omnium, quæ superfunt, exceptâ Inscriptione Sigeâ; ita ut nostri ætas investiganda sit in annis OlympiadeLXXX. antiquioribus. Neque tamen annum ipsum assequi quisquam poterit, quo fuit positum. Sufficiat fane ei spatium annorum assignare, intra quod coërceri debeat. Citimum jam, ni fallor, terminum tenemus. Ad ultimum inveniendum pergamus.

Athletam nostrum Nemeonicum fuisse ostendimus, & Quinquertio victorem ipsa monstrat Inscriptio. Inargumento verò præmissio Odæ, quam Pindarus cecinit in Sogenem puerum Quinquertionem Nemeæ coronatum, scribunt veteres Critici, Quinquertium fuisse institutum Nemeade XIII. (f) Ὁ Σωγένης φῶτας Αἰγινήτης ἐτέκνωσε πάϊς ὢν πενταθλήν καὶ ὢν παγκρατιαστὴς ἀνὴρ Νεμέᾳ, γνόφῳ δὲ ἐ κτάνοθλος φῶτας καὶ ὢν τρισκαιδεκάτων Νεμέᾳ. *Primus Æginetarum Sogenes puer Quinquertio vicit Quartadecimâ Nemeade. Quinquertium verò primum institutum est Nemeade decimâ tertiâ.* Nemeus Agon erat Trietericus, sive tertio quoque anno ineunte celebrabatur, sicut & Isthmicus, ideoque intra singulas Olympiades, binæ Nemeades peragebantur : altera primo cujuslibet Olympiadis anno : tertio altera, ut erudite probavit Dodwellus (t) in doctissimo de Cyclis opere. An verò prior a Nemea hyberna fuerint, posteriora æstiva, ut idem vir doctus summopere contendit, non est hic inquirendi locus. Sane Pindari Scholiastes (u) Ludorum editiones diversis anni tempestatibus nusquam assignavit, & Nemeorum initium generatim tribuit dici XII. Menfis Panemi, qui Romanorum Julio & Augusto respondebat. Certum est itaque, *Mantheum* nostrum vincere Quinquertio in Nemeis Ludis non potuisse ante Nemeadem XIII. quum tunc primum Quinquertium in iis institutum testetur vetus Scholiastes. At unde Nemeadum numerandarum exordium ille desumserit, in promtu non est definire. Ad annos numerandos, aut ad feriem Chronologicam ineundam nullus Auctor exititit, qui Nemeadibus usus fuerit, immo neque fortassis iis ipsi, quibus Nemea agebantur. Argivi annos suos per Nemeadas numerarunt, saltem antiquitus, nam tempora sua numerabant per annos Sacerdorum Junonis, ut notum est ex Thucydide, ejusque Scholiaste (x). Sed unde tamdem Nemeades numerari cœperint, disquirendum. Nemea primum peracta in gratiam defuncti pueri Archemori, satis communis est antiquorum sententia. Alii tamen ab Hercule post occisum Nemæum leonem instaurata contendunt (y), vel potius instituta; videtur enim antiquior Hercules expeditione septem Ducum adversùs Thebas, ad quam hi pergentes funebres ludos Archemoro a serpente occiso Nemeæ celebrarunt. Sed a neutra harum editionum numerus Nemeadum iniri potuit, nam XIV. Nemeas inde deducta ne ad Trojani quidem belli tempora pervenisset. Tantum abest, ut ad Pindari ætatem pertingeret. Aliud & propius esse potuit Nemeadum initium, ab ea scilicet instauratione, quæ facta est, quum Argivi Agoni Nemeo præesse cœperunt. Rem & tempus signata habemus in Eusebiano Chronico (z), ubi ad Annum Primum Olympiadis LI. editionis Pontaci, aut ad Annum Primum Olympiadis LIII. juxta Scaligerianam (a), hæc verba leguntur : *Agon Nemeaeus primùm ab Argivis actus, post eum, qui sub Archemoro fuit.* Idem quoque legitur, licèt loco paulo alieniore, in chronographicis Syncelli (b) collectaneis. Quod asserit Eusebius, tunc primum Argivos præfuisse agoni Nemeo post eum, qui propter Archemorum editus fuerat, non ita debet accipi, ac si nulli postea fuissent Ludi Nemeæ celebrati; sed post ludos in Archemori honorem editos, quibus præfuit Adrastus Argivorum Rex, ad alios dein eorum edendorum jus transierat, quod demum Argivi recuperarunt anno ab Eusebio notato. Patet id ex veteribus in Pindarum Scholiis (c), ubi legitur, his ludis præfuisse Argivos, Corinthios, & Cleonæos. φησὶν οὖν ὁ ἀγὼν οὗτος ὑπ' Ἀργείων, καὶ Κορινθίων, καὶ Κλεωναίων. Idem alio ordine narrat alius Scholiastes, & primos præfuisse ait Cleonæos, deinde Corinthios : φασὶν οὖν ὁ ἀγὼν οὗτος πρῶτοι μὲν ὑπὸ Κλεωναίων (ita enim legendum) εἶτα Κορινθίων. Censuit doctissimus Dodwellus (d), primos omnium Argivos Nemeos ludos edidisse, ab his ad Cleonæos transisse jus præsidendi, quod demum ab his migrarit ad Corinthios recentioribus temporibus, sub Cæsaribus scilicet, quorum ætate rara Argi mentio, adeo ut putet, ea Urbe paulatim fatiscente, Nemea Corinthiis attributa fuisse, potiquam ipsis aliquandiu præfuissent Cleonæi. Sed multum opinione sua fallus est vir eruditus; nam primo alter Scholiastarum alterius interpres esse debet, & ille, ut jam notavimus, afferit, Cleonæos primos (πρῶτοι) iis Ludis præfedisse, ac postea Corinthios. Ab origine igitur Nemeorum petenda est Cleonæorum prærogativa, & ordo rerum a priore Scholiaste inversus fuit. Secundo Dodwelli sententiam penitus convellit Ælianus (e). Narrat enim ille, Herculem, ut gratum, memoremque animum testaretur erga trecentos fexaginta Cleonæos, qui quum eum comitati fuissent in expeditione adversùs Molionidas, fortiter occubuerant, Cleonæis concessisse eos honores, quos a Nemeis acceperat post occisum leonem, qui agros eorum vastabat, Honorum a Nemeis Herculi delatorum præcipuum fuit, ut ludos Gymnicos apud ipsos conficeret, iisque præesset. Ergo ut trecentorum fexaginta comitum necem aliquo redhostimento muneraretur, cognatis eorum & civibus contulit jus Nemeo certamini præsidendi. Certissimum est itaque, Cleonæos præfuisse Italim post instaurationem, cujus auctor Hercules, quumque his successerint Corinthii, non minus certum videtur, utrosque Nemeis præfuisse ante Argivos.

Sententiam hanc confirmare possumus ex eo quod ab instauratione, quâ primùm post Archemorum Argivos Nemea edidisse traditur Eusebius, innumeris Auctorum locis probari potest, eos perpetuo Nemeorum præsides fuisse, usque quo Christianorum Imperatorum edictis sublata sunt ea omnia certamina. Narrat Diodorus Sicu-

(r) Thucyd. Lib. I. Cap. 105.
(f) Scholiast. ad Nem. VII.
(t) Dodwell. de Cycl. Dissert. VII. §. 2. 3. seqq.
(u) Scholiast. in Od. I. Nem.
(x) Thucyd. Scholiast. ad Lib. I. Cap. 2.
(y) Scholiast. ad Pindar. Nem.

(z) Eusebius Chronic. pag. 111. edit. Pontac.
(a) Chron. MCCCCXLIX. edit. Scalig.
(b) Syncell. pag. 239.
(c) Vid. Schol. proëm. in Pindar. Nem.
(d) Dodwell. de Cycl. Dissert. VII. pag. 305. & 306.
(e) Ælian. Var. Histor. Lib. IV. Cap. 5.

Siculus (f) Mieenæos cum Argivis conrendere voluiſſe de Templo, ſacriſque Junonis, & Ludos Nemeos ad ſe trahere, Olympiadis LXXVIII. Anno Primo. Præerant ergo Argivi Nemeis ab Olympiade LIII. ad Olympiadem LXXVIII. Præerant & temporibus Belli Peloponneſiaci, nam non ſemel notavit Xenophon (g), eos ut agros ſuos ab hoſtium incurſibus tutos præſtarent, & ſpatium parandi ea, quæ ad defenſionem erant neceſſaria haberent, inducias, quæ ludorum cauſſa obſervari ſolebant, prætexuiſſe; atque eâ de cauſſâ ὑστέρειν τὸν μῆνας, inquit Xenophon. Loquendi modum hunc minime intellexerunt Interpretes, multoque minùs Leunclavius, qui τὸ μῆνας mutare volebat in μῆνες, verbum poëticum, & nuſquam Hiſtoricis, vel Oratoribus uſurpatum. Eum poſtea Xenophontis locum docte illuſtravit Dodwellus (h). Nolim tamen, cum eo Lectores putent μῆνας ὑστερεῖν ab Argivis factam, ita ut Menſes integros e Cyclo ſuo eximerent, & alteri menſi alterius ab illo longe ſatis intervallo diſſiti nomen tribuerent. Non ea eſt vis verbi ὑστερεῖν, neque cum adeo ſtolidis hoſtibus rem habebant, ut tam aperta fraude graſſarentur. Ὑστερεῖν eſt *ſubducere*, *ſubtrahere*. Quum Annus Argolicus, ſicut & aliorum Græcorum, lunaris eſſet, & proinde ut Solis, Lunæque rationes æquarentur, intercalares nonnumquam Menſes inſerendi forent; Argivorum præſides, ubi hoſtes impreſſionem minitabantur, ut ſpatium colligendi ſe lucrarentur, Menſem intercalarem omittebant, & ita ejus ſubductione inducias anticipabant. Menſe ipſo Ludorum celebratio fiebat, in anteriora promoto. Hoc erat ὑστερεῖν τοὺς μῆνας, *Menſes ſubductione anticipare*. Et ſane hujus verbi ſignificatio probatur ex Plutarcho, (i) qui eo utitur, quum ſignificare vult, Anno, quo Cæſar emendando Calendario operam dedit, ferias ſenſim anticipatas fuiſſe, & incidiſſe in tempeſtates omnino oppoſitas iis, quibus peragi debuerant: ὡς ἱερὰς ὑστεροῦσας καὶ μικρὸν, ὡς ἐναντίας ἐκείναις τὰς χρόνοις ἄγειν. Nemo neſcit, confuſionem hanc contigiſſe, eo quod intercalarium aliquot menſium ſubductione, feriæ in anteriora proceſſerant, neque temporibus ſuis amplius agebantur. Igitur ὑστεροῦσαι ὑστεροῦντο Plutarcho ſunt feriæ *intercalationis omiſſione anticipatæ*. Ejuſdem vocis eadem vis apud Xenophontem: μῆνας ὑστέρειν Argivi, quum inducias intercalatione omiſſâ anticipabant. At de his aliàs pluribus. Ad Argivos ſpectarunt Nemea ſub proximis Alexandri ſucceſſoribus, uti videre eſt in his, quæ de Caſſandro ait Diodorus ad Annum ſecundum Olympiadis CXVI. (k) Nemeos ludos apud ipſos celebravit Antigonus, quem Gonatam vocant, teſte Polybio (l). Eis quoque præerant regnante Philippo, juxta eumdem Scriptorem (m). Ab Argivis Agonothetam electum fuiſſe T. Quintium Flaminium ſcribunt Titus Livius, (n) & Plutarchus (o). Nemea quidem Cleonis celebravit Aratus, Argivis infenſus, ſed Argivi illa quoque celebranda curavere; neque poſtea a Cleonæis edita ipſiam legimus. Nulli præter Argivos Nemea ſibi vindicabant ævo Strabonis (p), qui primis Tiberii Imperatoris annis Geographica ſcripſit, tum etiam ſub Antoninis, dum Græciam ſcriptis illuſtraret Pauſanias. Denique juris ſui Argivos compotes fuiſſe etiam poſt Conſtantini Magni tempora, luculenter oſtendit Juliani Auguſti Epiſtola (q). Pro indubitato itaque haberi debet, Nemeos Ludos in poteſtate Argivorum fuiſſe ab eo Anno, quo primùm poſt Adraſti editionem Agonem illum recuperarunt, uſque ad ſublatos omnino Gymnicos Ludos. Indeque probabile fit, nonnullos Nemeadum initium numeraſſe ab Epocha, quam aſſignavit Euſebius ad Annum Primum Olympiadis LIII.

Sed aliud ab hac Epocha numerandarum Nemeadum initium habuiſſe Pindari Scholiaſten, non eſt quod dubitemus. Nam exordio ſumto ab Anno Primo Olympiadis LIII. Nemeas XIV. cujus victorem Quinquertio puerili Sogenem encomio ornavit Pindarus, celebrari debuiſſet non paucis ante Pindarum natum annis. Id ut clarius patear, paucis nunc ætas Pindari ſtabilienda videtur. Et quamquam a propoſito paululum deflectam, ferendum id tamen in hac commentandi ratione, dummodo quid inde emolumenti in Lectorem redundet. Pindari vitæ compendia habemus a Thoma Magiſtro, & Suidâ compilata, quorum prius præfigi ſolet ſcholiis in ſuperſtites hujus Poetæ Odas. Licèt autem minoris ſint auctoritatis illi duo Grammatici, ſunt tamen apud eos quædam optimæ notæ. Præ manibus enim habuerunt ſcripta veterum, quibus hodie caremus, & præſertim veteſtiorum Grammaticorum Didaſcalias in Dramaticos, & Lyricos Poëtas. Quum verò ſæpe unâ brevitatis cauſſâ miſceant ſententias eorum, a quibus ſua hauſerunt, judicio opus eſt, ad ſeparandas has diverſas traditiones, & veram inter illas eligendam. Tradit igitur Thomas Magiſter (r), Pindarum floruiſſe tempore tranſitus Xerſis in Græciam; & quum idem fere tradiderit Suidas (ſ), qui Pindari natales aſſignat Olympiadi LXV. & quadrageſimum ætatis annum egiſſe aſſerit, quum Xerſes Græciam invaderet, omnino veriſimile eſt, in eam rem conſenſiſſe exteros Scriptores, quos uterque conſuluit. Contigit Xerſis (t) expeditio Anno Quarto Olympiadis LXXIV. definente, vel potius incunte Anno Primo Olympiadis LXXV. Quare quum Annos tunc natus eſſet Pindarus quadraginta, in lucem editus fuerit oportet anno Primo Olympiadis LXV. At quantùm concordes erant de Pindari natali opiniones, tantùm e contrario de emortuali ipſius Anno diſſerebant. Scribit Thomas Magiſter, eum obiiſſe, quum eſſet Annorum LXVI. vel LXXX. ἐτῶν Ἀβίωνος Ἄρχοντος καὶ ὡς ἄλλοι τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, *Archonte Abione*, *Olympiade LXXXVI.* Nullus in Faſtis Atticis (u) Archon occurrit *Abionis* nomine, ſed tantùm Bion, cujus Magiſtratus juxta Diodorum incidit in Annum Tertium Olympiadis LXXX. Quare nemo negaverit, quin eum viris doctis Bionis nomen apud Thomam Magiſtrum reponendum ſit. Unicâ tamen hujus loci auctoritate fretus doctiſſimus Dodwellus (x) non dubitavit ſedem Archontis Bionis mutare, eumque a dicto Anno Tertio Olympiadis LXXX. migrare juſſit ad Annum Primum Olympiadis LXXXVI. Hoc tamen ultimo Anno ſuus Archon ἐνιαύσιος non deeſt, Lyſimachus ſcilicet, memoratus Dionyſio Halicarnaſſeo (y), Plutarcho (z), Diogeni Laërtio (a), tum ipſi etiam Diodoro (b), licèt corrupte apud eum *Nauſimachus* legatur errore Librariorum. Non animadvertit vir doctus, Thomam Magiſtrum duas una retuliſſe de obitu Pindari ſententias. Alii aliquot poſt ſexaginta annos ei vitæ tribuebant, & hi Archonte Bione mortuum cenſebant. Alii octogenarium obiiſſe aſſerebant, & vitam protraxiſſe ad LXXXVI. Olympiadem. Binas has temporum notationes in contextu Thomæ Magiſtri notare non valuit Dodwellus, quia parum accurate, quæ a diverſis erant prodita, nnâ ſerie miſcuit, & quæ ſibi invicem reſpondere debebant, minime diſtinxit parum cautus Grammaticus. Errorem præterea in numeris irrepſiſſe non dubito, ubi ait, Pindarum vitâ ſunctum, quum vixiſſet annos ϟβ' καὶ ϟξ'. Ab Anno enim Primo Olympiadis LXV. quo natum eſſe Pindarum oſtendimus, ad Bionem Archontem, Anni tantùm intercedunt LXII. idoque legerem δὶς καὶ ϟξ'. Facile enim Librarii numerales literas β' καὶ ξ' mutare potuerunt in ϛ' καὶ ξ'. Præterea multum fallebantur, ut etiam animadvertit Dodwellus, qui tam cito obiiſſe cenſebant principem Lyri-

(f) Diodorus Lib. XI. pag. 275.
(g) Xenophon Hell. Lib. IV. pag. 533. Conter & Lib. V. pag. 550. & 565.
(h) Dodwellus de Cycl. pag. 308. & ſeq.
(i) Plutarch. in Cæſar. pag. 735.
(k) Diodor. Lib. XIX. pag. 705.
(l) Polybius Lib. II. pag. 154.
(m) Idem Lib. V. pag. 419.
(n) T. Livius Lib. XXXIV.
(o) Plutarch. in Flamin. pag. 375. Idem in Arat. pag. 1040.
(p) Strabo Lib. VIII. pag. 377.
(q) Julian. Epiſt. 35. ad Arg.
(r) Vide Pindar. Vit. & genus, præfix. Edit. Oxon.
(ſ) Suid. verbo Πίνδαρος.
(t) Diodorus Lib. XI. pag. 242.
(u) Meurſius Arch. Attic. Lib. II. Cap. 16.
(x) Dodwell. Ann. Thucyd. pag. 46. ad calc. Edition. nov. Thucyd.
(y) Dionyſ. Hal. Ep. ad Amm.
(z) Plutarch. X. Rhet. Cap. 8.
(a) Diog. Laert. Lib. III. Cap. 3.
(b) Diodor. Lib. XII. pag. 304.

Lyricorum, multoque magis hi, a quibus Suidas acceperat eum mortuum eſſe ἐτῶν πδ', *annorum LV.* Nam cecinit Odas duas (c) in gratiam Pſaumidis Camarinæi, qui curſu equorum, quadrigis, curru mulis juncto, & equo ſingulari vicerat, Olympiade LXXXII. ſexennio poſt Archontem Bionem, ipſe tum natus, pro noſtris rationibus, annos ſexaginta octo. Exſtat præterea alia Pindari (d) Oda, ſcripta Ariſtomeni Æginetæ luctâ victori Pythiade XXXV. Pythiades numerari demum cœperunt ab Anno ſecundo, vel, ut aliis placet, tertio Olympiadis XLIX. qua de re legendus omnino Dodwellus (e). Acta eſt igitur Pythias XXXV. Anno ſecundo, aut tertio Olympiadis LXXXIII. Vivebat ergo, vigebatque Pindarus eâ Olympiade mediante, neque obierat paulo major ſexagenario, Bione Archonte. Verior itaque fuit aliorum ſententia, qui Pindari ætatem prorogarunt ad Olympiadem LXXXVI. dummodo benignâ interpretatione juvetur quod addunt, eum nempe octoginta fuiſſe annorum; numero enim rotundo uſi ſunt, neglectis quatuor, qui ſupra excurrebant annis.

Neque ea infringere, aut Pindarum longiore vitâ donare valet locus quidam a Scholiaſte (f) valde, ni fallor, corruptus, ubi innuere videtur Megaclem Athenienſem a Poëta celebratum, quadrigis viciſſe, vel Pythiade CXXXVII. Verba, licèt fuſiora, libet adhibere: *γέγραπται δὲ ἀδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ πυθιονίκῃ τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον Πυθιάδα στάδιον. ἐστὶ δὲ ὅτε ἐν τῷ τοῦ Ὀλυμπιονίκου, ἀλλ' ἕτερος τὸν δὲ ἕτερον νίκην τοῦτον ἀνεῖπεν ὁ Πίνδαρος ἐποίησεν ἄσματι· τὸν γὰρ ὑποκείμενον ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδα ἀνεγράψατο γεγικηκότα, ἢν τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον*: ideſt; *Scripta eſt hæc Ode Megacli Athenienſi, qui vicit octogeſimâ octavâ Pythiade quadrigis. Hic verò non is eſt, qui vicit Olympia, ſed alius cui alterius victoriam adplicat Pindarus ita ſuetus agere. Ille enim vicerat Olympiade XLVII., iſte verò LXXXVIII.* Inde porro neſcias, quid ſibi velit Scholiaſtes, Olympiade, an Pythiade LXXXVIII. viciſſe Megaclem. De Pythiade abſurdum eſſet, quum Pythias LXXXVIII. peracta fuerit intra Triæteridem Olympicam CXXXVI. annis pluſquam centum quinquaginta poſt mortuum Pindarum. Falſum quoque de Olympiade, quum in Alcmæonidarum gente unicum Pindarus ipſe (g) agnoverit Olympionicen, cujus victoria contigerat Olympiade XLVII. Supereſſet tantùm, quod in mentem Dodwello venerat, Megaclen viciſſe eâ Pythiade (h), quæ cum Olympiade LXXXVIII. concurrebat, ſcilicet quadrageſimâ. Hucuſque tamen vitam produxiſſe Pindarum minime probabile eſt, quum nemo eum inter longævos retulerit, neque in ejus Poëmatibus, quæ circumferuntur, aliæ reperiantur temporis notæ, quæ diutinum hoc ævum indicent. Odarum, quæ ſuperſunt, antiquiſſima eſt in honorem Hippocleæ Theſſali decantata (i), qui victor Diaulo exſtitit Pythiade XXII. hoc eſt Anno Secundo Olympiadis LXX. Inde ad Pythiadem XL. aliæ intercedunt Pythiades XVIII. ſolidæ, quæ Annos faciunt ſeptuaginta duos. Quis verò putet, Pindarum per integros LXXII. annos victorum periodicis agonibus laudes eeciniſſe? Quis rem adeo miram a nemine, nec a Scholiaſtis quidem notatam crediderit? Nullius ergo momenti videtur chronica hæc notatio, aut certe legendum primò *Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ πυθιονίκῃ τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον Πυθιάδα*: ſecundò infra ſupplendum & emendandum *ἢν τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον Πυθιάδα*, & ſic omnia belle convenient, nam ad noſtras rationes quæcumque de Pindaro tradita ſunt, optime exigentur. Junior fuiſſe Simonide, ejuſque auditor, traditur a Thomâ Magiſtro. Obiit autem Simonides, annos natus XC. Archonte (k) Athenis Theagenida, Olympiadis LXXVIII. Anno Primo, & ita congruunt magiſtri & auditoris ætas. Æſchyli coætaneus fertur fuiſſe Pindarus, atque cum eo aliquando congreſſus. Obiit in Sicilia Æſchylus (l) annorum LXVIII. Archonte Callià priore, ſive Anno Primo Olympiadis LXXXI. ideoque Pindaro major annis tantùm quatuor.

Aſſertâ itaque Pindari ætate, & natali ejus conſtituto ad Annum Primum Olympiadis LXV. ſatis patet, numerari non potuiſſe a Scholiaſte Nemeades, ab inſtauratione Nemeorum ab Argivis, quæ incidit in Annum Primum Olympiadis LIII. Nemeas enim XIV. inde deducta incidiſſet tantùm in Annum Tertium Olympiadis LIX. quo nondum natus erat Pindarus. Sed quod Olympiadibus contigit, quæ etſi ab Iphiti inſtauratione continuâ ſerie celebratæ ſint, nihilominus numerari tantùm cœperunt ab illa, qua Stadio vicit Coræbus, quia nomina victorum ab ea ſolùm Olympiade inſcripta ſunt; idem etiam Nemeis evenit, ut non obſcure innuit Pauſanias (m). Scribit ille Tiſandrum Cleocriti filium Naxium, quater pugilatu viros viciſſe ludis Olympicis, & toties Pythicis quoque coronatum. Tum obſervat, Corinthios, & Argivos nondum in Commentarios referre conſueviſſe omnes Iſthmionicas, & Nemeonicas. Quod tunc facere neglexerunt Argivi, ab ipſis poſtea obſervatum ſubindicat Pauſanias; & inde vero maxime conſentaneum videtur, Nemea licèt ab Argivis inſtaurata Anno Primo Olympiadis LIII. numerata fuiſſe ſolummodo ab Anno, quo victorum nomina impoſterum tabulis publicis inferenda decreverunt. Factum id fuerit oportet inter Olympiades LX. & LXX. ui Sogenis XIV. Nemeade victoris laudes dicere potuerit Pindarus. Nam Poëtæ hujus Poëmata, ut ſupra vidimus, omnia, quæ ſuperſunt, ſcripta fuere inter Annum Secundum Olympiadis LXX. & Annum Secundum Olympiadis LXXXIII. Poëtam minime novitium ſapit Ode dicata Sogeni (n), & in ea non ſemel innuit Pindarus, ſe jam famæ compotem fuiſſe, atque ideo vix inter prima, omnino ipſius Poëmata cenſebitur. Conſcripta dicatur paulo poſt Perſicam expeditionem, vel paulo ante, & tunc retro gradiendo a XIV. Nemeade, prima numerari cœperit paulo ante Olympiadem LXX. aut forte intra hanc ipſam Olympicam Tetræteridem. Et ita jam proxime accedemus ad ætatem Marmotis Monteſalconiani. Quum enim *Mantheus* Nemeis puerili Quinquertio vicerit, & Quinquertium Nemeæ inſtitutum fuerit Nemeade XIII. Pindari temporibus poſt Olympiadem LXX. marmor verò antiquius fit Olympiade LXXX. ætas ipſius referenda eſt omnino ad annos, qui inter duas has Olympiades interceſſere, ſcilicet inter Annos 460. & 500. ante vulgarem Chriſtianorum Eram. Niſi igitur nimium me fallat conjectura, vixit *Mantheus* iiſdem temporibus, quibus alios Nemeonicas carminibus ſuis celebravit Princeps Lyricorum, eo tantùm his infelicior, quod victoriæ ſuæ præconem hunc non fuerit nactus; ſed tamen eâ forte multis aliis beatior, quod tabella marmorea, cui memoriam victoriæ commendaverat, poſt longiſſimam Sæculorum intercapedinem, nomen ejus poſteris redivivum prodiderit, quod utinam hac ſcriptiunculâ non obſcuraverim, dum illud Lectoribus illuſtrare conabar.

(c) Pindar. Olymp. Od. IV. & V.
(d) Idem, Pyth. Od. VIII.
(e) Dodwell. de Cycl. pag. 236. Hiſtor. Critiq. de la Rep. de Lettres Tom. VI. pag. 109. & ſeqq.
(f) Scholiaſt. ad Pyth. Od. VII.
(g) Pindar. Pyth. VII. verſ. 13. 14.
(h) Dodwell. Tab. ad Diſſert. IV. de Cycl. pag. 751.
(i) Pindar. Pyth. Od. X.
(k) Marmor. Oxonienſ. I. Ep. 73.
(l) Ibid. Ep. 75.
(m) Pauſan. Lib. VI. Cap. 13.
(n) Pindar. Nem. Od. VII.

DE DIIS QUIBUSDAM IGNOTIS,

PRÆSERTIM GALLICIS,

DIATRIBA

JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE.

IGnotis Diis aras excitavit ante hos ſexaginta annos Jacobus Sponius (a), non ignobilis apud noſtrates antiquitatum ſcrutator; ſed eos verè ignotos dicere potuit, quorum partem longè maximam neque notiorem effecit, ſiniſque tenebris involutam reliquit. Aliquot ignota Numina mihi quoque recenſere libet, quæ præſertim obſervavi inliteratis Marmoribus, quæ vota eis ſoluta referunt: iiſque quantum conjecturis probabilibus potero nonnihil lucis impertiri. Ignotorum verò Deorum nomine eos intelligo, aut quorum nomen hactenus non fuit auditum, vel ſane minime intellectum. Ii verò duplicis ſunt generis; vel enim Deo jam cognito adhæret cognomen omnino incognitum & inauditum, aut ipſum Dei, Deæve nomen nemini unquam lectum, vel intellectum occurrit. Utriuſque ſortis Decadem Lectoris judicio permitto.

I.

JUPITER AULERCUS.

JOvis cultum ad omnes omnino gentes delatum fuiſſe, nemo neſcit. Tunc etiam in Galliis, antequam a Romanis in provinciæ formam redigerentur, inter præcipuos Gallorum Deos habitum narrat Cæſar (b). Ille varia pro variis gentibus, locis, ſacris, officiiſque cognomenta ſortitus erat; hactenus tamen *Aulerci* nomine donarum, ne Ille quidem notare meminit, qui veterum Gallorum Religionem duobus voluminibus, ſermone Gallico ſcriptis, accurate illuſtravit. Fanum ramen hujuſce Dei, Antiſſiodori quondam exſtitiſſe, docuit me locus quidam, licèt corruptiſſimus; Paſſionis Sancti Peregrini primi Epiſcopi Antiſſiodorenſis, a Philippo Labbæo (c) vulgatæ, cujus verba ſunt: *Quumque inibi reſtincta fuiſſet omnis Deorum cultura, in territorium ipſius Civitatis, qui Interamnis vocatur, quondam coleret Jovis, Apollinis, & multorum nefariorum portenta conſeraverat: inter quos Fanum ÆLERCI, quam propriè JOVIS nomine dedicaverat, ſummis præcipuè titulis luebant, quia fanus ipſe magnâ operâ conſtructus fulgebat.* Corrupta hæc ſunt, & mutila, neque ſanari poſſe putem ſine ope Codicis integrioris eo, quo uſus eſt Labbæus. Non obſcure tamen indicatur, exſtitiſſe quondam Antiſſiodori Fanum non exigui operis, Jovi, quem *Ælercum* nominabant, dicatum. Sed ipſum hoc *Ælerci* nomen non omnino ſanum credidérim. Tam Jupiter, quàm alii veterum Gentilium Dii, nomina plerumque ſortiebantur a gentibus, Civitatibuſve, in quibus vigebat eorum cultus. Ita dictus eſt Romæ Jupiter *Latiaris*, *Ithomates* ab Ithomâ Meſſeziæ oppido, *Caſius* a Monte hujus nominis inter Syriam & Ægyptum, *Damaſcenus* ab Urbe Damaſco (d), ut alios prærecream. Pari omnino ratione in Galliis dici potuit non Ælercus quidem Jupiter, ſed *Aulercus*, ab *Aulercis* celebratiſſimâ inter Gallos gente. Porro Aulerci trifariam dividebantur (e), in Aulercos Eburovices, Cenomanos, & Diablintes; etſi, an inter Aulereos numerandi ſint Diablintes, meritò dubitet eruditiſſimus Cellarius (f). Ii omnes in Gallia quondam Celtica, & poſtea Lugdunenſi nominata, ſedes ſuas habuerunt; at in locis Oceano proximioribus, & nimium ab Antiſſiodoro diſſitis, ut ab illis peculiarem hanc Jovis appellationem haurire potuerint Antiſſiodorenſes. Alios præterea Aulercos memorat Cæſar (g), quos *Brannovicum* nomine a ſuperioribus diſtinguit. Hi fuere Æduorum Clientes, ideoque non tantùm Antiſſiodoro proximi, ſed, ut nunc veriſimile videtur, in ipſorum finibus ſita erat Antiſſiodorus. Eam alii urbem Æduis, alii Senonibus adjudicant; quandoquidem primus ejus meminit, quarti a nato Chriſto Sæculi Scriptor Ammianus Marcellinus (h), quum Aulercorum *Brannovicum* nomen jam erat omnino obliteratum. Ego verò, quum incerta pariter hactenus fuerit eorum Aulercorum ſedes, & ei genti ſuam Civitatem, & Civitati ſuam gentem reſtitui poſſe cenſeo ex ſitu Templi Jovis *Aulerci*, qui tam impenſe ideo ab Antiſſiodorenſibus cultus videtur, quia patrium illis erat Numen. Unde tractum Antiſſiodorenſem Aulercis Brannovicibus aſſignandum non levis ſuſpicio eſt.

II.

MINERVA ARNALIA.

VIlleji ad Tilam amnem in Burgundia, quum Sacellum quoddam Divi Hermetis inſtaurandum curaret Abbas Nicaſius, ſuperiore Sæculo ad finem vergente, inventa eſt parva quædam ſemibaſis ſaxea, quæ in eodem Sacello etiam nunc aſſervatur, ubi eam, qualis nunc ſupereſt, accurate deſcripſi Menſe Januario Anni Ch. MDCCXXX.



Hæc Inſcriptio pluribus, antequam Nicaſio fiſteretur, annis, e terræ viſceribus eruperat: ſiquidem illius deſcriptionem viderat Edmundus Thomas (i), Eccleſiæ Auguſtodunenſis Canonicus, & Præcentor, eamque præpoſuerat in Hiſtoria ſua Auguſtodunenſi, quæ partim typis edita, partim manu ſcripta, per Burgundica Muſæa circumfertur. Ab hoc Codice fluxit exemplar, quo uſus eſt Clariſs. Maffejus (k), quodque ipſi prototipo non eſt omnino conſentaneum. Illud verò magis ferendum quàm Nicaſi ἀκριβολογία, qui quum ipſius lapidis compos fuerit, eumque in Sacello Divi Hermetis collocandum curarit, nihilominus in Epiſtolis, quas cum Leibnitio commutabat, ſemper Ar-

(a) Sponius, Miſcellan. Erud. Antiqu. Sect. III.
(b) Cæſar, de Bell. Gall. Lib. III.
(c) Labbæus, Biblioth. Nov. MSS. Tom. I. pag. 526.
(d) Vide Gruter. pag. XX. num. 2.
(e) Valeſius, Notit. Gall. pag. 644.
(f) Cellarius Geograph. Tom. I. Lib. II. Sect. II. Cap. 2. pag. 161.
(g) Cæſar, Bell. Gall. Lib. VII.
(h) Ammianus, Lib. XVI. Cap. 2.
(i) Edmund. Thom. Hiſtor. Auguſtodun. Part. I. Tom. 3. pag. 178. MS.
(k) Maffejus, Gall. Antiquitat. Select. pag. 26.

Arnalyum per Y. magno errore ſcripſit, ut videre eſt in earum Epiſtolarum fragmentis, Leibnitio Otio Hanoverano inſertis. *Arnalia* cognomen proprie Celticum fuiſſe, neminem novi hactenus, qui dubitaret. Quid verò illo ſibi voluerint veteres Galli, id omnino obſcurum eſt. *All* Celtis quondam, Teutonibuſque idem erat, ac Latinis *Omnis*. *Arn* verò pro *honore* & *reverentiâ* eiſdem uſurpabatur, unde frequens inter Gallos *Arnaldi* nomen, quo vir omnibus colendus ſignificatur. *Arnalia* itaque dici potuit Gallis Minerva, quaſi *cunctis veneranda*, ſicut etiam Græcis σεμνὴ Ἀθηνᾶ dicebatur, quo eam epitheto compellat Callimachus (l), ſolíſque Diis, aut Heroibus datum fuiſſe teſtatur Ariſtoteles (m). Verius tamen puto, deſumtum fuiſſe hoc cognomen a natura loci, in quo colebatur *Minerva Arnalia*. Sunt Villeji ad Tilam, & vicinis in- A
locis, veluti Ieii quoque ad Tilam, copioſiſſimæ ferrifodinæ. *Haarn* verò, & *Haiarn* inter vocabula, quibus ferrum nominarunt veteres Celtæ, recenſet Doctiſs. Leibnitius (n). Inde probabile *Arnalia* nomen Minervæ impoſitum, quaſi Deæ, quæ ferrifodinis præeſſet, & in cujus tutela eſſent, quum præcipuus ferri ad res bellicas uſus ſit, & bellatrix Dea, bellorumque præs vulgo ab omnibus haberetur. Obſervandum quoque fuiſſe Divione, non procul a Villejo, Corpus *Fabrorum Ferrariorum*, quorum meminit Divionenſis Inſcriptio a Reineſio (o) vulgata. B

III.

MERCURIUS MOCCUS.

ANte Sæculum, & quod excurrit reperta eſt prope Andematunum Lingonum baſis lapidea, cujus Inſcriptionem vulgavit Dionyſius Gallicherotus in Anaſtaſi Lingonum Gallice edita Anno Ch. 1649. Eam denuo Reineſius (p) a D. Philiberto de la Mare Senatore Divionenſi acceptam Syntagmati ſuo inſeruit. Eſt verò hujuſmodi. C

IN. H. D. D (q)
DEO. MERCVR. MOCCO
L. MASCL. MASCVLVS. ET
SEDATIA. BLANDVLA
MATER. L. EX. VOTO

Reineſius eruditioni vela pandere ſolitus, quacumque data occaſione, ad *Mercurium Moccum* obmutuit. Atque, ut verum fatear, nullius eſt eruditionis reſcire hujus cognominis eauſſam, quam ſola mihi ſors obtulit. Legi enim in veteri quodam Catalogo Gallice ſcripto Beneficiorum Lingonenſis Diœceſis, quem vulgo Polyptieharium nuncupant, eſſe prope Andematunum Lingonum, montem ſeu collem, quem *Mont de Moque*, aut *Mont Merceur* vocitant. Non ultra igitur quærendum eſt, cur Mercurius dictus ſit *Moccus*, quum ille Mons, *Mons Moccus*, aut Mons *Mercurii* vocatus fuit, a quo Mercurio cognomen adhæſit. Nec illud ſane mirum, quum colles, & loca edita plerumque Mercurio apud veteres Ethnicos conſecrata fuerint; ideoque vice verſa nonnumquam tumuli, & colles Mercurii ſive *Teutatis* nomen referebant, veluti ille apud novam Carthaginem, cujus meminit Livius (r): & montem quemdam prope Vaſionem Vocontiorum etiamnum hodie vocari Mercurium ab incolis accepi. D

(l) Callimach. Hymn. in lavac. Pallad. verſ. 55. & 86.
(m) Ariſtotel. Rhetor. Lib. III. Cap. 24.
(n) Leibnit. Collectan. Etymolog. Part. I. pag. 126.
(o) Reineſ. Claſs. I. 261.
(p) Idem, Claſs. I. 266.
(q) Hoc eſt: *In Honorem Domus Divinæ*.
(r) Liv. Lib. XXVI. Cap. 41.
(ſ) Maxim. Tyr. Diſt. XXXVIII.

IV.

FONTES *apud Gallos divinis honoribus culti.*

ANtequam ulterius progrediar in indagandis ignotis Celtarum veterum Diis, quædam prælibari neceſſe eſt de pertinaci eo cultu, quo Aquas & Fontes proſecuti ſunt. Ex iis rebus, quibus aliquid Numinis ineſſe finxit ſibi cæca Gentilitas, nullius ſane cultus magis apud varias gentes propagatus eſt, quàm Aquarum, & Fontium. Divini aliquid illis ſubeſſe opinabantur duplici de cauſſa, ſcilicet ob ſalubritatem, uſumque ad vitam tuendam perpetuum, tum etiam quod Fontes *μαντεῖα* habere credebantur. Ac primo quidem Aquas, & Flumina propter communem utilitatem divinos honores meruiſſe, teſtatur Maximus Tyrius (ſ): *ἀπὸ Πανὸς ἄδυτόν τι καὶ ἀφανὲς νομὶζουσι τὸ χρῆσθαι τοῖς ὑδασιν, deinde & Fluvii divinos honores adepti ſunt propter utilitatem eorum, qui his* juvabantur. Ea propter Deorum fana, eorumque præſertim, quorum auxilio ægri curari putabantur, veluti Æſculapii, & Salutis, prope Fontem collocari præcepit Vitruvius (t). *Quum enim* (inquit) *ex peſtilenti in ſalubrem locum corpora agra tranſlata fuerint, & e fontibus ſalubribus aquarum uſus ſubminiſtrabuntur, celerius convaleſcent. Et ita efficiatur, ut ex natura loci majores auctaſque cum dignitate divinitus excipiat opiniones.* Altera fuit præterea antiquorum opinio, divinationi inſervire aquas & fontes, & earum hauſtum mentibus vim fatidicam conferre, & divinandi facultatem, ut videre eſt apud Plutarchum (u); ideoque fontes fuere celebratiſſimi prope illuſtriora Græcorum oracula, Caſtalius ſcilicet & Colophonius, Clariuſque, aliaque Divinatoria fluenta, quæ paucis, more ſuo, perſtrinxit Alexandrinus Clemens (x), quibus addi poſſet Palicorum Lacus in Sicilia, multaque alia, quæ futura præſagiendi, aut abdita patefaciendi facultate prædita ferebantur. Neque minus Gallias, Germaniamque pervaſerat inſana hæc priſcorum opinio. Narrat Plutarchus (y), fuiſſe apud Germanos mulieres, quæ ex fluviorum vorticibus, aquarumque gyris futura conjiciebant, & conſulentibus renuntiabant. Eamdem narrationem habes apud laudatum Clementem Alexandrinum (z), qui ſua a Plutarcho mutuatus eſt. Loquens Turonenſis Gregorius (a) de ea ætate, qua Franci in Gallias irruperunt, falſorumque Numinum cultus illius temporis enumerans, Aquarum minime eſt oblitus. *Sed hæc generatio*, ait, *fanaticis ſemper cultibus viſa eſt obſequium præbuiſſe; nec prorſus agnovere Deum, ſibique ſilvarum, atque AQUARUM, avium, beſtiarumque, & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipſaque ut Deum colere, eiſque ſacrificia delibare conſueti.* Adeo verò vulgi animos ſibi devinxerat fatua illa Fontium veneratio, ut ad eam e Galliis eliminandam per quinque & ultra Sæcula laboraverit Chriſtianorum Præſulum paſtoralis cura, & legum a Principibus piiſſimis latarum auctoritas.

Hujus ſuperſtitionis prima in Eccleſiaſticis juſſionibus mentio occurrit Canone XXIII. Concilii Arelatenſis habiti circa Annum Chriſti 452. in Collectione Canonum Burchardi (b). *Veniſti ad aliquem locum, ideſt ad FONTES, ad arbores, vel ad bivia, & ibi aut candelam, aut faculam pro veneratione loci incendiſti* &c. Curam verò tollendarum tam fatuarum obſervationum, & a ſacris removendorum Chriſtianorum, qui his adhuc inhærerent, Paſtoribus, Presbyteriſque mandavit Concilium Turonenſe Secundum, congregatum Anno Ch. 567. Canone XXII. (c) *Conteſtamur illam ſolicitudinem tam Paſtores quàm Presbyteros gerere, ut quemcumque in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel ad neſcio quas petras, aut ad arbores, aut ad FONTES, deſignata loca*

(t) Vitruv. Lib. I. Cap. 2.
(u) Plutarch. De Orac. defect. Tom. 2. oper. pag. 438.
(x) Clemens, Protrept. pag. 9.
(y) Plutarch. Cæſar. pag. 717.
(z) Clemens, Stromat. Lib. I. pag. 305.
(a) Gregor. Turon. Hiſt. Fr. Lib. II. Cap. 10.
(b) Concilior. Tom. II. pag. 775. edition. Harduin.
(c) Concil. Tom. III. pag. 365.

loca Gentilium , perpetrare quæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent ; eos ab Eccleſia , ſanctæ auctoritate repellant , nec participare ſanctо Altario permittant , qui gentilium obſervationes cuſtodiant . Eamdem quoque iis , quibus animarum cura commiſſa eſt , gerere præcipit Regino Abbas (d) , ut proſpiciant ſcilicet , *an aliquis vota ad arbores , vel ad FONTES , vel ad lapides quoſdam , quaſi ad altaria faciat , & ibi candelam , ſeu quodlibet munus deferat , velut ibi quoddam Numen ſit , quod bonum aut malum poſſit inferre* . Illicitas eſſe has aliaſque ſuperſtitiones iterum monuit Synodus Auſtiſſiodorenſis (e) Anno Ch. 578. Canone III. *Non licet compenſo in domibus propriis , nec pervigilias in feſtivitatibus Sanctorum facere , aut ad arbores ſacrivos , vel ad FONTES vota exſolvere* . Quidquid tamen ageret ſedula Paſtorum ſollicitudo , aut præciperet ſacrorum Canonum auctoritas , diu adhuc viguit impia hæc ſuperſtitio , quæ altiores in animo vulgi radices demiſerat , ut ei eradicandæ pares eſſent Leges Eccleſiaſticæ . Hanc Septimo a Chriſto nato Sæculo ad finem vergente perduraſſe teſtatur Caput ſecundum Concilii Toletani Duodecimi (f) Anni 681. *Sed cultores idolorum , veneratores lapidum , accenſores ſacularium , & excolentes ſacra FONTIUM , vel arborum , admonemus , ut agnoſcant , quod ipſi ſe ſpontaneæ mortis ſubjiciunt , qui Diabolo ſacrificare videntur* . Ejuſdem rei denuo meminit Caput ſecundum Concilii Toletani Decimi ſexti (g) Anni Ch. 693. *Illi* (inſipientium multi) *diverſis ſuadelis decepti , cultores idolorum efficiuntur , veneratores lapidum , accenſores ſacularium , excolentes ſacra FONTIUM , vel arborum , auguratores quoque , ſeu præcantatores , multaque alia , quæ longum eſt narrare* . Quum verò animadverterent piiſſimi Imperatores Carolus Magnus , & filius ejus Ludovicus , invalida eſſe ad evertendam pernicioſam hanc conſuetudinem monita Eccleſiaſtica , Sæcularium Legum auxilium Chriſtianæ Religioni hac in parte adjungere voluerunt , ideoque hunc uſum , ubicumque reperiretur , deſtrui & tolli hiſce verbis præceperunt (h) . *Item de arboribus , vel petris , vel FONTIBUS , ubi aliqui ſtulti luminaria , vel alias obſervationes faciunt ; omnino mandamus , ut iſte peſſimus uſus , & Deo exſecrabilis , ubicumque invenitur , tollatur & deſtruatur* . Præterea abolendæ hujus conſuetudinis munus Presbyteris in ſua quiſque Parrochia mandarunt , facrilegos eſſe pronuntiantes , qui officio ſuo hac in re defuiſſent (i) . *Si in aliquius Presbyteri Parrochia infideles aut faculas accenderint , aut arbores , aut FONTES , aut ſaxa venerantur , ſi hoc eruere neglexerit , ſacrilegii reum ſe eſſe cognoſcat* . Denique mulctis pecuniariis adverſùs eos , qui hujuſmodi obſervationibus dediti erant , irrogatis , eos ad ſaniorem mentem revocare conati ſunt (k) . *Si quis ad FONTES , vel lucos votum fecerit , aut aliquid more gentilium obtulerit , & ad honorem Dæmonum comederit , ſi nobilis fuerit , Solidos ſexaginta , ſi ingenuus triginta , ſi litus quindecim ; ſi verò non habuerint , unde præſentialiter perſolvant , ad Eccleſiæ ſervitium donentur , uſque dum iſſi Solidi ſolvuntur* . Ex ſic in unum concurrentibus Eccleſiaſtica & civili auctoritatibus , finis tamdem poſt tot Sæcula inſano huic Fontium cultui impoſitus in Galliis , ubi tamdiu ſervatus fuerat , & utrique auctoritati reluctatus . Neque tam citò tamen , quin Sæculo Chriſti Undecimo de eo rurſum monuerit Glaber Rodulphus (l) , ita ſcribens : *Nos autem idcirco iſta retulimus , ut a multiformis dæmonum , ſeu humanorum errorum , qui in orbe paſſim abundant , præcipue in FONTIBUS , ſeu arboribus , ab ægris incaute veneratis , caveatur* . Sed his in genere de cultu Fontium apud veteres Gallos obſervatis , nunc ad Fontes quoſdam ab his divinis honoribus affectos , miauſque hactenus cognitos tranſeamus .

(d) Regin. de Diſciplin. Eccleſ. Lib. II. Cap. 5. num. 42.
(e) Concilior. Tom. III. pag. 444.
(f) Eo lem Tom. pag. 1724.
(g) Ibid. pag. 1794.
(h) Capitular. L. I. C. 64. Tom. I. pag. 235. Edition. Baluz.

V.

URNIA, & AVICANTUS.

NEmauſi in hortis Domini d'Alizon, ante annos fere decem, prope antiqui Aquæductus reliquias, inventus eſt cippus lapideus, inſcriptum habens votum, Diis aliquibus notis, aliiſque ignotis factum. Inſcriptionem jam edidit non patriarum tantum Antiquitatum , ſed & exterarum doctiſſimus indagator Scipio Marchio Maffejus (m) . Cippi ipſius ectypum, a clariſſimo juvene Johanne Franciſco de Seguier delineatum , heic proponendum duxi .

Lares Auguſti, Minerva, Nemauſus ſatis nota ſunt Numina ; quæ verò fuerit *Urnia* , quis *Avicantus* , nondum fuit qui exponeret. Ac ſane certum eſt, quum in eodem caſu & regimine , quo alii hujus Inſcriptionis Dii reperiantur , eos etiam fuiſſe peculiares Nemauſenſium Deos, quibus commune cum aliis votum fecit *T. Caſſius Felicio* . Cultos maxime fuiſſe in Galliis fontes , ex ſupradictis ſatis patet. Duplici fonte ſuperbiebat antiqua Nemauſus , adſcititio altero , altero indigena . Prior oriebatur Ucetia , quæ Civitas quatuor leucis noſtratibus Nemauſo diſtat. Eum etiam nunc *Eure* vulgo nuncupant. Quum verò Nemauſenſis colonia in colle ſita eſſet (nam hodierna Nemauſus in planicie tota jacet) ad aquam colonis ſubminiſtrandam deductus eſt ab Ucetia fons *Eure* per aquæductum duodecim & amplius milliaribus longum , cujus pars erat mirabilis ille pons triplici fornicum ordine ſuperbiens ſupra Vardonum amnem , vulgo *Pont du Gard* dictus , quem delineandum curarunt Poldo d'Albenas , D. de Montfaucon, aliique & accuratiſſime deſcripſit Clariſs. Maffejus (n) . Fonti huic divini aliquid ineſſe putarunt veteres Galli

(i) Capitular. L. VII. C. 236. Tom. I. pag. 1094.
(k) Ibidem, pag. 254.
(l) Glab. Rodulph. Hiſtor. Lib. I. Cap. 3.
(m) Maff. Gall. Antiquit. Select. pag. 25.
(n) Maffejus, ibidem pag. 154.

Galli. Ad ipſam enim ſcaturiginem prope Ucetiam Nymphis illius præſidibus ædiculam extruxit Sextus Pompejus Pandus, addito quoque tetraſticho, quod adhuc Uccticæ viſtur, & nunc accuratius paulo quam a Grutero editum eſt heic exhibeo (o).

IVX ·· POMPEIVS COGNOMINE ·· PANDVS
QVOIVS ·· ET ·· HOC ·· AB ·· AVIS ·· CONTIGIT ·· ESSE ·· SOLVM
DICVLAM ·· HANC ·· NYMPHIS ·· POSVIT ·· QVIA ·· SAEPIVS ·· VSSVS
HOC ·· SVM ·· FONTE ·· SENEX ·· TAM ·· BENE ·· QVAM ·· IVVENIS.

Quum igitur divinos honores apud Ucetienſes adeptus ſit fons *Eure*, minime dubium mihi videtur, quin eodem modo cultus quoque fuerit a Nemauſenſibus, *Urniæ* nomine; quâm enim poſt tot elapſas annorum periodos, cognata ſint *Eure* & *Urnia* nomina, nemo non videt. Sive igitur Nympham hujus fontis, ſive fontem ipſum *Urniam* vocaverint, omnino veriſimile eſt, non aliter quærendum eſſe potius ex ignotis Inſcriptionis noſtræ Numinibus. Alius apud Nemauſum ipſam fons oritur nobiliſſimus, cui nunc ob limpidiſſimas vitroque ſimillimas aquas *Viſtre* nomen obtigit. Tantâ aquarum copiâ ſcaturit, ut ad ipſum caput multas verſatiles molas impellat, dein curſu per civitatem arrepto, amnis fit, & duodecim ab illa millibus per ſtagna in mare defertur. Is quoque mihi videtur cippi noſtri *Avicantus*. Nam obſervandum in primis eſt, eum cippum, in quo *Urniæ*, & *Avicanto* votum nuncupatur, reperſum fuiſſe prope Aquæductum fontis *Eure* ſecus viam, quæ ducit ad ſcaturiginem *Viſtre*: quare ſitus ipſe aquatilibus hiſce Diis, dedicatum tunc fuiſſe ſatis indicat. Aliter tamen ſenſiſſe mihi videtur Auſonius, (p) & unum ex duobus Nemauſenſis coloniæ fontibus, Nemauſum dictum fuiſſe, hiſce verbis aſſerere:

Non Aponus potu, vitreus nec luce Nemauſus
Purior,

At illâ in re falli putem Aquitanum Poëtam. Audierat coli apud Nemauſenſes Nemauſum, & Fontem quemdam indigenam; unum eumdemque Deum eſſe, re non fatis ab incolis exploratâ, credidit, & Nemauſum fontem eſſe cenſuit. Aliter vulgo veteribus perſuaſum fuiſſe oſtendunt Stephanus, & Suidas (q), qui docent, Nemauſum, Hercule ſatum, Urbi nomen dediſſe. Quod eos hauſiſſe putem ex vulgata opinione, quæ Heraclidarum quempiam Nemauſi conditorem fuiſſe ferebat; eique opinioni conſentaneus videtur Nummus coloniæ Nemauſenſis a Triſtano primum, ac deinde a Gaillardo Guirano (r) publicatus, qui caput galeatum, in antica ſignatum, putant eſſe Herois, cui originem ſuam referebant Nemauſenſes.

VI.

DEUS AGHON.

NOn fruſtra de fontibus dixit Plinius (ſ): *augent numerum Deorum nominibus variis*. Duos jam Deorum cœtui immiſimus; alius, ni fallor, nunc eiſdem accenſendus ſe ſe offert. *Aghonis* priſcorum Bigerronum Dei memoria ſuperfuit tantùm in duobus antiquis marmoribus. Illorum inſcriptiones primus edidit Vaſconiæ fuæ illuſtrator Oienhartus (t); eaque exſtitiſſe ait in quodam pago Vieſcomitatis Atherienſis *Aſca*, non procul a vico Aquenſi, quem hodie *Bagnères* vocitant. Alteri ex his marmoribus inſculpti erant diſcus, & urceus, quos miror ab Oienharto minime delineatos exhiberi. Inſcriptiones verò fuere iſtiuſmodi.

I.
AGHONI
DEO
LABVSIVS
V. S. L. M

II.
DEO
.... GHONI
.... AVLINI
.... AVRINI
V. S. L. M

Nullâ præterea luce donavit Oienhartus Bigerritanum Numen, illud oblivioni exemiſſe contentus; neque illi faculam accendit Sponius (u), a quo inter Deos ignotos relatus eſt; munere enim ſuo defunctum ſe exiſtimavit, notando *Agonios* dictos fuiſſe Deos Agonum præſides. Auctor nuperus Libri (x) de Religione veterum Gallorum, inſcriptiones has rurſum edidit, neque tamen ignotum Deum notiorem effecit. Ait ille Θεὸς Ἀγώνιος dici ab Heſychio, Deos, qui Ludis, aut ludicris certaminibus præerant, & Henricum Stephanum eos Polluci, & Euſtathii auctoritate pro Diis ſoris præſidibus habere. Sed hæc, ut breviter moneam, minime accurata ſunt. Nam de Polluce meritò ſiluit Henricus Stephanus. Is (y) enim Θεὸς Ἀγώνιος repoſuit inter nomina ad ἀγῶνας, & ἆθλα pertinentia, illoſque nullibi inter ea, quæ ad forum ſpectarent, recenſuit. Ceterum ſive per *Agonios* intelligendi ſint Dii, in quorum tutela erant Ludi, & Gymnica certamina, ſive ii ſint accipiendi, qui foro, & rebus venalibus præerant, veluti apud Æſchylum (z), & Euſtathium (a); nihil fane illi ad Bigerritanum *Aghonem* Deum. Quei enim fieri potuiſſet, ut binæ tantùm Inſcriptiones, æque in extremo fere Galliarum angulo repertæ, Dei minime peculiaris nomen præferent? nonne potius Agonum præſidi Deo vota ſoluta eſſent in Civitatibus Ludorum editione conſpicuis, quales erant Narbo, Nemauſus, Arelate, Burdegala, Lugdunum, quàm in viculo multum diſſito a locis, in quibus Ludi edebantur? nonne illæ etiam Civitates, in quibus nundinæ agebantur, & forum erat inſtitutum, ſicut Forum Julii, Forum Neronis, Forum Segufianorum, monumenta Θεῷ Ἀγωνίῳ potius dedicaſſent, quàm incolæ pagi ignobilis, & ab hominum commercio pæne ſegregati? Quærendus ergo alibi Deus *Aghon*; neque procul a loco, ubi vota novimus ei ſoluta, inveſtigandus. Proximus illi erat Aquenſis Vicus, a dicto ab Aquis calidis ibi ſcaturientibus, *Bagnères* nunc vulgo vocitatus, a balneis nempe, quibus ægri ad curanda corpora, morboſque pellendos hodiedum utuntur. Superius notaſſe me memini, cultos fuiſſe Fontes præcipue ob ſanitatem, quam infirmis corporibus aut afferre, aut reſtituere credebantur. Frontinus (b) *fontium*, ait, *memoria cum ſanctitate adhuc exſtat; ſalubritatem enim ægris corporibus afferre creduntur*. Colendi verò maxime erant Fontes Calidi, utpote majoris virtutis, & uſus efficacioris. Seneca (c) *coluntur*, inquit, *aqua-*

(o) Gruter. pag. XCIII. num. 9.
(p) Auſon. de Clar. urb. in Burdegal. v. 31.
(q) Stephanus, & Suidas verb. Νεμαυσὸς.
(r) Vid. Gaillard. Guiran. explicat. duor. Numiſm. Nemaus. edit. An. 1655.
(ſ) Plin. Lib. XXXI. Cap. 2.
(t) Oienhart. Not. utr. Vaſcon. pag. 507.
(u) Sponius Miſcellaneor. pag. 111.
(x) Religion. des Gaul. Tom. II. Lib. V. pag. 368.
(y) Pollux. Onomaſtic. Lib. III. Cap. 30. Segment. 141.
(z) Æſchyl. Suppl. v. 197.
(a) Euſtath. ad Il. O. verſ. 1.
(b) Frontin. Lib. I. de Aquæduct.
(c) Senec. Epiſt. XLI.

aquarum calentium Fontes. Qui salubrium Fontium ope sanitatem recuperavcrant, gratum erga Nymphas horum Fontium animum fæpiſſime inſcripsis Marmoribus votis teſtabantur. Ita (d) NYMPHIS SALVTIFERIS votum ſolvit M. Lucilius Lucilianus: NYMPHIS SANCTISSIMIS P. Ælius Marcellinus MORTIS PERICVLO LIBERATVS. Votum his perſimile. Nymphis calentium Aquarum, quæ Bagneriis, ſive in Vico Aquenſi ponuntur, refert Oienhartus (e) ex lapide ibi reperto:

NYMPHIS
PRO. SALV
TE. SVA. SE
VER. SERA
NVS. V. S. L. M

Alius itaque non fuiſſe videtur Deus *Aghon* a Divo fonte Aquenſis vici, nam Diſcus alteri ex noſtris marmoribus inſculptus, voti pro reſtituta valetudine ſoluti index eſt. Diſci enim tabellæ erant votivæ Templorum parietibus appendi ſolitæ ab iis, qui gratias pro acceptis beneficiis Diis referebant. Urceus aquatilem Deum quoque deſignat, teſtaturque Porphyrius (f), crateras eſſe Nympharum peculiare ſymbolum. Conjecturæ noſtræ ſuffragatur nominis *Aghon* Celtica originatio. *Ach* aquam priſcis Germanis quondam ſignificaſſe demonſtrat Schilterus (g) in Gloſſario Teutonico, quod etiam probat doctiſſimus Leibnitius (h). Idem etiam *on* & *ona* aquam quoque indigitaſſe alibi docuit, ubi & hoc ex Pontano addit, hodie quoque Danos aquam *on* & *wan* appellitare. *Onam* aquam ſeu fontem fuiſſe, teſtatus eſt Auſonius, dum tradit *Divonam* Celtis dictum. *Divum fontem* (i):

Salve Urbis Genius, medico potabilis hauſtu
Divona, Celtarum Linguâ Fons addite Divis.

Inde evenit, ut multorum Galliæ amnium nomina, in *ona* exirent, ſicuti *Matrona*, *Saucona*, *Drona*, *Salmona*, *Vuſtona* &c. Ex *Ach* igitur, & *On* per pleonaſmum exiit *Aghon*, quaſi dixiſſent *Aquam Aquæ*, vel *rivum aquæ*. Nec aliud puto fuiſſe etymon *Aconæ* amnis, quem primitus *Achſonam* dictum fuiſſe non dubito. *Achæ* enim, notante eodem Leibnitio, idem ac rivus. At *Agen* rimam, opertum, fiſſuram ſignificaſſe teſtatur Boxhornius (k) in Lexico veteris Linguæ Britannorum. Ex *Agen* & *on* in unum coalitis, effici quoque potuit *Aghon*, quo priſci illi Hydrolatræ ipſam ſalientis aquæ rimam, ſive ſcaturiginem deſignarunt; nam & fluminum ipſa capita venerabantur teſte Senecâ (l): *magnorum Fluminum capita veneramur*; *ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet*. Parem ſibi cultum conciliare potuit vici Aquenſis ſons; qui etenim illic ſe conferunt ſanitatis recuperandæ cauſſâ, ſubrus ipſam aquæ ſcaturiginem ſedent, ut thermarum perennium irroratione cauſarias corporis partes foveant. Et hæc aſſignari cauſſa poteſt, quare Fons ipſe pro Deo habitus ſit, ſicut Patavii Aponus, Belenus Aquilejæ. Ceterum ab hoc etymo non multum recedit nomen *Agauni*, loci in Rhæticis alpibus, martyrio Sancti Mauricii, Legioniſque Thebææ, & antiquiſſimo Monaſterio celeberrimi. De eo Monachus Jurenſis (m) in Præfatione ad Vitam Sancti Romani ad Johannem, & Armentarium Monachos Tarnatenſes, ideſt Agaunenſes: *quamvis ergo Agaunus veſter Gallico, priſcoque ſermone tam primitus per naturam, quàm nunc quoque per Eccleſiam, Petri petra eſſe dignoſcitur*. Neque

A ſere aliter in Actis Sancti Mauritii, & Militum Thebæorum, Agaunum *accolæ interpretatione Gallici ſermonis* Saxum *dicunt*. Minime tamen verum eſt, omne ſaxum *Agaunum* veteribus Gallis nominatum, ſed illud tantùm, ex quo fons, aut amnis erumpebat, meliuſque Jurenſis Monachus id per *Aquæ petram*, quàm per *Petri petram* expoſuiſſet. Petri nomen recentius eſt, non obſcura verò *Agauni* veſtigia apud antiquiores reperiuntur, veluti in his Populis, quos *Agonas* vocat Polybius (n), & quorum ſedes collocat in ea Alpium parte, quæ ad Rhodanum ſpectat.

VII.

ICAUNA.

B DUm veterum Celtarum ſuperſtitiones circa Aquas, & Fontes exſequor, opportune mihi ſe ſe obtulit Antiſſiodorenſis Inſcriptio, quæ viris quibuſdam eruditis non parum negotii faceſſivit. Reperta eſt Antiſſiodori in quadam Arcula, & ſic quamvis ſatis, ut reor, depravata prodiit. (o)

AVG. SACR. DEAR
ICAVNI
T. TETRICIVS. AFRICANVS
D. S. D D

Non parum, meo quidem judicio, falſus eſt Vir doctus, qui legendum putavit AVG*urio* SACR*um*, C quod exemplis pariter, & ſenſu caret. Utrum enim AVG*urio* dandi, an auferendi caſu intellexerit, adhuc incertus hæreo. Si dativum ſcriptum dixerit, *Auguriurn* pro Deo, cui Aræ dedicabantur, haberi neceſſe eſt, quod plane ridiculum. Si *Augurio* idem eſſe voluerit, ac *per Augurium*, docendum ſupereſt, Aras Augurio ſacras fieri. Licèt enim Aræ, Templa, Sacella, Ædes Deorum captato prius Augurio conſecrarentur, minime tamen Augurio ſacra fiebant, ſed per ſolemnes ritus, ſolemniaque verba, quibus conſecrationis formula enunciabatur. Evenit, ni fallor, initio, linea, in qua ſcriptum erat nomen ſive Dei, ſive Deæ, cui AVG*uſti*, vel AVG*uſtæ* tribuchant cognomen. Quum autem fateatur ipſe Inſcriptionis deſcriptor, nullo modo explorari potuiſſe, num poſtrema litera vocis DEAR. eſſet R, vel E, nihil vetat, quominus DEAE legamus. ICAUNI ſupereſt pro ICAUNE. D Permutationis E in I, & viciſſim cymbæ prope innumera ſuppeditant Gruteri (p), & Reinceſii indices grammatici. Dea verò illa ICAUNA amnis eſt Antiſſiodorum præterfluens, qui hodie *Yonne* vernaculè vocatur. Hujus verum, & primitivum nomen fuit *Icauna*, ſicut pluribus auctoribus demonſtravit Hadrianus Valeſius (q); quomodo etiam legitur in Sæculo Sexto Benedictino Clariſs. Mabillonii (r). Additâ adſpiratione *Ichauna* occurrit in Hiſtoria Epiſcoporum Antiſſiodorenſium a Philippo Labbæo (s) editâ. *Egona* dicitur Anonymo Ravennati (t) Geographo. Nihilominus *Yvunna*, vel, ut rectius puto, *Yeumna*, & Guillielmo Britoni (u). Idque accidit, quia plcraque fluviorum Galliæ nomina in *ona* deſinentia, ſubinde per *umna* prolata ſunt. Ita *Sumina*, quæ multis *Somona* eſt, vocatur *Somna* a Flodoardo (x). *Rotumnam* idem ſæpius appellat fluviolum ditionis Remenſis, quem alibi (y) *Rotonam* vocavcrat. Celeberrimum fluvium *Garumnam* vulgo dixerunt, quem *Garonnam* vocat Itinerarium Burdegalenſe. *Icaunam* verò quaſi Deam a Gallis cultam nemo mirabitur, quandoquidem Germani ca-

(d) Gruter. pag. XCIV. num. 1. & 2.
(e) Notit. Vaſcon. pag. 506.
(f) Porphyr. de Antr. Nymphar. pag. 17.
(g) Shilter. Antiquit. Teuton. Tom. III. pag. 5.
(h) Leibnitius Celtic. pag. 13. & 120.
(i) Auſonius Burdeg. verſ. 29.
(k) Boxhorn. ad calc. orig. Gallic. p. 2.
(l) Seneca Epiſtol. XLI.
(m) Bolland. ad diem XXVIII. Februarii.
(n) Polyb. Lib. II. pag. 103.

(o) Vide Pag. 5. Præfat. Libri, cui titulus Gallice: *Hiſtoire de la priſe d'Auxerre par les Huguenots* &c.
(p) Vide Gruter. & Reinef. Indices Cap. XIX.
(q) Valeſ. Notit. Gall. pag. 248.
(r) Mabillon. pag. 178. Lit. C.
(s) Labb. Biblioth. MSS. Tom. I. pag. 425.
(t) Anonym. Ravenn. Lib. IV. Cap. 26.
(u) Guillielm. Brit. Philippid. Lib. X. pag. 361. edition. Pitheæ.
(x) Flodoard. H. E. R. Lib. I. Cap. 13.
(y) Ibid. Lib. II. Cap. 2. ad Firm.

earumdem religionum aſſeclæ, Deum Rhenum venerabantur, reſte, præter Tacitum, ſigillo vetere, quod fuit quondam Marquardi Freberi (z), & cujus hæc erat epigraphe:

DEVS RHENVS.

Reliqua Inſcriptionis Antiſſiodorenſis verba Œdipo non indigent. Neque enim quia T. Tetricius *Africani* cognomen fert, eapropter debuit doctus Antiquarius eum familiæ Scipionum Africanorum Libertum fuiſſe ſuſpicari. Scipiones enim erant e gente Cornelia, eorumque Liberti *Cornelii* nomen aſſumere debuerunt, ut moris fuiſſe nemo neſcit. Ab hac igitur ſervitutis præteritæ notâ vindicandus eſt *T. Tetricius Africanus*, addendaque *Tetricia* gens non modo iis, quas Gruterus neſciit, ſed & his, quarum nulla exſtat memoria apud Fabrettum, Reineſium, Sponium, & Donium.

VIII.

MOGOUNUS.

ALterum nobis Fluvium a veteribus cultum exhibet lapis Herburgi in Alſatia ante hoc decennium eſſoſſus, & non ſemel ita editus:

APOLLINI GRAN
NO MOGOVNO
Q. LICINIVS. TRIO
D . S . D

Eumdem Apollinem duplici *Granni*, & *Mogouni* cognomine affectum cenſuit Vir inter Germanos ſuos celebratiſſimi nominis (a), ob aquas ſalubres, Aquiſgrani, & Moguntiaci ſcaturientes; quarum ope ſanitati reſtitutus fuerat *Q. Licinius Trio*. Sed quum ipſe fateatur, aquas calidas, a quibus ille ſanari potuit, ſex ad minimum millibus diſtare a Moguntiaco, vix probabile mihi videtur, eas *Mogounas* dici potuiſſe, aut ab iis Apollinem *Mogounum* denominatum fuiſſe. Diverſis, ni fallor, Diis communem Aram dedicavit homo Romanus, Apollini *Grannenſium* aquarum præſidi, & *Mogouno*. Quominus verò illam Deorum diſtinctionem agnoſcerent viri docti, obſtitit particulæ disjungentis defectus. Sed abſque hac particulâ pleraque ſimul nomina collocata reperiuntur apud Gruterum, multaque dudum in hanc rem monuit doctiſſimus Cuperus (h). *Mogonus* eſt fluvius Germaniæ, qui prope Moguntiacum Rheno miſcetur, *Mænus* Latinis Scriptoribus nuncupatus. Eum Guntherus Poëta (c), & Otto Friſingenſis (d) *Mogum*, Auctor verò Annalium Metenſium (e) *Mogonum* dixit. Eorumque Scriptorum minime ſuſpectam habere fidem debuit Valeſius noſter, etſi recentiores ſint, quandoquidem verum, &, ut ita dicam, indigenam fluvii patriæ ſuæ nomen multo meliùs ſcire potuerunt, quàm Scriptores ceteri. Alibi autem, quàm in Germania, aras habuiſſe Divum hunc amnem, docent lapides in Britannia reperti. Unus Camdeniani Inſcriptionem apponam ex Veſſelingio (f).

DEO
MOVNO CAD
INVENTVS DO
V. S

Duas alias Britannicas Inſcriptiones laudat idem Veſſelingius, alteram ex Horsleri Britanniâ Romanâ, cujus eſt initium DEVM. MOGONT. CAD . . . . . alterum ex Gordonii itinere Septentrionali ſic, DEVM. MOGONT. VIT. REST. Satis quidem ex illis patet, eumdem Deum modò *Mounum*, modò *Mogounum*, modò etiam *Mogontium* dictum eſſe, atque diverſum penitus fuiſſe ab Apolline, quum in his Britannis Marmoribus quaſi Deus peculiaris colatur, nequaquam verò habeatur pro cognomine Apollinis, alteriuſve Dei. Idem de *Granno* dici non poteſt, quum nullibi *Grannus* ſolus pro Deo occurrat, ſed Apollini ſemper hæreat, cognominiſque vice fungatur. Neque etiam, quod tres in Britanniâ Dei *Mouni*, & *Mogontii* aræ reperiæ ſint, eum propterea Germanis abjudicarem cum doctiſſimo Veſſelingio. Nam Romani per omnes Imperii provincias meare ſoliti, ab una in aliam religiones, & peculiarium Deorum cultum circumferebant. Hac ſane de cauſſa Apollo *Grannus* apud Germanos certiſſime ortus, ad Britannos quoque tranſiit, unde duæ ei dicatæ (g) Inſcriptiones in Scotia repertæ ſunt. Diana *Arduinna* eodem modo a Sylva inter Moſam, & Rhenum, Romam caput Imperii migravit, uti docent aliæ Inſcriptiones Romæ effoſſæ (h). Ita in Britanniam transferri potuit Deus *Mogounus* aut a Negotiatoribus, aut potius a militibus ex altera provincia, ut res ferebant, in alteram tranſire coactis; idque eo ſæpius contigit, quod ejuſdem Legionis viceſimæ Valeriæ victricis pars in Britannia teſte Dione, (i) pars in Germania caſtra ſtativa haberet.

IX.

DEA AUGUSTA ANDARTA.

PEculiarem Vocontiorum, in quorum finibus hæc ſcribo, Deam *Andartam* oblivioni exemerunt duæ Inſcriptiones, quondam in Civitate Deâ Auguſtâ repertæ. Eas Scaliger ſubminiſtravit Grutero (k), e cujus theſauro illas nunc iterum exhibeo

I.

DE. AVG
ANDARTAE
M. IVL. ANTO
NINVS

II.

DE. AVG
ANDARTAE
M. IVLIVS
THEODORVS

Quamvis Populi ditioni Romanæ ſubditi omnia fere ſua Numina cognomine Auguſtorum inſignierint, vix tamen alteri Deæ quaſi prænominis vice hoc *Auguſtæ* epithetum attributum invenias. Dea igitur *Auguſta κατ' ἐξοχὴν* Vocontiis fuit *Andarta*. Sed quæ demum illa eſſet, quiſve hujuſce verbi ſignificatus, inveſtigatu difficile eſt. Conabor tamen e veteris Linguæ Celticæ veſtigiis illius vocis vim declarare. Τὸ *Andarta* conflatum eſt ex binis veterum Gallorum vocibus *And* & *Art*. *And*, vel *Ant* ipſorum ſermone *finem*, *terminum*, *oram* ſignificabat. Britannis, Germaniſque etiam nunc *End* verbum in uſu eſt, quod Lexicographi *extremum*, *finem*, *oram*, *terminum* interpretantur. Ipſiſſimam hanc fuiſſe vocis *And* apud antiquos Gallos ſignificationem, vertò oſtendit ſitus Urbium, & locorum, quorum nomina hanc vocem recipiunt. *Andicavi* Galliæ Celticæ, ſeu Lugdunenſis Populi, *Andes* dicti videntur antiquiori, quo ſemper eos donavit Cæſar, nomine, qui eos ad oram

(z) Vide Chronic. Adam. Rupert. in Valer. Max. Lib. I. Cap. 4. §. Differt. 2. §. 6.
(a) Eckart. Diſſertat. de Apoll. Gran. Mogoun. pag. 8. & 13.
(b) Cuper. ad Mon. Antiq. poſt Homer. Apoth. pag. 281.
(c) Gunter. Ligurin. Lib. IV. verſ. 176.
(d) Otto Friſing. Lib. I. Cap. 43. Lib. 2. Cap. 3.
(e) Annal. Metenſ. ad Ann. 793.
(f) Veſſeling. Not. ad Itinerar. Antonin. pag. 356.
(g) Vide Gruter. XXXVII. num. 12. & XXXVIII. num. 4.
(h) Ibid. XL. num. 9. & CCCXIV. num. 3.
(i) Dio Lib. IV. p. m. 646.
(k) Gruter. pag. LXXXVIII. num. 9. & 10.

oram Oceani pertingere dixit (l). Quare hæc in parte Celtarum ad mare procurrentium extremi fuerunt. *Andevaſium*, locum fuiſſe *in confinio Andecavorum, atque Namnetum, poſitum ad oram fluminis Ligeris*, obſervavit Hadrianus Valeſius (m). *Andelaus*, ut idem ait, (n), *eſt Oppidum in pago Lingonico, inter Urbem Lingonas & Naſium Caſtrum Locorum*. Illud oppidum Lingonum ultimum erat, quà Leucos attingebant, aut potius, quum ultra Matronam amnem ſitum ſit, ad Leucos antiquitus pertinebat, dicique debuit *And-Leuc*, ideſt finis Leucorum. Vicus *Andethanmale*, cujus meminere antiqua Itineraria, multi falsò putarunt fuiſſe, ubi nunc eſt *Epternacum* (o), vulgo *Echternach*. Sed Romana itinera lineam rectam ſequebantur. Et ſi Treviros euntes ad *Echternachum* declinaſſent, angulum ſatis magnum efficeſſent. Unde potius *Andethanmale* vicus conſtituendus eſt in Villis ſuperius, & inferius *Anevol* dictis, & in via, quæ Lucemburgo *Echternachum* ducit, medio fere loco. Sonus nominum non obſcura veſtigia *Andethanmalis* oſtendit, & hæ Villæ exactè XV. Leucis a Treviris, XX. ab *Orolauno*, ſive *Arlon* jacent, veſtigiaque viæ Romanæ per viciniam. *Anevoli*, Orolaunum porrectæ, conſpicua adhuc ſe præbent. At his breviter annotatis, certum eſt, *Andethanmalem* vicum fuiſſe in Trevirorum limitibus, quà Rhenis erant contermini. *Autumnacum* fuit juxta Cluverium (p) *ultimum Treuirorum Oppidum in Rhoni ripa*. Caput Lingonum *Andematunum* dictum ita fuit ex *Matin*, quod rupem, ſaxum, & *And*, quod *finem*, *extremum* ſignificabat. Quum enim ad Matronam ſtet hæc Civitas, in extremo Galliæ Celticæ limite poſitam fuiſſe dubium non eſt. Item *Anderitum* Gabalorum ubi ubi tamdem fuerit, certe tamen in Arvernorum, Gabalorumque confinio. *Antæ* vocati ſunt Barbari ab extrema Danubii ripa ad Danaſtrum porrecti juxta Jornandem, (q) & Procopium (r), a quibus devicti *Anticus* dictus eſt Juſtini. aus. Vocem *And*, & *Ant* Galli Italiæ, & ipſi Latio imulcre. *Antes* ſunt *extremi ordines vineārum*, inquit Feſtus Pompeius (ſ). Inde Vergilius (t):

Jam cæmit extremos effætus vinitor Antes.

ubi etiam à Servio (u) notatum ex Catone, hanc quoque vocem in re militari uſurpatam. *Antes* ipſius Vergilii patria in confinio Galliæ Ciſpadanæ, & Tranſpadanæ ſita erat. *Antium* juxta Scylacem (x) Ligurum regionis finis erat, *ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἐχοντα Λίγυας μέχρι Ἄντιου*. At Ligures Gallos fuiſſe, atque ex Ambronibus ortos, docebit Plutarchus in Mario (y). Ut ad nos verò propius accedam, in his ipſis Vocontiis locus eſt *Antonavis* dictus, quouſque porrecti fuiſſe videntur fines Vocontiorum, quà ad Sentios, & Vulgienſes vergebant.

Satis igitur ſtabilita videtur ſignificatio vocis *And*, a qua principium factum eſt nomini *Andertæ*. Ejus poſteriores ſyllabæ ab altero Celtico vocabulo fluxere, ſcilicet *Arta*, *Erta*, *Harta*, quibus addit Cluverius (z) *Artham*, *Ertham*, *Vertam*, & *Vertham*. Tot enim modis apud veteres Gallos, & Teutonas efferebatur *Terræ* nomen. *Aert Terram* vocant Dani, teſte Pontano. Uſi quoque illa voce Vocontii, ex qua prodiit *Arepennis*, cujus mentio in Inſcriptione Decnſi (a), quam alibi dedi Gruterianâ multo emendatiorem. Gallicam eam vocem fuiſſe teſtatur Columella, & eâ quoque uſos fuiſſe Bæticæ Populos teſtatur Auctor incertus (b) de Limitibus agrorum. Illius origo ex *Aerd*, & *pand* deducitur a Pontano (c). *Hertii* nomine terram matrem

A a Germaniæ gentibus, ad Septemtrionalem Oceanum ſitis, cultam fuiſſe, apud Tacitum (d) nemo non legit. Etymi igitur ratione, Vocontiis fuiſſe videtur *Andarta*, quaſi Dea quædam *agri-termina*, quæ ſcilicet eorum fines tutaretur, câque de cauſsâ ab iis præcipue colereturtur, ſicut Deum Terminum Romani impenſius venerabantur, ne Imperii terminos moveri ſineret. Fuere huic interpretationi Civitatis Deæ Vocontiorum ſitus. Stat illa, ſemperque ſteriit ad Drumam amnem, non procul a finibus Vocontiorum contra Segalaunos, quandoquidem Segalaunorum nominis non obſcura ſupereſſe veſtigia, in pago *Saillant*, ſex, aut ſeptem a Deâ millibus diſtante, obſervarunt Delphinatum doctiſſimus Dionyſius Salvagnius (e), & Lucas Holſtenius vir Geographiæ veteris periti ſſimus. Fruſtra verò Valeſius nolter *Saillant* a Salientibus dictum putat, quos ibi nullos eſſe compertum habeo, & agro Vocontio adjudicat, eo quod pertineat ad Dienſem diœceſim. Quod eſt argumentum prorſus invalidum, quum multæ diœceſes Eccleſiaſticæ ſuperaverint fines Populorum, in quibus earum ſedes fuerat conſtituta. Præterea certum eſt, conſulos fuiſſe Valentinenſis, & Deenſis diœceſsum fines, quum utraque uni Epiſcopo per multa annorum curricula attributa fuerit (f), neque ita diu eſt, ex quo diviſæ ſunt ab invicem. Alium omnino *Deæ Auguſtæ* Andarænæ notitiam propoſuit Vir doctus, qui veterum Gallorum religionem exponendam ſuſcepit (g). Siquidem exiſtimat, eamdem hanc eſſe ac *Deam Andraſtam* veterum Britannorum, cujus meminit Dio, & Victoriam, fuiſſe docet. Mihi verò Dea *Andraſta* alia prorſus videtur a Dea *Andartâ* Vocontiorum. *And*, ut modò pluribus oſtendi, *finem*, *terminum* ſignificabat. *Reſt* B verò *operam*, *expeditionem* ſignificaſſe docet Piſtorius (h), originum Linguæ Teutonicæ ſedulus inveſtigator. Deam igitur, quæ felicem bello exitum imponeret, jure merito Britanni *Andraſtam* vidcntur nuncupaſſe, quaſi *belliterminam*, eamque, ſicut Romani Victoriam, coluiſſe. Quare ex duobus locis, in quibus illius meminit Dio (i), alter, in quo *Ἀνδασὰ* dicitur, emendari debet ex altero, ubi *Ἀνδρασὰ* nuncupatur.

A Templo *Andartæ* quam *Deæ Auguſtæ* nomine indigetarunt Vocontii, nomen factum Coloniæ Deæ Auguſtæ Vocontiorum. Nam multum opinione fuit falſus eſt vir Doctus (k), qui *Deam Vocontiorum* Auguſtæ nomine numquam donatam fuiſſe aſſerit, procul dubio immemor, hanc Civitatem DEAM AVG. VOC. in Ventaonenſi Lapide apud Sponium (l), & COL. C DEAm AVG. VOC. in Arclatenſi altero Gruteriani (m) Theſauri vocatam eſſe. Igitur de nomine conſtat, de nominis cauſsâ, & Civitatis conditu ambigitur. Chorerius Coloniam huc ab Auguſto deductam ariolatur; Hadrianus autem Valeſius (n) Urbem ita nominatam arbitratur a Livia Auguſta inter Deas relata, cui eodem pacto dedicata fuerit, quo *Iuvenæ Auguſti* in eodem tractu, Divo Auguſto. Sed Decnſem Coloniam ab Auguſto deductam nullo modo veriſimile eſt, quum nullibi *Colonia Augusta Dea*, ſed inverſo ſemper ordine *Colonia Dea Auguſta* dicta ſit; neque etiam a Livia Auguſta nomen acceppiſſe videtur, quum ea ævo Auguſti multò ſit recentior. Sane Strabo, qui imperante Tiberio Cæſare, Pomponius Mela, qui ſub Claudio Geographica ſcripſere, nequaquam illius meminerunt. Plinius imperante Veſpaſiano Auguſto, Vocontiorum duo tantum capita memorat (o) Vaſonem, & Lucum E Auguſti. Sed in eo *Lucus* nomen tantùm retinet, amiſsâ jam ſuperioribus annis dignitate, Municipio ab exercitu Vitellii in Italiam tendente fœde direpto, & flammis

(l) Cæſar Bell. Gallic. Lib. III.
(m) Valeſ. Notit. Galliar. pag. 18.
(n) Ibidem, pag. 17.
(o) Ibidem, pag. 20.
(p) Cluver. Germ. Antiq. Lib. II. Cap. 4. pag. 62.
(q) Jornand. Gornicor. pag. 16.
(r) Procop. Bell. Gothic. Lib. III.
(ſ) Feſt. Pomp. Lib. I. verbo *Antes*.
(t) Vergil. Georgic. Lib. II. verſ. 417.
(u) Servius, pag. 114. ed. p. Dan.
(x) Scylax p. 2. edit. Voſſ.
(y) Plutarch. in Mario, pag. 416.
(z) Cluver. German. Antiq. Lib. I. Cap. 17. pag. 232.
(a) Gruter. pag. DCCCXCVII. num. 18.

(b) Inter Auctores Rei Agrar. pag. 291.
(c) Pontan. Or. Franc. pag. 57.
(d) Tacit. de Morib. Germanor. Cap. 40.
(e) Salvagn. de Uſu Feud. Part. I. Cap. 1. pag. 3.
(f) Vide Columb. Hiſtor. Epiſcop. Valentin. & Deenſ.
(g) Religion. des Gaul. Tom. II. Lib. 3. Cap. 4.
(h) Vide Piſtor. Dictionar. Germaniſm. ſuperior.
(i) Dio Xiphilin. pag. 280. & 281. edition. Sylburg.
(k) Maſſejus Gall. Antiq. Seleƈt. pag. 44.
(l) Spon. Miſcellan. pag. 164.
(m) Gruter. pag. CCCXXIII. num. 3.
(n) Valeſ. Notit. Gall. pag. 165.
(o) Plin. Nat. Hiſt. Lib. IV. Cap. 3.

mis incenſo, ut narrat Tacitus (p). Nec alia videtur cauſſa, cur Ptolomæus ſolam Vocontiorum Urbem nominet Vaſionem (q), Luco Auguſti ſcilicet ſua ætate adhuc in ruinis jacente, atque, ut hodie, in vicum humilem redacto. Quid aliud ex hoc jugi ſilentio judicandum, quum nec ille, qui ſub Pio, & Marco Antoninis ſcripſit, *Deæ Auguſtæ* meminerit? Nonne ex eo ſequitur, Deenſem Coloniam extremis tantùm Antoninorum temporibus deductam eſſe, fortaſſis in ſolatium amiſſi Lucenſis Municipii? Nullum ejus exſtare antiquius monumentum Inſcriptionibus ſupra relatis perſuaſum habeo. Ea tamen Colonia non modicam crevit amplitudinem, Ludorumque ſpectaculis inſignita fuit, ut docent tum ſupra laudata Ventaonenſis Inſcriptio, quam alibi profero ad ipſum lapidem caſtigatam, tum etiam Deenſis altera a Grutero (r) exhibita.

X.

CAILARUS.

ARelate in ædibus D. *Valeyriolet*, Anno Ch. 1733. ex quadrato lapide Inſcriptionem hanc deſcripſi.

EX IMPERIO
TATTIVS QVARTVS
CAILARO V S L M

Jubendi, & imperandi poteſtatem Diis ſuis affingebant priſci gentiles, eorumque juſſu, & imperio facta videri volebant vota, quæ ipſis nuncupabant. Utriuſque formulæ EX IVSSV, & EX IMPERIO crebra ſuppetunt exempla in literatis Marmoribus, poſterioris tamen ſunt paulo rariora. Quinque tantum ſuppeditat magnus Inſcriptionum Theſaurus (ſ), alterum Fabrettus (t), alterum Donius (u). Sed quis Deus ille *Cailarus*, cui *ex imperio* Arelatenſis, ut videtur, Civis *T. Attius Quartus votum ſolvit*, dictu facile non eſt. *Gail*, *pinguis* dicitur a Germanis, obſervantibus Leibnitio (x), & Schiltero (y). Eâdem voce uſos eſſe veteres Gallos ſubindicat Suetonius (z); rationem enim inveſtigans cognominis *Galbæ*, tradit inter alia ita a Gallis *pinguem* vocitatum. *Ar* verò, vel *Ard* erat *ager paſcuus* iiſdem Gallis. Lambertus quidam Ardenſis Eccleſiæ Presbyter, qui regnante apud Franco-Gallos Philippo Auguſto ſcripſit Hiſtoriam Comitum Giſnenſium, citatus ab Hadriano Valeſio (a), inquit: *ille locus, eo quod paſcuus erat* (*ut ajunt incolæ*) *dicebatur Arda. Dicebant enim paſtores ad invicem: eamus, & conveniamus in paſturam, hoc eſt in Ardam*. Eſt in Metenſi tractu Sylva *Ard* paſcuis abundans, & in qua greges pecorum innumeri paſcuntur. Polybius (b) curſum Rhodani deſcribens, ait tractum, quem hodie Vallenſem pagum vocitant, nos *le Valois*, occupatum fuiſſe a Populis, quos ipſe *Aρδυες* vocat. Abundat enim paſcuis tractus ille, & valde veriſimile eſt, illius habitatores quondam, quod & nunc faciunt, paſcendis gregibus vitam tolerâſſe. Eadem prorſus eſt natura inſulæ, quam Rhodanus efficit ex adverſa fere ripa Arelatenſis Civitatis, quamque hodie vocant *la Camorgue*; olim *Camaria* dicebatur, (c) non quidem a Cajo Mario, ut vult noſter Valeſius, qui ſcilicet nuſpiam heic caſtra habuiſſe legitur, ſed ab *Aris*, aut *Ardis*, ſeu paſcuis: ingentes enim ibi aluntur taurorum, equorum, cæterorumque pecorum greges. Quare quum Germani veteris Linguæ, quamcum Gallis communem habuerint, ſolâque dialecto diverſam, retinentiores *Gaule erde* dicant pro *pingui terra*, notante Leibnitio (d), probabile omnino videtur, vereres Gallos *Gail-ard*, aut *Cail-ard* dixiſſe pro *pingui paſcuo*, unde nomen ſortita ſunt loca plura Narbonenſis provinciæ, hodie quoque nuncupata *le Cailard*. Inde etiam fluxit *Cailarus*, Deus nempe, qui pinguibus paſcuis præerat; quumque *T. Attii Quarti* greges in pingui arvo macreſcerent, ei a Sacerdotibus, aut divinorum oraculorum interpretibus, Dei nomine imperatum, ut Genium paſcuorum præſidem, ſeu *Cailarum* Deum votis, ſibi, gregibuſque ſuis propitium redderet.

(p) Tacit. Hiſtor. Lib. I. Cap. 66.
(q) Ptolem. Geograph. Lib. II. Cap. 5.
(r) Gruter. pag. CCCCLXXXIV. num. 2.
(ſ) Gruter. pag. III. num. 1. pag. XVI. num. 4. pag. LXIV. num. 5. pag. XCI. num. 2. pag. MLXXI. num. 1.
(t) Fabret. Inſcript. pag. 694.
(u) Don. Claſs. I. 101.
(x) Leibuit. Celtic. pag. 120.
(y) Schilter. Ant. Teuton. Tom. III. pag. 341.
(z) Sueton. in Galba Cap. 3.

APPENDIX.

I.

SOLIMARA.

EXpoſitâ pro virili Deorum ignotorum Decade, novam hanc Biturigum Cuborum Deam, eruditorum obtutibus ſiſto, ex Libro, Gallis tantùm, ni fallor, noto, & in quo pauci Antiquitatum ſtudioſi notitias rerum Antiquarum quæſituri ſunt. *Mar*, *equum* ſignificaſſe, omnes norunt. Niſi verò *Solimara*, quaſi *Hippona* quædam, in cujus tutela eſſent equi, & equiria, a Gallis culta fuerit, fatcor me ejus nominis vim nullatenus aſſequi: quare vehementer cupio, ut de ea ſuum acumen experiantur doctiores.

Avarici Biturigum (e)
lapis effoſſus Anno Ch. 1687.

SOLIMARAE
SACRVM
AEDEM CVM SVIS
ORNAMENTIS
FIRMANA. C. OBRICI. E (f)
MATER
D. S. D

II.

JUPITER MADBACHUS ET SELAMANES.

EX Oriente, & extrema Syria ad celeberrimum Giſbertum Cuperum allatæ ſunt Inſcriptiones quædam, repertæ circa Beroeam, quæ nunc *Aleppum* dicitur. De ſingulari quapiam ex eis requiſivit ille ſententiam eruditiſſimi Petri Danielis Huetii Abrincatum Epiſcopi. Quumque inibi occurrant aut ignoti Dii, aut ſaltem ignota Jovis cognomina, & in nullam Inſcriptionum antiquarum ſyllogem conjecta ſit, eam heic ruſus ex Cuperi Epiſtolâ repræſentandam duxi. (g)

(a) Apud Valeſium, Notit. Galliar. pag. 36.
(b) Polybius Lib. III. pag. 200.
(c) Vid. Vitam Ludovici Pii Cap. 32.
(d) Leibnitius loco ſupra citato.
(e) Ex Hiſtor. Bituricenſ. Gaſpar. Thaumaſii Thaumaſſerii; pag. 754.
(f) *lege*: OBRICI. F. ideſt *Filia*.
(g) Vide Diſſertation. ſur diverſes matieres de Relig. & de Philolog. Tom. II. pag. 47. edit. de la Haye 1714.

ΔΙΙ ΜΑΔΒΑΧΩ ΚΑΙ ΣΕΛΑΜΑΝΕΙ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΩΟΙΣ ΚΡΑΤΕΑΣ ΑΝ
ΔΡΟΝΕΙΚΟΥ ΕΤΧΗΝ ΠΑΤΡΩΑΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΚΤΙΣΕ ΔΗΝΑΡ
ΑΦ ΕΤΟΥΣ ΗΞΡ ΑΥΔΥΝΑΙΟΥ ΑΚ

Hoc eſt:

Jovi Madbacho Et Selamanæ
Diis Patriis, Crateas An-
dronici (Filius) *Votum Patrium*
Suis Sumtibus Exſtruxit, Denariis
5500. *Anno* 168. (Menſis) *Audynæi* (Die) 21.

E Linguarum Orientalium intima cognitione, & ſacræ eruditionis penu ignotos Deos, vel, ut ipſe voluit, inaudita duo ejuſdem Jovis cognomina, nota facere tentavit Illuſtriſs. Huetius. Jupiter ei Μαδβαχὶς idem ac Jupiter Ἐπιδημίου, & Σελαμάνης idem qui Καθαρὸς, aut Τελείος. Quo verò ſucceſſu ea nomina expoſuerit, aliis judicandum relinquo. Notandum tamen, nomen *Selamanis* hominibus perinde ac Diis in Syria fuiſſe commune. Nam Sozomenus (h) Monachum quemdam in Palæſtina *Selamanem*, Hilarionis diſcipulum memorat. Sed nec illud prætereundum, falſo putaſſe Cuperum, annum CLXVIII. hoc in Marmore expreſſum, ab Æra Seleucidarum numeratum eſſe. Beroeam enim tunc in Romanorum ditione exſtitiſſe patet, ex eo quod ſumtus a Crateâ facti in exſolvendo voto patrio, Denariis æſtimentur, minime verò antequam provinciæ Syriæ poſſeſſionem adepti eſſent Romani, Denariorum uſus apud Syros invaluit. At quum Seleucidarum Æra cœperit ab Autumno Anni U. C. 442. Dies XXI. Audynæi, qui quartus erat Syro-Macedonum Menſis, Anno ejuſdem 168. incidiſſet in Januarium Anni U. C. 610. quo tantùm aberat, ut Romani Beroeâ, ceteràque Syriâ potirentur, ut Syriæ Rex eſſet Demetrius Nicator Demetrii Soteris filius, teſte Libro Machabæorum priore. (i) Nec ante annos ab hinc 80. in provinciæ formam a Pompejo redacta eſt Sytia. Eſt igitur heic Beroenſium peculiaris Epocha, quæ Antiquarios hactenus Satuerat. Nummos Beroenſium habemus Trajani, & Hadriani (k), ſed nullâ aliâ chronologicâ notâ inſignitos, præterquam anni imperii ejus Principis, cujus nomine cuſi ſunt; & nihilo inde doctiores ſumus, unde repetendum ſit initium eorum 168. annorum, quos adnotavit hæc Inſcriptio, quum deficiat omnis alia nota temporis, quo ipſa eſt poſita. Fortè Æram Antiochenorum ſequuti ſunt Beroenſes, huic Civitati ſatis propinqui, cujus principium deſumetur ab Autumno Anni U. C. 705. Quod ſi verum ſit, XXI. Menſis Audynæi Anni 168. incidit in XIII. Januarii Anni U. C. 873. Chriſti 120. Hadriani Auguſti 3.

III.

Quid ſint PROSPOLOI.

MUltis ab hinc annis ſententiam rogatus de Lapide Tergeſtino, variis hinc inde negotiis interpellatus, reſponſum omiſeram. Nunc verò commodum hunc mihi in mentem revocavit ſuſcepta de Diis ignotis lucubratio, quoniam primo intuitu inauditis quibuſdam Diis voti ſoluti ſpeciem præ ſe ferre videtur. (l)

(h) Sozomen. Hiſtor. Eccleſ. Lib. VI. Cap. 32.
(i) Lib. I. Machabæor. Cap. 21. 19.
(k) Harduinus, Oper. Seleƈt. pag. 747. 752. & 767.
(l) Vide Schonleben. Apparat. in Carniol. Antiqu. & Nov. pag. 225.
(m) Oloſs. pag. 14. edit. Labbean.
(n) Ibidem pag. 163.
(o) Gruter. pag. XXVIII. 6. pag. XLIII. 7. CCCXVIII. 9. 10. Gudius C. I. 5.

A

LX RESPONSO
ANTISTITVM
PROSOPOLOIS
C. LVCANVS SEVERVS
PRO
L. LVCANO FILIO

Antiſtites dicebantur non tantùm qui ſacris præerant, ſed etiam ſacrorum Miniſtri, eorumque Inſpectores, Deorum Prophetæ, & Ædirui. Gloſſæ Philoxeni (m), *Antiſtites* Ἱερεῖς, Ζάκορροι, Προφῆται, Ἐπιστάται. Tum etiam viceverſa in Gloſſis Græco-latinis (n) Προφῆται *Antiſtites*, *Vates*: & Προφήτης *Propheta*, *Antiſtes*, *Hariolus*. Suos fere unuſquiſque Deus Antiſtites habuit Mithra, Jupiter, Silvanus, Mars, & ſuas Deæ Antiſtitas, ut videre eſt in magno Inſcriptionum Opere (o). Iidemque illi ſunt, quos in Græcis Marmoribus (p) Προφῆτας dictos legimus, hi ſcilicet, qui omnibus a Deo, cujus Miniſtri erant, auxilium, opemve petentibus reſponſa dabant, docebantque quid facto opus eſſet, ut Deum ſibi propitium, & opiſlatorem efficerent, quibuſve ſacris munetibus demerendus eſſet Numinis favor. Si quid verò ſubfit myſterii in numero LX., iidem omnino fuerint *Antiſtites* hujuſce Marmoris Tergeſtini cum Haruſpicibus, quorum ordinem ad LX. excreviſſe docent Lapides Beneventanus, & Lugdunenſis apud laudatum toties Gruterum (q), tum etiam Romanus apud Reineſium (r), cui ea res mira viſa eſt, ſicut & Fabretto (ſ). Attamen veriſimilius mihi videtur vitium heic a deſcriptore inlatum, legendumque omnino minima mutatione EX RESPONSO ANTISTITVM. Similis namque eſt hæc formula alteri illi EX ORACVLO, quæ legitur in altera Inſcriptione Græco-latinâ (t) *Proſpoloi*, ceu potius Græce Πρόσπολοι, erant etiam Miniſtri ſacrorum, iidemque cum Προστάται. Heſychius Πρόσπολοι, Πρόπολοι, Θεραπευταὶ, Θεράποντες, Δοῦλοι. At Πρόπολοι dicebantur Miniſtri, qui ſacris apparebant, Ædirui, & Prophetæ. Rurſum Heſychius: Πρόπολοι, Ὑπηρέται, Δοῦλοι, Νεωκόροι, Προφῆται, atque etiam Deorum Interpretes. Suidas: Προπόλων, ἄνευ ἰφικλείου. Igitur qui, quod latebat, aperiebant, aut rogati Deûm nomine abdita pandebant, Προπόλων munere fungebantur. Sic nonnumquam Προπόλων nomine accipiebantur Antiſtites ipſi, & Prophetæ, unde Virgines Veſtales Albanas ἱερὰς Προπόλους nuncupavit Halicarnaſſenſis Dionyſius (u). Aliquid tamen diſcriminis intercedſſe neceſſe eſt inter Antiſtites, & Προστάτας, quum ad nominis utriuſque proprietatem attendebant, tantùm ſcilicet, quantùm inter Pontifices majores, & minores, aut potius inter Magiſtros ſacrorum, & eorum Miniſtros. Proprie enim *Antiſtes* eſt, qui præeſt, at Προστάτης proprie Servus, ac Miniſter. Suidas: Προστάτης ἀπὸ Προεστῶτος, ὑπηρέτου. Iidem Προστάται cum Ἀμφιπόλοις Etymologico magno; & Bacchi comites, turbamque ejus devotorum, Servorumque, Διονύσου Προστάται vocat Strabo (x), Silenos nempe, & Satyros, Bacchas, Lenas, Thyas, Mimallones, Najadas, Nymphas, & Tityros. Quæ quum ita ſint, is mihi Tergeſtinæ Inſcriptionis ſenſus eſſe videtur: *Cajum Lucanum Severum*, quum conſuluiſſet *Antiſtites*, anxius de *Lucio Lucano filio* aut peregre abſente, aut morbo decumbente, *ex* eorum *reſponſo* donum quoddam dediſſe *Proſpolois*, ideſt ſacrorum Miniſtris, cujus memoriam teſtatam hoc Marmore relinquere voluit. Ita ſane in Nemauſenſi Inſcriptione *Domeſtica* quædam *donum dediſſe* memoratur *Anubiacis*, ſeu Anubidis ſacrorum Miniſtris.

(p) Gruterus pag. LXXV. 4. LXII. 9. CCCXIV. 8. LXXVI. 2. CCCXXVI. 1.
(q) Idem pag. CCCIV. num. 7. 8.
(r) Reineſius Claſs. V. 93.
(ſ) Fabrettus pag. 713.
(t) Gruter. pag. XXI. num. 12.
(u) Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib. I. pag. 62.
(x) Strabo Geograph. Lib. X.

niſtris. Hanc ita repræſentat Epiſtola MSta ad Salmaſium a Sorbierio ſcripta Arauſione die XX. Martii An. Ch. 1652. (γ)

λ. IVLIVS. LEONλS. DO
NVλλ. QVOD. PROλλI
SERλT. λNVBIλCIS. DO
λλESTICλ. LIBERT. D. S. P

At ſane Fanatici illi, ſive Ὑποκριταὶ, quum aliquid dari ſibi cupiebant, ita a Deo ſuo præceptum fingebant, ut eleganter menuit Julius Firmicus (ζ) Maternus: *& qui aliquid velint, quaſi a Diis dictum, hominibus nuntiare; quales ſolent eſſe in Templis, qui vaticinari conſueverunt.*

IV.

Teſſera initiatorum Myſteriis Liberi patris.

SUpereſt inter ſchedas Peireſcianas apud Clariſs. Senatorem D. *de Mazauques* Aquis Sextiis, ectypum laminæ plumbeæ, quam olim Vincentii Pinelli fuiſſe didici ex quadam Epiſtola Reineſii ad Rupertum. Illi inerant lineæ hæ quinque Græcæ hoc ordine diſpoſitæ, quas continuatâ ſerie legas in Libro Reineſio-Rupertino.

ΑΦΟΡΟΝΤΙΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ
ΑΝΕΤΟΕΝ ΤΛΑΙΣ ΒΙΟΣ
ΕΝ ΤΑΙΣ ΤΑ ΑΙΣ ΕΛΕΤΘΕ
ΡΙΑ ΠΕΡΙΠΟΙ ΕΙΤΑΙ. ΚΑΙ
ΑΝΑΠΑΤΑΛ ΕΤΟΙΜΑΖΕΤΑΙ

Hoc eſt:

Sine Cura Et Ambitione
Vita In Sylvis Agitur;
In Sylvis Liber-
tas Conſervatur, Et
Requies Comparatur.

Tabula ipſa lata fuit pedes duos, & palmos tres, altitudinis dimidium minus habuit. In medio loco, quem vacuum reliqui, exſtitit cavum quoddam operculo rectum, in cujus imo menſæ figura, cui impoſitum erat falcinum; alia duo virilia membra anterioribus menſæ fulcris affixa erant; menſæ adſcripturn ΘΕΟ. Ante menſam ſtabat aſinus porrecto ventre, lingens id, quod erat ſuper menſam. Pone aſinum arbores, & virgulta. Operculi exterior facies habuit caput Satyri hircinis cornibus, barbâ, & capillitio hirſutis: intimam occupabant labruſcæ, inter quas legebatur ΚΑΙ ΔΡΤ-

A ΜΟΤΣ ΚΑΙ ΑΝΘΡΑ ΑΟΤΟΜΕΝ. Ea omnia cœlo exprimi non curavi, Lectorum pudori conſulens. Chriſtiano enim turpe eſſet oculis objicere fœditates, quas homines a vero cultu alieni, venerari turpe non putabant. Porro ſub honeſta verborum ſpecie res latebant inhoneſtiſſimæ, & verba, quæ in fronte hujus tabulæ leguntur, minime videntur reſpondere figuris, quæ ſubtus operculum delitescebant. Et ſane crediderim, fuiſſe quamdam Teſſeram initiatorum Myſteriis Liberi patris, quâ ſe illi invicem agnoſcerent, neque ἀνωνύμως oſtendere fas erat. Harum Teſſerarum, ſive, ut Græci vocant συνθήματων fuere duo genera. Alia enim ſymbola erant vocalia, alia muta. Priora conſtabant verbis myſticis, quibus initiandi reſpondebant Sacerdotibus, quum ſacra acciperent, qualia fuere in Eleuſiniis, quæ a Clemente Alexandrino (a), & Arnobio (b)
B vulgata ſunt: *jejunavi, atque ebibi Cyceonem; ex ciſtâ ſumſi, & in calathum miſi; accepi rurſus, & in ciſtulam tranſtuli.* Muta ſymbola fuere quædam ſigna, ſive crepundia, quæ a Sacerdotibus accepta Myſtæ ſedulo aſſervabant, cavebantque, ne quis ea profanus videret, quale fuiſſe laminam Pinellianam exiſtimo. De his Apulejus (c), Magiæ inſimulatus, quod reconditum quid inter res ſuas occulteret: *vin dicam, cujuſmodi illas res in ſudario obvolutas, lucibus Pontiani commendarim? Mox tibi geretur. Sacrorum plerasque initia in Græcia participavi. Eorum quædam ſigna, & monumenta tradita mihi a Sacerdotibus ſedulò conſervo. Nihil inſolitum, nihil incognitum dico. Vel unius Liberi patris Symmiſtæ, qui adeſtis, ſcitis quid domi conditum coletis, & abſque omnibus profanis tacite veneremini.* Faſcinorum illa, & Ityphallorum ſubvectio, Dionyſii, ſeu Bacchi myſteriorum propria, heic ſe cum
C omni ſua turpitudine exhibet & impurus ille Sileni Aſinus. Quæ verò commenti fuerint recentiores inter Ethnicos Philoſophi, ut harumce obſcænitatum ſignificatum ad res naturales allegorice deſignandas detorquerent, quum a Chriſtianis, qui propudioſa hæc ſacra propalaverant, eâ de cauſſâ impeterentur, dicere ſuperſedeo, ne toties actum agam. Laudatur vita, quæ in ſylvis agitatur, quia fere ſemper in locis ſylveſtribus, & montanis infanda hæc Orgia peragebantur; ideoque Clemens Alexandrinus (d), Gentes adhortans, ut relictis his infanis myſteriis, ad percipienda verbi divini myſteria accederent, *hic eſt*, inquit, *mons Deo dilectus, qui non Tragœdiis, quem admodum Citharon, argumentum dedit; ſed eſt dedicatus veritatis actibus, mons ſobrius, caſtis umbroſus ſylvis, Ὄρος τρυφᾶτον ἀγρεῖε ὕλαις σύσκιον.* Per montes, ſylvaſque diſcurrentes œſtro percitæ pinguntur a Poëtis infanæ Mænades cum reliqua Dionyſiacorum turba. Sed etſi furorem devotis ſuis immitteret *Liber pater*, tamen quietem afferre menti credebatur, eo quod animum a curis avocaret, unde de illo Artemidorus (e): *πανδικῶς γὰρ καὶ ἀναπλαττὸς ἐξ ὕπνου συμαίνει ἐν ἀνοᾷ τῷ βίῳ.* Et hæc eſt verſimilis cauſſa, quare in noſtra Tabula ſylveſtris vita *Libertatem operari, & requiem* parare dicitur.

(γ) Apud Reineſium Claſs. V. num. 37.
(ζ) Firmic. Lib. III. Cap. 7.
(a) Clemen. Alexandrin. Protreptic. pag. 3.
(b) Arnob. Lib. V. p. m. 220.
(c) Apulej. Apolog. I. p. m. 505.
(d) Clemen. Protreptic. pag. 74.
(e) Artemidor. Oneirocrit. Lib. II. 42. pag. 134.

JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE
BARONIS MONTIS SELEUCI
REGIÆ INSCRIPTIONUM, ET HUMANIORUM LITERARUM ACADEMIÆ PARISIENSIS SOCII

DISSERTATIO

DE ORIGINIBUS CULARONENSIBUS, SIVE GRATIANOPOLITANIS.

CAPUT I.

Antiquus Cularonis ſitus.

NUlla ſere apud Græcos exſtitit Civitas paulo illuſtrior, quæ peculiares Hiſtoricos ſortita non ſit, cujuſque origines ſcriptis mandatæ non fuiſſent aut a Civibus, aut a quopiam Civitate donato. Scripſerat inter Romanos Cato Cenſorius (a) Urbium Italiæ origines, quod opus, ut & illa Græcorum ſcripta, penitus intercidit. In ceteris verò gentibus, apud quas aut nullus, aut ſane exiguus Literarum cultus, uſuſve fuit, nemo exſtitiſſe legitur, qui patrias antiquitates ſcriptis commendaverit. Quare nihil mirum, ſi Urbium Gallicarum, Hiſpanicarum, Britannicarum, Germanicarum, aliarumque primæva Hiſtoria in obſcuro latet. Antiquiſſima illarum mentio occurrit apud rerum Romanarum Scriptores: quidquid propterea finxit poſterorum pia erga patriam credulitas, anilibus nugis, quàm hiſtoriæ ſimilius: Sed ex his quoque, quarum meminere quâ Græci quâ Romani Hiſtorici, ſi paucas exceperis, quas Imperatores ſæpe præſentiâ ſuâ illuſtrarunt, aut quæ in confinio poſitæ, gentium a Romanis non devictarum, perpetuumque cum iis bellum gerentium, quædam veluti Imperii propugnacula, & arces erant: reliquarum adeo rara eſt memoria, ut earum origines indagare, & antiquitates recludere, plerumque ſit impoſſibile. Eadem ſors, quæ ceteras, noſtram quoque Gratianopolim, ſive, ut antiquitus dicebatur, *Cularonem*, manſit. Solas ſere antiquitatis ſuæ indubitatas reliquias teſtes advocare poteſt Inſcriptiones veteres aliquammultas, eaſque illuſtrare conatus, Gratianopolitanas origines exſequi mihi viſus ſum. Inter omnes ſane convenit, Gratianopolim, hodiernum provinciæ Delphinatis caput, Urbem eſſe, quæ quondam *Cularo* dicta eſt. Sed qui primus inter antiquos Cularonis meminerit, illud eſt, quod inter doctos controvertitur. Marcus Antonius, qui poſtea Triumvir Reipublicæ conſtituendæ fuit, prope Mutinam in Ciſalpina Gallia ſuperatus, & acie ſuſus ab Aulo Hirtio, & Cajo Vibio Panſa Conſulibus, & Cæſare Proprætore, in Galliam Tranſalpinam cum reliquis ex clade copiis ſe recepit. Præerant tunc provinciæ Narbonenſi Marcus Lepidus, reliquæ Galliæ, a Julio Cæſare recens domitæ, Lucius Plancus ambo Proconſules (b). Uterque tunc Senatus, & Reipublicæ partes ſovebat, aut ſequi ſe videri volebat. Quare Lepidus, ubi primùm accepit, Marcum Antonium in provinciam ſuam venire, & cum parte equitatus Lucium Antonium præmiſiſſe, caſtra ex confluente Rhodani movit, eique obviam proceſſit ad pontem Argenteum, unde literas dedit ad Ciceronem (c), & Senatum, Populumque Romanum, quibus eos certiores faceret, non alia de cauſſa huc uſque ſe proceſſiſſe, quàm ut venienti Antonio obſiſteret, eumque aditu provinciæ prohiberet. Interea Plancus, quum aliquandiu nataſſet, Rhodanum cum exercitu trajecit, ut ſe cum Lepido conjungeret, undique Antonii conatus infringerent. Dein ſæpius ad Ciceronem ſcripſit, ut ei indicaret tum ſuos, tum etiam hoſtium motus. E pluribus verò, quas de ea re dedit, literis una ſupereſt ſcripta (d) *Octavo Idus Junias, Civarone ex finibus Allobrogum*. Ibi MSti Codices quidam *Cularone* legunt. Sed Joſephus Scaliger (e), Jacobus Sirmondus (f), eoſque in ſua Epiſtolarum Ciceronis præſtantiſſima editione ſequutus Johannes Georgius Grævius, legendum eſſe *Cularone* contendunt. Contra vetò doctiſſimus Delphinas Dionyſius Salvagnius (g) Bœſſius, rationum Fiſci Curiæ primarius Præſes, priſtinam lectionem retinendam cenſet, eo quod *Cularo* cis Iſaram, ſeu ad ſiniſtram Iſaræ ripam ſita ſit in agro Vocontio, non autem nkra, & ad ejus amnis dexteram, quâ Allobrogum campi porrigebantur: Civaronem verò, ait eſſe quoddam Sapaudiæ Caſtellum, non longe ab Iſarâ poſitum, cui etiamnum nomen *Civron* ſupereſt, antiquæ denominationis veſtigia ſervant indubia. Salvagnio repoſuit Hadrianus Valeſius (h), qui Scaligeri, & Sirmondi partes tutandas ſuſcepit, infirmum eſſe argumentum petitum ex Cularonis ſitu ad ſiniſtram Iſaræ ripam, quandoquidem conſtat, nullos fere Populos ita fluminibus fuiſſe ſeparatos, quin etiam ultra eos fines ſuos nonnumquam protulerint, quod & exemplis confirmat. In eo tamen falſus eſt vir doctiſſimus, & veteris Galliarum Geographiæ inſtaurator, quod ſcriptam crediderit Planci Epiſtolam in loco, qui cis Iſaram poſitus eſſet; nec eo minus erravit Salvagnius, quando *Cularonum* olim in parte agri Vocontii ſtetiſſe aſſeruit: eamque Gratianopolis partem, quæ eſt ultra Iſaram in Allobrogibus, & quam hodie Sanlautentianum, & Perrerianum ſuburbia nuncupant, recens ædificatam fuiſſe. Si etenim demonſtraverim ad dexteram Iſaræ ripam caſtra habuiſſe Plancum, quum ſupra memoratam Epiſtolam ſcriberet, & docuerim certis indicibus antiquitus ſitam fuiſſe *Cularonem* eodem in loco, meritò aſſerere poſſe mihi videor, illam eſſe, unde ad Ciceronem Plancus literas exaravit.

Ac primo quidem, ut accuratius deprehendatur locus, a quo ſcribebat Plancus, texenda mihi eſt ex variis ipſius ad Ciceronem Epiſtolis ſeries ſtationum, quas ille cum exercitu obivit, ex quo ad Lepidi provinciam acceſſit (i). Priuſquam de pugna ad Mutinam nuntios accepiſſet, Ciceronis literis excitatus, ut opem ferret Reipublicæ, coactis quinque legionibus, Rhodanum trajecit XII. Kalendas Majas Anni U. C. 711. & Vienam mille præmiſit equites, atque Mutinam pergere in animo habebat. Quum verò in itinere de ſoluta Mutinæ obſi-

(a) Cornel. Nepot. Cat. Cap. III. 3.
Vide etiam Voſſium de Hiſtoric. Latin. Lib. I. Cap. 5.
(b) Dio Lib. XLIII. extr.
(c) Cicero, Epiſtol. Familiar. Lib. X. Epiſt. 34. & 35.
(d) Ibidem Epiſtol. 23.
(e) Scaliger, Opuſcul. pag. 34.
(f) Sirmond. ad Sid. Lib. III. op. 14.
(g) Salvagn. Præf. in Sylv. 1. de mor. Delph. pag. 40.
(h) Valeſ. Notit. Gall. pag. 165.
(i) Vide Ciceron. Epiſt. Familiar. Lib. X. Ep. 9.

obſidione certior factus eſſet (k), deque liberato Decio Bruto, perſpiceretque nullum alium Antonio receptuo eſſe, præterquam in Gallbis, in Allobrogibus conſtitit, ut ad omnia paratus eſſet. Sperabat enim, ſi nudus veniret Antonius, ſe eum facile oppreſſurum; ſin verò copias adduceret, eique Lepidus conjungeretur, utrique reſtitutum, donec aliæ ſibi ex Italia copiæ auxilio mitterentur. Inde quum per Laterenſem internuntium egiſſet cum Lepido, ut omiſsâ omni contentione, is fidem ſuam obligaret, ſe, ſi minime Antonium provincià prohibere poſſet, cum armis perſequuturum; atque a Lepido rogaretur, ut copias cum ſuis jungeret (l); *in Iſara flumine maximo, quod eſt in finibus Allobrogum, ponte uno die facto exercitum A. D. quartum Idus Maji* traduxit, fratre cum quatuor millibus equitum præmiſſo, ut Lucio Antonio occurreret, qui cum equitibus, & cohortibus aliquot ad Forum Julii adventaſſe nuntiabatur, ipſe maximis itineribus cum quatuor legionibus, & reliquo equitatu conſequuturus. Ut verò cautius ageret Plancus, quoniam Lepidi exercitûs fides ei meritò ſuſpecta erat, non prius ab Iſara ad eum aſſequendum caſtra movit XII. Kalendas Junii (m), quàm pontem, quem ſupra eum amnem fecerat, duobus caſtellis firmaſſet, impoſitis validis præſidiis, & venienti Decio Bruto, ejuſque exercitui paratus eſſet tranſitus. Ubi verò de Lepido magis magiſque dubitare cœpit, in ipſius fere conſpectum progreſſus quidem, ſed quadraginta millium ſpatio inter utrumque exercitum relictò, locum occupavit, ubi flumeo habebat oppoſitum, & Vocootii ſub manum erant, per quorum loca ſibi ſecurum pateret iter. Quum autem Antonio conjunctus eſſet Lepidus IV. Kalendas Junii (n), & unâ eodem die caſtra moviſſent ad Plancum, res ipſi nuntiata eſt, quum viginti taotùm millibus paſſuum abeſſent. Qua de cauſsâ celeriter, abſque ullo tamen exercitus detrimento, ſe recepit, & pridie Nonas Junias copias omnes Iſaram trajecit, ponreſque, quos fecerat, interrupit, ut ſpatium ad colligendos ſe homioes haberent, & ipſe cum collega Decio Bruto conjungeretur, quem triduo jam exſpectabat, quum has daret Literas *Cularone ex finibus Allobrogum*. Locus, in quo Plancus conſederat, quando ad Lepidi, & Antonii exercitus acceſſit, alibi fuiſſe non potuit præterquam ad Drunam amnem, qui Rhodano miſcetur infra Caſtrum Liberonis, hodie Liviron. Nulla enim alia flumina alicujus momenti occurrunt inter Iſaram, a quo digreſſus fuerat, & exercitus Lepidi, & Antonii venientes a Foro Julii, & Foro Voconii, media, præter Drunam, & Druentiam. Sed omnium aberat Druentia, ut inde ex die III. Kalendas Junias (quo reſcire potuit conjunctas pridie Antonii, & Lepidi vires, ad ſe invadendum caſtra moviſſe) ſe recipere poſſet, & omnes copias trajicere pridie Nonas Junias. Contra verò hæc omnia optime fieri potuerunt, ſi ad Drunam ſtererit in agro Segalaunorum. Nam ibi Vocontios ſub manum habuit, ad lævam ſcilicet, & a tergo circumpoſitos, atque per eorum tractus receſſum habuit, ſicut ante cogitaverat. Sed ex his omnibus ſatis patet, locum, e quo ſcribebat Plancus, ſitum fuiſſe ultra Iſaram, eumque minime exſtitiſſe, ubi nunc eſt Vicus *Civron*. Nam Caſtrum illud Sapaudiæ nimium abeſt a Drunâ, ut ad illud ſex dierum itinere Plancus cum exercitu, & impedimentis perveniret; ac præterea quum aliquot paſſuum millibus diſtet ab Iſara, incuſtoditum amnem facile trajeciſſent hoſtiles copiæ, & Plancum aut terga vertere, aut turpiter ſe dedere coëgiſſent. Sin autem *Cularo* ſtetit in ulteriore Iſaræ ripa, omnino opportuna ibi fuit ſtatio exercitui Planci. Vallatus is quippe profundo flumine, hoſtium conatus exiguo labore propugnare potuit, ac tuto Decii Bruti adventum præſtolari.

At *Cularonem* olim ſtetiſſe, aut ſaltem ejus partem, ubi nunc extant Sanlaurentii, & Perreriæ ſuburbia, probare videntur multi lapides vetuſti, hac in parte e terræ viſceribus eruti, quorum nonnullos heic adſcribam, alios opportuniori hujus Diatribæ loco prolaturus.

(k) Ibid. Epiſtol. 11.
(l) Ibidem Epiſt. 15.
(m) Ibid. Epiſt. 18.
(n) Ibid. Epiſt. 23.

Num. I.

Nunc in muro Prioratus Sancti Laurentii.

D ☽ M (o)
DEVILLIAE
CATVLLIAN FIL
TITIOLAE
BAEBIVS GA ANVS
ET BAEBIA
GRATINA MATRI
PIENTISSIMAE

Num. II.

Prope Cœmeterium Sancti Laurentii.

D ⚒ M (p)
M ANTONI
EVDEMONIS ET
VIREIAE GRATNAE
CONIVGI EIVS
ANTONIAE GRATI
NVLAE GRATAE FIL
PARENTIBVS PIENTISS
IMIS VITA FVNC
TIS ET SEPVLTIS

Num. III.

In Monte dicto la Baſtille *ultra Iſaram.*

GRATIAE GRAT
FIL
DVLCISSIMAE
MVRNINVS
EX. ST. F. P

Num. IV.

Prope idem Cœmeterium.

DECIMIAE (q)
ALTINAE
Q. VETTIVS
EPICTETVS
CONIVGI
SANCTISSIMAE

Locus, in quo reperta ſunt hæc monumenta, & alia tria iſti Commentario inſerenda, noſtram de antiquo *Cularonis* ſitu ſententiam adſtruunt. Quâ ſemel admiſsâ, & Planci verba clara ſunt, & hujus Civitatis antiquitas aſſeritur. Neque verius eſt, quod ait laudatus Salva-

(o) Vide Allard. Inſcription. Grat. pag. 5. & Gud. CCLIV. 7.
(p) Confer Allard. pag. 5. & Gud. CCLI. 8.
(q) Allard. pag. 5. & Gud. CCLXXI. 6. legunt DECIMIAE ALBINAE.

vagnius (r), ideo Vocontiis tribuendam eſſe *Cularonem*, quia Dracus fluvius, quo Vocontii a Garocelis dirimebantur, quondam ſupra Gratianopolim in Iſaram confluebat, & mutato progenitorum eurâ alveo, ſubtus fluere cœpit. Falſa enim hæc eſſe omnia, neque niſi vano plebis rumuſculo circumferri demonſtrat vetus Inſtrumentum a Cl. Valbonnæſio (f) editum, in quo memoratur Pons Claſii ſuper Draeum, ibique & olim exſtitiſſe dicitur, & tum fuiſſe deſtructus Anno Ch. 1300. At quandoquidem Pons Claſii, vulgo *de Claye*, iſti Civitati ſit parallelus, omnino impoſſibile eſt, antiquitus Draci confluentem fuiſſe ſupra Gratianopolim, quum ex eo Diplomate conſtet, Dracum olim ſubtus eum Pontem fluxiſſe. Et vana penitus ſunt, nulliuſque momenti, quæ ea de re non ſolùm ſine teſtibus, & tabulis, ſed & contra teſtes, & tabulas antiquas afferri poſſunt. Antiquiſſima igitur *Cularonis* memoria exſtat in Literis Planci. Teſtem ei corrogare nititur Valeſius, (t) ſexaginta circiter annis poſteriorem, Strabonem (u) ſcilicet, a quo memorantur fluvii δύο μὲν ἀπὸ τῶν ῥιπιδίων τῶν Κουάρου καὶ Ὄυδρου, quo in loco legendum ille ſuadet τῶν Κουάρου Κυλάρου. Sed non parum aberravit a vero doctiſſimus Vir. Non enim Cavarum umquam fuit Cularo, atque ab iis Populis longius remota erat. Præterea duo illi amnes Straboni memorati minime ſunt Iſara, & Druus Gratianopolim circumfluentes, quum eos Strabo *inter Iſaram, & Druentiam* Rhodano miſceri teſtetur, μεταξὺ δὲ τοῦ Δρουεντίου, καὶ τοῦ Ἴσαρος, quibus verbis patet, nequaquam alterum eorum fuiſſe Iſaram. Inter Cavarum Oppida recenſetur a Ptolemæo (x) Ἀουενίων Κολωνία. Meminit Auctor Itinerarii Hieroſolymitani inter Araufionem, & Valentiam, mutationibus aliquot intercedentibus *Acuni*. Unus idemque locus Ptolemæo, & Auctori dicti Itinerarii videtur fuiſſe intellectus; quique nunc ad Rhodanum ſtat priſcamque nomenclaturam fere ſervat, quum *Ancone* vocetur; is parvis duobus fluviolis in unum paulo ſupra eum commixtis cingitur, quorum præcipuus *Robio* nuncupatur. Situs verò ille unicus eſt in loco, & tractu, qui Iſaram inter, & Druentiam jacet, cui optime conveniant ſuperiora Strabonis verba. Unde niſi me fallit conjectura, legendum apud Ptolemæum Ἄκουον pro Ἀκουήνιον ſuaderem, eum apud Strabonem emendandum δύο μὲν ἀπὸ τῶν ῥιπιδίων τῶν Κούρου Ἄκουνος. Neque diſplicuiſſet hæc emendatio Lucæ Holſtenio (y), & Chriſtophoro Cellario (z), quum alter alterum ſequutus in Vieo *Ancone* Ptolemæi Ἄκουνον agnoverit. Nec obſtat, quod *Acunum*, ſive *Ancone* in Tricaſtina diœceſi cenſeatur, *Acuſionem* verò ſuam Cavarum fuiſſe Ptolemæus dixerit. Etenim minores quidam Populi, quales fuere Tricaſtini, & Segalauni, quandoque ſub majoribus, quorum in clientela erant, comprehenſos fuiſſe videmus.

Nec alia potuit eſſe cauſſa, cur Strabo (a) regionem omnem Rhodano adjacentem inter Druentiam, & Iſaram ſolis Cavaribus tribueret in his: πορθμὸς δὲ διαβάσιος ἀπὸ Καβελλιῶνος πόλεως, ἐ ἐρήμῃ πόλει Κάρων Κουάρων ἐστὶ, μέχρι ἧς ἀπὸ Ἴσαρος συμβολῆς: *a* Druentiæ *tranſitu ad Cabellionem Civitatem, omnis deinceps regio Cavarum eſt, uſque ad Iſaræ confluentes.* Ita ille Tricaſtinos, Segalaunoſque ſupra Cavares poſitos, etiam ſub Cavarum nomine cenſet. Addit non ita multo poſt idem Geographus, ἧς τῶν Καυάρων ὑπερκεῖνται Ὀυοκόντιοι τε, καὶ Τρικόριοι, καὶ Σικόριοι, καὶ Μηδυλλοί: *ſupra Cavares ſunt Vocontii, Tricorii, Sicorii, & Medyli.* Quæ non ita capienda ſunt, ac ſi per limites Cavarum porrecti fuerint ii Populi, quum ex bis ſoli eſſent Voconrii, qui Cavares immediate attingerent. Sed Strabonis verborum ſenſus eſt, omnes has gentes ſupra Cavares ab oriente ſtetiſſe, unam poſt alteram. Tricaſtinos, & Segalaunos, quos a Cavaribus non ſecrevit Strabo, proxime attingebant Vocontii, qui ab Iſara ad Druentiam uſque extendebantur per tractus eos, qui nunc diœceſis Gratianopolitanæ partem, Deenſem, & Vaſionenſem integras, Vapincenſis particulam efficiunt, ut alibi indicaſſe me memini (h). Vocontiis ab oriente primi erant *Garoceli*, ſi qua fides Salvagnio, eorum veſtigia in pago *Gonceln* reqoirenti, in ea Gratianopolitanæ præfecturæ parte, quæ jacet intra Dracum, & Iſaram. Occurrebant poſtea *Tricorii*, quorum tractus nunc vocatur *le pays de Trièves*; & ſupra eos erant Straboni dicti *Sicorii*, quos veriſimillimum eſt eoſdem fuiſſe cum Segoviis Arcus Secuſini.

CAPUT II.

De Alpibus Cottiis.

AB his verò initium fuit regionis, quæ ſub Cottio Præfecto exſtiterat, & poſtea Alpium Cottiarum provinciam conſtituit. Defuncto Cottio Regulo ejus filio ſub Nerone Imperatore, quæ gentes Cottiis paruerint, diu antiquæ Hiſtoriæ, Geographiæque veteris ſtudioſos penitus latuit; iiſque magnam moleſtiam crèaverat corruptus Strabonis (e) locus, qui Ideonni cujuſdam ſubditirii regnum a Cottiano diverſum, in his Alpibus ſtatuere ſategerunt. Qua de re videndus in primis Cluverius (d). Nunc verò pars hujus caliginis diſcuſſa eſt ope Inſcriptionis Arcus Secuſiæ, in ipſis Alpibus Cottiis exſtantis, & a Marco Julio Cottio Auguſto Cæſari poſiti, ubi leguntur nomina inalpinorum Populorum plurium, qui ſub eo Præfecto fuerunt. Eam Inſcriptionem heic addo, qualis prodiit ab Illuſtriſs. Scipione Maffejo (e), qui primus eam integram legere potuit, quod jam alii fruſtra tentarunt.

IMP. CAESARI. AVG. DIVI F. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBVNITIA
POTESTATE. XV. IMP. XIII. M. IVLIVS. REGIS. DONNI. F. COTTIVS
PRAEFECTVS. CIVITATVM. QVAE. SVBSCRIPTAE. SVNT
SEGOVIORVM. SEGVSINORVM. BELACORVM. CATVRIGVM
MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM. SAVINCATIVM
EGDINIORVM. VEAMINIORVM. VENISAMORVM. IRIORVM
ESVBIANORVM. OVADIAVIVM. ET. CIVITATES. QVAE
SVB. EO. PRAEFECTO. FVERVNT

Ex præclariſſimo hoc veneranda antiquitatis monumento nunc diſcere licet primò, hactenus falſos eſſe, qui *Ideonni*, vel *Donni* ditionem a Cottiana diverſam quæſierunt, quum & Cottius Donni filius fuerit, atque ditionem tenuerit πατροπαράδοτον. Emendandus igitur Strabonis (f) locus, ubi vulgo legunt: ἐστὶ δὲ ὑπερ

E μὲν οὖν πρὸς τὸν Ἰόνιον κεκλιμένα τῶν μεγάλων ὀρῶν. Τετρυπὸς τε ἐστὶν Ἀγγιτανίων ἔθνος, καὶ ἄλλοι Λίγυες. Τούτων δ' ἐστὶ καὶ ὁ τῶν Ἰδέωνος λεγομένων γῆ, καὶ ὁ τῶν Κοττίων: hujus enim poſteriora verba ita reſcribenda ſunt, καὶ ὁ τῶν Δόννου λεγομένη γῆ, καὶ τῶν Κοττίων: ideſt; *In altera autem parte dictorum montium Taurini habitant gens Liguſtica*,

(r) Salvagn. ubi ſupra pag. 92. 93.
(f) Vide probat. Hiſtor. Delph. Tom. II. pag. 133.
(t) Valeſ. Notit. Galliar. pag. 164.
(u) Strabo, Lib. IV. Geograph. pag. 282. editionis noviſs.
(x) Ptolemæus, Geograph. Lib. II. Cap. 5.
(y) Holſten. Adnotation. in Ortel. pag. 3.
(z) Cellar. Tom. I. Lib. II. pag. 195.

(a) Strabo Lib. IV. pag. 282.
(b) Vide Epiſtol. ad Muratorium num. IV.
(c) Strabo Lib. IV. pag. 312.
(d) Cluverius, Ital. Antiqu. Lib. I. Cap. 9.
(e) Maffejus, Hiſtor. Diplom. pag. 1.
(f) Strabo, uti ſupra.

ci, *aliique Ligures. Eorum quoque eſt ditio Donni, di-ſa & Cottii.* Secundò viam quoque ſternit eximia Inſcriptio ad indagandos regni Cottiani, & provinciæ ex eo factæ limites, dum plures recenſet Populos ex iis, qui in Cottii præfectura fuerunt. Eorum ſit initium a *Segoviis*, quos eoſdem eſſe cum Strabonis *Sicoriis*, jam ſuperius indicavi. Nominis non obſcura adhuc ſuperſunt veſtigia in pago *Sigoyers*, decem millibus paſſuum a Vapinco Civitate versùs Auſtrum ſito. Sequuntur poſtea *Segusini*, non oſcuri, neque incerti ſitus. *Belacorum* veſtigia adhuc quæro alicubi in vicinia. Neque ſane huc trahendi ſunt incolæ Civitatis Belicæ, cum Viro celeberrimo (g). *Bellicenſes* enim in Sebuſianis erant prope Segusium, ultra Allobroges Narbonenſis provinciæ, & Centrones Alpium Grajarum gentes, quæ cum Cottianis Alpibus nequaquam miſcendæ ſunt. Noti quoque ſunt *Caturiges*, quorum Urbs *Caturigomagus* Tabulæ Peutingerianæ, & Civitas CATURIGum dicitur in veteri Inſcriptione a Sponio (h) relatâ, quæ reperta fuit in vico *Chorges* inter Vapincum, & Ebrodunum. Latiſſime quondam patuiſſe Caturigum fines ex hoc conjicias licet, quod ex his ortos dixerit Plinius Vagienſes, Ligures, & Montanos; tum eis caput, ſive metropolim Ebrodunum aſſignat Ptolemæus (i), qui tamen eam in Alpibus Grajis collocat. Denique Cæſar (k), qui nonniſi majorum Populorum meminit, quos ſibi obſiſtentes reperit, quum ex Italia in Gallias tenderet, ſolos nuncupat Centrones, Garocelos, & Caturigas. Contermini ſiquidem erant Caturiges, & Centrones, hi Alpium Grajarum Populi, illi Cottiarum. Per Alpes itaque Cottias Cæſar iter inſtituit, quandoquidem *Ocelo* tranſiit, & ſeptimo die inde in Vocontiorum fines pervenit. *Ocelum* unanimi fere conſenſu, ducto a Cluverio (l) principio, contendunt eſſe Caſtrum *Exilleatum*. Sed falsò, ut quidem reor; numquam enim via publica per *Exilleas* in Italiam duxit. Contra verò ab Italia in Gallias pergentibus per Alpes Cottias, per *Ultium* eſt neceſſario tranſeundum, quod nunc dicitur *Oulx*, inter Secuſiam, & Brigantium. Sane hâc iter fuiſſe Sæculis ſuperioribus docet Itinerarium Cardinalis Oſtienſis (m), cujus verba ſunt: *Dominicâ XIV.* (Menſis Junii, Anni Chr. 1355.) *fuit in prandio in loco de Secuſio, ſeu de Suza . . . . . Lunæ XV. fuit in prandio in loco ULTIENSI, videlicet in Monaſterio, qui locus eſt profati Comitis* (Sapaudiæ), *& ibidem jacuit: & diſtat a Secuſia per quatuor Leucas. Martis XVI. fuit in prandio in Burgo de Brianſonio, qui eſt Delphini, & ibi jacuit, & diſtat a loco ULTIENSI per quinque leucas.* Immo multo antea, qui Romam devotæ peregrinationis cauſâ petebant, *Ultio* quoque iter feciſſe probat vetus Charta, adſervata in Archivo Eccleſiæ *Ultienſis* (n), qua Guigo Comes Albonis Anno Ch. 1063. Eccleſiæ Sancti Laurentii Ultienſi donavit *tertiam partem de argentis, quos Romipetes offerunt.* Ex *Oceło*, metatheſi literarum, factum eſt primo *Olceum*, & poſtea *Olcium*, & *Ultium*. Sed quo minùs *Ocelum* in *Ultio* agnoſceret Cluverius, obſtitit Strabo (o), *Ocelum* nuncupans τὸ ὄρος τὸ Κοττιὸν χῶρ, quaſi fuiſſet extremus Cottianæ ditionis terminus, quum *Ultium* in mediſtullo Alpium Cottiarum ſtet. At aut tranſitum utrimque in Cottii Alpibus intellexit Strabo voce ὄρος, vel ſane, non bene ei notus fuit hic Galliarum tractus, vel denique terminum heic ſtatuit Cottianæ terræ non ab occaſu ad orientem, ſed a meridie (a Scingomago ſcilicet, hodie *Sezane*) ſeptemtrionem versùs, & Centrones, quos tamen huc uſque proceſſiſſe, vix inducor, ut credam. Via, quæ ab Ocelo ad Allobroges ducebat, bifariam ſcindebatur infra Brigantium. Prior ſic deſcribitur in Tabula Peutingeriana (p). *Brigantio Stabatione VIII. Durotinco VII. Melloſedo X. Catoriſſium V. Cularone XII. Morginno XII. Turocionico XIIII. Vigennâ XV.* Aliud iter ita repræſentat Itinerarium Antonini (q): *a Brigantione, Rama, m. p. XXVI. Eburodono m. p. XVII. Caturigas m. p. XVI. Vapinco m. p. XXI. Monte Seleuco m. p. XXIV. Luco m. p. XXVI. Deâ Vocontiorum m. p. XII. Auguſtâ m. p. XXIII. Valentiâ m. p. XXII. Urſolis m. p. XXII. Viennâ m. p. XXVI.* Credebat Valeſius (r) noſter, *Morginnum* in priori itinere deſcriptum eſſe Caſtrum de *Morgiis*, & *Catoriſſium* locum, ubi nunc eſt major Chartuſia, ſolâ nominum affinitate deceptus. Sed errorem hunc emendaſſet, niſi præpoſtero ordine exſcripſiſſet verba Tabulæ Peutingerianæ. In illa enim *Morginnum* non collocatur inter *Cularonem*, & *Brigantium*, neque *Catoriſſium* inter Viennam, & Cularonem, quod omnino neceſſe foret, quum Caſtrum de *Morgiis* citra Cularonem ſit, Brigantio veneniibus. *Chartuſia* iiſdem eſt ultra Gratianopolim, & penitus extra viam quamcumque publicam. Si quid diſtantiæ locorum prænotatæ credendum, *Morginnum*, quod in Tabula primùm occurrit Cularone Viennam euntibus, erit Vicus *Moirans*, quatuordecim paſſuum millibus Gratianopoli diſtans, *Catoriſſium* verò fuerit Caſtrum *Vizile*. Porrò in nomina *Catoriſſii* adhuc Caturigum veſtigia videre mihi videor, ita ut hæc in parte fines ſuos prolataverint Caturiges uſque ad *Romanchiam* amnem, ut minimùm. Non erant nimirum e minimis gentibus Caturiges, uti jam dixi. Ipſorum erant Ebrodunum, Caturigomagus, ſeu Civitas Caturigum, tum etiam SAVINCATes, quorum mentio in Seguſino Arcu. Nomen pæne retinet Vicus *Savines* inter Ebrodunum, & Caturigomagum medius. Neque in *Savigny* Sapaudiæ quærendi ſunt *Savincates*, quum tam prope ſe ſe in ipſis Alpibus Cottiis offerat locus priſtino nomini reſpondens. In eâdem Sapaudiâ non quæreremm MEDVLLOS, qui iidem ſunt cum Strabonis (ſ) Παδιοὶοι, & Μεδιόλοι, in Caſtro *Miolans*, aut cum aliis in Delphinatu in Caſtro *Meüillon*, ſive *Medullionis*. Caſtrum *Miolans*, quod olim dictum fuit de *Melanis*, ſitum eſt in Fuciniaco pago ultra Cameriacum; atque adeo Allobrogum olim in agro erat, inter quos, & Cottias Alpes intercedebant Centrones, Alpium Grajarum gens, uti ſæpius monui. Neque minus aberrant de Caſtro Medullione, quod eſt inter Vocontios, & Tricaſtinos, atque a Cottii præfectura longe abeſt, quæ numquam Vocontiorum tractum delibavit.

In proximioribus Ebreduno, & Brigantio locis reperiuntur veſtigia Populorum etiam quorumdam Cottiani monumenti. TEBAVII nomen deciſſe videntur Vico *Ubaye*, ADANATes, qui Plinio ſunt *Edenates*, urbeculæ *Seyne*, quam in antiquis chartis *Sedenam* nuncupatam novimus. Qui longiùs has ſedes quæſierunt, nimiam ſane Cottiis Alpibus amplitudinem tribuerunt, hoc ſolo argumento impulſi, quod extinctо Rege Cottio ditionem reliquerit, quæ ſaris ampla foret, ut ex eâ provincia Romana fieret a Nerone; uti teſtatum reliquit Suetonius (t). Parvam tamen hanc fuiſſe provinciam colligere poterant ex eo, quod ipſius Præfectus neque Proconſul, neque Legatus Proprætore fuit, ſed Procurator eam adminiſtrabat: ejuſque rei teſtes ſunt Inſcriptiones veteres Gruterianæ (u) Theſauri. Obſervandum præterea, Alpes Cottias non diu ſolas provinciam peculiarem conſtituiſſe, eaſque conjunctas eſſe Alpibus maritimis, ut a communi Præſide regerentur; idque præſertim oſtendit versus ille Lapis Sponii (x) ſupra relatus, ubi Procurator, & Præſes maritimarum Alpium monumentum poni curavit in Caturigum Civitate, quæ certe Alpium Cottiarum fuit. Quumque minores eſſent Cottiæ Alpes maritimis, paullatim in eorum nomen conceſſerunt, & ambæ ſolâ maritimarum Alpium voce deſignantur in Notitia utriuſque Imperii, & in Notitiis Eccleſiaſticis, quandoquidem ex quo una ex ambabus facta erat provincia, maritimarum Alpium Metropolis evaſit Ebredunum, Alpium Cot-

(g) Moſſejus, Antiquit. Gall. Select. pag. 18.
(h) Sponius, Miſcellan. pag. 161.
(i) Ptolemæus, Lib. III. Cap. 1.
(k) Cæſar, Bell. Gallic. Lib. I. Cap. 10.
(l) Cluverius, Ital. Antiqu. pag. 92.
(m) Apud Labbæum, Biblioth. MSS. Tom. I. pag. 354.
(n) Vide, prob. juriſd. Delphin. ſup. princip. Arauſ. edition. Gratianopol. 1715.
(o) Strabo, Lib. IV. pag. 270.
(p) Tabul. Peutingerian. Segment. 1. 2.
(q) Itinerar. Antonin. pag. 356. & ſeq. edition. Veſſeling.
(r) Valeſ. Notit. Gall. pag. 118.
(ſ) Strabo, Lib. IV. pag. 282. & 312.
(t) Sveton. in Neron. Cap. 18.
(u) Gruter. pag. CCCCXCIII. num. 7. & CCCCIII. num. 5.
(x) Spon. Miſcell. pag. 162.

Cottiarum Civitas. Contrario errore peccat Provincialis Historiæ Scriptor non indiligens Honoratus Bouche (y), & Cottiani regni limites nimis angustos assignat, propter male intellectam Pliniani cujusdam loci clausulam. Refert Plinius (z) Inscriptionem trophæi in Alpibus Augusto positi hujusce modi:

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVST. PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIB. POT. XVII. S. P. Q. R. QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALPINAE OMNES QVAE A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT SVB IMPERIVM P. R. REDACTAE SVNT TRIVMPILINI CAMVNI VENNOTES VENNONOTES ISARCI BREVORI NAVNEI FOCVNATES VINDELICORVM GENTES QVATVOR CONTVANETES VIRVCINATES SICATES CATENATES ABISENTES RVGVSCI SVANETES COLLVCONES BRIXENTES LEPONTII VIBERI NANTVATES SEDVNI VERAGRI SALASTI ACITARONES MEDVLLI VCENI CATVRIGES BRIGIANI SONTIONTII EBRODVNTII NEMOLANI EDENATES EBVSIANI VEAMINI GALLICAE TRIVLLATI ECTINI VERGVNNI EQVITVRI NEMENTVRI ORATELLI NERVSII VELAVNI SVETRI.

Hæc Populorum nomina, quibus addit Plinius: *non sunt adjectæ Cottianæ Civitates XII. quæ non fuerunt hostiles; item attributæ Municipiis Lege Pompejâ*. Postrema hæc verba, quasi inscriptionis partem retulit Honoratus Bouche, eaque ita interpretatur, quasi Cottius duodecim tantùm Civitatibus imperasset; quumque nulla ex Cottianis hostilis fuisset, ne unam quidem earum, quæ in Pliniana Inscriptione referuntur, ad Cottium spectasse contendit, quin & Cottianas Municipiis Lege Pompejâ attributas hariolatur.

Locum non aliter accepisse videtur Plinii Commentator Harduinus. Alius Vir doctissimus (a) miratur, quorsum in Arcu a Cottio erecto nominentur quædam e Civitatibus in trophæo Pliniano nominatis, *quum idem Auctor Cottianas Civitates ibi nequaquam adjectas fuisse diserte admoneat*. Sed minime dicit Plinius, Cottium compotem tantùm fuisse Civitatum duodecim, aut negat, ullam ex Cottianis fuisse hostilem. Is enim est sententiæ Plinii (cujus verba sunt, non Inscriptionis pars, ut falsò sibi persuasit Bouche) sentus, Trophæo alpino non adjecta esse nomina duodecim Civitatum Cottiarum, quæ non fuerant hostiles; minime quia duodecim tantùm in Cottii ditione essent, quandoquidem & quatuordecim in Arcu Segusino recensentur, & alias præterea sub eo Præfecto exstitisse ibi innuitur; aut quia nulla ex Cottianis hostilis fuerit, quum in Trophæo Pliniano nominatæ, omnes fuerint hostiles, & in his reperiantur *Medulli*, *Caturiges*, *Edenates*, seu potius *Adanates*, *Ebusiani*, sive *Esubiani*, *Veamini*, *Ectini*, vel *Egdini*, quos tamquam Cottio subjectos item retulit Arcus Segusini Inscriptio: tum etiam Ebroduntii, quos aliunde constat Cottianæ fuisse Præfecturæ. Plures igitur quàm duodecim Civitates Cottio parebant, & quædam ex Cottianis fuere hostiles, sed Inscriptioni trophæi alpini nequaquam adjectæ sunt, eæ duodecim ex Cottianis, quæ hostiles non fuerant. Illæ etiam distingui debuerunt ab his, quas Lex Pompeja attribuit Municipiis, Galliæ scilicet Cisalpinæ. Non enim ad hanc pertinebant Alpinæ gentes, quando lata est Lex Pompeja. Reliquas gentes Cottianas expendere consulto prætermisi, quum inanibus conjecturis indulgere non sit animus, earumque situm alius fortassis locorum peritior indicabit, quum alius alio plura invenire possit, nemo omnia. Attamen, ut accuratius intelligatur, quid sentiam de Alpium Cottiarum finibus, eas ab ortu ad occasum patuisse puto a loco, quem vetera Itineraria vocant *ad fines*, inter Taurinos, & Segusinos sito, sextodecimo, aut decimoctavo ab Augustâ Taurinorum milliario, ad *Romanchiam* amnem, aut ad *Catoriassium*, extremum Caturigum oppidum. Ab Austro verò ad Septemtrionem porrigebantur inter maritimas Alpes, & Grajas. Ultimi ad maritimas ex Cottianis erant *Sedenates*, & *Tabavii*, quos *Seyne*, & *Ubaye* esse subnotavi; ad Grajas, Caturigum latus Septemtrionale, & *Medulli* Centronibus contermini. Et hæc sane finium assignatio paulò accuratior videtur Cluverianâ (b), faciliusque ad Tabulas recentiores accommodabitur. Ceterum, ut illuc redeat, unde aberravit oratio, minime mihi videtur, Cæsarem, quum ab Ocelo in Galliam ulteriùs pergeret, usum esse viâ illâ breviore in Peutingerianâ Tabulâ descriptâ, quæ Brigantio rectâ Culoronem ducebat. Ipse (c) enim testatur, se per Vocontiorum fines ad Allobroges pervenisse septimo die. Atqui per compendium nequaquam illi attingendi erant Vocontiorum fines, soli Caturigum, & Garocelorum agri pertransfundi, illique itineri dies multò pauciores insumendi. Non itaque rectâ a Taurinis iter fecit ad Allobroges, sed, ubi ad Brigantium pervenit, flexit iter ad finistram, & per Ebredunum, Caturigomagum, & Vapincum venit ad Montem Seleucum, perque reliquum Vocontiorum agrum, tamdem ultra Valentiam transmisso Isarâ Allobroges attigit, septimo, postquam ab Ocelo digressus fuerat, die.

CAPUT III.

Cularonis pars citra Isaram.

Hactenus Cularonem Allobrogibus vindicare conatus sum, & Populorum prope eam degentium situs investigare. Licèt autem antiquissimis temporibus totam hanc Civitatem in tractu Allobrogico stetisse pertenderim, & in dextra Isaræ ripa: nihilominus eam augeri paulatim, & eam partem, quæ nunc Urbs proprie vocatur, atque cis Isaram sita est, ædificari cœpisse, inficias non iverim. Tum liberi, suique juris erant Allobroges, Garoceli, & Vocontii, tunc exigua, & tota ultra Isaram stare potuit. Sed quum iis Romanorum jugum subiissent, ejusdemque facti essent provinciæ, tunc sublato fere omni inter conterminas gentes discrimine, villis primum, ac deinde contiguis ædibus frequentari incœpit citerior Isaræ ripa. Et sane vil'as, rusticaque ædificia ibi primum exstructa subindicat vetus Lapis in finisteriore amnis latere effossus (d), dum repurgarentur fundamenta Armamentarii: Cujus inscriptionem huic sito:

Num. V.

D M
FRONTONIS
ACTORIS HVIVS
LOCI MATERNA
CONIVGI KARISSIMO
RILVSA PATRI DVL
CISSIMO FACIEN
DVM CVRAVIT
ET EVDREPITES
FILIVS PARENTI
OPTIMO SVB ASCIA

De

(y) Bouch. Hist. Provinc. Tom. I. pag. 97. 98. & seqq.
(z) Plin. Lib. III. Cap. 20.
(a) Masseus, Select. Gall. Antiqua. pag. 19.

(b) Vide Cluver. Itiner. Antonin. pag. 91.
(c) Cæsar de Bell. Gall. Lib. I. Cap. 10.
(d) Confer Allardum pag. 6. & Gudium CCLXXIII. 5.

De *Actoribus* (e) omnia trita, aliiſque occupata. Sed in rem meam eſt obſervari, proprie *Actores Locorum* dictos eſſe prædiorum ruſticorum *Saltuum*. Eo ſenſu accipiuntur in Lege quadam Conſtantini Auguſti (f), & in Novella Theodoſii, & Valentiniani Auguſtorum (g): iidemque penitus ſunt cum *Villicis locis*, quorum mentio in Gruteriana Inſcriptione (h); quos etiam *Villarum Procuratores* vocavit poſterior ætas (i). Villa igitur erat ædificata in loco, ubi e terræ penetralibus in lucem protractus eſt iſte Lapis, illiuſque *Actor* erat *Fronto*. At quum locus ille eſſet juxta Iſaram in ripa adverſa Vico Sanlaurentiano, ubi quondam fuit vetus Cularo, inde omnino verifimile apparet, hanc Civitatis partem Villis primum frequentari cœptam. Poſtquam autem ſitûs commoditas eo plures ad inhabitandum abduxit, eaque pars cum altera in unam Civitatem coaluit, tunc ampliato Urbis ambitu, mœnibus quoque novis munita eſt, quod optime demonſtrat Inſcriptio (k), jam multoties edita, quæ olim reperta eſt in Epiſcopi ædibus, quâ ex Italia venientibus introitus in Urbem erat:

Num. VI.

DD. NN. IMP. CAES. GAIVS. AVREL. VALERIVS. DIOCLETIANVS
P. F. INVICTVS. AVGVSTVS. ET. IMP. CAES. MARCVS. AVRELIVS
VALERIVS. MAXIMIANVS. P. F. INVICTVS. AVGVSTVS. MVRIS
CVLARONENSIBVS. CVM. INTERIORIBVS. AEDIFICIIS. PROVIDENTIA
SVA. INSTITVTIS. ADQVE. PERFECTIS. PORTAM. ROMANAM
IOVIAM. VOCARI. IVSSERVNT

Altera verò Inſcriptio (l) pæne ſimilis reperta eſt in ruinis Portæ, quâ Viennam itur:

Num. VII.

DD. NN. IMP. CAES. GAIVS. AVREL. VALERIVS. DIOCLETIANVS
P. F. INVICTVS. AVG. ET. IMP. CAES. MARCVS. AVREL. VALERIVS. MA
XIMIANVS. P. F. INVICTVS. AVG. MVRIS. CVLARONENSIBVS
CVM. INTERIORIBVS. AEDIFICIIS. PROVIDENTIA. SVA. INSTITVTIS. ADQVE
PERFECTIS. PORTAM. VIENNENSEM. HERCVLEAM. VOCARI. IVSSERVNT.

Inſcriptionum harum *ſpectatum*, licèt hodie non ſuperſint, ſuſpectam nemo habuerit, qui eas jam a ducentis annis ſciverit a Viris doctis diligenter, & ſummâ fide deſcriptas, antequam inter bellorum civilium tumultus, reficiendis propugnaculis eſſent adhibitæ. Neque eas falſi ſuſpicione aſpetgere debet Fabretti (m) dictetium, *quo municipales lapides ſpongiâ leviores eſſe* ait. Illud enim non cadit in Cularonenſem Inſcriptionem ibi ab eo relatam, ſed potius in Puteolanam ex noſtra confictam a docto Viro contorquetur. A Diocletiano itaque, & Maximiano Auguſtis muri Cularonenſes tum ultra, tum cis Iſaram inſtituti perfectique ſunt. Alter verò Auguſtorum Portam, Viennam versùs, *Herculeam*, alius Portam, quæ Româ venientibus patebat, *Joviam* nuncupari voluerunt, quum prior *Jovii*, Maximianus *Herculii* cognomina affectareut. Ita demum coaluit, communique pomœrio circumſcripta eſt cis, & ultra Iſaram Culato.

Nondum Sæculum effluxerat, quando nomen mutavit, & *Gratianopolis* vocari maluit a Gratiano Auguſto, ſeu quod præſens eam exornaverit, aut abſens affecerit beneficiis adeo ingentibus, ut benefactoris nomen aſſumere voluerit, teſtandi grati animi cauſſâ. Primùm ſane *Gratianopolis* nomen occurrit in Concilio Aquilejenſi congregato, Anno Chriſti 381. imperante Gratiano, cui ſubſcripſit Domnus Epiſcopus Gratianopolitanus. At quo demum Anno facta fuerit hæc nominis mutatio, non minus in obſcuro latet, quàm tempus, quo Gratianus Cularonem accedere potuerit. Certe Anno 379. quum ex Illyrico tepedaret ad Gallias, Theodoſio ſeniore in conſortium Imperii adſcito XIV. Kalendas Februarii, itet habuit per Venetiam, Liguriam, Galliam veterem, Rhætiam, & Sequanos. Ita Auſonius (n): *Tu, Gratiane, tot Romani Imperii limites, tot flumina, & lacus, tot veterum interſepta regionum ab uſque Thracia per totum, quàm longus eſt, locum Illyrici, Venetiam, Liguriamque, & Galliam veterem, inſuperabilia Rhætiæ, Rheni accolas, Sequanorum invia, porrecta Germaniæ, celeriore tranſcurſu, quàm eſt properatio noſtri ſermonis, evolvit nullâ requie otii, ne cibi quidem, aut ſomni munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illuſtres, ut Conſulem tuum, quamvis deſideratus, anticipes.* Gratiani ex Illyrico Treviros redeuntis itinerarium texuerunt Gothofredus, & Pagius (o) ex ſubſcriptione legum Codicis Theodoſiani. Conſtat enim ex illis, eum Sirmio Aquilejam veniſſe, indeque per Venetiam Mediolanum in Liguria; ac Treviris fuiſſe ante diem XVIII. Kalendas Octobris; peragratâ, ut ait Auſonius, vetere Gallia, ſeu Ciſalpina, Rhætiam adiit, ſeu per Rhætias Alpes iter habuit. Tunc fortaſſe Viennenſis provinciæ Civitates legatos ad eum miſerunt, quum non procul ab ejus provinciæ finibus abeſſet, & inter eas Cularo, quæ beneficiis acceptis, aut privilegiis inrogatis, præterea ab Imperatore petiit, ut ei in poſterum *Gratiani* nomine gloriari licetet. Nulla ſane hactenus reperta ſunt hujus nominis mutationis veſtigia; immo nuſquam occurrit Gratiani memoria in monumentis Gratianopoli eruderatis. Tantùm vindicatæ ejus cædis exſtitit olim monumentum in Vico *Moirans*, quartodecimo a Gratianopoli milliario, ubi quondam, teſte Salvaguio, (p) & aliis, legebatur in vetuſto lapide:

DIVO. GRATIANO
TYRANNIDE. VINDICATA
THEODOSIVS. ET. VALENTINIANVS
AVGG. EX. VOTO. P.

Labentibus Imperii rebus impoſitum eſt Cularoni præſidium, eique deputata Cohors Prima Flavia in Notitia utriuſque Imperii (q). Legitur inter præpoſituras Magiſtri Militum præſentalium a parte peditum in Italia, in provincia Gallia Riparenſi *Tribunus Cohortis Primæ Flaviæ Sapaudiæ Culatone*, ubi legere nos jubet Hadria-

(e) Vide Reineſium, Claſſ. XI. 65.
(f) L. 6. Cod. Theod. de Decurion.
(g) Novel. Theodoſ. Tit. XLI. 1.
(h) Gruter. pag. XLIV. num. 3.
(i) Flodoard. Hiſt. Eccleſ. Rem. Lib. II. Cap. 3. &c.
(k) Gruter. pag. CLXVII. num. 1.
(l) Idem, pag. eâdem, num. 2.
(m) Fabrett. de emiſſ. fuc. pag. 405. 406.
(n) Auſonius, Grat. Act. Cap. 37.
(o) Pagius, Critic. Baron. ad An. 374. num. 2.
(p) Sponius, Miſcellan. pag. 276.
(q) Notitia Imperii, Sectio. LXV.

drianus Valesius (r), *Tribunus Cohortis Primæ Flaviæ Sparsidiæ Cularone*. Ego verò Cohortem Primam Flaviam *Sapaudicam* dictam frustra quæsivi. Memorat laudata Notitia (s) inter Legiones Comitatenses *primam Flaviam Pacis*, ita a *Pace-Augusti* Hispaniæ Civitate nuncupatam; & inter pseudo-Comitatenses *Primam Flaviam Gallicanam Constantiam*, cujus castra erant *Constantiæ*, hodie *Coutances* sub dispositione V. Sp. Ducis tractus Armoricani, & Nervicani. Meminere veteres Inscriptiones (t) *Cohortis Primæ Flaviæ*, *Cohortis Primæ Flaviæ Britannicæ*, *Cohortis Primæ Flaviæ Urbanæ*. De prima Flavia *Sapaudica* altum ubique silentium. Malim igitur hæc agnoscere *primæ scenæ*, aut saltem legerem, uti alibi eidem Valesio placuit (u), *Tribunus Cohortis Primæ Flaviæ Cularone Sapaudiæ*. Si quis verò quæsierit, qua de caussa præsidio Cularoni Cohors fuerit imposita, eum meminisse velim, ante- B ætatem Constantini Magni, copias omnes Romanas stetisse in limitibus Imperii, ad eos contra circumstantium Barbarorum impetus tuendos, neque ullæ erant copiæ in provinciarum meditullio. Sed Constantinus magno, & rei militaris, & Reipublicæ damno duplicem commentus est militiam, limitaneam, seu Riparensem, & Palatinam, aut Comitatensem. Tum legionibus bene multis, cohortibusque stativa assignavit in ipsismet provinciis, & in Italia. Præsertim verò *Cularone* stare debuit Cohors præsidiaria, quo tempore scripta est Notitia Imperii, quandoquidem Gallias jam pervaserant Barbari ab Anno Christi 407. testibus Orosio (x), Divo Hieronymo (y), & Gregorio Turonensi (z): & unica spes erat in iis a majorum amnium, qualis est Isara, transitu prohibendis, reposita. Dum adhuc recens foret nominis *Cularonis* in Gratianopolim C mutatio, plerique, ut fieri amat, antiquam nomenclaturam retinuere. Ita, uti mox vidimus, *Cularonem* vocat Notitia Imperii, non secus ac Tabula Peutingeriana (a) post extinctum Gratianum exarata, & sic etiam Geographus Ravennas (b), quem Septimo Æræ Christianæ Sæculo scripsisse ferunt. Divo verò Augustino (c) *Gratianopolis* in Libris de Civitate Dei, quos absolvit, & emisit Anno Ch. 428. Ejus meminit eodem nomine Leo Papa, Epistolâ ad Episcopos Galliæ scriptâ Anno 445. Tum Apollinaris Sidonius (d), qui non ita multo post scripsit ad Placidum Civem Gratianopolitanum. In antiquissima Notitia provinciarum, & Civitatum Galliæ, quæ Honorii ævo doctis omnibus exarata videtur (e), occurrit *Civitas Gratianopolitana*. Denique in recentioribus Notitiis Ecclesiasticis, vulgatis ad calcem Geographiæ factæ (f) Caroli a Sancto Paulo, inter suffraganeos Archiepiscopi Viennensis semper est *Gratianopolitanus*; & omnino obliteratum remansit *Cularonis* nomen, iis solummodo notum, qui excitandis rerum antiquarum, & summâ caligine mersarum memoriis delectantur, solaque in vulgi ore supereſt *Gratianopolis*.

CAPUT IV.

Cularo Municipium.

PErtractatis iis, quæ ad antiquum *Cularonis* situm, atque nominis mutationem spectant, indagandus nunc mihi est civilis hujus Urbis status, dum Romanis paruit. Etsi enim modicam ei amplitudinem assignaverim, minime tamen Pagum eam, aut Vicum fuisse inde sequitur, aut saltem in humili adeo conditione perstitisse: sed Municipium evasisse probabilibus argumentis educam ex nonnullis Monumentis superstitibus, quo- A rum-ve memoriam servavit avorum erga patriam pia fedulitas. Municipiorum, & Coloniarum indicium latis solemne est Decurionum, Duum virorum, Quinquennalium, similiumque Magistratuum hominum Civitatibus peculiare, mentio in literaris Lapidibus. Erat enim in Coloniis, Municipiisque minor quidam Senatus ad instar Romani lectus, quem *Ordinem* vocabant, & *Curiam*. Senatores verò, ex quibus *Ordo* constabat, *Decuriones* vocatos fuisse, nemo nescit (g). *Ordini* præerant Magistratus duo, Consulibus non dissimiles, qui Togâ præsertim utebantur, & binos Lictores habebant præeuntes cum fascibus, aut bacillis. *Duum-viri* vocabantur. Sed hoc non ita fuit perpetuum, quin in aliquibus Coloniis, Municipiisque, immo quandoque in iisdem *Quatuor-viri* crearentur. Hi sicut Consules Romæ ad Senatum, ita in sua quique Civitate ad *Curiam* de singulis rebus referebant, atque etiam, ut Consules, sic & Duum-viri annui erant. Quod aperte demonstrat Lex Constantini Augusti (h), qua jubet, eos, qui ad Magistratum nominati aufugerint, *si postea reperti fuerint, biennio integro omera Duum-viratus cogantur agnoscere*. At de Duum-viris omnia occuparunt Viri doctissimi Onuphrius Panvinius, Guido Pancirolus (i), Chimentellus (k), Norisius, aliique, quorum Libros quilibet non sine operæ pretio perleget. Secundo loco fuisse videntur alii *Duum-viri*, & nonnumquam *Quatuor-viri*, quibus jurisdicundi munus incumbebat, quique creati videntur ad instar Prætorum, quorum unus jus inter Cives, alter inter Cives, & peregrinos dicebat. Hos plerique cum *Duum-viris* absolute dictis miscuerunt, & inter hos eruditissimus Philippus a Turre (l), quod universim dictum falsissimum esse evincunt Epigrammata antiqua bene multa. In quodam (m) reperto Mirabellæ, octavo a Benevento lapide, *C. Quintius Bassus* dicitur II. VIR. AEDIL. II. VIR. IVR. DIC. Pariter in Nolano Marmore (n) est *Ti. Claudius Bitus* QV. II. VIR. AED. II. VIR. I. D. II. VIR. QVINQ. Idemque debet esse judicium de Coloniis, & Municipiis, ubi primum locum tenebant inter Magistratus *Quatuor-viri*; diversi enim erant ab his *Quatuor-viri juri dicundo*, uti palam testatur Inscriptio Nepesina a Donio (o) relata, in qua *Cn. Cornelius Fronto Nepesinus* dicitur IIII. VIR. AEDIL. Q. Q IIII. VIR. I. D. Quamvis autem insumma convenirent inter omnes Colonias, & Municipia, non ea tamen fuit conformitas, ut omnium iidem fuerint omnino Magistratus, & unumquodque oppidum Municipi jure donatum, aut Colonia habuerit omnis generis Magistratus, quot in universum Municipiis Coloniisve peculiares fuisse novimus. In quibusdam, ut modò probatum ivi, diversi erant *Duum-viri*, aut *Quatuor-viri* absolute dicti, atque pro primariis Magistratibus accepti a *Duum-viris*, & *Quatuor-viris juri dicundo*. In alis verò unus idemque Magistratus *Ordini* præerat, & jus reddebat; quod ita constitutum. Tergeste docet eximium Decretum (p) Curiæ Tergestinæ, cui præscribuntur nomina Duum-virorum Juri dicundo, quibus referentibus Decretum est conditum:

Municipalium Magistratuum jurisdictio, Municipii, ejusque *territorii* limitibus continebatur; at vice versa *territorium*, sive regionem eo usque intelligebant, quo Magistratus Municipalis jurisdictio porrigeretur. *Regiones* (inquit Siculus Flaccus (q) *dicimus, intra quarum fines singularum Colonarum, aut Municipiorum Magistratibus jus dicendi, coercendique est libera potestas*. Neque E intra hos fines omnimodam jurisdictionem exercebant. *Ea enim, quæ magis imperii sunt, quam potestatis, Magistratum Municipalem facere non posse*, scribit Paulus

(r) Valesius, Notit. Galliar. pag. 164.
(s) Notit. Imper. Sect. XXXVIII. & LXI.
(t) Gruterus pag. DLXIII. nu. 8. CIII. num. 13. & DXXXIX. num. 8.
(u) Vales. Not. Gall. pag. 503.
(x) Oros. Lib. VII.
(y) Hieronym. Epist. ad Agerunt.
(z) Gregor. Turonens. Lib. II. Cap. 9.
(a) Tab. Peutinger. Segment. 2.
(b) Geograph. Ravenn. Lib. IV. num. 27.
(c) Augustin. de Civ. Dei Lib. XXI. Cap. 7.
(d) Sidon. Apollin. Lib. III. Epist. 14.
(e) Apud Sirmond. Tom. I. Concil. Gall.

(f) Vide Notit. post Geograph. Sacr. pag. 65. & 82.
(g) Confer Onuphr. Ant. Ver. Lib. II. Cap. 12. & Notit. Cenotaph. Pisan. Dissertat. I. Cap. 3.
(h) L. 16. Cod. Theodos. de Decurion.
(i) Pancirol. de Mag. Mun. Cap. 8.
(k) Chimentell. de Hon. Bis. Cap. 4. 5.
(l) Philipp. a Turre, Dissert. de Colon. For. Jul. pag. 149.
(m) Gruterus, pag. CCCCLXII. num. 2.
(n) Reinesius, Class. II. 18.
(o) Donius, Class. V. 43.
(p) Gruterus, pag. CCCCVIII. num. 1.
(q) Sicul. Flacc. p. 1. ed. Goez.

lus (r). Jus usque ad certam pecuniæ summam dicere poterant, teste eodem Jurisconsulto (s), nequaquam verò jurisdictionem suam pœnali judicio defendere, sicut alii Magistratus, juxta Ulpianum (t). Habebant tamen (u) legis actionem, pignoris captionem, & in servos castigationem, sed modicam, quum de iis supplicium capere non possent. Jus etiam illis fuit coërcendi, & prehendendi liberos, & Cives, non tamen puniendi. Delinquentes enim comprehendi, & in vincula mitti jubebant, sed eos postea ad Rectorem provinciæ remittere tenebantur, ut ab illo torquerentur, &, si res ita ferret, extremo afficerentur supplicio. Innumera nobis hujusce moris exempla suppeditant Acta Sanctorum. Martyrum, quæ ex Actis Municipalibus, & Proconsularibus excerpta sunt. In Civitate Tiburensi quum Magistratus Curator Felicem Episcopum ter ad se perduci jussisset per Officialem, neque eum minis cogere potuisset, ut sanctas Scripturas traderet (x), *ibis ergo*, inquit, *ad Proconsulem, & ibi rationem reddes*. Quum eadem seviret procella *in Civitate Abitinensi* (y), *in domo Octavi Felicis, quum bellica caneret tuba, Dominica signa gloriosi Martyres erexerunt. Ibique celebrantes ex more Dominicum a COLONIAE MAGISTRATIBUS, atque ab ipso stationario milite apprehenduntur &c. qui apprehensi producebantur alacres ad forum*. Et paulo post legitur, eos ab ea Colonia Carthaginem missos fuisse ad Anulinum Proconsulem. Jure igitur communi usi sunt Magistratus Philippenses (nam Philippi in Macedoniâ Colonia Romana erant) quum Divum Paulum, & Timotheum in vincula duci jusserunt. At quum jurisdictionis modum excessissent, eos virgis cædentes qui Cives Romani erant (z), *timuerunt audito, quod Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, ut egrederentur ex Urbe*. Qui ad forum, aut tribunal Magistratus Municipalis sistebantur, *in jure sisti* dici poterant. Ita enim in Actis purgationis Felicis Episcopi Aptungitani exstat (a). *Volusiano, & Amiano Consulibus, XIV. Kalendas Septembris, in jure apud Aurelium Didymum Spectabilem Sacerdotem Jovis optimi maximi, Duum-virum splendidæ Coloniæ Carthaginiensium* &c. Habebant denique Municipales Tutoris dationem: tum ubi de damno infecto agebatur, solitum esse Prætorem, aut Præsidem eis mandare cautionem, & possessionem, videas in verbis Ulpiani (b), unde lux fiet rescripto cuidam Claudii Quartini ad Duum-viros Pompejopolenses, ex lamina ærea edito ab Ojenharto, & Sponio (c).

Tertium in Colonis, Municipiisque locum affingabimus *Quinquennalibus*. Hoc nomine vulgo dicti sunt Collegiorum, Corporumque licite coëuntium Magistri: & in variis Marmoribus se se offerunt (d) *Quinquennales Collegii Fabrûm Ostiensium, Quinquennales Corporis Negotiantium Malacitanorum, Quinquennales Corporatorum ad amplissimum Templum*. Iidemque primi nuncupantur in Tabella (e) Ordinis Corporatorum Lenunculariorum, Tabulariorum, Auxiliarium Ostiensium. Erit *Quinquennalis* Collegii Tibicinum in Reinesiana Inscriptione (f). Item *Quinquennalis* Collegii Fabrûm. Tignariorum, & *Quinquennalis* Collegii omnium Fabrûm in Donianis (g). Per *Quinquennia*, five *Lustra* Magistros sibi creabant Collegiati, aut Corporati, ut videre est in Romano Marmore apud Gruterum (h), & apud eum reperies Magistros Quinquennales Lustri II. Lustri XIII. Lustri XXV. Lustri XXVII. Iidem penitus sunt, ubi de Collegiorum, & Corporum Præpositis agitur, Magistri, & Quinquennales. Sed diversi omnino fuere Coloniarum, & Municipiorum Quinquennales; Magistratus scilicet, qui Lustro quolibet creabantur, sicut Romæ Censores, Censorumque munere fungebantur in suis Civitatibus: quod erudite monstravit Cardinalis Norisius (i), cujus vestigia pressit Episcopus Hadrianensis (k). Quinquennalibus præibant lictores curules fascibus; quumque Romæ Censores eligerentur ex his, qui summos in Republica honores gesserant, ad Quinquennalitatem in ceteris Civitatibus evehebantur, qui honorum Municipalium gradus emensi fuerant. Apulejus (l) de Domino suo Thyasio: *gradatim permensis honoribus Quinquennalis Magistratus fuerat destinatus. Et, ut splendori expescendorum respondere fascium, munus Gladiatorium triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat*. Ex hoc Apulejî loco putarunt Viri docti, Thyasium tunc adeptum fuisse summum patriæ suæ Magistratum, quum *Quinquennalis* factus est. Sed animum advertere debuerant adeæ, quæ de sorte, & patria Thyasi scripserat in his. *Sed prius est, ut vobis, quod intidio facere debueram, vel nunc saltem referam; quis iste, vel unde fuerit Thyasus. Hoc enim nomine nuncupabatur Dominus. Oriundus patriâ Corinthe, quod caput est totius Achajæ provinciæ. Ut ejus prosapia, atque dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus Quinquennalis Magistratus fuerat destinatus*. Corinthius ergo fuit ex Auctoris mente Thyasius. At Corinthi primarii Magistratus fuere non Quinquennalis, sed Duum-viri, ut videre est in Nummis hujus Coloniæ percussis in honorem Julii Cæsaris (cujus jussu, & auspiciis deducta fuerat) Marci Antonii, Augusti, Tiberii, Claudii, Agrippinæ, Octaviæ, Neronis, quos referunt Harduinus (m), & Vaillantius. Non tamen nec Iure, nec Statute duo Numismata Coloniæ Corinthi, Marci Antonii unum, alterum Augusti, quæ aliquantulum refragari videntur, quum in prioris postica legatur in quercea corona (n): P. AEBVTIO. C. IVL. HERAC. II. VIR. QVINQ. ITER. In altero eit circum caput Augusti CORINT. AVGVSTVS In postica pariter in quercea corona P. AEBVTIO. C. IVLIO. HERAC. II. VIR. QVINQ. ITER. Sed valde vereor, ne duplicem ex unico nummum excuderit Vaillantius. Nam iidem sunt in utroque *Duum-viri Quinquennales*. Vivente Antonio minime Cæsar Divi filius *Augustus* vocatus fuit; sed quum detrita sorte epigraphe prioris nummi, nomen Augusti Vaillantii oculis se subduxisset, Antonii caput videre sibi visus est. Etenim si vivente Antonio *Duum-viri Quinquennales* iterum fuissent *Publius Æbutius*, & *Cajus Julius Heraclides*, eumdem Magistratum *Tertium* adepti fuissent, quando Cæsari *Augusti* nomen obtigit. Neque rectius interpretatus est idem celeberrimus Antiquitatis Numismatiæ vindex alium Nummum Neronis (o), in quo circa caput legitur: NERO. CAE. GER. AVG. ab aversâ: COR. TI. CLAVDIO. II. VIR. Q. ADV. AVG. idcirco, interprete Vaillantio: *Corinthi, Tiberio Claudio Duumviro Quinquennali, Adventus Augusti*. Et ubicumque occurrit post vocem II. VIR. litera Q. eam pro *Quinquennalis*, vel *Quinquennalium* notâ accipit (p), veluti in Nummis Novæ Carthaginis, Illicis &c. Refragantur tamen alii Nummi, & Inscriptiones veteres, in quibus Quinquennales designantur, aut dimidiatâ voce QVINQ. aut duplici Q.Q.I. Unicum verò Q. Quæstores notare solitum est, in Coloniis Duum-viri erant Magistratus *trimalis*, ideoque eorum nomina Nummis adscribebantur. Quæstores pecuniam publicam tractabant, & Monetariæ rei præerant. Quapropter in allato Numismate Neronis leg. CORinthi TI. CLAVDIO. II. VIRo *Quæstores*. ADVentui. AVGusti. Testatum, scilicet voluere, Quæstores Chorintios nummum hunc cudi curavisse Adventui Neronis in Græcium Tiberio Clau-

(r) L. 26. D. ad Mun. & de inc.
(s) Paul. Sent. V. 3. §. 1.
(t) L. 1. D. Si quis jus dicat &c.
(u) L. 12. D. de Jurisdict.
(x) Ruinart. Act. Sincer. pag. 313.
(y) Ibidem pag. 335. seqq.
(z) Act. Apostolor. Cap. XVI. 38. 39.
(a) Apud Baluzium, Miscellan. Tom. II. pag. 82. 83.
(b) L. 4. §. 1. D. de Damn. inferend.
(c) Sponius, Miscellan. pag. 278.
(d) Gruter. pag. CCCLVIII. nu. 1. MLXXXII. 1c. & CXXVI.
(e) Ibidem, pag. MLXXVII.
(f) Reinesius, Class. I. 167.
(g) Donius, Class. IV. 47. Class. IX. 37.
(h) Gruterus, pag. CCCXXI. num. 2. CCCLX. 2. CCLII. 6. CCCLVIII. num. 1.
(i) Norisi. Cenotaph. Pisan. Differt. I. Cap. 5.
(k) Philipp. a Turre, de Col. Por. Jul. pag. 361. 362.
(l) Apulejus, Met. Lib. X. pag. 350.
(m) Harduin. Numm. Popul. & Urb. Opp. Select. pag. 44. & seqq.
(n) Vaillant. Num. Colon. Tom. I. pag. 5. & 30.
(o) Ibidem pag. 120.
(p) Pag. 27. 30. 37. 78. 103.

Claudio Duum-viro. Supereſt igitur unicus Corinthiorum nummus Auguſti, qui Duum-virorum Quinquennalium meminerit. Sed præterquamquod evenire potuit, ut aliquando Duum-viri *iterumque* contra morem, bis ad quinquennium electi ſint; ex Nummo ſingulari minime argui poteſt, Magiſtratum in eo ſignatum, primum in Civitate ſua locum tenuiſſe; alioquin dicendum etiam ſoret, Ædiles Curiæ Corinthiæ præfuiſſe, quum in altero (q) ſit L. CAN. AGRIPPA AED. Magiſtratus verè primarii ſunt, quos ſemper in Municipalibus Nummis ſignatos videmus, iique Corinthi fuere Duumviri. Stat ergo, quam Nurſius Apuleji verbis dedit, interpretatio, Quinquennalitatem ſcilicet in Coloniis, & Municipiis datam fuiſſe, ſicut Romæ Cenſuram, iis, qui ampliores in Civitate honores geſſiſſent, quamvis ipſi Cenſores minime ſupremi eſſent Magiſtratus. Quinquennalis Corinthi creatus Thyaſus Apulejanus Ludos, & Spectacula præbuit, quum in ingreſſu cujuſvis Magiſtratus, immo & Decurionatus (r) Munera ederentur, & tam in Collegiis, quàm in Coloniis liberalitates factas OB HONOREM QVINQVENNALITATIS videbis in Marmoribus antiquis (ſ).

Non inficior tamen fuiſſe nonnullas Colonias, ubi primarium locum occuparent Quinquennales. Id Canuſii factum eſſe demonſtrat Tabella Decurionum Canuſinorum a Fabretto (t) exhibita, & aliquando Vejis vetus Marmor apud Gruterum (u), in quo Annus non tantùm Conſulum nominibus inſignitur, ſed etiam Duum-virorum Quinquennalium. Quamvis enim una eſſet ſeries Curiarum Municipalium, & eadem Magiſtratuum poteſtas, eorum non fuit in omnibus idem nomen, aut idem numerus, quum ia aliis ordini præeſſent Duum-viri, in aliis Quatuor-viri, nonnumquam Quinquennales alibi Ædiles, aut Prætores, immo Dictator eſſet Lanuvii. Id verò afferuiſſe liceat, Duumviros, Duumviros juri dicundo, & Quinquennales fuiſſe peculiares Coloniarum, & Municipiorum Magiſtratus, atque inde argumentari, Municipium exſtitiſſe Cularonem, quandoquidem in hiſce antiquis Monumentis harum dignitatum memoria ſupereſt.

Num. VIII.

(x) T. C. H
SECVNDO
QQ. IIVIR

Num. IX.

(y) T. CASSIO
MANSVET
FLAMINI. VIRB (z)
SCRIB. AED
II. V. IVR. DIC.
CASSIA. MTIA
PATRVELI

Inter Municipalia munera locus fuit huic Sacerdotii generi, quod *Flaminium* dixere vetuſtiores, *Flaminatum* Inſcriptio Menorcæ in Hiſpania reperta (a): & *Flamonium* denique ætas poſterior; quod & Municipium proprium hiſce verbis ſignificare videtur Apollinaris Sidonius (b), inquiens: *Hi ſunt, qui invident tunicatis otia, ſtipendia paludatis, prædia provincialibus, FLAMONIA Municipibus, Arcariis ponderis* &c. Romæ Flamines, ut & majores Magiſtratus, Togâ prætextâ, & Sellâ curuli utebantur, teſte Livio (c). In Coloniis verò, & Municipiis quum Decuriones candidâ veſte, Duumviri prætextâ induti procederent, purpuream rullere Flamines. Pacatus (d) de Colonia Æmona in occurſum Theodoſii recente: *quid ego referam pro mœnibus ſuis feſtum liberæ nobilitatis occurſum, conſpicuos veſte nigra Senatores, reverendos Municipali purpurâ Flamines, inſignes apicibus Sacerdotes?* Item Minucius Felix (e) de Chriſtianis: *Templa, ut buſta deſpiciunt, Deos deſpuunt, vident ſacra, miſerentur miſeri, ſi fas eſt. Sacerdotum honores, & purpuras deſpiciunt ipſi ſeminudi.* Leges quamdam æqualitatem ſervare videntur, honorum, & immunitatum ratione, inter Duum-viros, & Flamines Municipales. Teſtantur (f) Imperatores Valentinianus, & Martianus Conſtantini Lege, tam *Flaminio* Municipali, quàm *Duum-viro* Senatori, Sacerdoti provinciæ, vel perfectiſſimo viro, prohibitum uxorem ducere ancillam, ancillæ filiam, libertam, libertæve filiam, etſi Civis Latina, aut Romana facta eſſet, ſcenicam, vel ſcenicæ filiam, tabernariam, vel tabernarii filiam, vel lenonis, aut arenarii filiam, aut quæ publice mercimoniis præfuiſſet, atque humilem, abjectamque perſonam. Aliâ quoque Lege idem Conſtantinus (g) vetuit, ne quis poſt *Flaminii* honorem Sacerdotii, vel poſt Magiſtratus decurſa inſignia, cogeretur fieri Præpoſitus Manſionum: & præterea juſſit (h), Sacerdotales, Flamineſque perpetuos, ac Duum-virales immunes eſſe ab Annonarum præpoſituris, & inferioribus muneribus. Ideo qui ſummis in patria Magiſtratibus defuncti fuerant, aliquid dignitatis, ſibi collato *Flaminio*, accedere putabant. Cenſorinus ita Quincto Cærellio, cui Librum de Die Natali inſcripſit (i): *tu tamen officiis municipalibus functus, honore Sacerdotii, in principibus tuæ Civitatis conſpicuus.* Quamvis autem ab inferioribus, & ſordidis muneribus immunes eſſent, honores tamen, & officia civilia unâcum Flaminio gerere poterant. Nam in Actis purgationis Felicis Epiſcopi Aptungenſis (k) coram Zenophilo Conſulari memoratur *Felix Flamen perpetuus, Curator Coloniæ Cirtenſis*. Triplex verò nobis Flaminum Municipalium genus produnt antiquæ Inſcriptiones. Alii Flamines fiebant, quoad vita maneret, & eos vocant *Flamines perpetuos* monumenta apud Gruterum (l) proſtantia, non ſecùs ac Conſtantini Lex ſupra laudata, & Acta Municipalia Cirtenſia. Alii Flamines creabantur tantùm ad Quinquennium, ob id *Flamines Quinquennales* dicti in vetuſtis Marmoribus (m), Icd minus frequentibus. Alii denique annui fuere ad inſtar Magiſtratuum; & hi ſunt, quos abſolute *Flamines* dictos toties legimus, pluſque ſimplici vice hoc Sacerdotio inſigniri poterant, quum occurrat in Inſcriptionibus (n) FLAMEN BIS, & FLAMEN II. Ad hoc munus electi, priuſquam inaugurarentur *Flamines Deſignati* dicebantur (o); ubi verò expleto tempore Sacerdotio exierunt, *Flaminales* (p).

Non defuere Cularoni ſui *Flamines*. Jam in ſuperiori Inſcriptione vidimus Flaminem VIRB *alem*, quem in duobus (q) tantùm monumentis Viri docti obſervaverant, quorum poſterius non aliud eſt a ſuperiori, ſed potius illius fragmentum, aut pars. Martis præterea Flaminem exhibet Lapis iſte, qui Gratianopoli exſtat adfixus angulo muri cujuſdam domus in extremâ aræâ, Granatâ dictâ, ab Annonæ nundinatione ibi fieri ſolitâ.

Num.

(q) Pag. 121.
(r) Confer Chimentel. de Honor. Biſt. Cap. 38.
(ſ) Gruter. pag. LI. num. 3. CLXXV. 8.
(t) Fabrett. Inſcript. pag. 598.
(u) Gruter. pag. CIII. num. 10.
(x) Allard. pag. 8.
(y) Idem pag. 7. & Gud. CXIX. 8.
(z) Hoc eſt: VIRB*IALI* SCRIB*AE* AED*ILITIO*, *DVVM-VIRO* IVR*I* DIC*VNDO*.
(a) Gruter. pag. MXCVI. num. 7.
(b) Sidon. Lib. V. Epiſt. 7.
(c) Livius Lib. XXVI.
(d) Pacat. Paneg. num. 37.
(e) Minucius Felix pag. 332. Edition. Her.
(f) Novell. Martian. Tit. III. de Matrim. Ser. §. 1.
(g) L. 21. Cod. Theodoſ. de Decurion.
(h) L. 2. Cod. Theod. Quemadmod. Mun. Civit. indic.
(i) Cenſorin. Cap. 15.
(k) Baluzius Miſcell. Tom. II. pag. 91.
(l) Gruter. CCCCII. 5. CCCCLXXXVIII. 7. CCCCXXXIX. 5. CCCLXXX. 5. CCCCXLVI. 7. CCCCXCVIII. 8.
(m) Idem, pag. CCLXI. 4. CCCXCVII. 3.
(n) Idem, pag. CCCXXV. 17. CCCCLXXXIX. 10.
(o) Idem, pag. CCCXXIV. 3.
(p) Idem, pag. CCCXXV. 5. CCCLXXVI. 1. CCCLXXVIII. 2.
(q) Id. CCCCXLV. 3. CCCCXCIV. 7.

Num. X.

A. CAPRILIO. ANTVLLO
FLAMINI. MARTIS
PRIMVLVS
LIB. PATRONO

Non viros ſolos contingebat honos Municipalis Flaminii, quum in Coloniis, Municipiiſque *Flaminicæ* crearentur, quas ſacra quoque peregiſſe tradidit Tertullianus (r). Earum *Flaminicarum* alias fuiſſe perpetuas, alias annuas, aut Quinquennales, non tantùm *ex* Flaminum exemplo deducitur, ſed ex eo quod *Flaminicarum perpetuarum* memoriam ſervarint antiquæ nonnullæ monumenta (f). Flaminicæ Cultronenſis memoriam intercidere paſſa non eſt hæc Inſcriptio olim Gratianopoli reperta, & jam aliquoties typis vulgata. (t)

Num. XI.

HILARIAE. QVINTILLAE. FLAMINICAE
SEX. ATTIVS. MIROSES. IIIIL. AVG
CONIVGI. KARISSIMAE. QVAE. VIXIT
MECVM. EX. VIRGINITATE. ANNOS
XXXV. MES. II. DIES. XI. ET. SIBI. VIVVS
FECIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT

Quod hæc *Flaminica* cum viro ſuo *ex virginitate* vixiſſe legitur, egregie illuſtrat locum Tertulliani, ubi Flaminicas univiras fuiſſe teſtatur.

A Aliud Municipale Sacerdotium fuit *Auguſtalium Collegium*, quod exemplo Sodalium Auguſtalium, Romæ poſt Auguſti exceſſum inſtitutorum, Coloniæ quoque, & Municipia inſtituerunt. Illud adeo crevit numero, ut tamdem Auguſtales medium quemdam ordinem conſtituerent inter Decuriones, & Plebem. Qua de re erudite omnino Chimentellus (u), & Noriſius (x), quos adire debent, qui de Auguſtalibus »ſtatim» doceri cupiunt. Collegio Auguſtalium præerant viri ſex ab omni Corpore electi, qui *Seviri Auguſtales* audiebant. Eorum adeo frequens eſt in lapidibus Gratianopolitanis mentio, ut Cularone exitiiſſe Auguſtalium Collegium dubitari non poſſit. Unius meminit ſuperior Inſcriptio. Alios dabunt ſequentes tres tituli.

Num. XII.

B (y) P. CASSIVS
HERMETIO
V. S. P
IIIIL. AVG.

Num. XIII.

(z) D M
Q. VET. NOB
LIBERTI
Q. EPICTETI
C IIIIL. VR. AVG
HEREDES

Num. XIV.

In oblongo lapide,
cujus media tantùm pars ſupereſt,
in Viâ dictâ Clericorum.

(a) SEXTILIO GALLO IIIIL AVG ATTIA ATTICI FIL BELLIC
CONIVGI SANCTISS ET SIBI VIVA POSTERISQ SVIS

Miniſtros præterea publicos habuere Coloniæ, & Municipia, & in his Servos publicos. Sed eorum nullus hactenus occurrit in Gratianopolitanis monumentis. Habuere & *Statores*, ſeu quoſdam accenſos, aut Viatores, uti quidem exponit doctiſſimus Philippus a Turre (b), qui Civitati operam navarent, ſicut alii *Statores* Magiſtratibus præſto erant, de quibus Cicero (c) non ſemel, & privatis alii, teſte Petronio (d). De Municipalibus Statoribus teſtes ſunt Lapis Nemauſenſis, inter Collectanea Reinefii (e) relatus, tum, Viennenſis, alter Gruterianus, qui declarando paucula nunc ſubjiciam. Ita autem deſcribitur.

D D ET QVIETI M
AETERNAE
LVCILI METROBI
SIGNO SAPRICI
STATOR CIVITATIS
VIENES QVI VIXIT
AN XXXVIII M II
DIVICIA DOMITI
OLA MATER FILI
OR. III. CONIVGI
KARISSIMO ET
INCOMPARA
BILI PONENDVM
E CVRAVIT ET FILI
SVB ASCIA
DEDICAVERVNT

Cui

(r) Tertullian. de Idololatr. Cap. 10.
(f) Gruterus pag. XIII. num. 10. CCCXIX. 5. CI. 3. 4. CCLVIII. 1. &c.
(t) Chor. Hiſtor. Delphin. Tom. I. pag. 243.
Reinef. Claſſ. V. 39.
Allard. pag. 5.
(u) Chimentel. de Hon. Biſt. Cap. 40.
(x) Noriſ. Cœnotaph. Piſan. Diſſert. I. Cap. 6.
(y) Chor. Hiſt. Delph. Tom. I. pag. 243.
Reinef. Claſſ. VI. 108.
Allard. pag. 4. Gud. CXIX. 7.

(z) Chorerius. Tom. I. pag. 243.
Reinef. Claſſ. VI. 110.
Allard. pag. 5.
(a) Chorer. ibidem.
Reinef. Claſſ. VI. 109.
Allard. pag. 3.
(b) Monument. Veter. Antii, pag. 41.
(c) Cicero, Familiar. Lib. II. Epiſt. 17. 19. & Lib. X. Epiſt. 1[illegible]
(d) Petron. Satyr. Cap. 126.
(e) Reinefius Claſſ. XI. 15.

Cui volupe erit nugas evolvere, adeat Chorerii (f) Librum de Antiquitatibus Viennensibus Gallice editum. Ibi mira comminiscitur de commate SIGNO SAPRICI.

Attulit quoque Fabretus (g) alteram Inscriptionem, in qua *Signum* eodem significatu legitur.

HIC IACET AVFIDIA SEVERINA SIGNO FLORENTI &c.

Sed quid hac voce expresserint veteres, nequaquam expositi. *Signum* nihil aliud est, quàm populare agnomen, quod nos Galli dicimus *Sobriquet*. Sententiæ fundus mihi est Vopiscus, cujus verba sunt in Aureliano (h), qui postea imperavit; *nam quum essent in exercitu duo Aureliani Tribuni, hic, & alius, qui cum Valeriano captus est, hunc SIGNUM exercitus apposuerat MANU AD FERRUM*. Hoc quoque agnominis genus *vocabulum* a Tacito (i) dictum reperio. *Centurio*, ioquit, *Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis VOCABULUM cedo alterum indiderant*. Igitur *Lucilius* iste alter Viennensis Coloniæ *Stator*, cognomento *Metrobius*, *Signo*, ideſt populari *agnomine*, *Sapricus* etiam dicebatur. Cetera plana sunt, ut interprete non indigeant. Nunc Cularonensem *Statorem* exhibeo e quadam Inscriptione olim exscripta prope Portam Romanam, quam ex veteribus schedis emendatam propono, nam corrupta est apud Bœssium (k), Allardum, & Gudium.

Num. XV.

D M
P. PRIMITIVVS
AVGVSTOR
LIBERT. STAT
CVLARON. ET
QVARTINIA
MITAN. CON
PRO. SE. ET. HEREDIBVS
DONVM. DANT

Municipia, Coloniæ, Gentes Civitate Romana donatæ referebantur in quamdam ex XXXV. Tribubus, ut in ea censeri, & suffragium ferre possent. Atque etiam Oppidis, quæ solo Latii jure gauderent, designatam fuisse vix dubito Tribum, in quam *ii*, qui propter honores ibi gestos Civitatis jura adipiscebantur, referri debuerunt. Culaurooenses in Tribu *Voltinia* censum professos, & suffragia tulisse, probant tria hæc breviora epigrammata Gratianopoli inventa.

Num. XVI.

(l) C. VIBIO. L. F. VOL
TITVLLO
FRATRI

Num. XVII.

C. TITTIO. VATIO
FIL. VOLT. TITVLLO

Num. XVIII.

M. TITIO. M. F
VOLT
GRATO

Tot igitur Municipalibus notis munita *Cularo* antiquam dignitatem postliminio recuperet, atque inter Oppida a Romanis Municipali jure donata censeatur. Eam enim Colooiam fuisse non puto, silentibus Historicis, Geographis, aliisque genuinis monumentis.

Quærendum nunc superesset, an ad instar plurium Coloniarum, & Municipiorum *jus Italicum* ab Imperatoribus impetraverit. Et sane eam *juris* fuisse *Italici* dubio procul existimavit doctissimus Vir. Salvagnius Bœssius; nam toti Viennensi provinciæ, cujus pars fuit Cularo, jus Italicum concessum putavit ex his Pauli (m) Jurisconsulti verbis: *Lugdunenses Galli, item Viennenses in Narbonensi juris Italici sunt*; & multum opinioone suâ falsus est, si *Lugdunensium* nomine provinciam Lugduoensem, & *Viennensium* alteto Vienneosem intelligi censuit. Nam primo nullam umquam integram provinciam jure Italico donatam legimus, atque ibi tum a Paulo, tum ab Ulpiano solæ Civitates enumerantur juris factæ Italici. Secundo nullatenus dicere potuit Paulus, jus Italicum collatum fuisse provinciæ Viennensi, quæ nulla fuit ejus ætate. Vixit siquidem Julius Paulus sub Severo, Caracalla, Elagabalo, & Severo Alexandro Augustis; ut videre est in Viris Jurisconsultorum a Bertrando (n), & Grotio (o) editis. Viennensis verò provinciæ mentio primum occurrit io Concilio Arelatensi I. Anno Christi 314. sub Constantino celebrato. Arbitratus quidem est Valesius (p), Vienneosem fortassis a Narbonensi jam separatam fuisse ab Hadriano Augusto, propter verba quædam Eusebii referentis Epistolam Christianorum Viennensium, & Lugdunensium de Sanctis Martyribus, qui sub Marco Aurelio Antooino passi fuerunt pro Fide. Ait enim Eusebius (q): Τῆς Γαλλίας ἀπορρώτατα ἑστῶσαι, καὶ παρ' αὐτὰς ἄλλας ἐξ ἀνάγκης διαφέρουσα βασάνους κεκράτηκε καὶ Βίεννα: ideſt, *Galliæ Metropoles illustres, ejusque regionis præ ceteris insignes ferebantur Lugdunum, & Vienna*. Sed animadvertere debebat Valesius, Eusebium aut ex more sui ævi *Viennam* vocasse *Metropolim*, aut saltem de Metropoli provinciæ minime loquutum esse. Aliæ enim fuere Merropoles Civiles, aliæ Ecclesiasticæ, aliæ Populorum, aliæ Provinciarum. Quæ omnia non sine errore miscere solent recentiores. *Vienna* semper fuit Allobrogum caput, aut, si mavis, Metropolis. At peculiaris provinciæ Metropolis esse non potuit, antequam provincia Viennensis a Narbonensi sejuncta fuit, ut cuius ab Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano. Certe Viennensem provinciam nondum exstitisse sub Marco Aurelio Antonino, eximie demonstrat vetus Inscriptio (r), posita *Marco Pontio Lælio no Lartio Sabino, Consuli, Pontifici, Sodali Antoniniano, Veriano*, qoi comes fuerat *Divi Veri*, & cui *Senatus, auctore Imperatore Marco Aurelio Antonino Augusto . . . . . Statuam poni . . . , censuit*. At ille in eadem dicitur CVRATOR CIVIT*atis* ARAVS*iensis* PROV*inciæ* GALLIAE NARB*onensis*; & in Arelatensi Concilio, quarto loco recenserur Civitas Atauficensis io Viennensi provincia, eique provinciæ in antiquis Notitiis (s) tribuitur. Noodum etgo sub Marco Aurelio Antonino Viennensis a Narbonensi separata fuerat, quandoquidem tunc in Narboneosi censebatur Araufiensis Civitas, quæ Viennensis provinciæ pars erat. Immo si ad Pauli Jurisconsulti verba attendisset Salvagnius, procul dubio vidisset, ea minime de Viennensi provincia accipienda esse, sed ex his omoino confici, Viennam sub Severo, & Succesforibus provinciæ Narbonensis fuisse, quum ibi disertis verbis *Viennenses in Narbonensi* exstitisse di-

(f) Chorer. Antiquit. Viennens. pag. 263.
(g) Fabret. Inscript. pag. 252.
(h) Vopiscus in Aurelian. Cap. 6.
(i) Tacit. Annal. Lib. I. 24.
(k) Boessius pr. in Sylv. pag. 90. Allard. pag. 7. Gud. LXIV. 2.
(l) Gudius, CCXCV. 7.

(m) L. 8. D. de Censib.
(n) Bertrand. Vit. Jurisconf. Lib. I. Cap. 25.
(o) Grotius, Vit. Jurisconf. Lib. II. Cap. 10.
(p) Valef. Notit. Gall. pag. 299.
(q) Euseb. Histor. Ecclesiastic. Lib. V. Cap. 1.
(r) Gruter. pag. CCCCLVIII. num. 2.
(s) Apud Sirmondum, Tom. I. Concil. Gall.

dicantur. Ridiculum ſane foret, integram provinciam eſſe in altera. Sed illud verum eſt de Colonia, ita ut Paulus tradiderit, Viennenſem Coloniam juris fuiſſe Italici, quod an ad Cularonenſes, licèt Civitate donatos, pertinuerit, incertum prorſus remanet.

CAPUT V.

Monumenta Militum.

AD reliqua Cularonenſia monumenta progrediendum. Militaribus, ſeu iis, qui ad Milites ſpectant, paragraphum unum dabo, dedicaboque alterum Moouumentis ſingulariorum. Agmen meritò ducere debet vetus Inſcriptio quondam in Suburbio Trium Clauſtrorum effoſſa, ſed poſtmodum lapis, cui adſcripta erat, cœmentariorum manibus miſere periit. Optime tamen nobiſcum egerunt, qui eam ſcripto ſervarunt, qualem nunc proponam ex ſchedis Illuſtriſſimi Præſidis Valbonæſii multo emendatioribus apographis Allardi, & Gudii (1).

Num. XIX.

SEX. SAMMIO. VOLT
SEVERO. E. LEG. PRIMA
GERMANICA. QVI
FOR. COS. QVO. MILIT
COEPT. AQVILIFER
FACTVS. EST. ANNO. XIII
AQVILIAE TER. MILITAVIT
D. FACTVS. C. ANTIS
TIO. VETERE. II. M. SVIL
LIO. NERVLLINO. COSS
EX. STA

Legionis *primæ Germanicæ*, in qua militavit *Sextus Sammius Severus*, cujuſque Aquilam geſtavit, nulla exſtat mentio apud Dionem (u), oeque inter legiones, quæ ab Auguſto inſtitutæ, variiſque io tractibus collocatæ, ad ſuam ætatem perduraverunt. Iſtius non meminere Columnæ Maſſæana, & Capitolina (x), Legiooum nomina exhibentes poſt Severi Auguſti tempora; & unicum eſt hoc monumentum, quod hujus nomen hucuſque ſervaverit. Id qua ratiooe effectum ſit, paucis, ſi fieri poſſit, indicabo, plura dicturus in Conatu Hiſtorico-Critico de Romanorum Legionibus, Cohortibus, & Alis, quem aliquando ad exitum perducere eſt animus. Scribit Dio, Legiones viginti & tres, aut viginti & quinque ab Auguſto inſtitutas fuiſſe. Tacitus (y) Imperio Romano præſidio fuiſſe narrat ſub Tiberio octo Legiones in Germania, in Hiſpania tres, in Africa duas, totidem in Ægypto, quatuor in Syria, binas in Pannonia, totidem in Mœſia, & duas pariter in Delmatia: quæ omnes ſimul efficiunt numerum viginti & quinque Legionum. Crevit deinde earum oumerus, ac triginta exſtitiſſe ſub Hadriano, indicat lepidum Phavorini reſponſum ad eos, a quibus arguebatur, quod male Imperatori conceſſiſſet de verbo quodam, quo idonei Auctores uſi fuerant (z): *non recte ſuadebis*, inquit, *familiares, qui non patiminì me illum doctiorem omnibus credere, qui habet triginta Legiones*. Quum autem ioter Tiberium, quem XXV. Legioaes habuiſſe dixi ex Tacito, & Hadrianum, cui XXX. Legiones fuere, octo aliæ ab Imperatoribus intercedentibus conſcriptæ referantur a Dione (a); videlicet *prima Italica* a Nerone, *prima Adjutrix*, & *ſeptima Gemina* a Galba, a Veſpaſiano *ſecunda Adjutrix*, & *quarta Flavia*, a Domitiano *prima Minervia*, a Trajano denique *ſecunda Trajana*, & *tricesima Ulpia*; omnino neceſſe eſt, tres ex omni numero inter Tiberii, & Hadriani tempora intercidiſſe: alioquin non jam triginta Legiones habuiſſet Hadrianus, ſed triginta & tres. Sæpe ſæpius evenit, ut Legiones aut exautoratione, aut admixtione diſſipareotur. Id expreſſis verbis notavit Dio (b), quum relatis nominibus Legionum ab Auguſto conſcriptarum, & ævo ſuo ſuperſtitum, inquit: *ταῦτ' ἐν τῇ Αὐγούστου τροπαίῳ ἐγέγραπτο, καὶ γὰρ δὴ πάντα, καὶ μὲν τινῶν ἤδη διῳκίσθη, καὶ τὰ μὲν ἐκείνου αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ διέμεινε, τὰ δὲ ἄλλα Αὐτοκρατόρων ἀνομάσθη, ἀφ' ὧν καὶ ἐκεῖνα καὶ Διδύμας ἀνομασμένας ἴσμεν*: ideſt; *Hæ Legiones ex Auguſtæis ſuperſunt, reliquis partim omnino diſſipatis, partim ab ipſo Auguſto, aut ſequutis Imperatoribus ceteris Legionibus admixtis, unde Gemellæ Legiones nuncupatas exiſtimant*. Sed valde laborant viri docti, ut ſumma Legionum, quæ ab Auguſto ad Severum Alexandrum, quo imperante ſcribebat Dio, perduraruot, paria faciat cum ſingulari earum enumeratione. Auguſtæas Legiones oovemdecim *ἐπὶ πολὺ* permanſiſſe ipſe aſſerit, at nonoiſi decem & ſeptem, aut ad ſummam decem, & octo nomioa comparent.

Ut Dionem ſibi ipſi concordem reddat Lipſius, locum hunc Dionis (c) *καὶ ἐν Δακίαις ἐπὶ τῆς Πανονίας τῆς ἄνω ἐν Δίδυμαι, καὶ ἐν τῇ Τεθαΐδι*, ita vertit: *Decima in Pannonia ſuperiore dicta Gemina, atque altera Decima in Judæa*. Et quum ne ſic quidem novemdecim Legionum numerum adimpleret, vim Dionis textui inferre conatus eſt in his: *καὶ ἐν Δακίαις* & *καὶ Θυελερίᾳ καὶ Νασίωνι ἀνομασμένοι καὶ ἐν Βρεττανίᾳ τῆς ἄνω ἤπειρος: δύο μέντοι ἄνευ ἰμοῦ δοιᾶν μοιρῶν ἤδη αὐτοῦ ἀπεσταλκότων ἐγένοντο καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῆς κάτω ἀπολωλότων, ἢ καὶ οὐ μᾶλλον μέν γε ἀπολωλότων Θυελερίου ἐπικαλουμένου, μόνη οὖν ἐν τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ χρώνται*. Falſum enim aſſerit Lipſius, eamdem eſſe Legionem Vigeſimam, cujus caſtra erant io Germania, cum illâ, quæ in Britannia ſtabat, ideoque Græcis negatinnem immittendam cenſet. Contra verò vir eruditus Jacobus Breitingerus (d) Commentatione in antiqua Monumenta Tigurina, Lipſium utrobique carpit, atque unam fuiſſe Legionem Decimam, partim in Pannooia, partim in Judæa militantem, & unam Vigeſimam in Germania ſimul, & in Britannia caſtra habentem, pertendit, & deinde affirmat, in loco Dionis pro *ἐπὶ τῆς* legendum *ἐπὶ τοῦ*. Si mihi liceat arbitrum agere inter viros eruditione præſtantes, utrumque pronuociabo, in aliquo verum dixiſſe, in aliquo falli. Ac primo quidem certum eſt, falli Lipſium, quum duas Vigeſimas Legiones ex una facere voluit. Unam enim tantùm agnoſcunt citatæ ſuperius Columnæ (e), Dionis ætati ſuppares, aut paulo ſuperiores; quæ XX. *Valeria Victrix* dicebatur. Quare poſtremus Dionis locus ita procul dubio verti debuit: *& Vigeſima, quæ Valeria, & Victrix nuncupatur, & in Britannia ſuperiore ſtat, quam eamdem eſſe comperi cum ea, quæ Vigeſima quoque dicitur, & in Germania ſuperiore habet hyberna, quamvis hæc ut plurimum neque ab omnibus Valeria dicta ſit, neque utatur eo cognomine*. Non minus erravit Breitingerus, quum Decimas duas diſtinguere ab invicem noluit. Eas Dio in locis quàm longiſſime diſſitis locatas eſſe narrat; toties laudatæ Columellæ duas Decimas recenſent, & cuique peculiare cognomen aſſignant, alteram vocantes *Decimam Fretenſem*, alteram *Decimam Geminam*, quarum prior ſtetit in Judæa, altera in ſuperiore Pannoaia. Denique diverſa quoque illa cognomina agnoſcunt veteres Inſcriptiones quamplurimæ, quas referre longum eſſet, ſed ad quas amandabit Gruterianus Index (f) eorum, quæ ad rem Militarem pertinent. Numerum Legionum mendoſum non eſſe apud Dionem, oſtendam in Opere de Legionibus, & Novem-decim ab Auguſto ad Alexandrum Severum permanſiſſe aſſeram, ſed tantùm aut properantiâ Scriptoris, aut Amanuenſium negligentiâ omiſſam eſſe unam

(1) Allard. pag. 6.
Gudius, CLXXXIII. 3.
(u) Dio Lib. LV. pag. 564. ſeq.
(x) Gruter. pag. DXIII. 2. 3.
(y) Tacitus, Annal. Lib. IV. Cap. 5.
(z) Spartianus, in Hadrian. Cap. 15.

(a) Dio Lib. IV. pag. 565.
(b) Dio, ubi ſupra.
(c) Lipſius, anal. ad Mil. Rom. Lib. II. Dial. 5. pag. 265.
(d) Vide Amœnit. Liter. Tom. VII.
(e) Gruter. pag. DXIII. num. 2. 3.
(f) Gruterian. Index, Cap. VI. pag. 30.

unam ex Legionibus Auguſtæis, quæ Dionis ævo ſuperat, præter illas, quas ſingulas enumerat. Ceterum conſtat ex dictis, inter Tiberii, & Claudii ætatem ad Hadrianum uſque, Legiones tres ex Auguſtæis defeciſſe aut exauctoratione, aut admixtione; ab Hadriano verò ad Severum Alexandrum alias tres, ut ex XXV. ſolæ XIX. tunc ſuperfuerint.

Et hæc cauſſa eſt, quæ aſſignari poteſt, quare hactenus interciderit memoria *Legionis Primæ Germanicæ*, quæ neque in Dionis catalogo, neque in marmoreis Colemnis apparet. Illa ſane eſt, cujus ſæpe meminit Tacitus *Primæ* (g) nomine, ſed cognomine *Germanicæ* non adjecto, quod illi Scriptori ſolemne eſt. Extremis Auguſti temporibus ſtativa habuit in Ubiis Germaniæ inferioris, quare & princeps fuit earum Legionum, quæ mortuo Auguſto Cæſare tumultuatæ ſunt. Legionum hanc *primam* conflatam eſſe ab Auguſto poſt cladem Varianam ſuſpicatus eſt acutiſſimus Lipſius (h) ex his Germanici verbis, quum tumultuantes inferioris exercitus milites alloqueretur (i): *Prima-ne, & Viceſſima Legiones, illa ſignis a Tiberio acceptis, tu tot præliorum ſocia, tot præmiis aucta, egregiam duci veſtro gratiam referris?* Conjecturæ Lipſii accedit quoque Dionis (k) ipſius auctoritas, qui de eâdem ſeditione verba faciens, ait, Germanicum eâ extinctâ dimiſiſſe veteranos, quorum maxima pars ab Auguſto poſt Vari cladem conſcripta erat ex urbana multitudine. Idem (l) antea notaverat, Auguſtum clade Variana conſternatum copias ad eam refarciendam contraxiſſe, & quum hi, qui militaris ætatis erant, citati minime ad nomen reſponderent, & militiam detrectarent, pluribus multatis, atque etiam notatis infamiâ, quum ne ſic quidem parerent, collectâ quantâ potuit multitudine ex veteranis, & libertinis, eam quam celerrime miſiſſe in Germaniam cum Tiberio. Hæc ſi conferantur cum verbis Taciti, tempus conſcriptæ Legionis Primæ Germanicæ indicabunt. Quum enim ea a Tiberio ſignis inſtructa dicatur in Oratione Germanici, veroſimillimum eſt, illam conſtitiſſe ex fæce, quam Auguſtus poſt Vari cædem in Germaniam miſit cum Tiberio, a quo centuriata eſt, & ſignis acceptis in juſtam evaſit Legionem. Inde etiam in concordiam reduci poterunt duæ diverſæ ſententiæ a Dione (m) memoratæ circa numerum Legionum ab Auguſto inſtitutarum, quum alii dicerent, eas fuiſſe Viginti-tres, alii Vigintiquinque. At Legiones XXV. numero exſtabant ſub Tiberio, uti ſupra oſtendimus, licèt ille ne unam quidem ſcripſiſſe legatur, unde patet eas ab Auguſto relictas. Quum autem Dio earum inicrit numerum in geſtis Anni U. C. 758. credibile eſt, non plures tribus & viginti tunc exſtitiſſe, quibus quinquennio poſtea duæ de novo acceſſerunt, accepta clade Variani, ut major moles in Germania bellum conatibus obſtaret. Quare qui Viginti-tres Legiones habuiſſe Auguſtum aſſerebant, intelligendi ſunt de tempore, quod Vari cladem præceſſit. Qui verò Viginti-quinque ab eo inſtitutas volebant, de his loquuti ſunt, quæ Auguſto moriente ſuperabant; & ita una ex his, quæ cæſo Varo cum copiis conſcriptæ ſunt, fuerit *Legio Prima Germanica*.

Stativa in Germania retinuit (n) ſub aliis quoque Imperatoribus, ibique ſtabat Galbâ imperante. Neque pacatior fuit. Princeps enim ex Legionibus exercitus inferioris a Galba deſcivit ad Vitellium (o); unde fortaſſis effectum eſt, quod ſequuti poſtea Imperatores ea rum ſeditionem pertæſi, ejuſque animos audaciores, in aatamque proterviam non ferentes, illam aut exauctoratione, aut admixtione diſſipandam curaverunt. Saltem nulla ejus exſtat mentio in monumentis Flaviorum ævo poſterioribus. Volſangus Lazius (p) ubi agit de Legionibus a numero cognominatis, Legionem iſtam primam Gallicam nuncupat, quia Gallicanum limitem

(g) Tacitus Annal. Lib. I. 31. 37. 39. &c.
(h) Lipſius in Nor. ad Annal. Lib. I. Tacit.
(i) Tacit. Annal. Lib. I. 42.
(k) Dio, Lib. LVII. pag. 605.
(l) Idem, Lib. LVI. pag. 585.
(m) Idem, Lib. LV. pag. 564.
(n) Tacitus, Hiſtor. Lib. I. 55.
(o) Ibidem, Cap. 59.
(p) Lazius, Comm. R. R. Lib. V. Cap. 8.

A iturabatur. Sed quum in Germania inferiore caſtra haberit, dubium non eſt, auctore noſtro lapide, quin *Germanica* cognominata fuerit. Peſſime itcrum Lazius eamdem primam *Minerviam* a Minervæ inſignibus dictam aſſerit. Nam ex Dione conſtat, Legionem primam Minerviam a Domitiano demum inſtitutam eſſe, quum Lapis Gratianopolitanus Claudii tempora reſpiciat, nec minus certum ſit ex Tacito, Legionem primam ſub Tiberio jam militaſſe in Germania inferiore. Denique eidem Lazio minime aſſentiri poſſum, quum rurſus eidem Legioni *primæ Trajanæ* nomen affingnet. Binas enim tantùm a Trajano inſtitutas Legiones novimus, *Secundam*, quam *Ægyptiam* vocat, eo quod in Ægypto collocata eſſet, ſed quæ proprio vocabulo *Trajana* dicitur in columellis militaribus, aliiſque Inſcriptionibus bene multis (q); aut etiam *Trajana Fortis*. Tum *Triceſimam*, quæ proprie dicebatur *Ulpia Victrix* (r), a Græcis (ſ) verò Δ. ΟΥΛΠΙΑ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ. Lazium in errorem impulit locus quidem Ptolemæi, in quo *Primam Trajanam* reperiſſe ſe credidit. Geographus ubi Legionis Triceſimæ Ulpiæ caſtra aſſignavit, inter Vetera, & Agrippinam ſubjungit juxta Codices Palatinos, quos expreſſit editio Bertiana, & quibus adſtipulantur tres MSti Codices Bibliothecæ Regiæ a me diligenter excuſſi: *ἀπὸ βόσπε Λεγίων ὁ ἀπὸ Τραϊανὸ Λεγίων*. Sed his verbis Ptolemæus (t) non ſolùm Trajanam Legionem ſecerneret a Triceſima Ulpia, ſed etiam a *Prima*, contra Lazii ſententiam. Nemo neſcit, quantùm Ptolemæus parum accurate Occidentales & Septemtrionales plagas deſcripſerit; quippe qui numquam Galliam, aut Germaniam oculis luſtraſſe videtur. Coloniam Trajanam, quam in inferiore Germania ſitam inauduerat, præpoſtero loco collocavit poſt Bonnam, quam eo, quem ſequitur, ordine ante Vetera locare debuerat, ubi recte animadverſum Cellario (u). Deinde Amanuenſes ex *Τραϊανὸ Κολωνία* fecere *Τραϊανὸ Λεγίων*: aut ſane dicendum, Legionis partem Bonnæ ſtetiſſe, & partem in Trajana Colonia, quum certo certius ſit, nullam fuiſſe *Trajanam* Legionem in his tractibus. At *Λεγίων ἀ* poſt Bonnæ nomen memorata, erat *Prima Minervia*, quam in Germania inferiore poſitam legimus apud Dionem. Illa videtur habuiſſe caſtra, quæ prius fuerant Legionis Primæ Germanicæ, quum hæc a Domitiano fortè fuiſſet exauthorata, & in primam Minerviam refuſa. Primæ enim Legionis caſtra Bonnæ fuiſſe docet Tacitus (x). Saltem ex noſtra Inſcriptione diſcimus, *Germanicæ* cognomen adhæſiſſe Legioni Primæ, toties a Tacito memoratæ, quæ pariter cognomento deſtituitur in Inſcriptione altera, quam Gratianopoli viderat Chiffletius in Æde Sancti Laurentii, eâ Urbis in parte, quâ ſtetiſſe antiquam Cularonem conjicio.

Num. XX.

(y) POMPEIO
POLLIONI
TRIBVN
MILIT LEG. I

In ſepulcralibus elogiis Militum nonnumquam adnotantur nomina Conſulum, ſub quibus hi militare cœperunt. In Doniano quodam Marmore (z) legitur. AVREL. MVCIANO. MIL. COH. V. PR. 7. BARBATI. MILITARE. COEPIT. POMPEIANO. ET. AVITO. COS. ANN. XV. In noſtra verò FOR*ius* vel *Furius*, quo COS. vel *Conſule* militare cœpit *Sex. Cammius Severus*, alius non eſt a Marco Furio Camillo Scriboniano, collegâ Cnæi Domitii Ænobarbi, Anno U. C. 785. Nullum enim nos movere poteſt argumentum,

(q) Gruterus pag. CCCCLXXV. 1. DXXXIX. 1. CCCCXLV. 9. CCCCLIV. 8.
(r) Idem, XIII. num. 20. DXLI. 11. &c.
(ſ) Montfauconius, Palæograph. pag. 158.
(t) Ptolemæus, Geograph. Lib. II. Cap. 9.
(u) Cellarius Tom. I. pag. 272.
(x) Tacitus, Hiſtor. Lib. IV. 19. 25.
(y) Apud Gudium, CLXXXI. 1.
(z) Donius, Claſſ. VI. 155.

tum, ut ascendamus ad Marcum Furium Camillum. Consulem Anno U. C. 751. cum Sex Nonio Quintiliano; quandoquidem ex his, quæ superius disputata sunt, verisimile factum est, Legionem Primam Germanicam, in qua Sammii stipendia procesſere, conscriptam esſe tantum Anno U. C. 763. ad finem vergente, biennio post Furii Camilli, & Nonii Quinctiliani Consulatum. Marcus Furius Camillus Scribonianus Consul fuit cum Cnæo Domitio Ænobarbo ex Kalendis Januariis Anno U. C. 785. ut erudite ostendit Norisius (a) in Epistola Consulari, ut satis mirari subeat, Almeloveniun (b), qui diu post editam Norisii Epistolam Fastos suos Consulares digesſit, Onuphrio adhærere maluiſſe, & denuo Domitio Ænobarbo collegam assignasſe Kalendis Januariis Aulum Vitellium, cui in Magistratu desuncto suffectum prodit Marcum Furium Camillum, & audacter amandat ad Tacitum (c), ubi omnia contraria reperias. Quum verò Marcus Furius Camillus Scribonianus aliquot post Consulatum annis Præles esſet Delmatiæ, contra Claudium Imperatorem arma movit, & inde factum est, ut eo tanquam reipublicæ hoste damnato, nomen eius in monumentis publicis eraderetur, quod etiam animadvertit Norisius. Neque aliud monumentum supereſt, præter hocce nostrum, quod ejus memoriam servaverit. Porro Furius Scribonianus ad rebellandam contra Claudium inductus fuit Annii Viniciani artibus, atque ad eum multi ex Urbe Senatores, & equites profugerant. Sed quum milites a mutatione rerum sibi metuentes, dicto minus audientes fierent, timore correptus, & in insulam illam delatus, voluntariam ibi mortem oppetiit: Καὶ ἐκδὺς ἑκόσιος ἀπέθανε: hæc ipsiſſimis verbis Dio (d). Tacitus verò alicubi (e) tradit, *Scribonii contra Claudium incepta, simul audita, & coërcita*. Tum alio in loco (f), *Scribonianum sub Claudio interfectum, & parricidium ejus Volaginium, e gregario ad fuvora militiæ procellum*. Item Aurelius Victor (g) in Claudio, *hujus tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias Imperator creatus, continuo occidit*. Iisque accedit Plinius junior (h), qui eum ingremio uxoris occisum narrat. Hæc omnia cum Dionis verbis pugnare visa sunt doctiſſimo Philippo a Turre, (i), atque ab eo sententiam rogatus alter inter nostrates Vir doctrinâ præstantiſſimus, verba ἑκοντὸς ἀπέθανε, de morte sibi a semetipso illatâ accipienda esſe pronuntiavit. Sed bonâ pace viri, cujus eruditionem, atque ingentia erga Literas merita in primis suspicio, venerorque, dixiſſe liceat, non tantùm qui violentas manus sibi afferunt ἑκοντὸν ἀποθανεῖν scribi poteſt, ſed is etiam, qui immiſſo percuſſori, ut Cicero Popilio, aut cuidam ex suis, veluti Cassius Pindaro, vel Stratoni Brutus, ſe ultro trucidandum exhibet. Ita apud Euripidem Hecuba ſe ἑκοῦσαν ait moriturum, quod cervicem percuſſori intrepide præbitura sit:

Ἑκὼν δανοῦμαι· μὴ σὲ δ᾽ λάθω χρὼς
Τὸν ᾽μὸν· παρεῖδε γὰρ δίφρ᾽ ὑπαρδίνας.

Diodorus Siculus (k) de Pausania quodam Macedone, qui pugnante Philippo adversùs Pleuriam Illyriorum Regem, principi τὸ παραπίπτον tela, quæ in eum torquebantur, corpore excipiens interiit, dicit ἑκοντὸς καὶ παραβόλως ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων. Neque aliter Pausanias (l) de Callistrato Athenienſi, qui quum in Syracuſana clade per medios hoſtes cum equitibus Catanam evaſiſſet, poſtea reverſus in eos, qui Athenienſium caſtra diripiebant, impetum fecit, & vulneribus confoſſus e vitâ exceſſit, ὅπου μὲν δὴ ἀγωνίσαι δέδοκται Ἀθηναίοις καὶ ἀπὸ κτωμένοις περιποιήσασθαι τὸ μὴ δίκης καὶ ἐκπολέμου ἄπτεσθαι ἑκουσίου. Denique & Zenobius (m) parœmiographus de Codro, qui pro eorumdem Athenienſium incolumitate, & victoria mortem ſibi ultra ab hoſte quæ-

A sivit, ὅτι ἐν τῷ πρὸς Δωριᾶς πολέμῳ ἔκων ὑπὲρ τῶν πάτρων ἀπέθανεν. Nullus ex his ſibi manus intulit, quamvis omnes ἑκόντας, vel ἑκουσίως mortui dicantur. Facile aliis conciliabitur Dio, ſi dixerimus, Furium Scribonianum, rebus ad incitata redactis, gregario militi Volaginio ultra jugulum obtuliſſe, ſive is ad eum occidendum miſſus eſſet a ducibus Claudianarum partium, aut ab exercitu Delmatico, a quo deſertus fuerat.

Non ſolùm quibus Conſulibus quis militare cœpiſſet, ſed interdum, & annum ætatis, quo militiam auſpicati eſſent, adſcribebant. Hujus moris egregium nobis ſuppeditat exemplum ſequens Inſcriptio a Fabretto (n) juris publici facta.

P. HEL. P. F. PAL
TIRONI
B SALIO. ARCIS
ALBANAE. QVEM
IMP. CAES
ANTONINVS (o)
AVG. PIVS
GERM. SARM. BRITT
AGENTEM. AETATIS
ANNVM. XIIII
MILITIA. PRIMA
PRAEFECTVRA
EQVIT. BRAVCO (p)
C NVM. D. EXORNARE
DIGNATVS. EST
DEC. DEC
BLANDVS. PATER
PRO. AMORE. CIVI
TATIS. SVMMAM. ET
SVMPTVM. OMNEM

Exemplo adoleſcentis, qui anno ætatis *XIV. prima militiâ, præfecturâ Equitum quingentorum* donatus eſt ab Imperatore mirari deſinant Viri quidam eruditi, quibuſcum olim mutuos de Inſcriptione Gratianopolitana ſermones miſcui, Sex. Sammium *anno, quo militare cœpit, Aquiliferum factum*, quamvis tердecennis tantùm eſſet. Obſtare quidem videntur Leges annales, & de fide lapidis dubitare fuadebant. Sanxerat enim Servius Tullius, teſte Aulo Gellio (q), ne minores annis ſeptemdecim militiæ nomina dare cogerentur. Apud priſcos Romanos militaris ætas ab anno decimo ſeptimo incipiebat, poſt aſſumtam virilem togam. Et tamen, ſtante Republicâ non ſemel preſſi gravioribus bellis, ei legi vis facta eſt, præſertim Civitate clade aliquâ exhauſtâ. Poſt infelix ad Carras prælium (r), *Diffitor auctoritate Patrum dictus M. Junius, Tiberius Sempronius Magiſter equitum, delectu habito, minores ab annis ſeptemdecim, & quoſdam Prætextatos ſcripſere*. Rurſus quum Q. Fulvio, Appio Claudio Pulchro Coſs. exhauſtâ juventute ægre delatus ſierent, Triumviros Senatus creari juſſit habendo delectui, quo ubique copiam ingentuorum inſpicerent, (ſ) *& ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites ſierent. Tribuni Plebis, ſi is videretur, ad Populum ferrent, ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento diviſſent, tot perinde ſtipendia procederent, ac ſi viginti annorum, aut majores milites facti eſſent*. Ex poſteriore hocce loco aperte colligitur, vetitum quidem Legibus fuiſſe, ne minores

(a) Norisius, Oper. Tom. II. pag. 864.
(b) Almelovenius, Faſtor. pag. 70.
(c) Tacitus, Annal. Lib. VI. pag. 1.
(d) Dio, Lib. IX. par. 764.
(e) Tacitus Lib. I. Hiſtor. 89.
(f) Idem Lib. II. 75.
(g) Aurelius Victor pag. 14. Edition. Plantin.
(h) Plinius Lib. III. Epiſtol. 16.
(i) Monument. Vet. Antii pag. 134.

(k) Diodorus, Lib. XVI. pag. 481.
(l) Pauſanias, Lib. VII. pag. 421.
(m) Zenobius, Prov. Cent. IV. 3.
(n) Fabrettus, Inſcription. pag. 116.
(o) Nempe *Caracalla*.
(p) Lege EQVITum BRaVCOrVM *Quingentorum*.
(q) Aulus Gellius, Lib. X. Cap. 28.
(r) Livius, Lib. XXII. Cap. 27.
(ſ) Idem, Lib. XXV.

res septemdecim annis inviti ad signa traherentur ; sed a militiâ non repulsos, qui sponte nomina dabant delectum habentibus, quamvis stipendia ante legitimam ætatem iis non procederent, neque in numerum eorum deducerentur, quæ Civis quilibet Reipublicæ debebat exhibere, nisi id Tribunicia rogatione, aut Senatus Consulto cautum esset. Sed & præter urgentis periculi causſam, multa suppetunt exempla Prætextatorum, qui sponte militiam subierunt, quum ipsa Prætexta à fortitudine, annorum numerum præveniente, duxerit originem ; a filio scilicet Lucii Tarquinii Romanorum Regis teste Macrobio (t). De eo quoque Servius (u), qui & aliorum militantium puerorum exempla subjunxit : *legit* (Vergilius) *in Historia, pueros de bellis gloriam reportasse* : *filium M. Druſi annorum ſexdecim*., *Criſpini filium Criſpinum in Corſica, quum fugeret exercitus Sp. Carvilii Conſulis, bellum reſtituiſſe* : *apud Soram bello Italico ab Herennio puerum in aciem eductum, a quo hoſtem occiſum, ſpoliatumque*. Quum igitur Legi annali Militari fraus fæpius fieret, Servii Tullii conſtitutum denuo inſtaurandum curavit C. Gracchus (*) atque in Tribunatu suo tulit ad Plebem, ne quis ante decimum ſeptimum annum ætatis militare cogeretur. Poſtea tamen oppreſsâ Republicâ, quum omnia Imperatorum arbitrio gererentur, pæne in deſuetudinem abiere Leges annariæ tum in civilibus, tum in militaribus capeſſendis.

Conſules viginti annorum creari potuiſſe, patet ex duobus Ulpiani locis (x). Pupillos nonnumquam ad Tribunatum militum promotos eſſe neceſſe eſt, quum doceat Juſtinianus Auguſtus (y) Pupillis hujuſmodi, legibus antiquis conceſſum, ut teſtamenta facere poſſent ; ideoque laudatur ab Hiſtoricis (z) Hadrianus, quod nemînem Tribunum, niſi plenâ barbâ fecerit. Fortaſſis eâ de re Conſtitutionem ediderat Hadrianus, ad quam alluſiſſe videtur Valerianus in Epiſtola ad Præfectum Prætorio (a). *Miraris fortaſſe*, inquit, *quod ego imberbem Tribunum fecerim*, *contra Conſtitutum*.. *Divi Hadriani* ; *ſed non multum miraberis*, *ſi Probum cogitas adoleſcentem verè Probum*. Præfectum equitum annorum XIV. exhibuit Inſcriptio ſupra adducta. Paſſim in literatis Lapidibus reperiuntur Milites, qui ante legitimos annos ſtipendia inierant. Occurrit (b) *Q. Titius Rufus Miles Urbanicianus cohortis XI. Stipendiorum V. qui vixit annos XVIII. dies XX.* Æra igitur meruit cœperat ab anno decimo tertio. Alibi (c) eſt *Cujus Cominius Caſi filius Veteranus Miles Cohortis V. Prætoriæ*, *qui vixerat Annos XXXI. Menſes V. Dies III. & Militaverat Annos XVIII.* Annum igitur agens quartum decimum cœperat militare. In Colonienſi quadam, quam ideo mutilam eſſe ſuſpicatur Reineſius (d), *Miles Legionis XX. Annorum XXV.* dicitur, & *Stipendiorum XVI.* Novennis ergo inter Milites relatus erat. Denique in quadam ex Donianis (e) memoratur duo fratres L. *&* P. *Ælii Veterani*, *qui militaverant in Legione XVI. in Germania Annis XXII. & vixerant Annos XXV.* Terdecennes itaque ambo militiam ſecerant. Ibidem (f) eſt L. *Aucilius Miles cohortis XI. Prætoriæ*, *qui vixit annis XVIII. militavit annos X.* Octennis ergo militiam fuerat auſpicatus. Hodiernæ militiæ mos eſt, militantium pueros, qui in caſtris nati ſunt, & educati, ſtatim a pueritiâ æra accipere, & in Militum matriculam referri. Id etiam in veterum militia obtinuit. Scripſit Silius Italicus (g), *Militem caſtris pubeſcere*. In Tactitis Leonis Imperatoris Conſtitutionibus (h), pueri ad impedimenta, & caſtrorum cuſtodiam deputantur. Et hoc firmari videtur, ex eo quod filii veteranorum, ubi primùm armis ſerendis erant idonei, militare nonnumquam inviti cogebantur. Exemplo ſit Divus Martinus, de quo Sulpicius Severus (i). *Sed quum edictum eſſet a Regibus*, *ut veteranorum filii ad militiam ſcriberentur*, *prudente patre*, *qui felicibus ejus actibus invidebat*, *quum eſſet annorum quindecim*, *raptus*, *& catenatus*, *ſacramentis militaribus impliciatus eſt*. Factum tamen contra præceptum Imperatoris Probi (k), qui præceperat tantùm, ut filii veteranorum ab anno decimo octavo ad militiam mitterentur. Ex his omnibus ſatis patet, mirum non eſſe *Sex. Sammium Severum* Antonini Augusti Tertio-decimo militare cœpiſſe, & *Aquiliferum* factum eſſe, quum nonnulli in ætate pari deprehendantur ſatis virium habere ad arma ferenda. Neque immenſum robur ſibi popoſcit geſtandæ Aquilæ munus, exigui enim ponderis, atque amplitudinis modicæ fuit hoc militare ſignum, uti probat decantatum illud Aquiliferi cujuſdam factum, ita a Floro (l) relatum. *Tertiam Aquilam Signifer*, *prinſquam in hoſtium manus veniret*, *evulſit*, *merſamque intra balthei ſui latebras gerens*, *in incertâ vadede delituit*.

Nonnihil heic turbat doctiſſimi Fabretti (m) ſententia, qui Kippingio duce, multis probare contendit, eumdem fuiſſe in antiqua militia primipilum, ſeu primipili Centurionem, ab Aquiliferum, & diutinis tantùm ſtipendiis milites ad geſtandam Aquilam promotos. Cujus ſententia nec Auctorem præter Kippingium habuit, nec ſequacem. Arriſit viro docto, quæ plurimùm eruditis blandiri ſolet, ſententiæ novitas. Sed præcipua ab eo allata veterum loca ad eam confirmandam, recte intellecta illam potius peſſumdant. Primus illi opinionis fundus Valerius Maximus (n), a quo inter omina, quæ Craſſi cædem præceſſerunt, in primis notatur, *Aquilarum alterum vix evelli a Primipilo potuiſſe*. Quis verò umquam quaſi canonem propoſuit ſingulare quoddam exemplum ? quaſi verò alibi agente Aquilifero, Primipilus, qui adſtabat prope Aquilam., in principiis caſtrorum humi defixam, minime cam evellere potuerit, quin protinus Aquilifer evaſerit ex Centurione. At proprio mucrone ſe ipſum petit Fabrettus, quum ex Cæſaris (o) Commentariis hunc locum proferre non dubitat. *In eo prælio quum gravi vulnere eſſet affectus Aquilifer*, *& viribus deficeretur*, *conſpicatus equites noſtros : hanc ego* (inquit), *& vivus multos per annos magnâ diligentiâ defendi*, *& nunc morientem eadem ſile Cæſari reſtituo. Nolite*, *obſecro*, *committere*, *quod ante in exercitu Cæſaris non accidit*, *& rei militaris à decus admittatur*, *inculumemque ad eum deferte*. *Hoc caſu Aquila conſervatur omnibus primæ Cohortis Centurionibus interfectis præter principem prioremem*. Hæc verò ita accepit Fabrettus, ac ſi Aquilifer idemque Primipilus, gravibus affectus vulneribus, viribuſque deficiens, Aquilam, cui tucndæ impar erat, equitibus ſervandam tradidiſſet, ac poſtea quum lethalia non eſſent vulnera, ſuperſtes remanſiſſet ſolus ex Cohortis Primæ Centurionibus. Sed in his oſtendit Fabrettus, quàm in Romana militia peregrinus eſſet, quum in unum miſcuit Aquiliferum, Primipilum, & Principem priorem. Etenim nemini in Romana Hiſtoria non hoſpiti ignotum, conflatas antiquis temporibus Legiones ex trino genere militum ; quorum alii Haſtati, alii Principes, alii dicebantur Triarii. Primus Legionis unâ & Triariorum Centurio erat *Primipilus*. Primarius principum Centurio vocabatur *Primus Princeps*. Haſtatorum verò primo Centurioni nomen erat *Primus Hyſtatus*. Cæſarianis autem temporibus, Legione in decem Cohortes diſpertitâ, ſex erant in prima Cohorte Centuriones, vel priorum ordinum Ductores, ſci-

(t) Macrobius, Saturnal. Lib. I. Cap. 6.
(u) Servius, ad Æneid. Lib. IX. verſ. 591.
(*) Plutarchus, in Graech. pag. 837.
(x) L. 1. D. de offic. Conſul. L. 20. §. 4. D. de Man. vind.
(y) L. 28. C. de Teſt. Milit.
(z) Spartianus in Hadrian. Cap. 10.
(a) Vopiſcus, Prob. Cap. 4.
(b) Gruterus, pag. MCIX. num. 15.
(c) Idem, pag. DXXXVIII. num. 2.
(d) Reineſius, Claſs. VIII. 22.
(e) Donius, Claſs. VI. 52.
(f) Ibidem, Claſs. VI. 176.
(g) Silius Italicus, Lib. II. verſ. 327.
(h) Leo, Tactic. IV. 36. XIV. 13.
(i) Severus Sulpicius, Vit. B. Martini.
(k) Vopiſcus, in Prob. Cap. 16.
(l) Florus, Lib. IV. Cap. ultim.
(m) Fabrettus ad Column. Trajan. Cap. VII. pag. 188. & ſeqq.
(n) Valerius Maximus Lib. I. Cap. 6. & 11.
(o) Cæſar, Bell. Celt. Lib. III. 64.

ſcilicet primus & ſecundus Primipilus, prior & ſecundus Princeps, prior & ſecundus Haſtatus, quod locum hunc Cæſaris exponens fuſius proſequitur Salmaſius (p). Quare ſi omnes primæ Cohortis Cæſarianæ Centuriones interemti ſunt præter *Principem Priorem*, occubuit quoque *Primipilus*, ſeu primarius Centurio Triariorum, & ex ipſa Fabretti ſententia Aquiliſer, qui unus idemque erat. Aut ſi eumdem velit eſſe Aquiliferum cum priore Principe, tunc diverſus fuerit oportet a Primipilo, quum Princeps prior eſſet primus principum Centurio, nequaquam verò Triariorum, inter quos primam vicem gerebat Primipilus, quem & Primipili Centurionem nuncupabant. At penitus diverſos fuiſſe ab Aquiliferis Primipilos evincit iſte egregius Livii locus (q). *Q. Victorius Primipili Centurio, & C. Aſinius Tribunus Militum, Quartæ hic, ille Secundæ Legionis (rem in aſperis prœliis ſæpe tentatam) ſigna adempta Signiferis in hoſtes jecerunt*. Vides heic Primipilum Signiferis ſigna ademiſſe. Minime igitur primarium Legionis ſignum geſtabat Primipilus. Quorſum enim Signiferis ſigna in hoſtes jacienda rapuiſſet, quum ipſe ſignum haberet præ manibus præſtantiſſimum, quodque amiſſum dedecus maximum attuliſſet militibus, quos concitatos volebat, ſigna in hoſtes jaculando, ne ab hoſtibus auferrentur? Præterea non magis Primipilum Aquilam geſtare decuit, quàm reliquos Centuriones alia Legionum, aut Cohortium vexilla. Centuriones verò a Vexilliferis diſtinguuntur in Inſcriptione (r) aræ dedicatæ a Cohorte Prima Vigilum. Ibi enim Centuriæ cujuſque milites ſinguli recenſentur, atque in capite ſtant nomina Centurionum; ſequuntur nomina militum, & inter primos Vexilliferorum, notâ VEX. deſignatorum. Dixerit quidem Juvenalis, *vix ſexageſimum annum Aquilam aſſerre*. Quid tum? An hoc ſemper ita contigit? Minime gentium; quum antiquæ Inſcriptiones Aquiliferos quoſdam juvenes prodant, & Gratianopolitana hæc noſtra Aquilam Terdecenni puero traditam referat.

Legitima militum ſtipendia viginti & quinque annis abſolvebantur (ſ) ſaltem in Legionibus tum ſtante Repnblica, tum etiam ſub Imperatoribus, ut indicant Leges (t) Antonini Auguſti Severi filii, & Diocletiani, & Maximiani. Ejuſmodi annorum tempore elapſo, veterani dici incipiebant, & immunitatibus, privilegiiſque muniebantur milites; nec ad ſordida munera compelli poterant, qui conſumtis viginti annorum ſtipendiis honeſtam miſſionem accepiſſent. Legitimæ militiæ tempus ob oculos reponit lapis iſte Aquilejenſis. (u)

AVRELIVS DOMITIANVS
BENF LEGI (x)
(y) AL. VIXIT
ANN. XXXX. MILIT
AVIT. ANN. XX.
ACCEPIT. MISSIONEM

Sed quum legitima ſtipendia proceſſerint ab anno decimo ſeptimo ineunte ad quadrageſimum ſextum abſolutum, quod eſt triginta annorum ſpatium; minime neceſſe fuit ad honeſtam miſſionem impetrandam, viginti annos militando continuaſſe, ſed intra annos triginta, quibus ad militiam cogi poterant, hunc ſtipendiorum numerum expleviſſe. Ideo in Lapide Gratianopolitano Sextus Sammius TER MILIT*aſſe* legitur intra annos octodecim, qui fluxerant inter Conſulatus ibi adnotatos. Quoties enim aliquis ſacramento militari dixiſſet, toties militare dicebatur. Ita accipiendus Quinctilianus (z) ubi ait, *nemo tamen paſſus eſſet duplici præmio unam honorari militiam*. Inde verò eruitur verus intellectus Inſcriptionis cujuſdam Dorianæ, a quo aberraſſe videtur Vir in his literis non modica cum laude verſatus.

(a) Q. VAESIO. Q. F. PAL. NIGERIANO
MIL. COH. V. PR. 7. VERI. MILIT. (b)
LEG. X. GEMIN. DVPLAR. DIVR
STIPEN. XII. AN. XVI
VIXIT. ANN. LXV. M. VI. &c.

Duplares, aut *Duplicarii* ex Vegetio (c) dicebantur, qui binas conſequebantur annonas; quique diurnam mercedem duplicem accipiebant, ut ad Vegetii locum probavit Stewechius. Senſus igitur hujus Inſcriptionis eſt *Q. Væſium Nigerianum Duplarem Diurnum*, ſive ex eo genere militum, qui denarios binos dietim accipiebant, quum alii unum acciperent, *duodecim ſtipendia meruiſſe*, hoc eſt annis duodecim militaſſe intra tredecim annorum ſpatium.

In primis verò facit Lapis noſter, illuſtrando pari Conſulum Anni U. C. 803. Chriſti 50. Ad hunc Annum Tacitus (d) nuncupat *C. Antiſtium*, *M. Suillium*, omiſſis cognominibus, ut ſæpe aliàs. In Faſtis Idacii, Proſperi, Caſſiodori, & Anonymi Noriſiani (e) proditur *Vetus*, & *Nervilianus*. Onuphrius Panvinius C. Antiſtium Veterem vocat cum M. Suillio *Rufo Serviliano*. Poſterior dicitur *M. Rufus* a Leunclavio (f), M. Suillius *Rufus* a Petavio (g), *M. Servilius Rufus Servilianus* a Pighio, & Mediobarbo (h), denique M. Snillius *Nervilianus* a Cuſpiniano (i), Pagio (k), & Tillemontio (l). Sed eorum omnium errores circa cognomen poſterioris Conſulis jam redarguere potuit Marmor egregium, *in* ruderibus Antii repertum, & in Muſæo Eminentiſſimi Cardinalis Alexandri Albani Romæ adſervatum, atque ab illuſtri Franciſco Blanchinio editum, ubi aliquot Conſulum paria imperii Claudiani exhibentur (m), inter quæ leguntur:

C. ANTISTIVS VETVS
M. SVILLIO. NERVILINO COS

Duo tamen huic Marmori ſupplementa præbet Lapis Gratianopolitanus, ut ex veteribus ſchedis a me deſcriptus eſt. Nam iterati Conſulatus notam adpingit C. Antiſtio Veteri, quam adſcribere neglexit Antiatis Inſcriptionis Quadratarius; & inde diſcimus eumdem fuiſſe C. Antiſtium Veterem, M. Snillii collegam, qui ante annos viginti ſeptem Conſulatum priorem geſſerat cum C. Aſinio Pollione Anno U. C. 776. Chriſti 23. Præterea in illo quoque videmus, evanuiſſe inferiorem ductum literæ L. in Antiati Marmore, quum ibi hodie legatur NERVILINO, in noſtro verò NERVLLINO. Et ſane id cognomen plerumque occurrit cum unico L. veluti in Smyrnæorum Nummo ſub Veſpaſiano cuſo, quem refert Vaillantius noſter (n), in cujus poſtica legitur ΕΠΙ. Μ. ΣΤΙΑΛΙΟΥ. ΝΕΡΟΤΑΙΝΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΣΜΥΡ. Bis eum Aſiæ præfuiſſe crediderim, quia duplex ejuſdem profertur Nummus Hierapolitanorum in Aſia; quorum prior (o) Claudii effigiem refert, poſterior Neronis: & minime probabile eſt, eumdem Aſiæ Pro-

(p) Salmaſius de R. Milit. Roman. Cap. 6. pag. 60. & ſeqq.
(q) Livius, Lib. XXXIV. 46.
(r) Sponius, Miſcellan. pag. 247.
(ſ) Polybius, Lib. VI. pag. 466.
(t) L. I. C. de excuſ. veter.
L. II. C. de Re Militar.
L. IX. C. quand. provoc. &c.
L. III. C. de his, qui non impl. ſtipend. &c.
(u) Monument. Vet. Ant. pag. 393. num. 8.
(x) Lege, BENEFI*ciarius* LEG*ionis*.
(y) Lege, AD*jutricis*.
(z) Quinctilian. Declamat. 249.
(a) Donius Claſs. VI. 131.

(b) Lege, MILIT*avit* LEG*ionis* X.*æ* GEMIN*æ* DVPLAR*ii* DIVR*no* STIPEN*diorum* XII. AN*nis* XVI.
(c) Vegetius, Lib. II. Cap. 7.
(d) Tacitus, Annal. Lib. XII.
(e) Noriſ. Opp. T. II. pag. 606.
(f) Ind. Coſs. ad Dion. Lib. LX.
(g) Petav. Doctr. Temp. T. II. pag. 670.
(h) Mediobard. Num. Impp. pag. 84.
(i) Cuſpinian. ad Caſſiod. pag. 49.
(k) Pagius ad Critic. Baron. An. 50. num. 1.
(l) Tillemontius, Hiſtor. Impp. XI.
(m) Blanchinius, Prolegomen. ad Anaſt. Tom. II. pag. 222.
(n) Vaillantius, Num. Græcor. Imperat. pag. 21.
(o) Seguin. Num. Select. pag. 100. & 101.

Proconſulatum tenuiſſe ab imperio Claudii ad Veſpaſianum. Quare primùm Aſiæ præfuiſſe videtur ante Conſulatum; & iterum annis ſatis multis poſtquam Conſul fuerat ſub finem imperii Neronis, & per initia Veſpaſiani. Filium P. Suillii, illius, qui ſub Claudio accuſator venalis, & acer, Meſſalinæ præſertim deditus, poſtea ſub Nerone multis criminationibus impetitus, in inſulas Baleares pulſus eſt, *Nerulinum* vocavit Tacitus (p). Celebris hujus P. Suillii frater, ſaltem *conſanguineus*, fuiſſe videtur noſter M. Suillius Nerullinus. Ex alia ſiquidem matre eum natum crediderim, ex eo quod P. Suillius frater eſſet uterinus Corbulonis ex Plinio (q). Apprime tempora conveniunt. Nam P. Suillius Conſul ſuffectus fuit cum Oſtorio Scapula Anno U. C. 802. juxta veriſimillimam Noriſii conjecturam, & M. Suillius ſequenti Anno ex Kalendis Januarii Conſul proceſſit. Utriuſque fortaſſis parens fuit Suillius ille, ad quem Ovidius (r) ſcripſit ex Ponto, quum ibi exul ageret, quique Ovidii privignam uxorem duxerat. Et ſane P. & M. Suillium fratres fuiſſe ſatis oſtendit, quod prioris filius idem cum poſteriore cognomen *Nerulini* habuerit. Floruit maxime ſub Claudio Suilliorum gens. Nam & alterius mentio exſtat apud Tacitum (ſ), Meſſalinæ familiaris, & in ejus cœtu poſt muliebria, cuique ſuavitia mortis effugium fuere. Sed quum is *Cæſoninus* diceretur, an priorum frater eſſet, vel tantùm gentilis, nequaquam dijudicare poſſum.

EX STAtuto Inſcriptio *Sammio* poſita dicitur. In altera item ſupra relata EX ST. F. P. intelligi debet EX ST*atuto* F*aciendum* P*rocuravit*. Statutum idem eſt ac *decretum*, *certum*, atque opponitur *arbitrario*. Plautus (t): *Hoc quidem profecto certa' st, non arbitrarium*. Quum Ordo, Plebs, Conlegium, Sodalitas, aut Privatus etiam non tantùm fieri mandaverat monumentum, ſed & modum monumenti præſcripſerat, tunc illud *Ex Statuto* factum dicebatur, neque Curatori operis licebat aliquid addere iis, quæ præfinita fuerant. Sic in ſepulcrali quadam Inſcriptione (u), EX TESTAMENTO VTI CAVIT LIBERTI IDEMQVE HEREDES POSVERVNT. Quando verò monumenti faciendi modus conferebatur in cujuſpiam arbitrium, ita ut ad libitum illud ornaret, augeret, minueretve, tunc *arbitratu* factum inſcribebatur, adjecto illius nomine, cujus arbitrio monumentum faciendum mandaverant; & non ſemel accidit, ut monumenti extruendi cura alicui tribueretur, arbitratu alterius; præſertim vero quando Servis, aut Libertis hujuſcemodi munus injungebatur. (x)

Alia quædam & præclara militi poſita Inſcriptio Gratianopoli quondam exſtitit in antiquo Patrum Minimorum Cœnobio, quam hcic ex Præfidis Valbonnæſi ſchedis propono emendatiorem, quàm hactenus edita fuerit,

Num. XXI.

D M
T. CAMVLI. L. F. LAVERTI
EMERITI. LEG. III GALLIC
HONESTA. MISSIONE. DO
NATI. AB. IMPER. ANTONINO
AVG. PIO. ET. EX. VOLVNTATE
IMP. HADRIANI. AVG. TOR
QVIBVS. ET. ARMILLIS. AVRE
IS. SVFFRAGIO. LEGIONIS
HONORATI. CAMVLIA. SOROR
EIVS. ET. PATEGORIA. E
MERITA. EIVS. PATRONO. OP
TIMO. ET. PIISSIMO

Camulia gens in Galliis nota jam erat in Inſcriptione (z) quadam Narbonenſi apud Gruterum; immo & in tractu Allobrogico ex aliis duabus (a) erutis in pago quodam Beugeſiæ, qui eorum fuiſſe videtur Allobrogorum, quos ultra Rhodanum incoluiſſe tradidit Cæſar. Titi Camulii noſtri fortè filius erat alius quidam *T. Camulius T. F. Æmilianus Flamen Coloniæ Juliæ Antæ*, de quo Lapis Aptenſis apud Sponium (6). Crambem verò recoctam Lectoribus apponerem, ſi pluribus proſequerer dona militaria, quibus donatus eſt miles noſter, quum alienæ diligentiæ parum, aut nihil reliqui fecerint Lipſius (c), Bulengerus (d), & Stewechius (e). Peculiari tamen animadverſione dignum eſt, quod ſubjungitur, *T. Camulium Torquibus, & Armillis aureis ſuffragio Legionis honoratum* fuiſſe. Legionum enim ſuffragia a ducibus exquiſita, ubi vellent militaria dona meritis tribuere, nullibi legiſſe me memini. Græci quidem certamina de fortitudine inter milites inſtituebant, in quibus quis fortius adverſùs hoſtes dimicaſſet a judicibus pronunciabatur ex omni exercitu electis, poſtquam ſermones de palma certantium audiviſſent. Et is vocabatur Ἄριστα πεπολεμηκώς, cujus illuſtre exemplum ſupereſt in fragmento Libri Quincti Diodori Siculi, quod tamquam veteris Sophiſtæ Declamatio editum fuerat ab Henrico Stephano (f). Indicto exercitus conventu ſedebant electi Judices, & ſententiam ferebant, circum ſtante omni militum turbâ, de ipſis-met Judicibus laturâ judicium, recte-ne, an ſecus judicaſſent. Q. Curtius de Alexandro (g): *ac ne deſides ollo demitterent animos, Judices dedit, præmiaque propoſuit de virtute militari certantibus* &c. *Ingens militum turba convenerat, egregio interfutura certamini. Teſtis eadem cujuſque factorum, & de Judicibus latura ſententiam, quippe verò ne an falſo honos cuique haberetur, ignorari non poterat*. Alia prorſus apud Romanos militibus præmia diſtribuendi ratio. Hanc eximie præ ceteris deſcribit Joſephus (h), qui caſtris eorum & diſtributioni præmiorum a Tito Cæſare expugnatis Hieroſolymis factæ, interfuit. Imperator ex ſuggeſtu laudato univerſo exercitu legi jubebat nomina eorum, qui facinore aliquo inſigni clariores evaſerant, & unicuique pro meritis commendato Torques, Haſtas, Vexilla, alia-ve dona militaria donabat. Illi verò, qui ex libello juſſu Imperatoris cujuſque geſta recitabant, non aliunde ea diſcere poterant, quàm a Commilitonibus, & illa fortaſſis Commilitonum teſtimonia heic *ſuffragium Legionis* vocantur. Eſt in Valerio Maximo (i) leve

(p) Tacit. Annal. XIII. 43.
(q) Plin. Lib. VII. Cap. 5.
(r) Ovidius, de Ponto Lib. V. 8.
(ſ) Tacit. Annal. lib. XI. 36.
(t) Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. I. verſ. 216.
(u) Gruterus, pag. DCCCLXXXIV. num. 2.
(x) Vide Reineſium ad Claſſ. I. 19. & Cl. VI. 20.
(y) Allard. pag. 8.
Gud. CLVIII. 5.
Maſſeus, Seleƈt. Gall. Antiqu. pag. 63.

(z) Gruter. pag. DCCLXVII. num. 5.
(a) Reineſ. Cl. XV. 56. & appendic. 12.
(b) Sponius Miſcellan. pag. 164.
(c) Lipſius, Mil. Rom. Lib. VIII. diatr. 17.
(d) Bulengerus, de Spol. &c. Cap. 12.
(e) Stewechius, Ad Veget. pag. 83.
(f) Polem. Decl. pag. 20. edit. Henric. Stephani
(g) Q. Curtius Lib. V. Cap. 7.
(h) Joſephus, Bell. Judaic. Lib. VII. Cap. 13.
(i) Valer. Max. Lib. VIII. 14. 5.

leve quoddam indicium, ducès quoque Imperatorem admonuiſſe de præmiis in quempiam conferendis. Sic enim ille. *Subnectam Scipionem dona militaria iis, qui ſtrenuam operam ediderant, dividentem, T. Labienus, ut forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit.* Ita fortaſſis etiam Legionis, in qua militabat *Camulius*, petitione factum eſt, ut ei militaria dona tribueret Imperator. Quum verò *ex voluntate Hadriani Auguſti* præmiis *honoratus* Camulium legimus, illuſtrantur loca duo Spartiani (k) in ejus Auguſti Vita, in quorum priore ait, *a Militibus propter curam exercitus nimium amatus eſt* (Hadrianus), *ſimul quod in eos liberaliſſimus fuit*. In altero de ejuſdem militaribus inſtitutis, (l) *multos præmiis, nonnullos honoribus donans, ut ferre poſſent ea, quæ aſperius jubebat*. Præmia ab Hadriano merendi cauſſam præbere potuit Judaicum bellum, quod eo tempore exarſit, cui-que finis impoſitus everſione Hieroſolymorum a fundamentis, in cujus Civitatis locum ædificata eſt Ælia Capitolina, Hadriani opus. Non procul inde agebat Legio III. Gallica, in qua militabat noſter *Camulius*. Stativa ipſi Dio (m) in Phœnice aſſignavit, eamque ſtetiſſe *Danabæ* teſtatur Notitia utriuſque Imperii (n). Fortè etiam miſſionem ab Antonino Pio Auguſto Hadriani ſucceſſore impetravit *Camulius*, poſt compreſſam alteram Judæorum ſeditionem, cujus meminit Capitolinus (o) in Vita Pii.

CAPUT VI.

Monumenta ſingulariorum.

EXpoſitis militaribus Inſcriptionibus paucæ quædam referendæ ſuperſunt, quibus debetur memoria Familiarum Romanarum, quæ quondam Culanone exſtiterunt.

Num. XXII.

(p) D M
CASSIAE
PAVLINVLAE
AN. XXXII
P. CASSIVS
HERMETIO
FILIAE
PIISSIMAE

A

Num. XXIII.

(q) D M
Q. IVVENTIO
VICTORIS ET
PAVLINVLAE
FILIO
CASSIANO BIMO
Q. IVVENTIVS
VICTOR

B Nulla eſt ex antiquis Cularonis Familiis, cujus toties meminerint literati Lapides, Gratianopoli effoſſi, ac *Caſſiæ*. Duobus his Caſſiorum Monumentis adjungi debent alia duo Numer. IX. & XII. ſupra relata. Prius eſt *T. Caſſii Mamſuetis*, cujus filiam exſtitiſſe conjicio *Caſſiam Mamſuetam* Mediolanenſi Inſcriptioni (r) memoratam. Poſterius eſt *P. Caſſii Hermetionis*, quem Sevirum Auguſtalem fuiſſe docet. Cognomen depravavit Chorerius (ſ), nam pro HERMETIO edidit HERILETIO, & inde Reineſius (t), conjecturis plerumque fallacibus indulgens, legebat HERCLETIO. Sed rectum eſt HERMETIO, cognomen nempe ab *Hermete* deductum, neque in hoc ipſo tractu inauditum, ut videre eſt in quadam ex Viennenſibus (u). Mutuam ſibi lucem afferunt collatæ invicem Inſcriptiones, quas attulimus Numer. XII. XXII. & XXIII. Docent enim, C *P. Caſſium Hermetionem*, Sevirum Auguſtalem Cularonenſis Municipii, filiam habuiſſe *Paulinulam*, cui *Anno ætatis XXXII.* defunctæ monumentum fieri curavit. Nupſerat *Caſſis Paulinula Q. Juventio Victori*, e qua eo conjugio natus fuerat *Caſſianus*, qui ex patris nomine Q. Juventius dicebatur, a matre verò cognomen fortitus fuerat, ſicut illa fortaſſis Paulinula dicta fuit a matre Paulinâ. Integrum ſtemma ex tribus Marmoribus, exercitationis cauſſâ confectum, heic ſubjicio.

P. Caſſius Hermetio = *Paulina*
Sevir Auguſtalis. — conjux ex conjectura.
Ex Inſcript. Num. XII. & XXII.

Caſſia Paulinula = *Q. Juventius Victor.*
Ex Inſcrip. Num. XXII. & XXIII. — Ex Inſcript. Num. XXIII.

Q. Juventius Caſſianus.
Ex Inſcript. XXIII.

Noti & in reliquo tractu Allobrogico *Caſſii*, ut videre eſt in monumentis Viennenſibus apud Chorerium (x), & Gruterum (y). Sed ii omnes minime putandi ſunt originem traxiſſe ex illuſtriſſima *Caſſiorum* proſapia. Nobiliſſimarum gentium nomina ad humiles, & infimæ D ſortis perſonas propagata ſunt pluribus modis. Ac primo quidem nemo neſcit, Servos, quum a Dominis manumitterentur, eorum nomina aſſumſiſſe, ſervato Cognominis vice ſervili Nomine. Secundo Clientes quoque Patronorum Nomina nonnumquam ferebant. Tertio

(k) Spartianus in Hadrian. Cap. 21.
(l) Ibidem, Cap. 10.
(m) Dio, Lib. LV. pag. 764.
(n) Notit. Imper. Section. 32.
(o) Capitolin. in Antonin. Cap. 5.
(p) Allard. pag. 7. Gudius, CCXXXIII. 1.
(q) Allard. pag. 7. Gudius, CCXXXII. 11.
(r) Gruterus, pag. DCCXCV. num. 1.
(ſ) Chorerius, Hiſtor. Delphinat. pag. 243.
(t) Reineſius, Claſſ. VI. 108.
(u) Chorer. Antiqu. Vienn. pag. 375.
(x) Ibidem, pag. 157. & 165.
(y) Gruter. pag. DLXXV. num. 6.

to provinciales, aut exteri, qui Civitate donabantur, ſibi adſciſcebant gentilitium Nomen illius, cujus beneficio Cives facti fuerant. Tum etiam viri principes Civitatum, quæ jus Municipii, vel Coloniæ ab Imperatoribus obtinuerant, Cives Romani effecti, ejus Imperatoris, cujus largitione Civitatem adepti erant, nomen ſibi imponere gaudebant; & inde tot *Julii* in Nummis Coloniæ Corinthi, quippe quæ juſſu Divi Julii deducta fuerat. Neque ſane veriſimilior cauſſa afferri poteſt, cur tot *Septimii* occurrant in Monumentis repertis ioter rudera Palmyræ. Civitatem hanc Coloniam factam ait Ulpianus (z). Actum id eſſe a M. Aurelio Antonino Severi filio indicat illius Nummus Græcus, in cujus poſticâ legitur ΚΟΛ. ΠΑΛ. ideſt *Colonia Palmyra*. Antonious vulgo Caracalla vocitatus erat e gente *Septimiâ*, quamvis a patre Aureliæ inſertus eſſet. Inde Palmyreni beneficio ipſius Cives Romani effecti, *Septimios* ſe libenter appellarunt: nam in pauculis, quæ ſuperfuerunt, Inſcriptioaibus Palmyrenis occurrunt (a) *Septimius* Procurator Ducenarius, *Septimius* Æranes, *Septimius* Orodes, *Septimius* Odænathus. Quum hi omnes ex annis Æræ Seleucidarum, cuique monumento adſcriptis, ante finem imperii Gallieni vixiſſe ooſcantur, nullo modo probabile eſt, tot Cogoominibus diſtinctos viros ab uno Septimiæ gentis Liberto proceſſiſſe intra quinquaginta annorum ſpatium. Nam in Marmoribus, quæ Severo, & Caracallâ antiquiora ſunt, nulla fit Septimiorum mentio. Hinc etiam Zenobia Auguſta Palmyrâ oriunda *Septimiæ* nomen habuit, quod Nummi (b) ſervarunt; quia nempe pater ejus, aut avus aliorum Palmyrenorum exemplo *Septimii* Nomen uſurpare cœpit, quando Civis Romanus factus eſt, Palmyrâ Coloniâ factâ ab Antonino Caracallâ. Non ſunt profectò audiendi quicumque Zenobiam ideo *Septimiam* fuiſſe dicunt (c), quòd originem duceret ab illo *Septimio*, qui verſabatur in aula Ptolemæi Ægyptiorum Regis. Minime Romanam a proavis originem affectavit magni animi mulier, atque ab ipſis Ægypti Regibus prognatam ſe eſſe jactabat juxta Trebellium Pollionem (d); & turpe ducere debuiſſet inter avos numerare vile, & Romano nomine indignum Ægypti regum mancipium, quale fuit ille Septimius, cædis magni Pompeji conſcius. Ruit quoque ex ſupra notatis alterius Viri docti opinio, qui Zenobiam ſuſpicabatur *Septimiæ* nomen habuiſſe a Cive quodam Romano *Septimio* dicto, & Palmyræ degente, cujus Liberti fuiſſent majores Zenobiæ. Quo nihil a mulieris ſuperbia fingi alienius potuit. Si enim verum hoc fuiſſet, crediderim potius, illam patris nomen depoſituram fuiſſe, quàm ut priſtinæ ſervitutis familiæ ſuæ notam intermicare pateretur. Præterea eodem *Septimii* nomine appellatus eſt vir ejus Odænathus, quem claris ortum majoribus, non obſcure inuit Zoſimus (e); quæ quidem ratio eſt, ut idem nomen viro nullam ſervitutis notam inurat, nec feminæ proavos ſervitutem ſerviſſe indicet. Licèt autem nimis a propoſito aberraſſe quibuſdam videri poſſim, ſi qoi tamen ſint, quorum judicio ſcopum tetigerim, eos non pigebit iſta etſi alienore loco legiſſe. Sed nunc, quod inſtat, agendum perſequor.

Num. XXIV.

In Via Clericorum.

(f) D M
T. AEL. AVGo
LIB. TAVRO
SABINVS. MARCELLI
NA. TAVR. FILII
PATRI. PIISSIMO
ET. ITALICAE CONIV
GI. INCOMPARABILI

Num. XXV.

In muro Portæ de Bonne.

(g) QVIET. PERP
MAMMIAE SATVR
NINAE. ET. TAVRO
PARENT. PIENTISS
T. AEL. ITALICA. ET
AEL TAVRINIANV
S. FILL DE. SVO. PO
SVERVNT

Num. XXVI.

In Via Majori dicta.

(h) D M
T. AEL. FORTVNA
TI. ET. PAPIRIAE
QVIETE. PAREN
TIVM. ET. T. AEL
QVIETI. FRATRIS
T. AEL. FORTVNA
TVS. PIISSIMVS

Tria ſimul exhibui familiæ *Ælia* Cularone exiſtentis monumenta, quorum priora duo iiſdem fere perſonis dicata videntur. Originem hi omnes ducere debuerunt a priore illo T. Ælio Auguſtorum Liberto; non tameo duo ſimul *Ælii* Auguſti fueruot, ſed quum iſte *Ælius Taurus* libertate donatus eſſet ab Imperatore T. Ælio Antonino Auguſto Pio, eo defuncto, operas, quas ipſi jure patronatus debuerat, M. Aurelio, & L. Vero filius ejus adoptivis præſtare debuit, & *Auguſtorum Libertus* dici cœpit. Adoptivi enim, non ſecus ac naturales, & legitimi liberi, patrum adoptantium cognatos nnâ, & Libertos ſortiebantur, teſte Appiano (i). Αὐτοκράτωρ ἀδελφὸν ἀνεψιὸν ἢ υἱὸν ἢ γνησίου παῖδα ἄγων ἢ ἀναγκαῖόν τῇ βουλῇ ἢ δημοσίᾳ. Colligimus itaque ex Inſcriptionibus hiſce, Num. XXIV. & XXV. *T. Ælium* Auguſtorum Libertum *Taurum* uxorem habuiſſe *Italicam*, ex qua duos mares ſuſcepit *Sabinum*, & *Taurum*, ſequioris ſexus *Marcellinam*; qui unâ patri, matrique tumulum faciendum curarunt. Alter verò ex filiis *Taurus* conjugem habuit *Mammiam Saturninam*; horumque filii fuere *T. Ælius* ITALICIANUS, & *Ælius* TAVRINIANVS, qui modo eodem parentibus memoriam de ſuo poſuerunt. Integrum ſtemma ita ſe habet.

T. Ælius

(z) l. 1. §. 3. D. de Cenſibus.
(a) Inſcrip. Græc. Palmyr. num. X. XIV. XIX. XX. & XXII.
(b) Mediobarbus, Num. Imperator. pag. 385.
(c) Seguinus, Seſect. Num. Cap. 2.
(d) Trebellius Pollio, Poſt. Tyr. Cap. 30.
(e) Zoſimus, Lib. I. pag. 650.

(f) Allard. pag. 4. Gud. CCC. 4.
(g) Allard. pag. 5. Gud. CCLVIII. 9.
(h) Allard. pag. 3. Gud. CCL. 1.
(i) Appianus, Civil. Lib. III.

T. Ælius Augg. Lib. Taurus = Italica uxor.
Ex Inſcript. XXIV. Ex ead. Inſcrip.

Sabinus. Ex Inſcr. XXIV. — Marcellina. Ex ead. Inſcr. — T. Ælius Taurus = Mammia Saturnina conjux.
Ex Inſcr. XXIV. & XXV. Ex Inſcription. XXV.

T. Ælius Italicianus. Ex Inſcript. XXV. — Ælius Taurinianus. Ex ead. Inſcript.

Num. XXVII.

Ultra Iſaram juxta vineas Montis Floridi.

(k) D M
M. MAGIO
POTENTINO
MAGI. MACRINVS
ET. ATILIVS. FILII
PATRI. PIENTISS

Num. XXVIII.

Ultra Iſaram juxta eaſdem vineas.

(l) D M
MAG. RVFINAE
CN. VERG
IOSIMVS. CON
IVGI. SANCTISSI
MAE

Fuit quoque inter Cularonenſes familia *Magia*, ſed in Inſcriptione XXVII. ſchedæ Valbonnæſii legebant M. MAGIO. POLENTINVS, omnino male, quandoquidem & cognomini convenire debet cum nomine in dandi caſu, & inter Cognomina non occurrit *Polentinus*. Ex Gudio emendare non dubitavi POTENTINO, quod cognomentum eſt ſatis frequens, & viris pariter mulieribuſque tribuitur quinquies in magno Theſauro (m). Præterea Gudius Inſcriptionem XXVIII. peſſime deſcripſerat. LOSIMVS apud ipſum legitur pro IOSIMVS, ut habent Valbonnæſii ſchedæ. Porro IOSIMVS idem ac ZOSIMVS, nam alternant inter ſe Z. & I. conſonans, unde bis in vetuſtis Marmoribus (n) reperitur ZESV pro IESV; & contra in Notis Tironis, & Senecæ vulgo dictis legitur SCAION pro SCAZON.

Num. XXIX.

(o) D M
ET MEMORIAE
AETERNAE
DEVILLIAE. ATILIAE
LEPIDVS. BASILAE
VS. CONIVG. KAR
PONENDVM. CVRA
ET. SVB. ASC. DEDIC

(k) Allard. pag. 7. Gud. CCLVII. 11.
(l) Gudius, CCLXXVIII. 8.
(m) Gruterus pag. CCCLXXXVI. 1. DCCLXXXV. 12. DCCCIV. 7. DCCCXXXIII. 14. DCCCCLXXIII. 4.
(n) Gruter. pag. MLVIII. 6. Reinesius Claſs. XX. 150.
(o) Gudius, CCLXXI. 4.

A

Num. XXX.

(p) PERPETVAE. AE
TERNITATI
L. DEVILLIO
LVCINO PATR
ET DEVIL
MATRI. AD



Prior exſtat apud Gruterum (q), ſed depravatiſſimæ ibi ſunt lineæ quarta, & quinta. Altera in Gudiano exemplari paululum corrupta erat.

B

Num. XXXI.

ATISIO
LARINVS ET PILIANI
FILIA LARINIA DE SVO
POSVERVNT

Hujus fragmentum tantùm ſupereſt ſcriptum literis uncialibus e regione Collegii Societatis Jeſu. *Larini* nomen perrarum eſt in antiquis Monumentis. Memorantur tamen (r) *M. Larinius Salinator*, & *Julia Larina*. Inter virgines Camillæ Comites unam Virgilius (ſ) *Larinam* nuncupat cum Tullâ, & Tarpejâ, ubi doctus interpres Servius adnotavit, eſſe nobilium Italiæ feminarum nomina. *Larinus* quidam ſub Auguſto occurrit in Nummo Liviæ vulgato ab Andreâ Morellio, (t) cujus ab anticâ hæc eſt epigraphe: AIBIAN HPAN AAPINOΣ; a poſticâ IOTAIAN AΦPOΔITHN. *Larinus* deſcendit a *Laro*, & quidem Ulyſſis interfectorem *Larum* vocat Sextus Empyricus (u). *Aliſii* in his tractibus noti ſunt ex fictilibus pateris, de quibus agam in ſequenti Epiſtola ad Cl. V. Scipionem Maffejum de Municipii Auguſti Antiquitatibus, tum etiam ex Deenſi (x) Inſcriptione.

C

Num. XXXII.

In Templo Deiparæ.

D M
IVLIAE MARTIAE
T . F
M. IVL. SATVRNI
NVS. HERES. ET
T. ANDIVS. EV.....

D

Num.

(p) Idem, CCLIV. 6.
(q) Gruter. pag. DCCXCIX. num. 6.
(r) Idem, DCXCIII. 4. & DCCCLXXV. 6.
(ſ) Vergilius, Æneid. XI. verſ. 655.
(t) Morellius, Spec. Tab. XX. 3.
(u) Sext. Empyric. adv. Muth. Lib. 1. Cap. 12.
(x) Gruter. pag. DCCCXIX. num. 3.

Num. XXXIII.

In clivo dicto de Chalemont.

D APRONIAE SABINAE M
M. FILIAE. CASSATAE
P. HELVIVS. MASSO
CONIVGI CARISSIMAE

Cassatæ Cognomen Gallicam sapit originem: Gaudebant enim Galli nominibus in *atus* desinentibus. Memoratur *Ambigatus* Biturix Livio (y); *Contoniatus* quidam Galliarum regulus Diodoro Siculo (z); tum *Cottuatus* Carnotensis, & *Crutognatus* Arvernus Cæsari (a); *Epossognatus* in excerptis Polybii (b) de Legationibus; *Congentiatus* Epitomæ Livianæ (c); & *Pleuretus* Illyriorum Rex, quam gentem a Gallis oriundam voluit Appianus (d). Pluribus exemplis supersedeo.

Num. XXXIV.

Prope Portam de Bonne.

(e) D. M.
VERATIAE
LVCI FILIAE
LVCINAE

Num. XXXV.

E regione Capuccinorum.

VRITINI TITINI
P. C. H
CONIVGI
SANCTISSIMAE

Num. XXXVI.

Prope eamdem Portam de Bonne.

(f) AESCVLAPIO
SACRVM
M. COECVS
ISIDIS. AEDIT

Num. XXXVII.

Pariseti, tribus a Gratianopoli millibus passuum.

ISIDI MATRI
SEX. CLAVDIVS. VALERIANVS
ARAM
CVM SVIS ORNAMENTIS
VT VOVERAT
D D

Num. XXXVIII.



Et hæc sunt Monumenta, quæ Gratianopoli reperta sunt, ex quo literæ iterum coli cœperunt, licèt multo plura ibi olim exstitisse dubium non sit. Nullum remanet vestigium antiquorum Urbis ædificiorum, quamvis Templa ibi fuisse satis indicent Inscriptiones, in quibus mentio fit Sacerdotum, & Ædituorum. Quinimmo earum Inscriptionum, quas retuli, pars fere præcipua periit, & optime nobiscum egerunt, qui eas chartis commendarunt. Eas iterum colligere, adunare, & Cularonis origines unâ illustrare pro virili conatus sum; quo successu, Eruditis judicandum permitto.

(y) Livius Lib. V.
(z) Excerpt. Valef. pag. 387.
(a) Cæsar, Bell. Gall. Lib. VII. 77.
(b) Polybius, Legat. 35. 55.
(c) Epitom. Livian. Lib. 67.

(d) Appianus, Illyric.
(e) Allard. pag. 7.
Gudius, CCCXXXV. 6.
(f) Choverius, Histor. Delphin. T. I. pag. 240.
Reinesius, Class. I. 214.

JOSEPHI BIMARDI EPISTOLA,

IN QUA INSCRIPTIONES, ET CETERA MONUMENTA ANTIQUA MUNICIPII AUGUSTI ALLOBROGUM EXHIBENTUR, ET ILLUSTRANTUR.

ILLUSTRISSIMO MARCHIONI

SCIPIONI MAFFEJO

S. P. D.

JOSEPHUS BIMARDUS

BARO MONTIS SELEUCI.

EX literis tuis ad Clariſs. Cavimontis Marchionem jam intellexeram, Vir Clariſſime, quantopere veltes de antiquis Inſcriptionibus *Auguſti* in finibus Allobrogorum (nunc *Aoſte* Vici) ſuperſtitibus, a me certior fieri. Neminem certe nanciſci poteras, qui voto tuo aut proniore ſtudio, aut majori fide ſatis faceret. Quippe qui amori, quo omnia antiqua monumenta proſequor, morem gerens, menſe Martio Anni vulgaris MDCCXXX. *Auguſtum* me contuli, & ſingula quæque monumenta, ibi etiamnum exſtantia, non ſolùm perſcrutatus ſum, ſed & illa manu propria deſcripſi, quantum fas fuit, accuratiſſime. Situs eſt porro ille vicubus in extremis fere Allobrogorum finibus, qua eos a *Sebuſianis* Rhodanus diſterminat. Inter *Auguſtum* enim, & Rhodanum vix duo intercedunt milliaria. At ſeptem paſſuum millibus diſtat a *Ponte Bellivicini*, ubi Delphinatum, & Sabaudorum fines. Quamvis autem ſexaginta ad ſummum domibus vix conſtet, rudera hinc inde occurrentia ſatis amplæ quondam Civitatis ſpeciem præſeferunt; ità ut, exceptâ Viennâ, nullus in omni Delphinatu locus exſtet, qui plures venerandæ antiquitatis reliquias exhibeat. In his agmen meritò ducere debent literati Lapides circiter quindecim, hoc & ſuperiore Sæculo e terræ penetralibus eruti, quorum alios loci Dynaſtæ Caſtri ſui muris inſcrendos curarunt, alii parietibus Eccleſiæ Parrochialis, ut eorum incolumitati hoc pacto conſulerent. Quidam etiam ſuperſunt in vicinorum ædibus, minimè neglectui habendi. Annis ab hinc quatuordecim Monachus quidam duodecim Inſcriptiones Auguſtanas, non ex ipſis Lapidibus, quos numquam viderat, ſed ex apographo D. de Leiſſins Gratianopolitani Senatoris, ſicut ab ipſo didici, exſcriptas tradidit R. P. Stephano Souciet, qui eas fecit juris publici amplo commentario inſtructas, in Memoriis (uti vocant) Trevoltinis, Decembris Anni MDCCXIX. Februarii, Martii, & Maji MDCCXX. Eas tamen hoc loco ruſus ad ipſos Lapides caſtigatas tibi exhibiturus ſum. Et quandoquidem in multis capitibus a doctiſſimi Viri interpretamentis recedam, una breviter exponam argumenta, quæ me in diverſam trahunt ſententiam, æquum te meorum conatuum habiturus arbitrium; immo etiam atque etiam rogans, ut quandocumque titubare, aut labi tibi viſus fuero, pro ea, qua me proſequeris, benevolentia, errores benigne admoneas.

A

Num. I.

LIVI FRONTONI
PRAEF EQVIT
IIII VIR ITER
VICANI AVGVST

Inſcriptionem hanc ſuſus exponeas Clariſs. Soucietus (a), non ſemel peccaſſe mihi viſus eſt, in primis quum *Præfectum Equitum* accepit pro Duce totius equitatus, quem nos dicimus *Colonell general de la Cavalerie*; tum etiam quando ex illa probare nititur, *Auguſtum* fuiſſe *præfecturam*. Duo hæc capita paulo uberius confutanda ſuſcepi, ne celeberrimi Viri auctoritas alios in errorem impellat, quod utique minus cavendum foret, ſi a quopiam e vulgari Antiquariorum plebe prolata hæc eſſent. Ac primo quidem ſi verum eſſet, *Præfectos Equitum*, toties in antiquis Marmoribus obvios, univerſo equitatui præfuiſſe, vix veniâ digni eſſent Lipſius, Salmaſius, Schelius, aliique Viri docti, qui dum rem Romanorum militarem illuſtrarunt, aggreſſi ſunt, magnis de ea ſcriptis voluminibus, tam amplum munus ne verbo quidem indicare fategerunt. Mirum foret præterea, apud Polybium, T. Livium, Dionem, Appianum, cæteroſque Hiſtoriæ Romanæ Scriptores, nullam exſtare hujuſce muneris veſtigium. Sed ſalva res eſt. Nullum, dum ſuperfuit antiquus Reipublicæ ſtatus, novimus totius equitatus Præfectum præter *Magiſtrum Equitum*. Ille verò Magiſtratus erat extra ordinem, nec umquam abſque Dictatore creatus legitur. Quando verò in exercitu five Prætorio, five Conſulari res poſcebat, omnes equites unâ ſtare, eiſque peculiarem Ducem præfici, conſtitim uno, duobus-ve Legatis, equitatus in hoſtem ducendus ab Imperatore credebatur, ut videre eſt in his Livii (b) *M. Furius*, inquit, *dextræ Alæ, Legionibus Cæcilius, Equitibus L. Valerius Flaccus* (*Legati omnes erant*) *Præpoſiti*. Exercitui præerat L. Furius Prætor. Ejuſdem moris indicium apud Cæſarem, ubi ait (c). *Prima hæc confirmata re ab exploratoribus omnem Equitatum, qui noviſſimum agmen moraretur, præmiſit, cique Q. Pedium, & L. Aurunculeium Cottam Legatos præfecit*. Id etiam confirmat Plutarchus (d), qui T. Labienum (Legatus is erat) Equitatui exercitus Pompeji præfuiſſe narrat tempore pugnæ Pharſalicæ.

B

Sublato Dictatorum nomine, diu jacuit *Magiſtrorum*

C

(a) Memor. Trev. Decembr. 1719. pag. 42.
(b) Tit. Liv. Lib. XXXI.
(c) Cæſar, Bell. Gall. Lib. II.
(d) Plutarch. Pompej. pag. 655.

rum Equitum nomen, & demum poſt longam intercapedinem redivivum legitur (e) ſub Claudi Gottico. Sed tum hi, tum illi (quorum tamen ſub eodem nomine diverſiſſimum munus erat) *Magiſtri Equitum* ſemper, *Præfecti* ne ſemel quidem dicti ſunt. Sicut igitur *Tribuni Militum* dicebantur, qui præerant Legionibus, & Cohortibus peditum, ita etiam *Præfecti Equitum* vocabantur, qui præerant Alæ, ex turmis Equitum conflatæ, veluti luculenter oſtendit iſte Valerii Maximi locus (f). *Lucius quoque Calpurnius Piſo Conſul, quum in Sicilia bellum adverſùs fugitivos gereret, & Cajus Titius EQUITUM PRÆFECTUS, fugitivorum multitudine circumventus, arma eum ſuis tradidiſſet ..... TURMAS EQUITUM, quibus præfuerat in fundítorum ..... tranſcripſit.* Videſ quàm diſertè Præfecto Equitum TURMAS tantùm tribuat Valerius, quæ certe eo loci minime pro omni exercitus equitatu accipi poſſunt. Ubicumque igitur occurrit *Præfectus Equitum* veluti plus ſimplici vice apud Cæſarem (g), & Legati imperio ſubditus, ibi omnino intelligendus venit *Præfectus Alæ*. Notum enim eſt, ſingulis fere Legatis Legionem attributam fuiſſe, cum Ala Equitum ei adjuncta, ceteriſque, quibus inſtruebatur, auxiliis; ita ut Tribuni Militum eius Legionis, & Præfecti Alarum, ſive Legionariæ, ſive ſociorum, aut auxiliarium, Legato parerent. Ubi verò plures Legiones Legatus regebat, & neceſſe erat omnem equitatum explicari, tum præcipuus quidam ex Alarum Præfectis, ceteris a Legato præponebatur, eodemque fungebatur munere, quo Legatus præſente Imperatore functus eſſet. Plures enim Præfectos equitum uni Legato paruiſſe certum eſt ex his Cæſaris (h) *Craſſus*, (is tunc erat Cæſaris Procoſ. in Gallia Legatus) *EQUITUM PRÆFECTOS cohortatus, ut magnir præmiis, pollicitationibuſque ſuos excitarent, quid fieri vellet oſtendit.* Satis itaque ſuperque patet, eoſdem eſſe *Præfectos Equitum* cum *Præfectis Alæ*, quos vernaculè diceremus *Colonell de Cavalerie*, & quos Ἱππάρχους vocavit Appianus (i), ubi eos ait patem cum Tribunis denariorum ſummam accepiſſe a Cæſare in donativo poſt quadruplicem triumphum militibus erogato, ἐς δίσχιλιους ἑκατὸν μὲν ἀνὰ πεντακοσίους δραχμὰς, λοχαγὸν δὲ ἀνὰ δισχιλίους, ἐς δὲ ΧΙΛΙΑΡΧΟΥ ἐς ΙΠΠΑΡΧΟΥ ἀνὰ πεντακισχιλίους. Hanc etiam inter Tribunos Militum, & Equitum Præfectos æqualitatem adſtruit, quod *Præfectus Equitum* Cohortis Præfecto alicubi a Papiniano (k) æquiparetur, & idem alibi ſimili ſerie ſervatâ Præfectus Alæ nuncupetur ab Upiano (l); quia igitur ubi *Tribunus Militum* occurrit, non addito Legionis, Cohortis-ve, cui præfuit, nomine, ut ſæpiſſime accidit in magno Inſcriptionum Theſauro (m), minime totius peditatus Ducem intelligimus; ſed ex aliis monumentis, in quibus *Tribunorum* militum appellationi adjecta eſt Legionis, aut Cohortis mentio: certò deprehendimus nudo his Tribunorum militum nomine, nihil eximium præ ceteris tribui; par debet eſſe judicium *de Præfectis Equitum*, quorum Ala non adſcribitur, nam ſæpe ſæpius hi comitem habent nomen Alæ, cui præfuerunt. Ita legere eſt (n) *Præfectum Equitum Alæ Auguſtæ Gordianæ*, *Præfectum Equitum Alæ Indianæ*, *Præfectum Equitum Alæ Britannicæ*, & alios apud Gruterum; *Præfectum Equitum Alæ Primæ Scubulorum*, in Sponii (o) Miſcellaneis eruditæ antiquitatis; *Præfectum Equitum Alæ Mæſicæ Felicis Torquatæ* (p), inter Donianas Inſcriptiones; tum *Præfectum Equitum Alæ Parthicæ* (q), in Collectaneis Gudianis; & nihil omnino præter Alam, Equitum Præfecto paruiſſe demonſtrat eximius Frontini locus (r); heic coronidis inſtar addendus: *Domitius Corbulo in Armenia Æmilio Ruſo PRÆFECTO EQUITUM, quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructum armis ALAM habebat, veſtimenta per Licłorem ſcidit.* Fuere & *Subpræfecti Equitum*, a noſtris dicerentur *Lieutenants Colonels de Cavalerie*, nec fortaſſis alibi obvii, præterquam in fragmento Lapidis Gratianopolitani, qui nunc communi plurimorum illius Urbis Literatorum Lapidum ſato reficiendis privatorum ædibus ceſſit. Illius Inſcriptionem referre non pigebit, ex collectaneis ab Illuſtriſs. Præſide Valbonnæſio ſummâ diligentiâ confectis, etſi ab hinc biennio jam prodierit, pauciſſimis immutatis inter Gudianos (ſ).

DEC. MANIO
CAPRO
SVBPRAEF. EQVIT
ALAE. AGRIPPIAN
QVI. IN AEREAM STA
TVA.....
VT ET AENEARVM
.....
.....QVIT

Recte itaque doctiſſimus Dodwellus (t) *Præfecturam Equitum*, qua ſe duce exercitus Tiberio defunctum narrat Vellejus (u), *Alæ Præfecturam* fuiſſe aſſerit; & de eodem munere intelligendus Tacitus (x), cui forſan pro *Vibio Corbulone* Præfecto Equitum reſtituendus eſt noſter *Julius Fronto*. Sed ut ut ſit, ab alterutro denominata mihi videtur *Ala Frontoniana*, cujos nonnumquam occurrit mentio in antiquis monumentis (y) Theſauri Gruteriani, & Reineſiani (z) ſyntagmatis.

Altera Clariſs. Soucieti aſſertio eſt (a) *Auguſtum* neque Coloniam fuiſſe, neque Municipium eo tempore, quo *L. Julio Frontoni* poſita eſt hæc noſtra Inſcriptio, ſed potius Præfecturam. Idque probare vult loco quodam Feſti Pompeji (b), in quo unum, ait, Præfecturarum genus exſtitiſſe, in quas ſolebant ire Quatuorviri a Populo creati. Et quum Quatuorviri munere ornatum Frontonem prodat hæc Inſcriptio, inde *Auguſtum* Præfecturis accenſendum pertendit. Qui fuerint Quatuorviri a Feſto memorati, non eſt heic inquirendi locus. Omitto etiam dicere, nihil juvari Virum eruditiſſimum auctoritate Feſti, ex quo ſatis patet, nequaquam extra Italiæ fines quærendas eſſe Præfecturas. Neque enim contrarium erui debuit ex lapide Albajulenſi, ad quem non indicato loco nos amandat. Deſcriptus ſiquidem exſtat apud Grutetum (c), ibique exhibetur *IIII VIR Municipii Auguſti Apulenſis*, quemadmodum ſingulares literas exponendas dudum docuit Reineſius (d). His, inquam, omiſſis ita demum procederet viri clariſſimi argumentatio, ſi Quatuorviri in ſolis Præfecturis reperirentur. Quis verò neſcit in quamplurimis Coloniis, Municipiiſque Quatuorviros fuiſſe primarios Magiſtratus, dummodo ea legerit, quæ de hoc argumento ſcripſit Sigonius (e), Panvinius (f), Noriſius, Philippus a Turre (g), aliique, qui de Municipalibus Magiſtratibus diſſeruerunt, aut

(e) Vopiſc. Aurelian. Cap. 18.
(f) Valer. Maxim. Lib. II. Cap. 7. 9.
(g) Vide Cæſarem, Bell. Gall. Lib. VIII. Bell. Civil. II. & III.
(h) Cæſar, Bell. Gall. Lib. III.
(i) Appianus, Civil. Lib. III.
(k) l. 63. D. de rit. nupt.
(l) l. 2. de his qui not. &c.
(m) Grater. pag. LXXI. 4. CLXXXVIII. 1. MLXXXIII. 7. &c. & Gudius I. 4. VI. 1.
(n) Grater. pag. MVI. 8. CCCCXVII. 6. CCCCLXXXII. 5.
(o) Sponius, Miſcellan. pag. 173.
(p) Donius, Claſſ. VI. 27.
(q) Gudius, XLIII. 11. CXIX. 3.
(r) Frontinus, Strat. Lib. IV. c. 28.
(ſ) Gudius, Inſcript. CLXXVI. 2.
(t) Dodwellus, Ann. Vell. §. XV.
(u) Vellejus, Lib. II. Cap. 104.
(x) Tacitus, Annal. Lib. II. Cap. 68.
(y) Gruterus pag. CCCXIV. 8. & DXXXVII. num. 7.
(z) Reineſius, Claſſ. VIII. 57.
(a) Mem. Trevolt. Decemb. 1714. pag. 94. & ſeqq.
(b) Feſtus, verbo *Præfectura*.
(c) Gruterus, pag. LXXXVIII. 13.
(d) Reineſius, ad Claſſ. I. 8.
(e) Sigonius, de Antiqu. Jus. Ital. Lib. II. Cap. 4.
(f) Panvinius, Ant. Veton. Lib. II. Cap. 12.
(g) Philip. a Turr. de Colon. For. Jul. pag. 349.

aut quæ tu, præſtantiſſime Vir, de iis attigiſti in tuo eximio, & numquam ſatis laudando Opere Veronæ illuſtratæ (h).

Verum quidem eſt, te, poſtquam notaſti *Duumviros* in pleriſque Civitatibus primum inter Magiſtratus locum obtinuiſſe, ſtatim pergere ad *Duumviros*, & *Quatuorviros juri Dicundo*, quos recte a ſuperioribus ſeceris, contraquàm alii fecerunt; ita tamen ut poſſet aliquis ſuſpicari, te non alios agnoviſſe Quatuorviros præter eos, quibus dijudicandarum litium onus incumbebat; nihilominus in multis Coloniis, Municipiiſque, nec ignobilibus, *Quatuorviros* fuiſſe primarios Magiſtratus, eodemque loco habitos, quo in aliis *Decemviri*, nullo labore demonſtrare poſſum, teſtimoniis veterum a Sigonio, & Noriſio (i) adductis, plura alia intermiſcendo. Primum in *Larinate* Municipio locum tenuiſſe *Quatuorviros*, videbis in Ciceronis Oratione pro Cluentio (k). Exſtat ejuſdem Ciceronis Epiſtola (l) ſcripta *Quatuorviris, & Decurionibus Fregellanis*. Viſitur apud Gruterum (m) Imperatoris Veſpaſiani reſcriptum *Quatuorviris, & Decurionibus Falerienſium ex Piceno*. Præterat igitur Ordini Fregellano, & Falerienſi Quatuorviri; præerant etiam Fabraterno, quum Imperator Severus Alexander reſcripſerit (n) *Quatuorviris, & Decurionibus Fabraternis*. Ita legi debet Legis inſcriptio in Codice Juſtinianeo; minime verò *Fabratanis*, quos non norunt Geographi; eâdemque operâ emendandas monco Tironis, & Senecæ Notas (o), ad calcem Theſauri Inſcriptionum editas, in quibus *Febrotiriæ* ſcriptum eſt pro *Fabrateriæ*. In Gaditano Municipio primas fibi vindicaſſe Quatuorviros diſcimus ex quadam Aſinii Pollionis ad Ciceronem Epiſtola (p). Idem de Clunia Hiſpaniæ citerioris Colonia prodit Nummus Tiberii, a Johanne Vaillant (q) editus. Primi igitur tum Coloniarum, tum etiam Municipiorum Magiſtratus fuere Quatuorviri, quod aperte quoque indicat alia ſæpius laudati Ciceronis ad Atticum (r) Epiſtola. Nam innumera ex Inſcriptionibus exempla conſulto prætermitto, brevitati conſulens. Nullâ igitur ſatis validâ ratione Clariſs. Soucietus ex *Quatuorviro Auguſtano* hujuſce loci dignitatem premere conatus eſt, quum eodem telo ſterni neceſſe foret ſplendorem tot intra, & extra Italiam Civitatum.

Ego verò, quum videam fuiſſe *Auguſti Quatuorviros*, tum ex altera Inſcriptione, quæ hanc excipiet, *Decuriones*, & ambæ eamdem pæne ætatem præ ſe ferre videantur, ut literarum ductum in utraque conferenti patuit, non poſſum, quin heic Curiam Municipalium agnoſcam. Nequàquam enim aſſentior inepto Delphinatis Hiſtoriæ Scriptori Chorerio (ſ), Colonias licèt ab Auguſto deductam hariolanti. Prohiber ipſa nominis ratio, quum illud Oppidum *Auguſtum* vocetur (ut probe notavit Soucietus) ab Auctoribus Itinerarii Antonini, & Tabulæ Peutingerianæ. Sed quum in his nomina accuſativo caſu proferantur, incertum remanet, maſculino genere, an neutro ſcriptum ſit. Cenſet quidem Vir doctiſſimus, maſculino dictum fuiſſe *Vicum Auguſtum*. At hæc ſane fuerit primæva loci illius nomenclatura, tamen ex ipſæ rationes, quibus heic ſtetiſſe Municipium oſtendi, ſuadent omnino ei ab Antoninorum, ut minimum, ætate, nomen integrum fuiſſe *Municipium Auguſtum*. Huic conjecturæ adſtipulatur Geographus Ravennas (t), qui *Auguſton* illud nuncupat in ea pericope, in qua cetera nomina aut recto, aut ablativo caſu leguntur.

Novo argumento fuam de *Præfectura* ſententiam fulcire nititur Reverend. Soucietus (u): quia nempe Cives Auguſtani ſe VICANOS appellitant, quod minime deceret Municipes. At ſi propria hujus loci nomenclatio, antequam Municipium evaderet, fuerit *Vicus Auguſti*, de quo nullum contentionis funem ducere, quorſum incolæ poſt adeptum principis beneficio jus Municipii, minime ſe etiamnum Vicanos Auguſtanos vocare potuerunt? *Patavicenſium Vicus a Divo Severo jus Coloniæ impetravit*, inquit Ulpianus (x). Putas-ne ideo interdictum fuiſſe ejus Civibus, quominus ſe inpoſterum *Vicanos Patavicenſes* inſcriberent? Imperator M. Aurelius Antoninus *fecit Coloniam Vicum*, in quo obiit Fauſtina, narrante Capitolino (y). Simile his beneficium a quodam ex Auguſtis impetrarunt Cives Auguſtani, Vico in Municipium erecto. Neque iis indecorum viſum eſt, ſe ipſos *Vicanos* indigetare, quum *Salmaticenſes* inter Vettonum oppida recenſiti a Ptolemæo (z), nihilo tamen minus Vicanos proprie dici affirmat Aggenus Urbicus (a). Ita etiam Civitas Aburrum, hodie *Aire* in Vaſconia, quamvis jam Epiſcopali ſede ſuperbiens, *Vicus Julius Aburrum* dicitur a Gregorio Turonenſi (b), hujuſque habitatores perinde *Vicanos Julienſes* dici nihil vetuit. Vaſio alterum. Vocontiorum caput, & cujus Reſpublica memoratur in veteri Inſcriptione a Fabretto (c) relata, Vicus Vaſenſis audit in Præfatione fecundi Concilii Vaſenſis (d). Nihil ergo *Vicanorum* nomine Auguſtanis noſtris de jure ſuo Municipali periit, eoque non obſtante minime ſtatus controverſiam pati debuere, quandoquidem, poſt Vicum jure Civitatis aut Latii donatum, antiquam *Vicanorum* appellationem retinere potuerunt.

In numerum *Juliorum Frontonum*, quos hujus Inſcriptionis illuſtrandæ cauſâ recenſuit Clariſs. Soucietus (e) referri merebantur *Julius Fronto* Ædilis Neapolitanus, cujus meminit Marmor quoddam Reinefianî (f) ſyntagmatis: & alius ejuſdem nominis apud Gruterum (g); tum etiam *Julii Frontoniani* a Juliis Frontonibus, ut videtur, orti, & in aliis Marmoribus (h) obvii. Minime verò prætermitti debuit *Julius Fronto*, quem Præfectum fuiſſe Claſſis Prætoriæ Miſenenſis teſtantur æneæ laminæ, miſſionum honeſtarum formulas exhibentes, a toties laudato Grutero (i) deſcriptæ. Hunc filium fuiſſe M. Julii Frontonis ter Conſulis, & Quatuorviri Viarum Curandarum exiſtimat Illuſtriſs. Cardinalis Noriſius in privata quadam ad Antonium Pagium Epiſtola (k), in qua nollem ſcripta a laudatiſſimo Viro hæc verba de M. Julio Frontone: *Erat Conſul II. vir togatus, non verò militaris, qualis Frontinus fuit*. Etſi enim togæ artibus maxime deditus eſſet ille Fronto, ut patet ex Sidoniaſte (l) Juvenalis, minime tamen laude bellicâ caruit, vir ex utraque minerva benemeritus. Qua de re dubitare nos non ſinit Martialis (m) ad ipſum epiphonema,

Clarum Militiæ Fronto, Togæque decus.

Quod quum ab ipſo Noriſio relatum fuiſſet in egregia Conſulari Epiſtola (n), neſcio, quo pacto hujus immemor factus, aut currentis calami impetu abreptus, in adducta ſuperius verba imprudens erupit.

Num. II.

(h) Maffeius, Veron. Illuſtr. part. I. Lib. V. pag. 90.
(i) Noriſius, Cenot. Piſan. Diſſert. I. Cap. 3. Oper. Tom. III. pag. 6.
(k) Cicer. pro Cluent. num. 8.
(l) Idem, Epiſt. Famil. Lib. XIII. 76.
(m) Gruter. pag. MLXXXI. num. 2.
(n) l. unic. Cod. de ſalut. debit. Civit.
(o) Notæ Tironis pag. 117.
(p) Cicer. Epiſt. Famil. Lib. X. 32.
(q) Vaillant, Num. Colon. Tom. I. pag. 105.
(r) Cicero ad Attic. Lib. X. 13.
(ſ) Chorer. Hiſt. Delph. Tom. I. pag. 170.
(t) Anonym. Ravenn. Lib. IV. 26.
(u) Mem. Trevolt. Decembr. 1719. pag. 100.
(x) l. 1. Digeſt. de Cenſ.
(y) Capitolin. in Marc. Aurel. 26.
(z) Ptolem. Geograph. Lib. II. Cap. 5.
(a) Aggen. Urbic. pag. 47. edit. Goeſ.
(b) Gregor. Turon. Hiſtor. Franc. Lib. IX. 7. 20.
(c) Fabrettus, Inſcription. pag. 644.
(d) Goncil. Harduin. Tom. II. pag. 1105.
(e) Uti ſupra, pag. 87. 89.
(f) Reinefius, Claſſ. II. num. 21.
(g) Gruter. pag. DCCCXLIX. num. 6.
(h) Idem, pag. LXVII. 9. DCCXCIII. 3.
(i) Idem, pag. DLXXIII. 2. 3.
(k) Patiuſ, Critic. Baron. Tom. I. ad Ann. 100. num. 1.
(l) Scholiaſt. Juvenal. Satyr. I. verſ. 12.
(m) Martial. Lib. I. Epigram. 56.
(n) Noriſius, Tom. II. Oper. pag. 920.

Num. II.

PRO SALVTE IMP
CAES PI AVREL ANTO
NINI AVG. TECTVM
PORTICVS
CVM SVIS COLVMNIS E
PAENVL DVABVS ET OPER TECTO
SEX VIREIVS SEXTVS DECVR
DSPD POLLION II. E AFRO II. CS (o)

Vota in Municipio Auguſto nuncupata *pro Salute Imperatoris Cæſaris Marci Aurelii Antonini Auguſti*, Anno Chriſti 176. quo *Pollio*, & *Aper* iterum Conſules fuere, ipſe verò in Oriente res Caſſii defectione turbatas ordinabat, lubens cum doctiſſimo Soucieto agnoſcam. Alibi etiam vota Diis eodem tempore ſuſcepta non negaverim. Illud demum aſſero, minime ad Marcum Aurelium referendas Inſcriptiones (p), quemadmodum ab illo factum comperi (q). In iis enim *Vota Suſcepta* memorantur *pro Salute imperatoris Cæſaris Marci Aurelii Antonini Auguſti Pii Felicis*, & illa cognominum ſeries minime pertinet ad Marcum Aurelium Antoninum *Philoſophum* vulgo dictum, ſed tantum ad Marcos Aurelios Antoninos, alterum *Severi Auguſti* filium, alterum *Juliæ Maſæ Aug.*, notiores *Caracallá*, & *Elagabali* nominibus. Utrique tamen FELICIS cognomen rarò in Nummis tribui aſſerit Harduinus (r), cujus decrero ſi ſtandum foret, innumeri fere ex omni metallo Nummi protinus ſpurii cenſerentur, Antonini Severi Auguſti filii nomine ſignati, & cum illo *Felicis* cognomento deſcripti a Comite Mediobarbo (ſ); quod omnino credito difficile eſt, quum in his aliquot e proprio Muſæo recitet, alios e Muſæo notiſſimo Domini Magnavaccæ. Præterea in priſcis Marmoribus, de quibus nunc potiſſimum agitur, pauci abſque *Felicis* vocabulo, plurimi econtra cum illo Antoninum hunc Caracallam referunt; huiuſque rei teſtes ſunt locupletes magnæ Inſcriptionum Collectiones Gruteri (t), Donii (u), Sponii (x), Gudiique (y); iiſque monumentis fidem pleniſſime conciliat Columna, nuper Romæ effoſſa, & in Muſæo Illuſtriſſimæ gentis Corſinæ repoſita, hoc ipſo Anno edita cum Commentario vernaculâ tuâ ſcripto (z), unde partem, quæ ad rem facit, ſubjungo.

PRO SALVTE
ITV REDITV
ET VICTORIA
IMP. CAESS
L. SEPT. SEVERI
PII. PERT. AVG
ARABIC. ADIAB
PONT. ET PART
MAX. TR. POT. VIII
IMP. XI. COS. II
PROCOS. PP. ET
M. AVR. ANTO
NINI. PII. FELI
CIS AVG. TR POT
III. PROCOS.....
.....

(o) Ideſt, Anno Chriſti 176.
(p) Grater. pag. LXXXV. num. 3. & 4.
(q) Memor. Trevolt. Februar. 1720. pag. 344.
(r) Harduin. Oper. Seleſt. pag. 801. & 817.
(ſ) Mediobarb. Num. Impp. a pag. 287. ad 295.
(t) Grater. pag. I. num. 1. VII. 2. CL. 5. XI. 5. CCLXV. 1. 2. 3. CCLXX. 23. &c.
(u) Donius, Claſſ. I. 31. & 84. Claſſ. III. 32. & 42.
(x) Sponius, Miſcell. pag. 270. 71. 72.
(y) Gudius, XCII. 4. & 5.

Neque minus Antonino *Elagabalo* vulgo vocitato, *Felicis* cognomen aſſerunt alii apud laudatum Comitem Mediobarbum Nummi (a), tum & antiquæ Inſcriptiones Gruteriani theſauri (b), & Collectionis Gudianæ, (c) e quibus ſatis & ultra, quàm par eſt, demonſtratum arbitror, commonia *Caracallæ* & *Elagabalo* fuiſſe PII, & FELICIS cognomenta. Nihilominus majoris Inſcriptionum Theſauri Compilatori fraudi fuit commune tribus Auguſtis *M. Aurelii* Antonini nomen, ut titulos alteri poſitos alteri tribuerer. Et inde error manavit ad eos, qui e re nata hanc Syllogem conſuluerunt. Facile tamen huic lapſui obviam ibit, qui ſemel notaverit, primum omnium Auguſtorum *Pii* cognomen aſſequutum eſſe *T. Ælium Antoninum*, primumque *Felicem* dictum eſſe *Commodum*; ideoque omnes omnino Inſcriptiones, in quibus nomini *M. Aurelii Antonini* addita tribuuntur *Pii*, *Felicis* cognomina, oullatenus Philoſopho tribuendas eſſe, ſed *Caracallæ*, aut *Elagabalo*. Iſtorum verò Inſcriptiones accurate diſtinguet quiſquis obſervaverit, *M. Aurelio Antonino* Severi Auguſti filio Pontificatum Maximum obtigiſſe, quum ageret Tribunitiam Poteſtatem XIII. qui *M. Aurelio Antonino Elagabalo* una cum Imperio, ac Tribunicia Poteſtate delatus eſt. Caracalla Conſul primùm proceſſit, quum laberetur ejus Tribunicia Poteſtas III. neque Conſul iterum fuit ante Septimam Trib. Poteſtatem. Elagabalus verò Conſulatum ſimul cum Poteſtate Tribunicia accepit, & intra quatuor Tribunicias Poteſtates, quater Conſul proceſſit. Harum obſervationum ope *Caracallæ* vindicabimus Inſcriptiones a Clariſs. Soucieto ad *M. Aurelium* relatas, aut quod magis placet, propter eam, quæ proxime antecedit, *Elagabalo*. Eidem *Caracallæ* poſtliminio reſtituendæ ſunt Quincta Inſcriptio pag. LXXVII. tum Quarta pag. CCLI. in qua non *ſolùm Pius Felix* dicitur, ſed & *Britannicus Maximus*, & *Conſul III. deſignatus* IV., quum *Philoſophus* neque Britannicus dictus ſit, nec quartum geſſerit Conſulatum. Propter idem *Britannici Maximi* agnomen, partem ſibi poſtulat Caracalla Inſcriptionis primæ pag. CLXXXVII. & ſeptimam CCLVIII. in qua tamen emendandus eſt Tribuniciæ Poteſtatis numerus, & *VII.* mutari debet in XIII. ob nomen *Patris Patriæ*, quo numquam gavisus eſt Severo ſuperſtite. Iis adde primam pag. CCLIX. & primam CCCX. quæ Caracallam reſpiciunt, ſicut ante nos monuit doctiſſimus Spanhemius (d). Neque eſt, quod mihi aliquis objiciat adversùs ea, quæ de *Pii Felicis* cognominibus tradidi, ſingularem Gruteri (e) Inſcriptionem, revera ad Philoſophum ſpectantem, ubi *M. Aurelii Antonini* nomini ſubjiciuntur literæ P. F. quæ *Pium Felicem* vulgo deſignant: etenim aut adulterina hæc eſt Inſcriptio, aut eæ Literæ per *Pii Filium* exponi debent. Ex iis etiam, quæ ſuperius de *Elagabalo* notavi, huic cenſeo tribuendam Inſcriptionem Græcam pag. MLXXXVIII. num. 2. in qua ſatis mirum eſt, *M. Aurelii* nomen nullo cognomine augeri. Sed & *Pontifici Maximi*, & *Patris Patriæ* nomina Tribuniciæ Poteſtati II. conjuncta, procul dubio Elagabalum produnt. At de his jam ſatis, in quibus *κάμνοντα δὶς ἔπος* fortaſſis feciſſe tibi viſus fuero. Nunc quæ propius ad lapidem Auguſtanum ſpectant, paucis abſolvam.

PAENVLas DVAS, quas cum TECTO PORTICVS De *Sua Pecunia Dedit* Auguſtanus DECVRio, Clariſs. Soucietus (f) putat fuiſſe vela quædam extra ædificia collocari ſolita, ut ab iis ventos, & ploviam arcerent, & eadem eſſe, quæ Propertius (g) *aulæa* vocavit, aut *vela Cilicia* (h) Ulpianus. Et nihilominus ne unus quidem reperietur Auctor idoneus, nullum proſtat monumentum, in quo *Pænula* pro velo uſurpata legatur. Ea erat hominum, & præſertim peregrinantium proprium integumentum. Donec ergo viros velis Ciliciis, & aulæis amictos viderim, *Pænulatas* Porticus non ad-

(z) Vide *Oſſerv. ſopra un' antic. Inſcriz. aggiunt. al Muſ.* &c. *Rom.* 1731. in 4.
(a) Mediobarb. a pag. 310. ad pag. 314.
(b) Gruter. pag. LXXV. num. 2. XLVI. 10. CLVIII. 1. & 4.
(c) Gudius LXXV. 12.
(d) Spanhemius, de Uſu Numiſm. Differt. XII. T. II. pag. 441.
(e) Gruterus pag. CCLX. num. 5.
(f) Memor. Trevolt. Februar. 1720. pag. 349. & 351.
(g) Propertius Eleg. 32. Lib. II.
(h) l. 12. §. 17. D. de Inſtr. & Inſtrum. legat.

admittam. Dixit quidem Juvenalis (i) *aulæa togæ*, irridens nimirum Prætoris cujusdam togæ amplitudinem nimiam, quam alioqui potuisset dicere *bis trium ulnarum togam* (k) cum Horatio. Sed loca, in quibus *Pallii*, *Aulæque* vocabula per metaphoram usurpantur, ne hilum quidem conferre possunt ad interpretandas Inscriptiones, quæ verborum proprietatem servant, nativamque vocum significationem. Neque etiam me a sententia dimovet locus Exodi (l), ubi Velum quoddam Tabernaculi vocatur *Pallium*. Abusus est enim eâ voce vulgatus Interpres, quum nullum hominibus indumentum esset exterius Pallio, ei verò Tabernaculi velo, quod eo commode describitur, alia duo experimenta pellicea superinducebantur, de quibus agunt sequentes versiculi (m). Isque locus cum majore hujus Capituli parte desideratur in editionibus versionis LXX. Interpretum, ad antiquissimos Codices Vaticanum, & Alexandrinum exactis; Complutensis, & quæ illam repræsentarunt, etsi ad Vulgatam, & Hebraicum textum accedant, nullam tamen vocem adhibent, cui respondeat τὸ *Pallium*. Sic enim in his legitur hujus commatis clausula: Καὶ σωκλὰς σὺν κρίκοις εἰς δύο ἀγκύλων, καὶ σωκλὰς σὺν δύρσαι, καὶ ὑπόστεγον ἐν. Atque ideo in alia omnino eundum est, ut genuinus Inscriptionis nostræ sensus eruatur. Norunt omnes, qui antiquos Codices, aut saxa literata aliquandiu tractarunt, nihil in his frequentius esse usu diphtongorum pro simplicibus, & vicissim. Eos verò, quibus hæc de re dubium superesset, amandare sufficiet ad Gruteri, & Reinesii Indices Grammaticos. Inde obvium erat advertere, PAENVLis hoc scripsum pro PENVLis, quemadmodum in Notis Tironis, & Senecæ (n) *Pœnna*, & *Pœnnæ* legentur pro *Penna*, & *Pennæ*. Pennæ autem, vel pinnæ vocabantur juxta Varronem (o) *ædificiorum summitates*. In veteribus Glossis (p) *pinna*, & *pinnula* πτερὸν, πτέρυξ, πτερύδιον. Eadem enim est significatio vocis *Pennulæ*, & *Pinnulæ*, licèt Caper Grammaticus (q) *pinnos murorum*, *pennas avium dictas* asserat, quum eæ voces deductæ sint ab antiquo vocabulo *pennum*, quod idem erat ac *acutum*, teste (r) Isidoro. Ædificiorum fastigia *pennulis* pleraumque ornata erant, quas Græci vocabant πτερυγία. Fastigia illa propter speciem pennarum Aquilæ, quam referebant, dicta quoque fuisse *aquilæ* (s) Suidas, (sf) & duplicia fuisse ab antica nempe, & postica observavit vetus in Pindarum Criticus (t) hisce verbis: διττὰ τὰ ἀετώματα ὄπισθεν καὶ ἔμπροσθεν. Eadem Latinis *pinnaculo* vocitantur a *pinna*. Sic Hierosolymitani Templi *pinnaculum* memoratur in Novo Fœdere (u); Templi Veitæ ab Albrico (x) Philosopho: Ecclesiæ Rhemensis a Flodoardo (y). A pennâ verò idem *Penniculum* dixere; ita in Latino-Græcis veteribus Glossis (z) *Penniculum* πτιλόγον. Idem, ni fallor, tecti ornamentum intelligendum est in nostra Inscriptione. Duplici *Pennula* pro more a Scholiaste Pindari annotato Ἄκα, *Virgiæ Sextæ* appellavit *Tullium Porticus*, quam, & suis columniis instruxit, & quo jucundior ejus aspectus foret, opere tectorio loricandam curavit. Neque in hac tota Inscriptione errori ansam præbuit affinitas vocum *Pinnulæ*, *Pennulæ*, & *Pennulæ*. Etenim in Glossariis antiquis (aa) *Pinnula* redditur per φωτοσὶ vocem nihili, cujus loco scribendum φωτοσὶ, & rursus φωτοσὶ, ubi certum est pœnulam in animo habuisse eum, qui has Glossas consarcinavit. Notatur præterea vox PORTICVS extra linearum seriem, & minoribus elementis exarata, utpote quæ Quadratariorum incuriâ omissa fuerat, & deinde interposita, ut in aliis Inscriptionibus nonnumquam observavi. Denique notetur infine compendium literarum CS. pro COSS; illo ævo nimis frequens.

Num. III.

(b) . . . . . .

SACRVM
IMP. COM II
P MARTIO
VERo II COS

Si doctissimis Fastorum Consularium Illustratoribus innotuisset hoc quantivis pretii fragmentum, quod nos primùm producimus, minus anxie quæsivissent Collegam Imperatoris Commodi in Secundo Consulatu ab eo, parente superstite, gesto. Optime sane Eminentiss. Cardinalis Norisius (c) refellit Onuphrium, & Leunclavium, qui *Vespronium Candidum Verum* Consulem cum Imperatore Commodo II. finxerunt. At ipse vicissim deceptus duabus falsis, quas apud Gruterum (d) legerat, Inscriptionibus, subditicium in Fastos Consulem intrusit *T. Annium Aurelium Verum*, quem tamen admittere non dubitarunt Relandus (e) aliique. Falsas quidem eas Inscriptiones asserо, quum minime fieri possit, *P. Martium Verum* eumdem esse cum *T. Annio Aurelio Vero*. Illas Cardinalis doctissimus aliená fide retulit, Augustana verò a memetipso diligenter exscripta est coram telibus non paucis, & hodiedum superstes in ædibus Domini *Fyfeat*, fide mea meam liberabit. Nemo certe poterit in omni Historia Augusta suspobolimæum hunc *Annium Aurelium Verum* ostendere, nam *Annios*, Aurelii immixtos, in sola familia Antoninorum Augusta novimus. Sed hæc nihil ad Norisianum Consulem. Objecit mihi amicus quidam eruditus, Capitolinum meminisse cujusdam *Annii Severi*, senioris Gordiani soceri, qui Consul fuerat, eumque forsàn ex Inscriptione Gruteriana *T. Annium Verum* dicendum esse. Sed ftatim ex ipsis Capitolini verbis evici nequaquam in Annum Christi 179. incidere potuisse hujus *Annii Severi* Consulatum, quem potius inter suffectos sub Severo Augusto gestisse censendus est. Narrat de Gordiano Capitolinus (f): *Socero suo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quasi filium migrasse se crederet. Ante Prætoram Consul quùm esset, aut in domo ejus semper mansit, aut si in Pompeianæ domo, ad illum vel mane, vel sero processit.* Ex his patet, Consulem fuisse socerum, paulò antequam Prætoram iniret gener. At ultius Prætura non potuit citius contingere Anno Christi 201. quod fic paucis evinco. *Gordianus Prætoram nobilem gessit. Post jurisdictionem Consulatum primum iniit cum Antonino Caracalla*, inquit jam laudatus Capitolinus (g). Quater Consul fuit *Antoninus Caracalla*, primùm cum Severo Augusto III. Anno Christi 202. iterum cum Geta Cesare Anno 205. tertium eodem Collegâ Anno 208. denique cum D. Cœlio Balbino Anno 213. ita ut nullo modo ordinarius fuerit hic Gordiani Consulatus, sed ille suffectus est alicui ex Collegis Caracallæ, eodem Consulares fasces retinente. Quocumque Anno id contigerit, minime tamen ante 202. quo primùm Consul fuit Caracalla: quod si ita evenerit, quum Prætoram Gordianus cum Consulatu continuarit, ex laudatis Capitolini verbis, incideret ejus Prætura in Annum Christi 201. Consulatus verò *Annii Severi*, qui non ita multo præcesserat, inter suffectos Annorum 199. vel 200. referendus erit. Magis tamen propendo ad jungendum primum Gordiani Consulatum cum quarto Antonini Caracallæ. Nam primus iftius initus est Antiochiæ Anno 202.

(i) Juvenalis Satyr. X. vers. 30.
(k) Horatius Lib. V. Od. 4.
(l) Exod. Cap. XXXVI. 18.
(m) Ibidem, 19. 20.
(n) Not. Tiron. pag. 174.
(o) Varro, Linga. Latin. Lib. IV.
(p) Gloss. Lat. pag. 138.
(q) Caper, inter Grammaticos veter. edition. Putsch. pag. 2245.
(r) Isidor. Origin. Lib. XIX. Cap. 19.
(sf) Suidas, verbo πτερύγιον.
(t) Scholiast. Pindar. Olymp. 14.
(u) Matthæi Cap. IV. 5.
(x) Albric. Deor. Imag. Cap. 17.
(y) Flodoard. Hist. Eccles. R. Lib. I. Cap. 23.
(z) Gloss. Latino-Græc. pag. 132.
(aa) Ibid. pag. 134. & Gloss. Latin. pag. 137.
(b) Hæc deficientur tres lineæ, quasi studio erasæ.
(c) Epistol. Consular. Tom. II. Oper. Norisi. pag. 570.
(d) Gruter. pag. LXV. num. 5. & LXXVII. num. 3.
(e) Relandus, Fastor. pag. 52.
(f) Capitolin. in Gordian. Cap. 6.
(g) Ibidem Cap. 4.

202. juxta Spartianum (h), & totum eum Annum in Oriente transegit Caracalla, neque Romam rediit ante sequentem, ut luculenter ostendit Pagius noster (i); ita ut si eo Anno Collegam habuisset Gordianum minime ei invidere potuisset, & *modò prætextas ejus, modò latum clavum, modò Circenses ultra Imperatorium modum* mirari, quod narrat Capitolinus (k). Duobus aliis Consulatibus quum Caracalla Getam fratrem collegam fortitus sit, minus verosimile videtur, unum ante alterum fasces deposuisse, ita ut potius crediderim, eumdem Caracallam, quum Annum 213. aperuisset cum D. Cœlio Balbino, ipsi retentis fascibus post primum nundinum, successorem dedisse Gordianum, quo plures sibi privatos devinciret, eos sibi in Consulatu sociando. Quæ si vera sint, Gordiani Prætura revocabitur ad Annum Christi 202. & *Annii Severi* Consulatus ad Ann. 210. vel 211. sed ille nullatenus congruere potest Anno Christi 179. qui primum Caracallæ præcessit annis viginti tribus.

Manet itaque proinde ignotus ille Norisii *Verus*. At quantum ille incognitus, tantum e contra celebris, & Historicorum encomiis notus *P. Martius Verus* Augustani lapidis. Is inter præcipuos belli Parthici sub *M.* Aurelio, & L. Vero Augustis gesti, duces memoratur a Capitolino (l), adeoque præclara fuit ejus hoc in bello opera, ut eum plura vicisse, & plura acquisivisse *Avidio Cassio*, affirmare non dubitaverit M. Antoninus (m) oratione, quam nuncio de Cassii defectione allato ad milites habuit. Egregiæ præterea erga Imperatorem fidei specimen dedit *P. Martius Verus*, quando eum primus Cassium res novas moliri, certiorem fecit. Morum verò lenitatem commendat aiterum ejusdem factum, quum scilicet extincto Cassio, in Syriam a Marco præmissus literas in scriniis Cassii repertas combussit, profectus, si eam ob rem ei Marcus succenseret, malle se unum pro pluribus interire. Tot præstantium facinorum præmium tulit iteratum Consulatum, eumque Ordinarium, & cum altero ex Augustis initum. Priorem gesserat inter suffectos, cujus Annum esse in hac monumentorum penuria accurrit adfequi arduum sit, conabor tamen probabilibus conjecturis indagare, ut palam fiat, quo studio ferar ad restituendos Consulares Fastos, quibus hoc paragrapho hactenus operam navavi. Parthici belli initium conferunt Chronologorum præstantissimi in Annum Christi 161. Duæ regiones Parthorum incursibus erant opportunæ, Syria nempe, & Cappadocia, cujus Rectori tutandæ Armeniæ cura incumbebat. Utrique provinciæ præerant Legati Consulares, five ex eorum numero, qui Consulatum in Urbe gesserant. De Syria testis mihi Appianus (n), horum ferme temporum Scriptor: *ὁ δὲ ἐπιτροπος Συρίας ἐφεστηκὼς ἤδη τε ἐπὶ ἔτεσι πολλοῖς καὶ ἐπιτηδειος ἀξιόπιστος τὰ πρὸς ἀεὶ*, idest, *Syriæ in provinciam relatâs deinceps præfuere ex his, qui Consules fuerunt*. Idem de Cappadocia à Vespasiano inſtitutum refert Suetonius (o). Incuntibus imperium M. Aurelio, & L. Vero, Parthi impressione factâ *Carrodium Attidianum* Syriæ Legatum fugarunt fuite Capitolino (p); alterum verò Legatum Proprætore Cappadociæ Severianum ad Elegiam Armeniæ oppidum fuderunt, occideruntque, ut patet ex Dionis (q) Epitome, collatâ cum Luciano de Conscribenda Historia. Veniente itaque in Orientem L. Vero Augusto, ut belli curam capesceret, Legati ex Consularibus cum eo missi sunt in locum superiorum *Avidius Cassius*, qui Syriacis Legionibus præesset, juxta Vulcatium Gallicanum (r), & *M. Statius Priscus*, qui Cappadocem exercitum regeret, & Armeniaco bello insteret. In quo tanta fuere ejus opera, ut emphaticus Scriptor apud laudatum Lucianum (f), solo ejus clamore septemdecim ex hostibus corruisse mentitus fuerit, & Artaxata (t) expugnaverit. Porro *Statio Prisco* successisse *Martium Verum* docet eximium Dionis fragmentum, quod nobis incolume servarunt Suidæ (u) Collectanea. Illum verò Cappadociæ præfuisse discimus ex Xiphilino (x) Arqui *Statius Priscus*, quem Legatum Cappadociæ vidimus Anno Christi 161. Consul ordinarius fuerat Anno 159. Est igitur omninò vero simile, *P. Martium Verum*, qui ei in provincia successit, inter suffectos, ut ejusdem Anni, aut proxime sequentis 160. Consulari trabeâ ornatum esse: cui post Annos novem-decim alterum Consulatum ordinarium superinduxit, tertio post Cassii interitum Anno, post administratam, ut videbitur, Syriam. Illum propterea inter pontifices cooptatum prodit fragmentum (y) Fastorum Pontificalium, injuriâ temporum mutilum, & Exscriptorum ofcitantiâ corruptum. Notus itaque satis superque Consul noster, quem alteri loco cedere non patiar, donec aliquis tam notum redditerit *T. Annium Aurelium Verum*, quantum *P. Martium Verum* hactenus præstiti.

De altero lapidis nostri Consule, *Imperatore* scilicet *Commodo*, nihil est, quod monerem, nisi, quum ita commentor, animadvertissem, doctissimum Norisium (z), dum conterraneum suum Onuphrium refellit, canonem proposuisse, quo Inscriptiones, & Nummi *Commodo Augusto*, vivo patre, cusi distinguerentur ab iis, qui signati sunt eo solo habenas Imperii moderante. *Commodum*, nempe ait, vivente M. Aurelio, *Lucii* prænomen tulisse, eoque mortuo, deposito priori prænomine, *Marci* prænomen assumsisse. Hoc scitum iterum inculcat vir supra laudem privatâ quadam ad Pagium. Epistolâ (a), cujus verba sunt: *Commodus statim post mortem patris, Lucii prænomine relicto, Marci prænomen sibi imposuit, quod Nummi produnt. Quare quum in Medico, & aliis Nummis dicatur L. AVREL. IMP. IIII. illi Nummi, vivente patre, cusi sunt*. Humani aliquid passa est divina mens Cardinalis eruditissimi. Canon enim ab eo propositus partim verus est, partim falsus. Falsum est, inquam, *Commodum*, patre mortuo, a *Lucii* prænomine abstinuisse, ita ut ex eo Nummi, aut vivo, aut mortuo parente, ejus imagine signati, dignoscantur. Nam, ut omittam descriptiones Nummorum a Mediobarbo (b) recitatas, utpote cuivis facile obvias, nonnullos in repositoriolo meo adservo, in quibus L. AVREL. COMMODVS dicitur cum *Tribunicia Potestate* VI. & VIII. unde aperte falsitatis convincitur Harduinus (c), qui quum narrasset, Commodum post M. Aurelii abdicationem, *Marci* prænomen adsumsisse, nonnisi postremis imperii Annis *Lucium* iterum vocari maluisse ait. Alios præterea Nummos eodem prænomine insignitos vidi cum cognomine BRIT*annici*, quo donatus est Commodus aliquot tantùm post patris obitum annis. In Parmensi (d) Gaza duo Nummi ita describuntur: L. AVREL. COMM. AVG. FEL. & I. O. M. SPONSOR. SEC. AVG. COS. VI. Atqui anni fere decem intercesserre inter *Marci* obitum, & sextum Commodi Consulatum. Rursus aiter adfertur Nummus ex eadem Parmensi (e) Gaza, cum eadem ab antica epigraphe, & in postica P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. Ipsissima hæc tum prænominis, tum etiam titulorum Imperialium series in priscis Inscriptionibus (f) occurrit, & præfixa est Epistolæ Commodi ad Senatum, quemadmodum refertur a Dione (g), & Zonara. Promiscue igitur *Lucii*, & *Marci* prænomina usurpavit defuncto patre Commodus, adeoque falsum est, eum post illius obitum *Lucii* prænomen reliquisse. Sed verum est, non prius ab eo cœptum usurpari *Marci*

(h) Spartianus in Sever. Cap. 17.
(i) Pagius, Critic. Baron. ad Ann. 203. num. 4.
(k) Capitolin. in Gordian. Cap. 4.
(l) Capitolin. in Vero, Cap. 7.
(m) Dio Xiphilin. pag. 369. edition. Sylburg.
(n) Appianus, Syriac. fin.
(o) Suetonius, in Vespasian. Cap. 8.
(p) Capitolin. in Marc. Cap. 7.
(q) Xiphilin. p. m. 365.
(r) Vulcatius, Cass. Cap. 5.
(s) Lucianus, Tom. II. pag. 676. edition. Salmur.
(t) Capitolinus, in Marc. Cap. 5.

(u) Suidas, verbo Μάρτιος Βηρὸς.
(x) Xiphilin. pag. 368.
(y) Gruterus, pag. CCC. num. 2.
(z) Norisius, Epist. Consular. Tom. II. Oper. pag. 971.
(a) Vide Pagium, Critic. Baron. ad Ann. 117. num. 11.
(b) Mediobarb. Numm. Impp. a pag. 254.
(c) Harduin. Oper. Select. pag. 487.
(d) Museum Parmens. Tom. VII. pag. 191.
(e) Ibidem, pag. 203.
(f) Gruter. pag. CCLXII. num. 6. CCCLIII. 3.
(g) Xiphilin. p. m. 381.

ei prænomen quàm *M. Aurelius* obiiſſet, quamvis *Marcus* etiam dicatur in veteri Marmore Ancyrano (h), in quo vota fiunt ΤΗΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΝΕΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΥ ΔΙΑΜΟΝΗΣ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΚΟΜΜΟΔΟΥ &c. Sed hæc ſingularis Inſcriptio, & a privato in provincia poſita vix in exemplum ceteris omnibus monumentis adverſantibus trahi poteſt. Quare alia ſtatuenda eſt regula, qua Numiſmata Commodi interpoſcantur, ſcilicet ea omnia, in quibus *Marci* prænomine afficitur, parre e vivis erepto cuſa eſſe. Alia verò, in quibus *Lucius* nuncupatur, ita demum poſt M. Aurelii mortem ſignata intelligemus, ſi in his *Pontifex Maximus* dicatur. Nihil enim moror deſcriptiones Nummorum, in quibus ante Annum Chriſti 180. *Pontifex Maximus* dicitur, quum certus ſim, in nullo Cimelio exſtare hos Nummos, aut, ſi qui ſunt, in adulterinorum claſſem rejiciendos. Multo ſane certior eſt hæc obſervatio alterâ Clariſs. Philippi Bonarotæ (i), qui ſtatuit; Commodum *Lucii* prænomine uſum uſque ad Tribuniciam Poteſtatem III. qua decurrente *Marcus* dici cœperit, & ita ſemper a Tribunicia Poteſtate V. ad Conſulatum VI. in quo uſus eſt utroque prænomine, ſed poſtea, exceptis aliquibus Nummis, *Lucius* dici maluerit. Primo enim minime a Tribunicia Poteſtate III. *Marcus* dici cœpit Commodus, quum id prænominis ne unus quidem ei Nummus tribuat ante Quinctam, deinde non ſemper a Tribunicia Poteſtate V. ad Conſulatum VI. *Marcus* dictus eſt, quum *Lucii* prænomen ei imponant ſupralaudati Nummi Tribuniciarum Poteſtatum VI. & VIII. notis ſignati. Tamdem ſupremis Annis *Marcus* quoque non rarò vocatur, neque tantùm in aliquibus Nummis, ſed & in duabus Inſcriptionibus (k) quæ poſtremum illius annum, & ſeptimum Collegâ Pertinace Conſulatum referunt.

Num. IV.

(l) IOVI O. M
AVGVSTO
SACRVM
Q. VALERIVS
SENECIO EX
VOTO S L M

Num. V.

ASCLEPIO
AVG
M PENNIVS
APOLLON

Exſtant hæ duæ Inſcriptiones in pariete Caſtri D. de Leyſſius, & publicatæ jam fuerant a Chorerio (m), a quo eas exſcripſit Reineſius (n). Edita nihil ab autographis variant.

Num. VI.

MATRIS AVG EX S STIPE ANNVA ♓ XXXV ET D....

Sic unicâ lineâ repræſentari debuit hoc fragmentum, quod tribus verſiculis diſtinctum viſitur in Memoriis Trevoltinis (o). De *Matris*, ſive *Matribus Auguſtis* multi multa ſcripſere. Nemo plura, aut meliora Georgio Kuillero in Diſſertatione de Mulieribus Fatidicis Celtarum veterum, ad calcem voluminis Antiquitatum Septemtrionalium.

Num. VII.

C. TESSIVS FORTVNATVS

Male in Memoriis Trevoltinis (p) C. IESSIVS. Ipſe ad lapidem contuli.

Num. VIII.

....VS PRAEF....
....RVM SVOR....
....GVSTANIS....

Fragmentum nullius pretii in Caſtro Toparchæ Auguſtani.

Num. IX.

VLPIAE AN
THVSAE
AGRIPPINENS
M. AVREL. ADIVTOR
AVGG. LIB
CONIVG. KARISSI
MAE

Poſita eſt hæc Inſcriptio in eippo, cui hodie ſuperſtat menſa altaris Parochialis Eccleſiæ. Duas primas lineas divinavi potius quàm legi, nam lapis nonnihil detrimenti paſſus eſt, locuſque eſt valde obſcurus. Quinque poſteriores ſanas præſtare poſſum.

Num. X.

HIC REQVIESCIT
IN PACE BONE ME (*ſic*)
MORIAE ALI
BERCA QVI VIXI
ANNOS NVM
MERO XXX OBIIT
IN XRO III NONAS
FEBR P C SEMMA
CHI ET BOITHI VV CC (q)

Inanem operam Reverend. Soucieto (r) incuſſit deſcriptor indiligens, qui lineâ octavâ P.S. SEMMACHI ſcripſerit, quum in ipſo Lapide legatur P. C. qua notâ Annus deſignatur, qui *Symmachi*, & *Boëtii* Conſulatum excepit, ideſt Æræ Chriſtianæ 523. ut paulo poſt oſtendam. Neque feliciùs idem vir doctus *Symmachum Boëtio* anteponi conjecit, quod Symmachus ſocer eſſet Boëtii. Celeberrimus enim ille *Boëtius* Symmachi gener Conſul fuit Anno Chriſti 510. ipſius verò filii, & invicem fratres erant Symmachus, & Boëtius Conſules Anno 522. ut erudite demonſtrat Sirmondus (ſ), & ex eo Pagius noſter (t).

Num.

(h) Vid. Montfaucon. Palæograph. Græc. Lib. II. Cap. 6. p. 164.
(i) Oſſervazion. Iſtoric. ſopr. alcun. Medagl. antic. pag. 103.
(k) Gruterus pag. CLXXXIV. num. 1. & Donius Claſſ. II. 127.
(l) Memor. Trevolt. Martii 1720. pag. 475. & 482.
(m) Chorer. Hiſtor. Delphin. Tom. I. Lib. IV.
(n) Reineſ. Claſſ. I. 210. 215.
(o) Memor. Trevolt. Mart. 1720. pag. 486.
(p) ubi ſupra.
(q) Hoc eſt, Anno Chriſti 523.
(r) Memor. Trevoltin. Maji 1720. pag. 886.
(ſ) Sirmondus, in Notis ad Ennodium Ticinen. Lib. VIII. Epiſt. I.
(t) Pagius, in Critic. Baron. ad Ann. 522.

Num. XI.

✠ HIC REQVI
ESCIT IN PACE
BONE MEMO
RIAE INGILDVS
QVI VIXIT AN
IIII ET MEN
SIBVS OCTO
OBIIT IN XRO
III KL NOVEMBR
TERTIO P C
PAVLINI IVN (u)
V CC

Multa heic, & ſane erudita leguntur in poſtrema Clariſs. Soucieti Diſſertatione (x), de Annis Summorum Pontificum *Johannis*, & *Agapiti*. Nollem tamen ab eo vellicatam fuiſſe communem Chriſtianorum Æram, quam ab Anno U. C. 753. repetendam ſignificat. Sed hæc de re contentionis finem ducere non eſt operæ pretium, donec protulerit argumenta, quibus probaturus eſt, hanc Æram initium duxiſſe a Conſulatu *Caſſii Cornelii Lentuli*, & *Lucii Calpurnii Piſonis Auguris*. Sufficiat nunc oſtendiſſe, eum male Symmachi, & Boëtii Conſulatum collocaſſe in Annum Chriſti 523. & *Paulini Junioris* in Ann. 535. Utar autem pluribus authoritatibus a temetipſo ſubminiſtratis, unde tu quoque ad cauſſæ meæ patrocinium ſuſcipiendum adducaris. Adfert Sirmondus (y) Inſcriptionem, cujus eſt hæc clauſula: DEPOSITVS. EST SVB D. III ID. AVGVSTAR SYMMACHO. ET. BOETIO. VV. CC. CONSS IN FINE IND. XV. Cœperat Indictio Quinta-decima a Calendis Septembris An. 522. & ab eadem die Anni 522. numerari cœpit Indictio Prima. Anno ergo 522. Conſules fuere Symmachus & Boëtius, quando quidem iis Conſulibus Tertio Idus Auguſti ad finem properabat Indictio XV. Nam eo die Anni 523. in decurſu fuiſſet Indictio I. Omitto auctoritatem Marcellini Comitis, Chronici Alexandrini, Marii Aventicenſis, aliorumque, qui horum fratrum Conſulatum Indictioni XV. & Maximum, qui eis ſucceſſit, Primæ aſſignant. At certum eſt, annos interceſſiſſe ſolidos ſeptem inter Symmachum & Boëtium, & Lampadium ac Oreſtem Conſules. Inter utrumque par ſiquidem numerantur Maximus ſolus; Juſtinus Aug. II. & Opilio; Philoxenus & Probus; Olybrius Junior ſolus; Mavortius abſque collega; Juſtinianus Aug. II. ſolus; Decius Junior ſolus. Itaque ſi Anno tantùm 523 Conſules fuere Symmachus & Boëtius, Lampadius & Oreſtes inire Conſulatum non potuerunt ante Annum 531. Quo verò pacto id ſtabit cum Inſcriptione a te vulgata (z), in qua Annus poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis jungitur Indictioni Nonæ, quæ in Annum 531. incidit? Altera Inſcriptio nunc occurrit inter Collectanea Donii (a), cujus hæc ſunt, quæ ad rem faciunt:

SVB. DIE. PRID. IDIBVS. D. (b)
INDICTIONE VN.....
MA. ITERVM. POST....
LAMPADI. ET. ORES....
V. V. C. C.

(u) Ideſt, Anno Chriſti 537.
(x) Memor. Trevolt. Maji 1720. pag. 891. & ſeqq.
(y) Sirmondus, Not. ad Ennod. Lib. VIII. 1.
(z) Maffej. Veron. Illuſtrat. ad calc. part. I. pag. 62.
(a) Donius, Claſſ. XX. 25.
(b) Supple *Decembris*. Tum VN*deci*MA. Subinde POST*conſulatum*. Demum ORES*tis*.

A Jam ſi Conſulatus Lampadii & Oreſtis cœptus eſt Anno 532. ſecundus ab eo erit 533. quo Pridie Idus Decembris non *Undecima Indictio*, ſed ab antecedente Septembri Duodecima fuiſſet numerata. Ergo retrahendus ad Annum 530. eorum Conſulatus, cui uſque ad Septembrem competit Indictio Octava, & reddendus ex dictis Symmachi & Boëtii Conſulatus Anno 512. Eâdem operâ Anno 534. reſtituendus eſt *Paulinus* Junior, quem ad Annum 535. violenter trahit Soucietus. Nam poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis Anni duo tranſiere *diversi*. Deinde Tertium Conſul proceſſit abſque Collega Juſtinianus Auguſtus, & Anno ſequente 534. Quartum Conſul fuit cum Paulino Juniore. Id egregie confirmatur Diplomate, quo Juſtinianus (c) Digeſtorum editionem confirmavit. *Leges autem noſtras* (ait ille), *quæ in his ..... poſuimus, ſuum obtinere robur, ex Tertio noſtro felicissimo ſancimus Conſulatu, præſentis Duodecimæ Indictionis, Tertio Calendas Januarias*. In quibus falſum diceret Juſtinianus, ſi Paulinus Junior Conſul fuiſſet Anno 535. quia nempe *Tertio Calendas Januarias* ante ejus Conſulatum *præſens* non fuiſſet *Duodecima Indictio*, ſed Tertia poſt Decimam a quatuor fere menſibus inchoata. Denique niſi Paulinus Junior Conſul fuerit Anno 534. Sextus ab ejus Conſulatu Annus fuiſſet 541. quo uſque ad Septembrem decurrit Quarta Indictio. At in Inſtrumento veteri a Te edito (d) legitur hæc temporis nota: *Sub die II. Nonarum Januariarum Indictione Tertia, Sexies P. C. Paulini Junioris V. C.* Hoc Diploma rurſus occurrit apud Donium (e), qui pro die II. *diem tertium* repoſuit. Ceterum unus idemque eſt utrique Indictionis numerus. Hic verò proprius eſt character Anni 540. & ab Anno 534. Paulinum Conſulem removere non finit. Plura addere poſſem non magno labore, niſi virisdoctis injuriam facere viderer, probandæ rei adeo certæ diutius hærens: ipſumque Clariſs. Soucietum poſtea ſententiam mutaſſe vix dubito, quum de hac receptæ Chronologiæ emendatione nihil præterea in medium adduxerit in aliis operibus, quibus eruditi Orbis applauſus meritus eſt.

Num. XII.

HIC REQVIESCIT IN PACE
BONE MEMORIAE ADVLESCENS
ITEGRE CARNIS NOMINE LEV
DOMARI QVI VIXIT ANNIS
NVMERO IIII ET DIES VIII
OBIIT IN XRO SEX K MA
POST C IV BASILI VV (f)
COSS CNS

In viam redit Soucietus (g), quum Annum Quartum poſt Conſulatum Baſilii ait fuiſſe Ch. 545. & recte ſane quum ei Anno competat Indictio VIII. Nam quo anno Baſilius Conſul fuit, agebatur quarta Indictio, ut cernitur in Inſcriptione (h) Veronenſi a Te editâ, cui additipulatur altera quædam inter Donianas (i), cujus hæc eſt Clauſula: DEP. P. C. BASILI. V. C. ANN. XXII. IND. XI. VNDECIMV. KAL. IANVARIAS. Quiſquis hanc Inſcriptionem ponendam curarit (nam de ejus fide dubitare non licet, quum eam Donius ipſe deſcripſerit) ille certe computandi more non vulgari quidem, ſed quo Victor Tununenſis in Chronico uſus eſt. Etenim vulgari loquendi modo Annus XXII. poſt Conſulatum Baſilii eſſet Ch. 563. quia ille Conſul fuit Anno 542. Sed quum eo Anno XI. Calendas Januarias minime numerari potuerit Indictio XI. quæ jam deſierat ab antecedente Septembri, is debuit eſſe Annus 562. a cujus Septembri iniit Indictio XI. aut ſane dicendum eſt, jam eo

(c) Juſtinianus, Præfat. 2. Digeſtor. §. 23. & Præf. 3. ff. eod.
(d) Maffej. ad calcem Hiſtor. Diplomat. pag. 158.
(e) Donius, Claſſ. XIX. 2.
(f) Ideſt, Anno Ch. 542. aut 545.
(g) Memor. Trevolt. Menſ. Maji 1720. pag. 927.
(h) Maffej. Veron. Illuſtrat. ad calc. Part. I. num. 61.
(i) Donius, Claſs. XX. 62.

eo Sæculo Indictiones a Calendis Januariis numerari cœpisse, quod asserit quoque non semel Pagius noster. (k) Postremas duas Inscriptionis nostræ lineas posset aliquis aliter omnino interpretari, quàm a Vorio doctoexpressè sunt. Ille enim legit *Post Consulatum Quarto Basilii Viri Clarissimi Senatoris Constantinopolitani*. Nullibi, quod sciam, aut *Romani*, aut *Constantinopolitani* Senatoris dignitas post *Consulis* nomen expressa legitur. Sic itaque, & fortassis rectius, hæc lineæ legi possunt: *Post Consulatum Junioris Basilii Viri Clarissimi Consulis*. Neminem latet, *Basilium* hunc *Junioremdictum fuisse*; & quo ad repetitionem ꝯ *Consulis*, jam exaratâ Post-Consulatus notâ, ea quoque illo ævo non infrequens. In authentico a Clariss. Mabillonio (l) edito invenio, *Sub Die Quarto Nonas Januarias P. C. Flavi Fausti Junioris V. C. Cons.*, ideſt *Consulis*. Relandus (m) in Fastis Consularibus adfert Inscriptionem ita signatam: D. XIII. KAL. DECEMBRIS P. C. MABVRTI V. C. CONS. tum aliam positam P. C. LAMPADI. ET. ORESTIS. VV. CC. CONSS. Exstat altera apud fasæ laudatum Donium (n), in qua DP. EIVS. VI. KAL. MAIAS. CONS. ALBINI. V. C. CONS. In his omnibus postremæ vox CONS. *Consulem*, aut *Consules* desiguat, quum Albinus, Mavortius, Lampadius, & Orestes fuerint omnes Occidentales, & minime Constantinopolitani. Idem ergo in clausula Augustæ Inscriptionis debet esse judicium.

Num. XIII.

(o) ✠ HIC REQVIESCIT
IN PACE BONE MEMO
RIAE EO PERCVNDE QVI
VIXIT ANNOS NVMERO
X OBIIT IN ꝺO VI KL
DECEMRS NOVIES
P CNS IOH..... (p)
V CC

Hæc Inscriptio, cujus literæ pæne attritæ sunt, scripta legitur in altero latere Lapidis, qui Sextam supra relatam exhibet, ita ut Gentilium, & postea Christianorum usui cesserit idem Marmor: quod aliàs non raro contigit. Quinque in Consularibus tabulis *Johannes* occurrunt (q). Primus Collegâ Varane Anno Christi 456. Alter Consul cum Putzeo Anno 467. Tertius *Scytha* dictus, sine Collega, Anno 488. Quartus *Gibbus*, Collega Asclepione Anno 499. Quinctus denique *Flavius Johannes*, natione Cappadox, Consul solus Anno 538. Sed quum priores quatuor successores habuerint, inter quos multi fuere Occidentales, minime verisimile est, ab elapso novennio illorum Consulatus epocham in Occidente retractatam fuisse. Neque tam a longinquo Consulatûs nota accersita occurrit ante Imperium Justiniani. Superest igitur, quem in nostra Inscriptione memoratum possimus asserere, *Johannes* Cappadox Justiniani amicitiâ ad omnium dignitatum apicem evectus, unde Theodoræ Augustæ inimicitiâ, & Antoniæ Belisarii conjugis artibus dejectus est. Rem fuse expositam habes apud Procopium (r) cœteanem Scriptorem. Inter ceteras dignitates, quibus a Justiniano Augusto donatus fuit, eminebat Prætorii Orientalis Præfectura, quam a decem jam annis gerebat, quum ei exitium machinata est Theodora. Do verba

A Procopii: Δέκατον ἤδη ἀρχὴν ἔχων, ὃν δὴ χρόνον ἐρῶσα αὐτὸν ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ ἐθήρευεν. Casus ejus accidit Anno Christi 541. Basilio V. C. Consule. Id inter omnes convenit. At Pagius (f), qui eum jam ab Anno 530. Præfectum Prætorio fuisse notat, nescio, quo pacto, Annum Præfecturæ *Decimum* agentem, in exsilium pulsum fuisse, pariter possit agnoscere. Nam juxta illam computandi rationem, non *Decimus* Præfecturæ annus agebatur, sed *Undecimus* ad finem vergebat, ut paulo post ostendam. Fortè ut huic incommodo occurreret Nicolaus Alemannus (t), ersi Johannem Præfectum fuisse Prætorio agnoverit, Lampadio, & Oreste Consulibus, nihilo tamen minus asserit, Procopium decennalis Johannis Præfecturæ exordium, repetisse ab Anno Ch. 531. ideſt P. C. Lampadii, & Orestis. Res est paulo attentiore animo examini subjicienda. Johannes primùm Præfecturam Prætorii suscepit Mense saltem Julio Anni 530. Lampadio, & Oreste Cos. ut probe declarat Lex (u) ad ipsum scripta III. Calendas Augusti iisdem Anni, quam sequutæ sunt plurimæ aliæ (x) ad eum singulis fere Mensibus usque ad finem directæ. Ceterum quum ad nullum alium ex Præfectis Prætorio tot Leges ab Imperatoribus datæ sint, aliæ perquam multæ variis Mensibus latæ Anno P. C. Lampadii, & Orestis, Johannem toto illo Anno 531. Præfecturam continuasse demonstrant. Ex iis vero memorare sufficiat primam (y) datam XV. Calendas Martii, & postremam (z) Calendis Novembris. Principio Anni 532. iterum P. C. Lampadii, & Orestis durabat adhuc prima Johannis Præfectura Prætorii. Illam enim moderabatur, quando Mense Januario erupit seditio Victoriatorum teste Procopio (a), cujus caussa ad compescendos seditiosorum animos necesse fuit, illum ab officio removeri. Sed quum id ab intrito Justiniano expressum fuisset, seditione XX. Januarii die sopitâ, brevi dignitatem recuperavit. Hujus rei indices certissimi duæ ejusdem Imperatoris Leges (b), Johanni P. P. inscriptæ V. Calendas Februarii, & Nonis Mensis ejusdem P. C. Lampadii, & Orestis Anno secundo, quas aliæ non paucæ subsequutæ sunt, quarum postrema (c) data legitur V. Calendas Decembris. Indeporro egregie refelluntur Alemannus, & Pagius, qui Johannem nostrum ablatam sibi a Justiniano, sedandi tumultus caussâ, Præfecturam recuperasse aiunt Anno tantùm 534. quandoquidem ex laudatis Legibus certum est, id biennio antea contigisse.

Continua deinde fuit iterata Johannis Prætoriorum Præfectura usquequo in exsilium pulsus est, ut constat ex Novellis plusquam quinquaginta, quarum Inscriptiones quilibet fine indice rimari potest. Ex iis si nondies, saltem Mensis eruitur, quo contigit ipsius exsilium. Postremam enim Justiniani ad illam Legem (d) datam legimus II. Calendas Maji, Basilio V. C. Consule. Prima verò Theodoro successori (e) inscripta, eodem Consule data dicitur Calendis Junii. Undecontinuo affirmare licet, Johannis casum Mense Majo Anni 541. evenisse. At quum a Mense Julio Anni 530. quo primùm Præfectus fuit Prætoriis Orientalibus, ad Majum 541. quo penitus Magistratu submotus est, duobus demtis Mensibus, Anni solidi undecim intercesserint, vix mihi probabile videtur, non semel Procopium affirmasse, eum annum Præfecturæ decimumagentem fcelerum pœnas dedisse, quàm undecimum. Annum agentem dicere oportuit, si a die delatæ primùm Johanni Præfecturæ numerandi fecisset initium. Neque præterea ulla subest satis idonea causſa, cur Procopius cum Nicolao Alemanno (f) dicendus sit decennium hoc numerasse ab Anno 530. Quorsum enim omi-

(k) Pagius, Dissertat. Hypatic. Part. II. Cap. ultim. num. 5. & Part. III. Cap. 2. num. 13.
(l) Mabillon. Supplem. Rei Diplomat. pag. 89.
(m) Reland. Fastor. pag. 695. & pag. 706.
(n) Donius, Class. XX. 31.
(o) Aliquantulum variat in Memor. Trevoltin. Mensis Maji 172o. pag. 548.
(p) Hoc est *Post* CoNSu*latum* IOH*annis*, nempe Anno Chr. 547.
(q) Relandus, Fastor. pag. 635. 646. 671. 672. & 714.
(r) Procopius, Persic. Lib. circa finem.
(s) Pagius, Critic. Baron. ad Ann. 548. num. 13.
(t) Nicol. Alamann. Not. ad Procop. anzed. pag. 56.
(u) L. 3. Cod. de inofficios. Testament.

(x) L. 22. Cod. de Furt. & Serv.
L. 3. C. de Plus petend.
L. 18. C. de Sportul.
L. 27. C. de Donation. inter Vir. & Uxor.
(y) L. 10. C. Qui testam. facer. pots.
(z) L. 30. C. de Pact.
(a) Procopius, Persic. Lib. I. Cap. 24.
(b) L. 36. Cod. ad Leg. Jul. de Adulter.
L. 50. C. de Episc. & Cler.
(c) L. 53. Cod. eodem.
(d) Novell. CIX.
(e) Novell. CXI.
(f) Alemannus, ubi supra pag. 56.

omisisset Menses fere sex Anni superioris? Cum uno tenore continuata fuerit prima ejus Præfectura usque ad Victoriatorum seditionem. Mihi itaque probabilius videtur, Procopium eo, de quo agitur, loco secundam tantùm Johannis Præfecturam in animo habuisse. Etenim quum illa inierit ante V. Calendas Februarias Anni 532. obtinueritque ad Majum 541. optime ab Auctore nostro decimum Præfecturæ Annum egisse dicitur Johannes, quum a tribus, & amplius Mensibus labi cœpisset.

Hæ in brevi contractæ observationes usui esse poterunt emendandis Inscriptionibus plurium Novellarum. Et quamvis id strictim jam innuerit Alexannus (g), rem paulo fusius prosequi, non erit, opinor, omnino injucundum. Scriptarum ad Johannem Novellarum Inscriptiones triplici ferme modo variant. Primo inscribuntur oppidò plures (h): *Imperator Justinianus Augustus Johanni gloriosissimo sacrorum per Orientem. Præfecto, iterum Ex-consuli, & Patricio.* Græce verò: *Προφήτῃ Ἰωαννικῷ Αὐγούστῳ Ἰουστινιανὸς Ἐπάρχῳ Ἀνατολικῶν Πραιτωρίων, τῷ δὶς ὑπάτῳ καὶ Πατρικίῳ.* Secundo in aliis satis multis (i) legitur: *Johanni, ni gloriosissimo Orientalium Prætoriorum Præfecto, iterum Ex-Consule ordinario, & Patricio.* Græce: *Ἰωάννῃ τῷ ὑπερενδόξῳ Ἐπάρχῳ τῷ ἀνατολικῶν Πραιτωρίων, τῷ δὶς ὑπάτῳ καὶ Πατρικίῳ.* Tertiò tamdem alter inscribendi modus occurrit folummodo in Græco textu duarum Novellarum (k) sic: *Ἰωάννῃ τῷ ὑπερενδόξῳ Ἐπάρχῳ τῷ Ἀνατολικῶν Πραιτωρίων, τῷ δὶς ὑπάτῳ καὶ Πατρικίῳ.* Nemo, opinor, ambigit, quin illud *iterum*, sive *τῷ δὶς ὑπάτῳ* per pravam distinctionem conjunctum sit voci *Ex-consuli*. Nam una tantum vice Consul fuit Johannes, plurimæque ex iis Novellis scriptæ sunt prius, quàm fuisset Consul (l). Ex nempe, in quibus notatur *Belisarius V. C. Consul*: *Post-Consulatus Belisarii*: & *Annus Secundus Post Belisarii Consulatum*. In his igitur nonea est significatio *τῷ Ex-Consuli*, ut virum designet, qui Consulatum gesserit, sed ut jam probe monuit Alemannus (m), qui Consulatus Codicillos acceperit, eodem scilicet sensu, quo in Constitutionibus (n) Codici Justinianeo præmissis Thomas, & Tribonianus dicuntur Ex-Consules. Etenim præter Consules ordinarios, & suffectos (quos post Diocletiani ætatem creari desiisse omnes norunt) alterum Honorariorum. Consulum genus exstitit, Justiniani ævo maxime frequens. Quamvis autem Severus Augustus (o) Plautianum antea Codicillarem Consulem ordinarium designando, edixisset, Consules ordinarios dici iterum Consules, quandocumque ordinarios eos fieri contigisset, attamen a Macrino Augusto, Antonini Severi filii successore, fublatus est ille mos; neque postea occurrit, vel unus Consul Codicillaris, qui ad Consulatum ordinarium evectus, *iterum Consul* dictus sit, ut alibi fusius ostendi. Ita nullo umquam tempore Johannes *iterum Ex-Consul* dici potuit. Sed quum Prætoriorum Præfecturam iteraverit, transpositâ virgulâ in iis omnibus Inscriptionibus legendum est: *Johanni gloriosissimo Orientalium Prætoriorum Præfecto iterum, Ex-Consuli, & Patricio*, & in Græco textu *Ἐπάρχῳ τῷ ἀνατολικῶν Πραιτωρίων τῷ δὶς ὑπάτῳ, καὶ Πατρικίῳ*.

Deinde patet etiam in Novellis (p) omnibus, Johanne Consule datis, omnino ex supra laudato exemplari Græco Novellarum LXXI. & LXXII. legi debere: *Præfecto Prætorio iterum, Ex-consuli, Consuli Ordinario, & Patricio*. Tamdem in reliquis Novellis, ante ejus exautorationem propositis, nempe *Apione V. C. Consule*: *Justino V. Cl. Consule*: *Basilio V. C. Consule*, legendum *Præfecto Prætoriorum iterum, Ex-Consuli Ordinario, & Patricio*, in Græcis verò *Ἐπάρχῳ τῷ δὶς ὑπάτῳ, ἀνὰ Τπάτους ἐφεσιμοῦν, καὶ Πατρικίῳ*. Unde quoque emendandi sunt aliarum Novellarum (q) tituli, in quibus *Johannes Ex-consule ordinario* dicitur *Belisario V. C. Consule*, ubi nullus error irrepsit in Græco exemplari, a quo abest vox *ordinario*, pariter e versione Latinâ eliminanda. Denique ex hactenus disputatis evincitur, expungendam subscriptionem Novellæ XXXVIII. quæ ad calcem Latinæ interpretationis in hunc modum occurrit: *XV. Kal. Mart. C. P. Indictione Undecima, Post Consulatum Basili Anno Septimo*, idest 548. quum eo Anno Johannes non esset amplius Præfectus Prætorio, sed Bassus, ut constat ex altera Novella (r); ibique altera temporis nota ex Græco Codice affigi debuit, scilicet *XV. Kal. Mart. C. P. Belisario V. C. Consule*; quæ etiam verior videtur, quod in Inscriptione non legitur *Ex-Consule ordinario*, sed tantùm Ex-Consul, sive *ἀνὰ Τπάτους*. Præterea, quum tantâ curâ in his omnibus Novellis Constitutionibus Johannes dicatur *Præfectus iterum*, idque etiam servetur in aliis bene multis utriusque Codicis Legibus, erga eos, qui bis eo munere functi sunt, nullus dubito, quin vox *iterum* scripta sit in omnibus autographis Legum (s) Codicis ad hunc Johannem directarum post Mensem Januarium Anni 532., quas in margine indicasse sufficiat, etsi ibi hodie non appareat negligentia, ut videtur, Amanuensium, quorum operâ Codex Justinianeus ad nos pervenit. Satis utique mirum videri possit, signari in Occidente Annum Nonum post Consulatum Johannis Orientalis Consulis; plerumque enim contigit per ea tempora, quum Paulinus Junior postremus in Occidente Consul fuisset, ut Anni ab ejus Consulatu in regionibus Orientalibus numerarentur. Nihilominus fi Occidentalibus placuisset Consules Orientales advocare, præsto erant post Johannem Apion, Justinus, & Basilius. Sed illius inconstantiæ in ruentis Imperii monumentis caussas indagare, non est nunc operæ pretium. Ad reliqua propero, ne Tibi prolixiori oratione molestus esse pergam.

Num. XIV.

(t) HIC REQVIESCIT IN PACE
BEATAE MEMORIAE
EVSEBIA SACRA DŌ
PVELLA CVIVS PROBA
BILIS VITA INSTAR
SAPIENTIVM PVELLA
RVM SPONSVM ME
RVIT HABERE XĪM
CVM QVO .....
.....

His saxis Augustanis addo fragmentum alterius a me observatum in fano Sancti Xysti, tribus ab Augusto leucis, quod sequius ævum redolet.

Num.

(e) Loc. citat. pag. 8.
(h) Vide Novell. I. VIII. XV. XVIII. XIX. XX. XXII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXX. XXXI. XXXVIII. XXXIX. XLIV. XLV. XLVI. XLVII. LI. LX. LXVI. LXXIII. &c.
(i) Vide Novell. LXXIV. LXXVIII. LXXXIV. LXXXVIII. XC. XCI. XCII. XCIII. C. CI. CIX. &c.
(k) Novell. LXXI. LXXII.
(l) Vid. Novell. I. VIII. XV. XVIII. XIX. XX. XXII. XLIV. XLVI. XLVIII. LI. LII. LIII. LIV. LIX. LX. LXI. &c.
(m) Alemann. ubi supra pag. 5. & 6.

(n) Præf. I. de Nov. Cod. Fac.
2. de Justin. Cod. confir.
3. de emend. Cod. Justin.
(o) Dio, Lib. XLVI. & fragment. Lib. LXXVIII.
(p) Novell. LXVI. LXX. LXXIII. LXXIV. LXXVI.
(q) Novell. CII. CIII. CX.
(r) Novell. CXXVII.
(s) L. 22. C. de Hæretic. & Manich.
l. 37. C. de inoffic. Testam.
l. 53. C. de Episcop. & Cler.
l. 31. C. de Testament.
l. 15. C. de leg. Hered. &c.
(t) Vide Memor. Trevolt. Maji 1720. pag. 931.

Num. XV.

IN HVC LOCO REQVIESCIT
.....
.....
CVAE VIXIT ANNOS
QVADRAGINTA ET DVOS
MINSIS SEX. OBIT ET
QVINTO CALEDAS NOVEMBRIS
INDICTIONE XIIII

A Poſt literatos Lapides locum ſibi poſtulare videntur nonnullæ aliæ Antiquitatis reliquiæ, quæ in eodem Pago reperiuntur. Superiore Sæculo e terræ viſceribus erута eſt Ara, quam heic vides.

Fig. I.



Quadrangula eſt, quatuor ad ſummum pedes alta, duos quaquaverſum lata, & in conum ſuperne deſinens, ita ut pæne ſimilis ſit Aræ Dianæ apud Olympium, quæ a Pauſania (u) dicitur *πτερώματος ἀνάκτορον ἔχουσα ὡς ὕλοτ*. Quatuor latera occupant cellæ totidem, inque infima parte ſuperſunt veſtigia baſium ſtatuarum quatuor Numinum. Statuæ verò, aut potius ſigna nequaquam reperiri potuerunt. Non eſt profecto audiendus Choretius, qui Aram hanc habuit pro terminali lapide; nam inter plurima terminorum ſpecimina, quæ apud veteres Agrimenſores proſtant, ne unum quidem cernitur huic Aræ aliquatenus ſimile. Notandum porro, illam repertam eſſe in loco, ubi viæ publicæ quatuor ſe ſe mutuo interſecant, ibique bodie-dum perſtat mole ſuâ tuta. Adeo ut probabilius ſit, hanc

B Diis viarum præſidibus dicatam fuiſſe, & in cellis ſtetiſſe *θεὸν τροπαίων* ſigna, Mercurii videlicet, quem vetus Inſcriptio (y) vocat *Deum, qui Vias, & ſimultas commentus eſt*; Apollinis Agyæi; Dianæ, quæ plerumque ſolo *τροπαίας* nomine intelligitur, ut in quadam Juliani (z) Apoſtatæ Epiſtola; tum Herculis, qui vias a graſſatoribus tutas præſtitit, cuique propterea a peregre proficiſcentibus ſacrum fiebat *propter viam*, cujus meminere Feſtus, Plautus (a), & Macrobius (b); eidemque vota *pro itu, ac reditu* ſæpiſſime nuncupata, aut ſoluta, exhibent antiqua Marmora.

Altera tabula lapidea, heic delineata, ſex pedes longa, tres cum ſemiſſe lata eſt, totumque circumambit canalis latus pollices duos.

Fig. II.



An

(u) Pauſanias, Eliæ. I.
(x) Gruter. Hiſtor. Delphinat. Tom. I. pag. 198.
(y) Rameſius, Claſſ. I. 141.
(z) Julianus, Ep. 20.
(a) Plautus, Rud. Act. I. Sc. 2. 150.
(b) Macrobius, Lib. II. Cap. 2.

An hæc ſit *menſa miniſteriis divinis apta*, quam Feſtus (c) *Aaclabrim* vocavit, judicent Eruditi. Super eam ſane mactatæ victimæ haud incommode diſſecari poterant; rivulus circumiens languinem, qui ſupererat, ſaniemque excipiebat, & per os immittebat in vas quoddam ſubtus poſitum, ne Ædis ſacræ pavimentum tabo inficeretur.

Urnæ fictiles vix alibi tot numero occurrent. Octoginta ad minimum contrectavi. Aliæ ab aliis diſferunt magnitudine, & formâ. Omnium ſpecies eſt recentiſſima. Neque in iis oſſium, cinerum-ve reliquiæ inveniuntur; unde patet, officinam figulariam *Auguſti* exſtitiſſe. Eæ urnæ terram fodientibus plures unâ ſe ſe offerunt eo ordine diſpoſitæ, quo recentes a rota debuerant in officina diſponi. Innumeræ præterea quotidie eruuntur fictiles Pateræ. Unius iconem exprimendam curavi, quam heic appono.

Fig. III.



Diſert hæc a ceteris, quas Antiquarii typis mandarunt, tum propter labra repanda, quibus firmius manu prehendebatur, tum etiam propter rivulum in medio labrorum excavatum, unde effluebant libamina, qui in vaſis hactenus Pateris non comparet. Ita Hippias ille, de quo tam multa Appulejus (d), ſtrigili rivulum addiderat, per quem ſudor laberetur, quamvis in variis figuris ſtrigilum hactenus divulgatis ſimilis rivulus perraro videatur. Legitur in patera noſtra complicatis literis nomen artificis C. ATISIVS SABINVS; in aliis, a me contrectatis occurrit L. ATISIVS SECVNDVS, & inde conjicio fratres *Atiſios* figlinam *Auguſti* unâ exercuiſſe. Frequens in Allobrogico tractu fuit *Atiſiorum* nomen, ut probare poſſem ex Inſcriptione Gratianopolitanâ, alibi producendâ, tum ex alia, quam reperi ſecus viam, quæ *Auguſtum* ducit, in eippo colonorum agros diſterminante. Eam heic coronidis vice adjungam.

Num. XVI.

C. ATISIVS PRIMVS
(e) PVBL XX LIBERTAT
P. G. N
AELIAE SATVRNINAE
CONIVGI KARISSIMAE

Viceſimæ Libertatum mentio non tantùm frequens eſt in Italia, ſed & in Provinciis, in quibus nulla erant Civium Romanorum Oppida, quales fuere Gallia Narbonenſis, & Hiſpania citerior (f). Porro *C. Atiſium* *Primum* fuiſſe ſervum PVBL*icum* Viceſimæ, non crediderim, virum nempe trium nominum, & cui nullam aut præſentis, aut præteritæ ſervitutis notam inurit hæc Inſcriptio. *Publicanus* potius fuiſſe videtur. Conſtat enim, Viceſimæ Libertatum vectigal ab ærario redemtum a Publicanis, quos Græci Ἐικοστωνὰς dixere. Conſtat, inquam, ex hoc ſatis illuſtri loco Arriani (g): *ὁ δοῦλος ἐφθὰς ἐλευθερωθῆναι ἐπιθυμεῖ. Διὰ τί; δοκῶν ὅτι τοῖς* ΕΙΚΟΣΤΩΝΑΙΣ *ἀντιδώσει τάχα ἀργυρίου; ἴ. Ἀλλὰ ἐν φοντίζεται μικρὸν τὸν βίον ὡς μὴ πονηρεύεσθαι ἐφ' ἱκανὸν ζῆσαι, καὶ ἐνορᾷ:* ideſt; *Servus ſtatim Libertatem aſſequi cupit. Quæ de cauſſa? Creditis-ne, ideo quod optet pecuniam numerare Redemtoribus Viceſimæ? Minime ſane. Sed quia donec compos Libertatis fuerit, præpediri ſe putat, & minus proſpere agere.* Hic verus, & genuinus hujus loci intellectus, quem ita perperam tranſtulit Schegkius, ut nulli rei idoneæ ſit hoc loco ejus Latina verſio, ut probe jam animadvertiſſe doctiſſimum Spanhemium (h) deprehendi. Cetera, quæ de hoc argumento afferri in medium poterant, & Tu, & Fabrettus (i) præoccupaſtis.

Habes, Vir eruditiſſime, Monumenta Auguſtana a me collecta, meamque de his ſententiam, quam fortaſſis fuſius, quàm debui, immo quàm ad te ſcribentem decuit, perſequutus ſum. Hæc tamen ſi nonnullius tibi pretii videbuntur, leve inde fiet additamentum Epiſtolis, quibus Antiquitates Galliæ noſtræ illuſtrandas ſuſcepiſti, quarumque editionem avidus exſpecto. Vale, magnum Literarum columen, eaſque provehere, meque amare non ceſſa.

Carpentoractæ Meminorum IX. Calend. Auguſti MDCCXXXIII.

(c) Feſtus, Lib. I. verbo *Anclabris*, & Lib. V. verbo *Eſcaria*.
(d) Appulej. Florid. Lib. II.
(e) Ideſt: PVBL*icanus Viceſimæ* LIBERTAT*um Provinciæ Galliæ Narbonenſis*.
(f) Gruterus pag. DXCI. num. 2. & 4.
(g) Arrianus Diſſ. Epict. Lib. III. Cap. 26.
(h) Spanhem. de uſu Numiſm. Diſſ. XIII. Tom. II. pag. 551.
(i) Fabrettus, Inſcript. Cap. I. pag. 55.

LETTRES

DE MONSIEUR DE VALBONNAYS

PREMIER PRESIDENT DE LA CHAMBRE DES COMPTES DE DAUPHINE'

DE

MONSIEUR BOUHIER PREMIER PRESIDENT A MORTIER DU PARLEMENT DE DIJON

ET DE

MONSIEUR LE BARON DE LA BASTIE:

Sur une Inſcription de l'Empereur Albin.

Hoc eſt:

JOANNIS PETRI MORETI DE BURGO CANUTO,

VALBONNÆSII MARCHIONIS

RATIONUM FISCI CURIÆ DELPHINATIS PRIMARII PRÆSIDIS;

JOANNIS BUHERII

IN SENATU DIVIONENSI PRÆSIDIS;

ET

JOSEPHI BIMARDI MONTIS SELEUCI BARONIS

EPISTOLÆ AMŒBEÆ

De Inſcriptione Lugdunenſi Imp. Albini Aug.

LETTRE

DE MONSIEUR LE BARON DE LA BASTIE

A MONSIEUR

LE PREMIER PRESIDENT DE VALBONNAYS.

J'Ay veu, *Monsieur*, avec un nouveau plaisir l'*Histoire*, & les *Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions & Belles Lettres* dont vous êtes membre : je suis sur tout enchanté de l'air de modestie qui y règne ; car quelque authorité que doive avoir tout ce qui porte le nom d'un corps aussi distingué dans la Républ que des Lettres, il paroit bien qu'en donnant ce recuëil au public, on n'a pas prétendu contester le droit qu'a chaque sçavant en particulier, de penser & d'écrire sur les mêmes sujets, différemment des autheurs des différentes Dissertations qui composent cet ouvrage. C'est en usant de ce droit, que je prendrais la liberté de vous proposer mes doutes sur différents endroits de ce livre, bien persuadé que persone n'est plus en état de les éclaircir.

Je trouve à la p. 273. *du premier Tome de l'Histoire de l'édition d'Hollande in* 12. dont je me sers, *l'extrait d'une Dissertation du sçavant Monsieur de Boze, sur un marbre trouvé il y a plus de* 100. *ans à* Albigny *près de Lyon, & dont il est aujourdhuy possesseur ; il prétend défendre l'authenticité de l'Inscription gravée sur ce marbre, contre le jugement que Spon, & le P. Menétrier en ont porté ; & après avoir distingué ce qu'il y croit antique, des lettres qu'il dit qu'on y a visiblement ajoutées, il propose une explication, au moyen de la quelle il a prouvé sans doute, que toute les soupçons de fauxe doivent évanoüir. C'est ainsi qu'il la lit :* Iovi Optimo Maximo CLodio ALBINO Conjuratorum FVgatis Copiis Protectori GALliarum AVGusto ET LVGdunensium LIBERTATIS ADVERSus SEVERVM ACERRIMO VINDICI.

Malgré la déférence que j'ay pour les lumiéres d'un Antiquaire aussi habile que Monsieur de Boze, je ne laisse pas de penser encore comme Spon, & le P. Menétrier, que l'Inscription dont il s'agit est fauſſe, & que son explication n'est pas soutenable. Voicy mes raisons en peu de mots.

1. *Il est contre l'usage constant des Inscriptions, & des Médailles Imperiales que le nom de l'Empereur pour qui elles sont faites, ne soit pas précedé ou suivi immediatement, des titres qui marquent sa dignité, tels que ceux de* IMP. CAES. &c. *rien de tout cela ne paroit icy, il semble qu'il ne s'agisse que d'un particulier.*

2. *L'Inscription d'un monument public destiné à apprendre à la posterité quelque action éclatante de celuy pour lequel on l'a érigé, n'est jamais une énigme ; or celuy en seroit une veritable, si comme le prétend Monsieur de Boze, on avoit voulu marquer la victoire qu'Albin remporta d'abord sur les Generaux de Severe, puisque cela n'auroit été designé que par des lettres initiales, qui suivant les diverses idées de ceux qui les liroient, pouvoient reçevoir des explications toutes différentes, & dont aucune ne se rapportât au fait dont on avoit voulu conserver la mémoire.*

3. *Pourquoy Monsieur de Boze fait il signifier les deux mots* conjuratorum *&* copiis *par une seule lettre chacun, tandis qu'il en fait employer deux pour marquer le mot* fugatis ?

Enfin le nom conjuratorum *ne convient en aucune façon à Severe, & à ses lieutenants, puisqu'on ne pouvoit appeller ainsi, que des gens qui se feroient liés par serments, pour prendre les armes contre l'authorité publique. Celle de Severe avoit été reconnüe par Albin luy même, puisqu'il avoit bien voulu tenir de luy le nom de Cesar : ainsi ceux qui le servoient, pouvoient bien être appellés ennemys* Hostes, *par les partisans d'Albin, mais on n'a jamais pu leur donner le nom de Conjurés.*

Je pourrois insister d'avantage sur ces raisons, & les fortifier de plusieurs preuves, si je n'étois persuadé que cela seroit inutile en écrivant à un homme d'une critique aussi sure, & aussi éclairé que vous, qui les suppléres aisement ; mais si vous les jugés nécessaires, je ne refuse pas de vous les exposer plus au long dans une autre lettre.

Je suis avec un respectueux attachement M.r &c.

La Bastie Monsaléon ce 15. *May* 1729.

Monte Seleuco Idib. Maj.

BIMARD LA BASTIE &c.

Lettre de M.r de Valbonnays à M.r de la Bastie.

J'Ay lû avec plaisir les remarques que vous avés faites, *Monsieur*, sur quelques Dissertations insérées dans les *Mémoires* de nôtre Académie : elles marquent la justesse de vôtre discernement, & vôtre exactitude à ne laisser rien passer sur des conjectures trop hazardées. Si tous ceux qui se piquent de litterature avoient la même délicatesse que vous, nous ne verrions pas tant d'autheurs annoncer au publie leurs découvertes, & nous aurions cependant beaucoup plus souvent des points d'histoire éclaircis, & mis dans leur vray jour. Je sçay cependant qu'il en est de si problématiques, qu'il est difficile d'en déterminer le sens ; le monument que M.r de Boze a tenté d'expliquer, peut être regardé ce me semble de cette façon : j'ay cherché néantmoins d'en découvrir l'explication, & je vous diray ce que j'en ay pensé.

Je ne sçaurois convenir, non plus que vous, de celle qu'il donne aux lettres initiales qu'on y lit, le mot Conjuratorum, qu'il fait signifier à une seule lettre de l'Inscription, n'est soûtenu d'aucun exemple, & le sens en est d'ailleurs peu conforme, comme vous l'avés remarqué à la verité de l'histoire. Celuy de Protectori Galliarum ne me paroit pas non plus du stile des Inscriptions, ni même du bon gout de la latinité.

Ces raisons ne me détermineroient cependant pas à rejetter le monument comme suspect ; le plus grand nombre de ceux que Gruter rapporte, renferment des énigmes qu'on n'a point encore pénetré ; on ne s'est point avisé pour cela de les révoquer en doute.

Les autres difficultés que vous opposés pour affoiblir la foy de ce monument, me paroissent aisées à surmonter, vous regardés comme un usage inviolable des Inscriptions & des Médailles Imperiales de faire précéder des titres d'Imperator, & de Cæsar le nom de famille, & le surnom de l'Empereur, qui fait frapper la Médaille ou ériger le monument : prenés la peine d'ouvrir les livres de Goltzius & d'Occo, vous y verrés au premier coup d'œil, combien ce principe est peu certain. D'ailleurs Albin ne prit le titre d'Empereur, & d'Auguste qu'à la fin de sa vie ; aussi ne se trouve-t-il point dans ses Médailles les plus ordinaires, & le petit nombre où on le lit est très rare, & fut frappé seulement peu de temps avant la bataille, où il fut défait, & mis à mort par Septime Severe.

Les Historiens nous apprennent qu'avant que ce dernier passât dans la Gaule, il y eut quelques combats donnés, dans lesquels Albin battit les Generaux de Severe. Spartien nous laisse entendre que Severe étoit encore en Orient lorsque cela arriva (Spart. Sever. c. 10.),

&c

& primò quidem ab Albinianis Severi Duces victi sunt: tunc sollicitus cùm consuleret, à Pannoniacis auguribus comperit se victorem futurum &c.

Capitolin confirme la même chose, & ne fait partir Severe contre Albin, qu'après que celuycy eut chassé ceux qui gouvernoient la Gaule pour Severe (Capitol. Albin. c. 9.); & primo quidem conflictu habito contra Duces Severi potior fuit: post autem Severus cùm id egisset apud Senatum ut hostis judicaretur Albinus, contra eum profectus acerrimè pugnavit in Gallia &c.

Severe ne pouvoit manquer d'avoir des troupes dans cette Province sous la conduite de ſes Lieutenants, à qui il avoit donné le gouvernement des Gaules sous le nom de Præsides. *Dion parle expreſſément d'un nommé* Lupus, *qui fut défait par Albin* (Xiphilin. p. 407.): accidit priore pugnâ ut Albinus Lupum vinceret, unum è Ducibus Severi, eumque cum magno militum numero interficeret. *C'eſt luy vrayſemblablement qui eſt déſigné par les mots* P. GAL. Præſidis Galliarum. *Ces avantages donnérent lieu à Albin de frapper les Médailles que nous avons de luy avec le type de la victoire. Ce fut auſſi ſans doute ce qui engagea les Lyonnois à élever ce monument, qui nous donne à connoitre qu'Albin n'étant encore que Cæſar lorsqu'il défit les troupes de Severe, prit le titre d'Auguſte aprés cette victoire.*

Je n'héſiterois donc point de lire. Jovi Optimo Maximo, Clodio Albino Cæſari, fuſis copiis Præſidis Galliarum Auguſto, & Lugdunenſium libertatis adversùs Severum acerrimo vindici. *De cette façon le mot* Conjuratorum *que vous avés attaqué non ſans fondement, ſe trouveroit changé en celuy de* Cæſari, titre *qu'Albin prit en Angleterre. Celuy de* fuſis *étant plus court, & plus latin que* fugatis *peut être aiſement entendu par ſes deux prémiéres lettres. Le mot* Copiis *qui ſuit, eſt un de ceux qui ſont employés les plus communément dans les Inſcriptions, & dans les Médailles, & qui n'eſt exprimé que par une ſeule lettre. Et enfin le mot* Protectori, *hors d'uſage parmi les Latins, eſt remplacé par celuy de* Præſidis Galliarum. *On ne peut diſconvenir qu'il n'y eut des officiers dans les Gaules sous ce titre. Parmi les Auteurs qui en font mention Trebellius Pollio dit expreſſément que Tericus le pére avant que de parvenir à l'Empire étoit Préſident dans les Gaules* (Trebell. Tyran. c. 24.), Præſidatum in Gallia gerens.

Je ſeray ravy d'entretenir avec vous un commerce qui me ſera auſſi avantageux, par toutes les lumiéres que vous répandrés ſur nos conférences, dans les lettres dont je vous prie de vouloir bien nous honorer de temps en temps. Je ſuis avec toute l'eſtime, & tout l'attachement poſſible &c.

Grenoble le 28. *May* 1729.

VALBONNAYS.

Réponſe de M.r de la Baſtie à M.r de Valbonnays.

JE gagne trop en toutes façons, Monſieur, dans le commerce que vous voulés bien me permettre d'entretenir avec vous, pour n'être pas attentif, & empreſſé de le ſoûtenir de ma part; & je profiteray de vos lumiéres le plus ſouvent qu'il me ſera poſſible.

Je vous aſſure ſans compliment que je leur rends juſtice, lors même que je me crois obligé de m'écarter de vôtre ſentiment.

Malgré le jour que vous avés voulu répandre ſur l'Inſcription d'Albin, je vous avoüe qu'il s'en faut bien que j'aye changé d'avis; je croyois le mien ſi certain que j'avois penſé qu'il me ſuffiſoit de vous avoir indiqué mes ſoupçons, & que vôtre ſagacité vous feroit trouver ſans peine les raiſons qui m'ont déterminé à rejetter ce monument comme ſuppoſé; puiſque vous en avés fait uſage pour défendre ſon antiquité, permettés moy, Monſieur, de vous détailler un peu davantage, les moyens de faux qui m'ont perſuadé la ſuppoſition.

Je conviens avec vous, Monſieur, qu'on ne doit pas condamner légérement de fauſſeté les monuments antiques, & que leur obſcurité n'eſt pas une raiſon de les

A *en accuſer. Mais je vous prie auſſi de faire attention que ce qui rend obſcures pluſieurs Inſcriptions de la collection de Gruter ou des autres, c'eſt ou qu'elles ont été mal lûes, & mal copiées; ou que les Graveurs eux mêmes y ont fait des fautes tantôt d'ignorance, & tantôt d'inadvertence; ou quelles ſont fruſtes, ou enfin parce qu'elles ſont compoſées de lettres initiales, dont nous avons peine de deviner la ſignification, faute d'avoir une connoiſſance aſſés exacte des formules uſitées en ces temps là, & des perſones pour les quelles ces Inſcriptions ont été faites.*

Je paſſe ſur pluſieurs autres ſources de la difficulté d'expliquer les Inſcriptions; l'examen de chacune en particulier demanderoit une Diſſertation complette. Il me ſuffit à préſent qu'aucune de celles que je viens de marquer, ne peut avoir lieu à l'égard de celle cy. C'eſt un
B *homme du métier qui en étoit poſſeſſeur, & qui a prit ſoin de la faire graver exactement; c'eſt un monument public élevé à la gloire d'un Empereur, & par conſequent il n'eſt pas probable qu'on eut voulu ſe ſervir d'un Graveur ignorant; M.r de Boze nous aſſure qu'elle eſt parfaitement bien conſervée; & quand aux lettres initiales, elles ne devroient pas dans les régles être obſcures, parceque les monuments faits pour les Empereurs, devoient être des témoignages publics de leurs actions, ou de leur gloire, ou ne s'avisoit pas de les compoſer de lettres ſinguliéres, difficiles à deviner, & hors d'uſage.*

Ce que j'avance là me paroit ſi certain, que j'oſe m'engager d'expliquer quelque Inſcription Impériale que ce ſoit, pourvû qu'elle n'ait aucune marque de ſuppoſition, & que je ſoit aſſuré qu'elle eſt copiée avec exacti-
C *tude, & de ſoûtenir mon explication par des exemples parallèles, ſeule façon de prouver dans les matiéres conjecturales, & l'unique que les meilleurs critiques reconnoiſſent pour bonne. Il n'en eſt pas de même à l'égard des Médailles, & quelqu'un qui ſe ſerviroit de la même raiſon pour en conclure, que de même que ſur les Monnoyes il ſe rencontre ſouvent des lettres initiales qui ſignifient des mots entiers qu'on ne ſçauroit prendre pour des formules générales, la même choſe a pu arriver à l'égard des Inſcriptions. Celuy, dis-je, qui raiſonneroit ainſi ſe tromperoit aſſurément, parceque dans les Médailles, le Monétaire étoit ſouvent gené par l'eſpace, & ne pouvoit pas faire à ſon gré la piéce plus grande ou plus petite, pour y mettre une légende plus courte, ou plus étenduë. Outre cela les Monnoyes ayant cours dans tout l'Empire, il ſuffiſoit que quelqun ſçut d'abord ce*
D *qu'on avoit voulu y marquer pour qu'en peu de temps perſone ne l'ignorât plus. Mais à l'égard des Inſcriptions, chacune d'elles étoit unique, elles devoient apprendre au citoyen tout comme à l'étranger, pourquoy on les avoit faites; elles conſervaient à la poſterité le nom, & l'éloge des Princes à qui ont les avoit élevées; & elles ne pouvoient guéres s'entendre que lorſque les mots y étoient en entier, ou que ceux qui s'y trouvoient en abregé, étoient ſi communément employés qu'on ne pouvoit s'y méprendre. Je conclus delà qu'on doit être engardé contre tout ce qui paroit trop ſingulier en ce genre; & quand cela ſe trouve joint à d'autres marques de ſuppoſition, il n'eſt pas douteux qu'elles n'en reçoivent un nouveau poids.*

Examinons à préſent ſi concours des raiſons qui ſe préſentent pour détruire l'antiquité du monument d'Al-
E *bin. Prémiérement l'Inſcription a été retouchée, comme M.r de Boze en convient; & il faut bien de la fineſſe dans le coup d'œil pour diſtinguer auſſi juſte, qu'il croit l'avoir fait, ce qui eſt antique de ce qui ne l'eſt pas. Je vous aſſure, M.r, que ſi le* Padouan & Carteron *tout habiles qu'ils étoient n'ont pû attraper l'air du véritable Antique dans les Médailles qu'ils ont contrefaites; un Sculpteur aſſés médiocre, vous gravera dans la pierre & ſur le marbre, un beau caractére Romain, en lettres oneiales ſi vous le voulés, auſſi bien que le plus habile ouvrier du ſiécle d'Auguſte, quand on luy mettra devant les yeux un modéle, pour la forme, la grandeur, & la profondeur des caractéres. D'ailleurs vous ſçavés bien que tout monument regratté, perd la moitié de ſon autorité, ſur tout quand il eſt du nombre de ceux où il eſt difficile de faire un juſte diſcernement entre ce qui eſt*

antique,

antique, & ce qui est moderne.

J'ay dit, M.r, que l'on n'avoit jamais vû d'Inscription où les titres de l'Empereur ne fussent ou d'abord avant, ou d'abord après son nom; j'ay encore parcouru toutes celles qui sont dans les recüeils de Gruter, Reinesius, Spon, Fabretti, sans y en avoir trouvé aucune qui détruise cette règle. Ainsi jusqu'à ce qu'on me cite avec précision des exemples contraires, ma proposition subsiste dans toute sa force, & je crois qu'en bonne critique, on ne sçauroit disconvenir de la nécessité qu'il y a d'apporter au moins un exemple qu'on puisse opposer à cinq, ou six-cent.

Lupercus. Ita appellata apud Romanos ſpecies quædam Sacerdotum, ſed pæne abjectorum, quibus cura erat *Lupercalia* feſta peragere. Sed quoniam ex *Ligorii* Opere MSto Inſcriptionem hanc derivavi, antequam progrediar, juvabit Lectorem præmonere, nullâ diffimulatione adhibitâ, quæ hæc mea ſit ſententia. Floruit *Pyrrhus Ligorius* Neapolitanus Anno Chriſti 1550. Præter paucâ publicis typis tradita, reliquit poſt ſe immane Opus XL. voluminibus in fol. nondum editis conſtans, in quo, quanta potuit, antiquitatis monumenta concervavit, Numiſmata, Inſcriptiones, Statuas, Ædificia, Toreumata: utque erat delineandi, & pingendi peritus, atque Architectonices ſtudioſiſſimus, non pauca ex iis, ſummo ſtudio delineata, expreſſit. In Taurinenſi Bibliotheca Caroli Emanuelis, nunc Sardiniæ Regis, & Sabaudiæ Ducis, autographum Opus aſſervatur, ære ingenti comparatum. Romæ quoque non pauci ex eiſdem Libris in Bibliotheca Barberina profunt: plerique præter in Bibliotheca Chriſtinæ Sueciorum Reginæ, Sæculo proximè præterito legebantur, ac fubinde in Ottobonianam tranſferunt. Sed & alterum autographum exhibat Parmæ in Bibliotheca Farnefia, unde curâ humaniſſimi, & doctiſſimi olim P. Franciſci Andreaſi e Societate Jeſu, Tomum XXIV. & XXXIX. ad utendum impetravi, in quibus ingens copia veterum Inſcriptionum diligentiſſimè ſcripta cum ſuis anaglyptis viſitur: Summæ autem ſplendida fuit, dum vixit, & poſt mortem quoque, Ligorii fama, ita ut Onuphrius Panvinius amicum, & ſynchronum virum non dubitaverit appellare (Lib. II. pag. 40). Commentar. in Faſtos) *omnium Antiquariorum facile principem*, contexto inſuper magnifico plane ejus elogio, quod apud eum legat, qui velit. At proximè præterito Sæculo Ezechiel Spanhemius, vir profectò ex eruditione, fabaciaque judicio clariſſimus, in Libris de Præſtantia, & Uſu veter. Numiſmat. primus litem intenravit Ligorio. Diligentiam quidem illius, & laborem commendans, nonnulla tamen ex Numiſmatis, monumentiſque ab ipſo collectis, ſuſpicione aſperſit, fatis ſignificans, hæc aut ab eodem Ligorio, aut ab aliis conficta, cum legitimiæ fuiſſe commixta. Ejuſmodi tubâ excitatus in Ligorium acrius deinde inſurrexit Cardinalis Noriſius, incomparabilis ille vir, & Criticorum ætate ſuâ princeps, eum in Epiſtolâ Conſular. appellans *Latini ſermonis ignarum, uti ejuſdem æquales Antonius Auguſtinus in Dialogis teſtatur, libidinoſiſſimum quidem, ſed plerumque faliacem Scriptorem*: quod aliquot exemplis oſtendit tum pag. 56., tum 8.. Denique ſubdit, *Ligorio familiare fuiſſe, non quidem ſictas Inſcriptiones concinnare, quod Latinam Linguam ignorabat, ſed & Faſtis nomina Conſulum exſcribere, eaque vetuſtis Inſcriptionibus præponere*. Mirro, quæ Fabrettus, arque alii graviori etiam contremtu de homine iſto literis traiudevirit.

Equidem is minime fum, qui Ligorii fidem in omnibus aut præſtare, aut purgandam ſuſcipere velim; ac præcipue, quod duo tantùm ex illius Voluminibus, & non cuncta, ſub oculis habuerim, neque judicium de Viro iſto efformiri poſſit, niſi integro illius labore perſpecto. Atramen dicam, videri mihi, longe mitius eum eo agendum fuiſſe, atque inconſulta prurigine cenſure ferri, qui ſine ullo diſcrimine monumenta ab eo collecta damnat, atque proſcribit. Neque enim, quod aliquid ſpurii, aut conficti in Eruditorum Libris deprehenditur, continuo reliqua illorum ſupellex eſt falſi arceſſenda. Sæculo Chriſti Quindecimo quam plurimorum ſtudium incaluiſſet, ſimul etiam inſurgere cœperunt (atque utinam deſiſſet ejuſmodi hominum genius), qui aut ludendi gratiâ, aut infanâ cupiditate comparandi libi, aut Patriæ nominis, adulterinas Inſcriptiones fabricarunt, quarum mercium Collectores, avide quidem, ſed non fatis ſibi caventes in ſuas tabellas intulere. Et profectò poſtquam ego tor Schedas, & Collectiones antiquarum Inſcriptionum, ſive typis editas, ſive manu exaratas verſavi, reſtari jam poſſum, vix ullum ex iis expertem defectus inſignes mihi viſum fuiſſe. Quid ſi & Ligorio ſucus ab aliis eſt factus? Quid ſi confecta fuerint veterâ monumenta, eaque ante in Ligorii Libros intruſa, aut ſub ejus nomine venditata? Sed quod omnium maxime heic animadvertendum eſt, habemus in *Theſauro Gruteriano* plures, ultra quam credi poſſit, *Ligorianas Inſcriptiones*. Multas ipſe fatetur ſe ex illius Libris accepiſſe. Longe majorem numerum is hauſit ex *Pighii* arario, qui Ligorianas non paucas collegerat, atque ex *Onuphrii Panvinii* Libris, qui differte teſtatur in Faſtis Conſularibus, ſe ab ipſo Ligorio *inventum Epigrammatum, Inſcriptionumque cumulum, fuiſſe mutuatum*, quibus Commentarios ſuos exornavit. Panvinium, ut omnes norunt, expilavit *Gruterus*. *Reinefius* itidem non levem ſui Syntagmatis partem ex Ligorianis Inſcriptionibus farcivit. Nam præter permultas ex illius penu retâ defumtas, plures fine comparatione is in ſuum Opus deexivit *e Schedis Langermanni*, quas magnam partem ex Ligorianis fpoliis conflatas animadverti. Præterea *Sponius* ſemulta accepiſſe ex Ligorii Libris teſtatur eſt & ipſe; idque certum ego quoque agnovi, collatione factâ cum geminis Ligorii Tomis a me viſis. Adde etiam *Ezechielem Spanhemium* antea laudatum. In fine, uti auctor eſt idem Reinefius, atque ego deprehendi ejus Commentarium de Cæſaribus perfcrutans, Ligorianas non paucas deſcripſit. Ad hæc remplane ridendam accipito. *Fabrettus* ipſe, qui tanto cum ſaliio, atque contemptu Ligorium mancipat, ac rejicit, *Inſcriptiones* plurimas ex illius promtuariis eluctas in Librum ſuum ſe inveniſſe minime animadvertit. Nam quæ *Barberine*, & *Vaticane Schede* ab eo tam ſæpe laudantur, noverit Lector, ex Ligorianis faturatas fuiſſe: quod mihi minetur, gemina volumina nuper memorata conferenti cum Libris Fabretti. Denique ut *Gudii* Inſcriptiones, ante paucos annos editas, præterean, Ligorianas plerique in *Tomis* Collectione oppido multas alias vidi, quæ dicuntur quidem *e Schedis Manutii in Bibliotheca Vaticana aſſervatis* deprompiæ, ſed & ipſis ex Ligorio profectæ funt.

His poſtrit, ſi pergant Cenſores immoderate ægre adverſus Ligorium, jam habemus Pyrrhonifmum invectum in aerium. Lapidarium, atque in poſterum dubitatio erit de innumeris Inſcriptionibus apud præcipuos earum Collectores profluntibus: quod minime ferendum umuſquiſque fatebitur. At heic e veſtigio reponentem audio. Quamplurimas Inſcriptiones in Ligorii Libris concluſas Smetius poſtea Romæ verſitus, legitimas, & reveia in marmoribus inſculptas inſpexit; Gru-

terus verò à Smetio acceptas in Thesaurum suum conjecit. Manutius quoque, Langermanna, Donius, & Auctorum Schedarum in Bibliotheca Vaticana, & Barberina ex sistentium, non ex MStis Ligorianis, sed ex ipsis Lapidibus suas Inscriptiones expresserint: ergo de illarum leguima origine subdata est dubitatio. Egregie profectò. Hoc unum videlicet satis est, ut enormi nonnullorum censuræ non modicè ex parte Ligorii fama eripiatur. Nam si, uti certum, immo certissimum est (oculatus quippe testis & ego sum) tot Inscriptiones Ligorius circiter Annum Christi 1550. collegit (quas Pauvinius in Fastis Anno Christi 1558. editis laudavit) & supervenientes postea Smetius, Manutius, & alii, easdem non fictas, non interpolatas, sed revera in Marmoribus repertrum, fuisque oculis insitrarunt: inique proinde agat, quisquis Ligorium traducere velit, tamquam merum commenticiæ mercis propolam. Et plures sane Ligorius ætate suâ Lapides vidisse, & congessisse potuit, quam Smetius, & reliqui successores viderint: tum quod ille per annos plurimos Romæ versatus fuerit, atque indefessio studio in describendis Antiquitatibus inssudavit, tum quod Marmora erudita facile in alios usus converterunt, ac vivere, ut ita dicam, desinunt, quemadmodum in Præfatione odendi. Propterea nullus mirandi locus est, si tot alios Lapides a Ligorio descriptos, neque Smetius, ceterique polsea viderint. Præterea, dum illam Collectionem instruerem, ego quoque animadverti, multas ex iis Inscriptionibus, quas Smetius, & alii subsequuti minime conspexerunt, neque retulerunt, Ligorium verò in sua Volumina congessisse, antea à Cyriaco Anconitano, atque a Scriptore Schedarum Farnesiarum, aut postea ab aliis Collectoribus, atque ab ipso Fabretto, fuisse inspectas, & revera exhibitas, quales Ligorius ipse retulerat. Sed quando Antonium Augustinum in contentum Ligorii Cardinalis Norisius hue advocavit, illius verba referre juvat ex Dialog. IV. de Antiqu. *Civium maximum* (ita ille scribit) *delineavit egregie Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, amicus, dum viveret, meus, Antiquarius insignis, & pictor, qui quamvis Latinæ Linguæ rudis esset, quadraginta fere Libros Antiquitatum de Nomismatis, & Ædificiis, reliquaque, quos nitnam heredes evulgassent.* B. Onei, *quæso, Latine exiperi Lingua de his conscribere potuit?* A. *Non fecisset atque confecisse Hubertus Goltzius, Æneas Vicus, Jacobus Strada, aliique quorum, si Libros inspexeris, omnes omnino Auctores tum Græcos, tum Latinos, quotquot exstant, evolvisse eredas. Aliorum nimirum operâ utuntur, quamque penicilo valeant, amplius eo qui in penna præstant.* Hæc Antonius Augustinus, celeberrimus Tarraconensium Archiepiscopus Anno Christi 1588. vitâ functus. Cujus auctoritate, utique ineluctabili, permotus Norisius, uti supra vidimus, memoriæ prodidit, Ligorium *non quidem fictas Inscriptiones concinnasse, sed e Fastis nonnina Consulum exscerpsisse, eaque vetustis Inscriptionibus præposuisse.* Requem igitur & ego: si Ligorium Latinæ Linguæ expertem fateri necesse est, quei tot Latinas Inscriptiones, uti Censores quidam sibi persuadent, confixisse illepotuit? Æquus suspicari fas esset, aut assutas ejus Libris lacinias ab Impostoribus fuisse, aut conficta ab aliis Marmora ipsum incaute excepisse, atque in suos intulisse Commentarios.

Nunc superest, ut quæ mea sit de *Ligorio* sententia, exponam. Equidem fingula, quæ homo ille ad posteros in lucubrationibus suis MStis transmisit, præsare tamquam legitima nolo, nec possum. Stant enim quadam, quæ de Dijs, de Urbibus, aliisque de rebus deprompta ex ejus Libris, atque edita vidi; quæ mihi dubitationem, fuspicionesque interdum injiciunt. Plura ejusdem generis fortasse complectuntur reliqua illius Volumina, nondum mihi inspecta. Ex iis *Gudius* fuum fasturavit Opus; nam, quas ego adsero, Inscriptiones a Ligorio-Gudianis diversas animadverti. Attamen ærga Ligorium ita compositus sum, ut monumenta ex eo delibata damnanda non censeam eo tantum titulo, quod Ligoriana sint; sed tum solùm, quum justæ aliæ caussæ censorio ingenio se sse offerunt. Nimirum Spanhemii supra laudati judicium heic mihi æquitatis, & modestiæ plenum videtur, qui quamquam non pauca dubiis fidei, aut confictæ novitatis, sive illius, sive aliorum culpâ, in ejus Collectaneis deprehenderit: nihilo seciùs testatus est, *multa latere in iis, prisci avi reliquias, quibus vel in primis priscribus Inscriptionibus, aut Numinorum veterum Collectionibus, ingens, & præclara quadam accessio fieri posset, ac inde in omne Literarum, & doctrinæ genus utilitas nonlevis redundare. Multa enim id genus bodie etiam haud amplius obvia, ibi recondi advertit injuriam temporum: multa etiam ab aliis secus, aut properanter descripta, accuratius ibi, aut fidelius, quàm vulgo in editis legi &c.* Secundo, ad me quod attinet, quandoquidem minime inconcussum Ligorii fidem, atque integritatem quidam egregii Viri jam deprehenderunt, ita procedendum puto, ut satis in posterum futura non sit nobis ratio, & caussa, aliquid novi, & peregrini statuendi, quoties id ex illius unius auctoritate pendet, nullumque aliud adminiculum accedit ex minimè dubiis fcriptoribus, & monumentis. Hisce conditionibus propositis, fidenter quæ pauca in Tomis Ligorianis Vicefimoquarto, ac Tricefimonono, fortasse purioribus, nondum edita supererant, in censum hujusce meæ Collectionis pertraxi; sed ea sinceritate, quam a me indivisam volo, atque ab aliis ubique observatam opto: scilicet præfixo semper *Ligorii* nomine, ut uniquique commodum, & liberum sit, si res posseat, ejusmodi Inscriptiones ad normam veritatis exigere, suamque mentem de earum pretio aperire. Neque difficile, ut spero, Lector animadvertet, nullam esse caussam, cur plerasque ex iis uti germanas amplecti nolit. Atque hæc pauca præfari placuit, ut quoties Ligorii mentio occurrit, eorum memoria recurrat, & aut mihi, aut illi a præcipiti quorumdam censurâ caveam. Susceptum iter interea progrediamur.

1 *Angleriæ, in ædibus Borromæorum, ad Verbannm. E schedis meis.*

I. O. M
T. AEMILIVS
VALERIVS
V. S

2 *In Vico Pescantinæ, agri Veronensis. E schedis Farnesiis. Missi quoque Comes Francisc. Brembatus Bergomas.*

IOVI
L. AESIVS
VRBAN.
V. S. L. M

3 *Carpentoratiæ, apud D. Forneri, Missi V. Cl. Joseph* Bimard de la Bastie, *Montis Seleuci Baro.*

IOVI V. S
AESILVS
SAVI. F

4 *In Vico* Tornamparte, *agri Aquilani, in Sanctli Viti. E schedis Ambrosianis.*

IOVI. O. M
D. D
P. PATRI
AMPLIATVS
ET ARRENIANVS
FR.

Legendum opinor IOVI OPTIMO MAXIMO, DIS DEABVS, PANI PATRI.

5 *Genevæ. Ex Guichenonio.*

IOVI
ASSIGN
M. F
N

Aut vitiatam, aut mancam puto.

6 *Aptæ Julia, nunc* Apt. *Missi Bimardus.*

I. O. M
C. ATTIVS
SEQVEN

7 *Interamnæ, nunc* Terni, *in Sanctli Valentini. Ex Donio.*

IOVI. O. M
ATINATIA
HELPIS
DEDICAVIT ET
CONSECRAVIT

1 *Tordæ in Dacia, sive in Transilvania. Misit Apostolus Zeno V. Cl.*

I . O . M
P. S. D. M. M
AVR. ANTO
NINI. IMP
AVREL. RV
STICVS. CAV
POSVIT

Ideſt: IOVI OPTIMO MAXIMO, PRO SALVTE DOMINI NOSTRI (lego D. N.) MARCI &c. Quid verò ſit CAV. nondum aſſequutus ſum.

2 *Amaſtri. E ſchedis Jacobi Valerii.*

I . O . M
PRO SALVTE
ET VICTORIA
IMP. CAESARIS
M. AVRELII. L. AVRELI. VERI. F
D. PII. NEPO. DIVI. HADRIANI. PRON.
DIVI. TRAIANI. PARTH. ABN.
DIVI. NERVAE. ADNEPOTIS

Diſcordiam componere nondum potui, quam in Inſcriptione iſta offendere mihi videor. Si de *Marco Antonino Philoſopho* Imperatore Auguſto hæc agitur, is minime patrem habuit *Lucium Aurelium Verum*. Si de *Ælio Antonino Vero* Auguſto, ejuſdem Philoſophi per adoptionem fratre, is quidem e *Lucio Aurelio Vero* natus eſt, verum *Lucii*, non *Marci* prænomen geſſit. Præterea ambo illi Auguſti appellati fuere *Filii Divi Pii*, quippe ab Antonino Pio adoptati, non verò *Nepotes*. Quid ergo de Inſcriptione iſta dicendum?

3 *Prop. Gengenbach, in Sylva Hercynia ad baſim Columnæ hamatæ. Misit Bimardus.*

I . O . M
BAIBIVS BAIBIIQ
FILII SVI

SVI pro EIVS.

4 *In oppido* Calviſano, *agri Brixiani. Ex Octavio Rubeo.*

IOVI . O . M
TERTIVS. BIVVO
PRO SALVTE
PETRONII MERV
LAE. P. PETRONII. F.
V . S

TERTIVS hic mihi ſumitur pro Prænomine.

5 *Forolivii. E ſchedis meis.*

IOVI . O . M
Q. CAENIVS
SEX. F
V . S . L . M

6 *Cremonæ, in ædibus Caraffinorum. Misit Franciſcus Ariſius V. Cl.*

IOVI
O ☽ M
P. CAESIVS
ARCHIGENES
V . S . L . M

7 *Brebii in agro Mediolanenſi, ad S. Michaëlis. E ſchedis meis, & ex Patre Grazioli Clerico Regulari Barnabitâ.*

I . O . M
COELIVS BARO
VOTVM
V S L M

Vide Gruterum pag. 3. num. 6. Hujus *Baronis* mentionem quoque habes in altero Gruteriano lapide pag. 353. num. 7.

8 *In Urbe* Koul *in Ægypto, ſupra quoddam ædificium. Misit Joſeph Bimardus.*

ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΘΕΟΙ ΜΕΓΑΛΟΙ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΕΣ
ΔΙΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ

Ideſt:

Regina Cleopatra & Rex
Ptolemæus, Dii Magni Philometores,
Jovi Maximo, Diiſque Aſſeſſoribus.

Agitur hic de *Ptolemæo* VI. Ægypti Rege, ejuſque ſorore *Cleopatrâ*. Hi per ſummam adulationem appellabantur *Dii Philometores*, ſcilicet *Matris amatores*. Id quoque conſtat ex altero lapide apud Chiſullium in Antiquitat. Aſiatic. pag. 82.

9 *Antii. Ex Ligorio.*

IOVI. OPT. MA
XIMO SACRVM
T. CORVNCANIVS. T. F
AEMILIA. PRIMIGENIVS
ET. T. CORVNCANIVS. T. F
SECVNDINVS. ET
CORVNCANIA. FVSCV
LA. VOTO. SVSCEPTO

M ☽ L ☽ F

10 *Apud Salonam. E ſchedis meis & Farneſiis.*

I . O . M.
SACRVM
L. EGNATIVS, L. F
GN. NEP. GN. PRONEP.
TRO. CLEMENS. DECVRIO
AVGVR

11 *In quadam lucernâ apud Caſalium.*

ETEITIVS
ALYPVS
IOVI DD

12 *In* Valgataria *agri Veronenſis. E ſchedis Farneſiis.*

IOVI
O . M
FLAVIVS CVM
SVIS

13 *In Carolina in Dacia, ſive Tranſilvania. Misit Apoſtolus Zeno.*

I . O . M . AETERNO
T. FL. FLAVIANVS
AVG. M. S. AP. ET DEC
COLL. FABR. VNA ELIA
VINDIA. CONIVGE. SVA
QVOD. PRO. SE. ET. FLA
VIIS. RESTVTO. FLAVI
NO. IANVARIO FLAVINO
FILIS. SVIS. VOVERANT
V . S . L

Uti infra explicabo, legendum hic eſt in tertiâ lineâ: *Auxuſtalis Municipii Septimi Apulenſis, & Decurio Collegii Fabrûm, una cum Ælia* &c.

1 *Romæ, penes Marium Delphinum. E schedis Ptolomeis.*

IOVI O M.
T. FLAVIVS
THREPTVS
EX VISV FEC

Scilicet hic in somnis *Jovem* videre sibi visus est, qui aliquid petierat, puta vas, aut donarium quidpiam simile, Templo offerendum. Idem significant formulæ aliæ in tabellis votivis occurrentes *Ex Jussu*, *Ex Imperio*, *Ex Præcepto*, *Ex Monitis*, *Visu Monitus* &c. hoc est Dei alicujus. Quod si bonæ gentis Phantasia ad ejusmodi somnia, & mandata pigram, ineptamque se prodebat, Sacerdotes eorum miserti pro ipsis somniabant quæ Dii excuperent, ita ut vellet nollet Populus ad oblationes impelleretur. Proinde in usu etiam fuit formula: *Pontificum Monitis Voto Suscepto*.

6 *Polæ, ad Sanctli Germani. E schedis meis.*

I. O. M
C. IVLIVS CHRYSOGONVS
EX VOTO. FECIT

7 *Aquis Sextiis. Misit ex Historia Aquensi Bimardus.*

IOVI. O. M. SEX. IVLI. SE
RENVS. LIBERTVS
SEX. IVLIO. SERENO
VOL. VERINO. FLA
MINI. AED. IVL
NERATIO. PAT
RIVM. DECVRIO
NVM. CVM. FIL
VIVVS. SIBI. FECIT

Geminas diversas Inscriptiones in unum coaluisse hic opinor, quarum altera Votiva *Jovi*, altera verò Sepulcralis tantùm. Priores duæ lineæ primam exhibere videntur. Alteram subsequentes septem.

13 *Prope Dianium in Hispania Tarraconensi. E schedis Patris Francisci Cattanei Regiensis, ex Ordine Minorum Observant.*

M. LVC. IOVI VOT SOLVIT
IDEMQ. TEMP. DD

14 *Apud Malacam in Hispania. E schedis Farnesiis, & Cyriaci Anconitani.*

IOVI
M. LVCRETIVS CYRVS
EX IVSSV VOTVM SOLVIT
ITEMQVE TEMPLVM DD.

Eamdem cum superiore arbitror, accuratius exscriptam.

2 *Romæ, in Musco Albano.*

C. GEMINIVS CORINTHVS
I. O. M. VOTVM SOLVIT
ET ARAS OMNES DE SVO
REFECIT

4 *In oppido Lona in Dacia. Misit Apostolus Zeno.*

I. O. M
IVCVNDIVS
IVVENALIS
COR. LEG
V. S. L. M

COR. LEG. Ideft *Cornicularius Legionis*.

8 *In Dacia. Misit Clarisi. Zeno.*

I. O. M. AETERN.
C. IVL. VALENTI
NVS IIII VIR. PRI
MVS. ANNVALIS
MVN. SEP. APVL
ET PATR. COLL. FAB.
MVN. SS. EX VOTO
POSVIT

Sæpe in lapidibus occurrunt *Quatuorviri Juri Dicundo Quinquennales*. Discimus ex isto perquam raro fuisse etiam *Annuales*; atque *Cajus* iste *Julius Valentinus Quatuorvir Primus* inter eos fuit. Is autem hoc munere fungebatur in *Municipio Sep. Apul.* simulque erat *Patronus Municipii* SS. hoc est *Suprascripti*. Sed quodnam est Municipium istud SEP. APVL.? Apud Gruterum pag. 69. num. 3. Lapis Albæ Juliæ in Dacia, hoc est in Transilvania, adservatus exhibet nobis *Septimium Nigrum Patronum Collegii Fabrûm Coloniæ Apul.* ideft *Apulensis*. In altero ibidem posito apud eumdem Gruterum pag. 346. num. 5. se nobis offert *Duumvir Coloniæ Apulensis*. Alios Lapides prætereo, ejusdem veritatis testes. Itaque Civitas *Apulum* in Dacia, modò *Municipii*, modò *Coloniæ* titulo ornata, hæc nobis occurrit. Incertum verò, quei vox SEP. sit explicanda. Ego *Septimium Apulum* reor, Coloniâ illuc, uti videtur, a Septimio Severo Augusto deductâ. Contendit Lazius, unam eamdemque Urbem fuisse *Apulum*, & *Albam Juliam*, nunc Germanis *Weissemburg*: hoc est *Apulum* antiquis temporibus, accepisse postea nomen *Albæ Juliæ* a Julia Augusti Marci Aurelii Imperatoris matre. Me facile consentientem non habebit. Post illa quippe tempora video perduraſſe priſtinum nomen. In Thesauro Gruteriano pag. 67. num. 5. Marti tabella offertur *pro salute Imp. Cæs. Gordiani a M. Antonio Valentino Equ. Rom. Decurione Coloniæ Apulensis*. Quare suspicandi locus est, *Albam Juliam*, aut ab Apulo, sive a *Colonia Septimia Apulensi*, diversam fuisse, aut serius alterum nomen hoc accepisse. Sunt autem & alia saxa extra Albam Juliam, hujusmodi Coloniæ nomen præferentia. Vide infra Classem XVI. ubi alii lapides ad hanc ipsam Coloniam spectantes.

3 *Belluni. Ex Valeriano.*

IOVI. O. M
HOSTILIVS
SERTORIANVS
V. S. L. M

5 *In ahenea lucerna. Ex Fortunio Liceto.*

C. I. C
IO. M. S

Licetus hæc ita legit: *Cajus Julius Cæsar, Jovi Maximo Sacravit*. Divinum certe illegit. Attamen quum Lucerna ejusmodi, cujus typum delineatum dedit, raro artificio elaborata fuerit, a vero saltem illius conjectura minime abhorret.

9 Beckingue *in Germania. Ex Eccardo.*

I. O. M
IVL. VICTI
LEG. VIII
AVG.

10 *In vico Sancti Gervasii Brixiæ. Ex Rubeo.*

I. O. M
C. LAETORIVS
VOPISCVS
V. S. L. M

11 *Novariæ. Ex Galerato.*

IOVI. O. M
LICINIA. Q. F
IVSTINA
D P

12 *Pituli in Umbria. Ex Ligorio.*

ARAM. I. O. M
L. LVCILIVS. L. F. LEM
IVLIANVS
MIL. LEG. XXV. VLP
V. S. L. M

1 *Framontii in Lotharingia. Misit Bimardus.*

I . O . M
C. LVCVLLVS
LEPIDINVS
V . S . L . M

2 *Puteolis. E schedis meis.*

C. LVNIVS. M. F
III. VIR. A. V. D. I. II. VIR. NOLAE
IIII. VIR. QVINQVENNAL.
AR. DE. SVO. FACIVND
COERAVIT
IDEM RESTITVIT
IOVI. O. M. SACR.

In primâ lineâ legerem potius C. IVNIVS. In secundâ verò quum vitium timeam in singularibus literis A. V. D. I. interpretari non audeo.

3 *In Castro* Giuffredo *agri Brixiani. Ex Rubeo.*

P. MAGIVS
IOVI
V . S . L . M

4 *Augustæ Taurinorum, in Regia Scientiarum Academia. Misit Comes Ludovicus Coissottus, Taurinensis Senatus Præses.*

I . O . M
M. MEMMIVS. GRA. L
HERMES
V . S . M

5 *Brixiæ, in Sanctorum Faustini & Jovitæ. Ex Puccinello.*

IOVI
L. MESTRIVS
PRESIANVS

6 *Aptæ Juliæ, nunc* Apt. *Misit Bimardus.*

IOVI
CONSERVATORI
OMNIVM RERVM
MIRVCIVS NAIMIS
V . S . L . M

7 *Feltri. Misit Comes Franciscus Brembatus, Bergomas.*

I . O . M
OCLATIVS
Q . F
MENEN. RVFVS
V . S . L . M

8 *In Sancti Pauli de* Codrea *agri Ferrariensis. Misit Joseph Scalabrinius Ferrariensis.*

I . O . M
L. OLIVS
TERTVLLIANVS
OMNIB. HONOR
FVNCT. T. P. I
P. XXIII. S.... VII.
TERTVLLIANVS ET
TERTVLLIVS
FIL. P. C.

9 *In Castronovo agri Brixiani. E Vinaccesio.*

IOVI
PAPIRIVS

10 *Ameriæ, in Sancti Secundi. Ex Ligorio.*

IOVI
OPTVMO
MAXSVMO
T. PETTIVS. T. F. T. N
DD. L. M

11 *In Villa* Campolongo *agri Aquilejensis. Misit Comes Franciscus Beretta, Utinensis.*

I . O . M
SACR
PETRONIA
LAVDICEA

In aliis schedis legitur LAODICIA.

12 *Ravennæ. Ex Ligorio.*

IOVI . OPTIMO
MAXIMO
P. POBLICIVS Ⅎ
D. F. PAP
ITALICVS. FELIX
VII. VIR. EPVL Ⅎ
PRAEF. ANNON
LEG. VIGES. PRIMIGEN
V Ⅎ S Ⅎ L Ⅎ M Ⅎ

Noti sunt, præcipue è vetustis Inscriptionibus *Septemviri Epulones*, quorum fuit indicere Epularia Sacrificia Jovi, cæterisque Dis, Ludorum publicorum causâ, & quoties mitior Jupiter diuturniorem, quàm par erat, inediam pati coactus fuerat. Ita enim Ethnicos irridet Arnobius Lib. VII.

13 *Vicentiæ. E schedis Jacobi Valerii, & Farnesiis.*

Q. POBLICIVS . L . L
HIPPOLYTVS
I . O . M
L . M . V . S

14 *Ad Sancti Bertrandi Convenarum. Misit Clariss. Bimardus.*

I . O . M
L . POMPEIVS
MASCLINVS
V . S . L . M

15 *In Villa Nova* de la Xara *in Hispania. E schedis Patris Cattanei.*

P . PORTIANVS
PO
ARA IOVI

16 *In* Aranz de Saz *in Hispania. E schedis Farnesiis.*

IOVI
OP . MAX
Q . PVDIO NI
SIVS EX
VOTO

17 *In Castro* Giuffredo *agri Brixiani. Ex Rubeo.*

LI.QVINTIVS. LI.F
EVBVLIVS PETRONIA
NVS PRO SE ET
IOVI
V . S . L . M

1 *Angleriæ ad Verbanum.*
E Mſto Nicolai Pacediani.



Nunc Mediolani eſt lapis iſte. Ibi eſtypon Sacrificii, quod doctiſſ. P. Petrus Gratiolius Clericus Regularis Congregationis Sancti Pauli evulgavit, atque ego heic in Eruditorum uſum volui recuſum.

2 *In Dacia.*
E Comite Marſilio.

I . O . M
M . ROMAN
VS . ENCOL
PVS
EX VOTO

3 *Cordubæ,*
in domo Alphonſi de Argote.
E ſchedis Patris Cattanei.

IOVI OPTIMO
MAXIMO
Q. RVTIL
L. AELIV . AVG
ASTRILIVS
CVM FILIIS SVIS

4 *In oppido Turano in Marſis.*
E Phœbonio.

IOVI . O . MAXIMO
SABIDIVS . TAVRVS

6 *In Dacia in* Hermenſtadt.
Miſit Cl. V. Apoſtolus Zeno.

I . O . M
C. SEMPRONIVS
VRBANVS
PROC ℌ AVG

5 *In Curia Noviomagenſi*
Ex Cupero V. Cl.

I . O . M	I . O . M
M. SABINIVS	M . V . H
CANDIDVS	V . S . LI . M
V . S . L . M	

7 *Angleriæ,*
in ædibus Borromæorum.
E ſchedis meis.

IOVI . O . M
C. SENTIVS
THREPTVS
V . S . L . M

8 *Mediolani,*
in Sanctis Vincentii.
E ſchedis Jacobi Valerii.

I . O . M
SEVERIAN
VS. COMI
V. S. L. M

1 *Antiquariæ in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

IOVI
O. M
SILVIA. M. F.
SEVERIANA
EX VOTO

2 *Albæ Juliæ in Dacia. E ſchedis Farneſiis & Capponiis.*

I. O. M.
STATVAM
C. VALERIVS
VALERIANVS
EX VISV. P

3 *Romæ. Miſit Johannes Ciampinius V. Cl.*

I. O. M
EX. IMP
STERTINIA
CYPRIS

Ideſt: *Ex Imperio* Jovis, phantaſtice viſa.

4 *Inter Atinam & Soram in rupe. Ex Cl. V. Antonio Franciſco Gorio.*

IOVI
QVOD. PERICVLVM
FELICITER. EVASERIT
L. SVLLA
V. S. L. M

Si quis hæc *Lucium Sullam*, celeberrimum Romanorum Dictatorem, delineatum velit, ego potius fictam Inſcriptionem, quàm veram illius opinionem credere malo. Tam paucis tantus vir nomen ſuum minime expreſſiſſet. Neque in rupe, ſed in magnificâ tabulâ Vonum ſcribendum curaſſet. Silentur etiam, quale *periculum* fuerit, quod iſte Sulla evaſiſſe dicitur: quod peregrinum puto.

5 *Mediolani. E ſchedis meis.*

I. O. M
M. TELLON
ATILIANVS

6 *Ibidem. E Caſtillionæo.*

I. O. M
C. VALERIVS. C. L. FORTVNATVS
IVN. ET VA[illegible] V. S. L. M.

7 *In Caſtro Sancti Chriſtophori in Gallæcia. E ſchedis Farneſiis.*

I. O. M
PRO SALVTE M. AVRELII
ANTONINI ET L. AVRELII VERI
AVGVSTORVM
OB NATALE [illegible] LEG. VII. GE
MILITES COH. I. GALLECO
SVBCVRA[illegible]EM. ET AVG
RE ET LIVCRET. PATERN
COH [illegible] ET FVL

Similes aliàs Inſcriptiones in eodem loco repertas vide infra inter Conſulares.

8 *Albæ Juliæ in Tranſilvania. E ſchedis Ramberti. Miſit Joh. Dominicus* Bertoli, *Canonic. Aquilejenſis.*

I. O. M
C. VALERIVS VALERIAN
EXSVL S. V. P

9 *In Attubi, olim Claritate Juliâ, in Hiſpania. E ſchedis Patris Cattanei.*

IOVI OPTIMO MAX
VIBIVS LVCANVS
EX TESTAMENTO
PONI IVSSIT EX HS. VI.

10 *In Abbatia Claræ-vallis agri Placentini. E ſchedis Farneſiis & Capponiis.*

C Ⅎ VIBVLLIVS Ⅎ ARRENIVS Ⅎ
VETTIVS Ⅎ V Ⅎ C Ⅎ ET Ⅎ
C Ⅎ VIBVLLI Ⅎ ARRENI[illegible] PROB
C Ⅎ F Ⅎ FILIVS
HANC ARAM MARMOREAM
PRO. ME. CONIVGE
FILIS. DONVM. POSVI
IOVI. OPTIMO. MAXIMO
LIBENS. MERITO
Ⅎ

11 *Aptæ Juliæ, nunc* Apt. *Miſit N. V. Joſeph Bimardus.*

IOVI OP
S
V. S. L. M
L. VINICIVS
VERINVS

12 *Revelaſtæ in agro Novarienſi. Ex Galerato.*

IOVI. O. M
VERINVS. ET. SVI
V S

1 *In Monte Cesino. Ex Ligorio.*

IOVI. OPTVMO. M
SACRVM
C. VIPSANIVS. C. FIL
STEL. CASTVS
STAT. EX AERE. POS
ET. ARGEN. POND
XVI
D D

2 *Romæ, penes Marium Delphinum. E schedis Ptolomæi.*

SACRVM IOVI
HERCVLI. VOTO
M. VLPIVS. AVG. LIB
FORTVNATVS
D D

3 *Brixiæ, in Sancti Thomæ. Ex Rubeo.*

I. O. M
IVS SVEIVS
M. PVB. CLODIN
CANDID
NE IN HAC AR

4 *Olim in Vico Clusani, agri Brixiani. Nunc Veronæ in Musco publico. Misit Cl. V. Petrus Paullus Galeardus, Canonicus Brixianus.*

IOVI. O. M.
IVS C. L HEDYLVS
IIIIII VIR AVG. V. S

5 *Engubii, apud Nobiles de Franciarinis. Misit Marcellus Franciarinus Jurisconsult.*

IOVI
APENINO
T. VIVIVS. CO
MOGENES
SVLPICIA FVI
SYNE. CONIV.
V. S. D. D

In quinctâ lineâ lego EVPHROSYNE. *Jovem Apenninum*, sive *Pœninum* non agnovit Livius Gregorius Gyraldus in suo Syntagmate de Diis, neque illum in suum Lexicon intulit Pitiscus. At procul dubio veteres agnovere, & venerati sunt. Auctor est Livius Lib. XXI. xenus de Alpibus Penninis Gallium ab Italia discriminantibus, iis nomen inditum fuisse *ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant*. Nihil autem fuit *Pennnus*, sive *Pœnnus* illæ Deus, nisi *Jupiter*. Qui nunc *Mongiovi* in iisdem Alpibus nuncupatur, *Mons Jovis* a Zosimo, Liutprando, & Godefrido Viterbiensi appellatus fuit. Luculentius tamen de Jove in summis Italiorum montium jugis culto, loquitur Tabula Itineraria, Antonino tributa. Ubi hæc *Iguvium*, nunc *Eugubium* (nobis *Gubbio*) commemorat, inquit: *Jovis Penninus. Idem Agubium*. Scilicet in ea Apeninni parte Templum Jovis situm est, quod a Claudiano de Sexto Honorii Consulatu, diserte describitur hisce verbis:

Despicitur que vasta præruptâ valle Metaurus,
Quà mons, arte patens, vivo se perforat arcu,
Admittitque vias, & per viscera rupis
Exsuperat DEFLVRA IOVIS, sacoque minantes,
APENNINIGENIS cultas Pastoribus, ARAS.

6 *In Monasterio Montis Sancti Bernardi. Misit Comes Ludovicus Caissottus, Præses Senatus Taurinensis.*

LVCIVS LVCILIVS
DEO PENNINO
O M
DONVM DEDIT

7 *Brixiæ. E Rubeo.*

IOVI BRAR
P. AVIDIVS. P. L
OMVNCIO
V. S. L. M

Ita Jupiter appellatus in aliquo agri Brixiani loco, sive a Familia, quæ ibi Ædem condiderat, aut ab ipsius loci nomine. Apud eumdem Rubeum alteram tabellam videas positam

I. O. M.
ALANNINO

Neque secus factum videas de sacris Ædibus nostrorum temporum.

8 *Venetiis apud Grimanos. Aquileiâ advecta statua, barbati Dei caput exhibens. Ex Asterio.*

BONO DEO
BROTONTI

Is est *Jupiter Tonans*, cui in Gruteranis Inscriptionibus pag. 17. & 31. rectius tribuitur cognomen BRONTONTIS. Huic erat singularis cultus apud Aquileienses. De eo quoque Philippus a Turre Episcopus Hadrianis egit in Dissertatione de Diis Aquileiensibus.

9 *Romæ, in Museo Patrum Societatis Jesu. Ex Cl. P. Lupo ejusdem Societatis. In lamella æreâ.*

IOVIS
CACVNVS

Interpretationes variæ varii dedere. Mihi præferenda creditur, quam eruditione judicioque critico ornatissimus P. Lupus protulit, scilicet nihil aliud hoc esse, nisi IOVI *Sacrum*. C. ACVNVS, seu CACVNVS, nomen fortasse Servi.

10 *In Vico Sanctæ Anatoliæ dioecesis Camerinensis. Misit doctiss. P. Philippus Camerinius, Presbyter Oratorii Camertis. Et ex P. Lupo Societatis Jesu.*

NORTORIVS
N. F. POL
FEROX
AESAE
EVOCATVS AVG.
IOVI CAELESTI
V. S. L. M

P. Camerinius legit in primâ lineâ N. OSTORIVS. Hic *Æsi* in veteribus Umbriæ oppido natus, aut Civis fuisse mihi creditur. *Jovi Cœlestis* appellatio tribuitur, ut a *Jove Stygio*, hoc est a Plutone, distinguatur. Reinesius pag. 220. ex Ligorio tabulam produxit positam IOVI. O. M. CAELIER. Pro *Celer.* merito censuit legendum CAELESTI. Ejus conjecturam ab isto marmore firmatam vides. Est & altera apud Gruterum pag. 18. num. 2. IOVI. O. M. CAELESTINO. Is ita appellatus, quippe Neptunus quoque *Jupiter Æquoreus* nuncupatus fuit.

11 *Corcyræ. Ex schedis Apostoli Zeno Montfauconius.*

P. HETEREIVS
RVFIO
IOVI CASIO. SAC.

Uti Sponius Section. III. Miscellaneor. animadvertit, Corcyræ præsertim colebatur *Jupiter Casius*, sive *Cassius* a Monte Casio in Syria posito, ubi simulacrum Jovis Templum. Erat & alter *Mons Cassius* in Ægypto, Strabone teste, atque ibi pariter simile Templum spectabatur.

1 *Ibidem.*
Ex eisdem.

M. VALERIVS CORVINI
IORICO
IOVI CASIO. V. S.

IORICONIS Cognomen videtur. An potius pro *Norteus?*

4 *In oppido Morella juxta Valentiam in Hispania.*
E schedis Patris Cattanei.

IOVI CONSERVATORI
OB INCOLVMITATEM M. A. A.
HANC ARAM POSVIT ET DD.

Litera M. A. A. aut dicantem signant, aut *Marcum Aurelium Antoninum Augustum*. Postremum a consuetudine abhorret. Primum exigeret *Suam.*

7 *Hispali*
Ex Donio.

I. O. M
CONSER
VATORI ET
DOMINIS
NYMPHA
BVS. P. VE
LORICIVS
HYLVS

8 *In Urbe* Brod *Sclavoniæ.*
Ex Comite Marsilio.

IOVI. DEPVLSORI
PRO. SALVTE. DOM.
N. IMP. M. AVR. AN
TONINI. PII. AVG.
MARCVS SPERAT.
DISP. V. S. L. M.

Alteram dedit Gruterus pag. 20. num. 3. eidem *Jovi Depulsori* positam *Poetovione in Pannonia* : ità ut vide t, iis in regionibus Jovem eo nomine cultum, & clarum, quod depelleret morbos, ceteraque infortunia crederetur. DISP. in postremâ lineâ hoc significat *Dispensatorem*, nunc Italice *Dispensiere* : quo officio Servi plerumque fungebantur : sed hoc Libertus ejusdem Augusti functus fuisse videtur : quod Fabrettus negavit, ut alibi animadvertam.

10 *In Anglia.*
E Transactionibus Philosophicis Anglicis.

DOLOCHENO
C. IVL. PVBL
PIVS. TRIB
V. S. L. M.

2 *Veronæ,*
in Musco publico.
Ex Clariss. Marchione Scipione Maffejo.

I. O. M
CONSERVATORI
P. POMPONIVS
CORNELIANVS
CONSVLARIS
CVRATOR
RERVM
PVBLICARVM

5 *Fabricæ,*
in Sancti Nazarii.
Ex Ligorio.

IOVI. CONSERVA
TOR. ET. HERCVLI
INVICT ET APOL
LINI. PRAESTAN
SACRVM
Q. CLAVDIVS. Q. F. OCRIC.
VICTOR
MIL. VETER.
V. S. L. M.

Ideft *Ocriculanâ* Tribu, quæ rarissima occurrit.

9 *Olim Adriæ in Aprutio,*
in tabula ahenea.
E schedis Farnesiis.
Demum Romæ
apud Franciscum Blanchinium V. Cl.
Ex Boldetto.

PRO SALVTE
IMP. CAESARIS
M. AVRELI SEVE
RI. ALEXANDRI
PII. FELICIS. AVG
IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO

De *Jove Dolicheno*, sive *Dolichene*, & *Dolichenio*, cui ex *Dolichene* Civitate Commagenes inditum nomen videtur, consulendi Reinesius Class. I. num. 15. & seqq. uti & Sponius in Miscellaneis pag. 79.

11 *Circa Massiliam.*
Ex Honorato Bouchco.

DEO DOLICHENIO
OCT. PATERNVS. EX. IVSSV. EIVS
PRO. SALVTE. SVA. ET. SVORVM

3 *Brixiæ,*
apud Petrum Combusta.
Ex Rubeo.

IOVI
IMPERATORVM
BRIXIA
FIDELIS
D.D. D.D.

Deest aut CONSERVATORI, aut PRO SALVTE.

6 *Arelate.*
Ex Jacobo Tollio.

I. O. M.
CONSERVATORI
SEX. L. IVLI
VICTORIS VOTO
DICAVIT

Forrasse SEXTVS LIBERTVS IVLI.

1 *Ravennæ.*
Miſit P. D. Petrus Paulus Ginanni,
Prior Benedictinus.

IOVI OPTIMO MAXIMO
DOLICHENO. SACRVM
C. CERANIVS. C. F. CALVSTVS
PRAEFECTVS. CLASSIS. RAVEN
PRAEFECTVS. COLLEG. DENDR.
ET. CENTONAR. IIII VIR
QVINQVEN.

2 *Noviomagi.*
E ſchedis meis.

I. O. M
DOMES
TICO
BRATO
VETERAN
V. S. L. M.

Ideſt *Jovi* intra domeſticos parietes culto a *Bratone Veterano.*

3 *Nurſiæ,*
in Sancti Franciſci.
Miſit Hyacinthus Mannius
Juriſconſultus.

D. IOVI FERET
ET FAVSTINAE

Jovi Feretrii nomen Romæ notum fuit. Ejus quoque mentio eſt in Gruteriana Inſcriptione pag. 233. At heic infuetum eſt illud D. pro *Deo.* Infuetum quoque adreare illi *Fauſtinam*, ut puto, Auguſtam, & quidem ſine *Divæ* titulo. Attamen illud D. pro DICATVM ſume. Sed præſtaret, marmor ipſum propriis luſtrare oculis.

4 *Ad Numici fluminis ripam in Latio.*
Ex Dionyſio Halicarnaſſeo.

ΠΑΤΡΟΣ ΘΕΟΥ ΧΘΟΝΙΟΥ
ΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ ΡΕΤΜΑ ΔΙΕΠΕΙ

Ideſt:
Patri Deo Indigeti,
Qui (Numici) *Amnis Undas Temperat.*

Livius hunc *Jovem* fuiſſe cenſuit. Scribit enim, poſitam ibi fuiſſe Aram IOVI INDIGETI.

5 *Bagnacavalli,*
apud Archipreſbyterum,
in geminis baſibus.
Ex Tondutio.

In una baſi.

IOVI
OBSEQVENTI PVBLICE

In altera.

CVRATORES
IOVI LIBERTATI

Jovi Obſequenti tabellam Furlivii dicatam protulit etiam Sponius pag. 80. Ita is appellatus, quod libenter obſequi, atque indulgere crederetur votis exorantium. Ita *Fortunæ Obſequentis* eſt alibi mentio. Porro quid ſibi volunt *Curatores* illi *Jovi Libertati?* Inanes tantum divinationes adferre poſſem, ſed continere præſtat.

6 *Romæ,*
in Collegio Patrum Societatis Jeſu.
In urceolo figulino.
Miſit P. Contucius Contucci.
Muſeo Kircheriano Præfectus.

IOVI PRAESTITI
HERCVLES VICTOR
DICAVIT

Alteram fere ſimilem dedit Gruterus pag. 1065. num. 2. Verum de antiquitate utriuſque dubitare licet.

7 *Panthæo in Græcia.*
E ſchedis meis.

I. O. M
RESTITVTORI
C. ARRVNTIVS
NOVATVS P.

8 *Metaponti, nunc* Torre di Mare
in Calabria.
Miſit Angelus Zavarronius V. Cl.

IOBI. STATOR
IVN ARGIVAI
HERCOLI. VICTOREI
C. FABR VS CIN
COS. VICT TARENTIN
BROT ΠΥΡΡ
V. S. L. M

Anno U. C. 475. ante Æram Chriſti 278. *Caju Fabricius Luſcinus Conſul II.* triumphum egit de Lucanis, Brutiis, *Tarentinis*, & *Samnitibus*, coacto *Pyrrho* Rege in Siciliam regredi. Hæc omnia indicata habes in hoc lapide, ne *Pyrrhi* quidem mentione omiſſa ex Græcâ voce ΠΥΡΡ . . . . in penultimâ linea. Sed vereor, ut apud ullum Eruditorum fidem legitimi fœtus inveniat tantæ antiquitatis, & eruditionis Epigraphe.

9 *Nurſiæ,*
in Sancti Franciſci.
Miſit Hyacinthus Mannius J. C.

OIANVS L. L. CORIMBVS
IOVI STA. S. P.

Eſt apud veteres mentio *Jovis Statoris.* Sed heic *Statuum* Jovi poſitum reor. Siglas S. P. interpretari poſſis *Sua Pecunia.* Attamen deeſſe videtur V. ut ſit *Voto Suſcepto Poſuit.*

10 *In Oppido Poncarale*
agri Brixiani.
E Rubeo.

IOVIS TVTELAE
C. HOSTILIVS
AEMILIANVS
VET. AVGG. N. N.
V. S. L. M.

Idem eſt ac Jovi Tutelari.

11 *Capuæ.*
E Gaſpare Paragallo.

IOVI
VESVVIO
SAC

Uti ſupra vidimus *Jovem Apeninum*, ita heic habemus *Jovem Veſevum*, qui nempe in Campania in monte Veſuvio colebatur.

1 *In Valle* Non, *diœceſi Tridentinæ. Miſit Jacobus Tartarottus Rovereranus.*

IOVI VI
CTORI
L. VISAE
VS CER
IO. V. S. L
M

2 *Brixiæ, in Sancti Thomæ, Ex Rubeo.*

IOVI O. M
VLTORI
ARAM AETERNAM
EX S. C
M. RVBRIVS. M. F.
AVIOLA
C. POMPONIVS C. F.
PAGANICVS
D. D.

Romæ profectò, uti Plinius teſtatur Lib. 36. Cap. 15. *Pantheon Jovi Ultori ab Agrippâ factum fuit.* Eidem quoque B. Iviam Aram dicarunt, raro ſane exemplo dum de legitimâ Inſcriptione fermo ſit; nuſquam enim alibi in faxis occurrit illius mentio. Certe Octavii Rubei fides interdum apud me nutat. Treveris, ſi Browero credimus, Tom. I. pag. 30. Antiquitat. Trevirenſ. Inſcriptio legebatur poſita IOVI VINDICI TREBERORVM. Sed Reinefius Claſſ. 1. num. 21. eamdem referente onere me levavit, illam amandandi ad anſes fabulas.

3 *In Carolina in Dacia. Miſit Apoſtolus Zeno.*

I O M
CETERISQVE DIS
COS

4 *Albæ Juliæ in Dacia. E ſchedis meis, & Farneſii.*

I. O. M
DIS. ET DEABVS
AELIVS VALENS. ET. LVCIVS
QVADRATIAN. CENTVR. IVL.
FORT. PRI. PRI ET. C. MARCELLIN
TRIB. MIL. OB. XIII. LEG
SERVATAM IDIB. MART.
P

Primi duo fuere *Centuriones Cohortis Julie Fortis Prime Pretorie*; quippe legendum puto PRI. PRAE. vel PR.

5 *Mediolani, apud Archintos. E ſchedis meis.*

I. O. M
VNA CVM
DIS DEABVS
ET. VOV. POS.
ALVIANVS

6 *In Epiſcopatu* Durham *in magna Britannia. E Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.*

I. O. M
DIS DEABVSQVE
HOSPITALIBVS PE
NATIBVSQ. OB. CON
SERVATAM SALVTEM
SVAM SVORVMQ
P. AEL. MARCIAN
VS. PRAEF. COH
ARAM. SAC. F. NC. DE

7 *In Civitate Hieracii, Miſit Johannes Bernardinus Tafurius V. Cl.*

IOVI. O. M
DIIS DEABVSQVE IMMORTALIBVS
ET ROMAE AETERNAE
LOCRENSES

Locri Civitas olim celebratiſſima magnæ Græciæ; Ex ejus ruinis excitata Civitas *Hieracii* in Calabria ulteriore.

8 *Mediolani, E ſchedis Franciſci Cicereji.*

I. O. M
DIS DEABVS
MANSVETVS ET FIRMVS. F.
TI. FIRMASI VI. VIR. IVNIOR.
EX VOLVNTATE Q. ALBINI
SECVNDINI ET

9 *In Oppido Lona Comitatus Tordæ in Dacia. Miſit Apoſtolus Zeno.*

I. O. M
ET DIIS. DE
ABVSQ. ET
GENIO LOCI
OPTATVS
PRAEF. LEG
V. M. C. V. L. S. M

Scilicet *Præfectus Legionis Quintæ* (niſi ſit *Ulpiæ*) Macedonicæ (niſi ſit *Martiæ*) Conſtantiæ.

1 *Mediolani, in Sancti Michaelis. E schedis Farnesiis, & Fratris Jucundi.*

ꝺIꝺOꝺMꝺ
DIS DEABVSQ
OMNIBVS
PLO TERTIVS
CVM SVIS
V . S . L . M

4 Dorchester *in Magna Britannia. Ex Cl. V. Wesselingio.*

I. O. M
ET NVMINIB. AVG
M. VARIVS. SEVERVS
B. COS
ARAM CVM
CANCELLIS
D . S . P

Ideſt *Beneficiarius Conſulis*, ſeu *Conſulum*.

7 *Veronæ, in Muſeo publico. Ex Marchione Maffejo.*

IOVI
IVNONI
MINERVAE
IVA VSLM

8 *Mediolani, apud Archintos. E ſchedis meis.*

IOVI
IVNONI
MINERVAE
C. MAGIVS
IVSTVS

11 *Mantalti in Calabria. Miſit Angelus Zavarronius.*

I. O. M
IVNON. REGIN
AESC SAL P
Q.CAEC MET PROC
E . I

Ut rectum de Inſcriptione hac ferri judicium poſſit, opus foret ſub oculis habere lapidem ipſum, & rite ſcrutari, an ejus vetuſtas reſponderit *Quinto Cæcilio Metello Proconſuli* antiquiſſimo Siciliæ, de quo Livius egit.

2 *In Anglia. E Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.*

I. O. M
ET. NVMINIBVS
AVG. COH. I. TV
NGRORVM
MIL. CVI PRAEE
ST. Q. VERIVS
SVPERSTIS
PRAEFECTVS

5 *Muſſiponte, lapis effoſſus Anno Chriſti 1721. Miſit Joſeph Bimardus.*

I. O. M. ET. HER
CVLI. SAXA
SACRVM
P. TALPIDIVS
CLEMENS. 7
LEG. VIII. AVG.
CVM. MIL. LEG. EIVS
V. S. LL. M.

Ideſt *Herculi Saxano*. Cur is ita appellatus, in varias conjecturas abierunt Eruditi. Has revocare huc ſuperfluum puto.

9 *Ibidem, ad Portam Novam. E ſchedis Farnesiis.*

IOVI. IVNONI. MINERVAE
Q. LIDARIVS. FESTIVVS
V . S . L . M

12 *Tuſculi. Ex Ligorio.*

IOVI OPTIMO
MAXIMO. ET
DIANAE. VIC
TRICI SANCTAE
L. VALERIVS. L. F.
PAL. VASCLARI
VS. D. D.

14 *In Carolina in Dacia. Miſit Apoſtolus Zeno.*

I. O. M
ET DIS PE
NATIBVS
SCAVRIA
NVS

3 *Ibidem. Ex ipſis.*

ET NVMINIBVS
AVG. COH. I.
TVNGROR
CVI. PRAEEST
Q. IVL. MAXI
MVS. PRAEF.

Cohortis *Tungrorum* antea ignotum erat nomen in faxis.

6 *Coloniæ Trajanæ, ſeu* Kellen, *in Ducatu Cliventi. Ex Keuchenio.*

I. O. M
IVNONI
MINERVAE PRO
SAL. SEXTI. IVL
FRONTINI

Hanc pertinere ad *Frontinum* Hiſtoricum, cujus Opuſcula ſuperſunt, opinatur Keuchenius. Sed facile fallimur ſimilitudine nominum, niſi aliæ notiones accedant.

10 *Ibidem. E ſchedis Capponiis.*

IOVI. IVNONI. MINERVAE
Q. V. C. V. S. L. M

13 *Apud Beckingam in Germania. Ex Eccardo.*

I. O. M
ET MARTI CA
TVRIGI GEN
IO LOCI C.
IVL. QVIETVS
B. COS
V. S. LL. M.

Ideſt: *Beneficiarius Conſulis*, ſive *Conſulum*.

1 *Nuceriæ in Umbria, in Sancti Francisci. Misit* P. Philippus Camerinius.

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
ET. BONAE. DEAE. SACRVM
LVCIVS. NEVIVS. LVCII. FILIVS. TITIANVS
AEDILIS CVRVLIS. IIII. VIR. IVRE
DICVNDO. PATRON. MVNICIPI. ARAM
VETVSTATE LAPSAM. SOLO. PVBLICO
SVPTV. PVBLICO. FECIT
L. D. D. D

De *Bona Dea* erit infra sermo. Uti & de *Æsculapio* & *Hygia*, qui & in subsequenti occurrunt.

2 *Budæ, apud Fratres Minores. E schedis Francisci Justiniani. Misit Comes Franciscus Valvasonius.*

I ☧ O ☧ M
CONSERVAT
C. ROSCIVS
CRISPINVS
D ☧ C. V. S. L. M

3 *Florentiæ, in Musco Mediceo. Ex Gorio.*

IOVI
ET ASCLEPIO
HYGIAE
M. SEVIVS
FAB
SENECA
EX 7. VII. DIGNATI
MISSVS. VOTV
L. A. S

Ideſt *Votum Libenti Animo Solvit.* In schedis Franciſci Ptolomei ponitur hic lapis *Romæ, in ædibus Principis Præneſtini*, ibique legitur in ſeptimâ lineâ EX 7. (ideſt *Centuriâ*) D. fortaſſis *Decimi*, IGNATI, aut *Egnatii*.

4 *In Caſtronovo Tuſciæ. Ex Ligorio.*

IVNIVS. EVTYCHVS
VNA. CVM. IVNIA
FRONTINA. VXORE
ET. TYCHE. CONTVBER
IOVI. ET FORTVNAE
VOTVM. LIBENS SOL
VIT
L. D. D. D

5 *In Chablais in vico de Dovene in Sabaudia. E Guichenonio.*

IOVI ET MARTI
D. IVLCANIVS P.
EX VOTO

6 *In Monaſterio Montis Sancti Bernardi. Misit Excellentiſſimus Comes Ludovicus Caſſottus, Præſes Senatus Taurinenſis.*

IOVI. O. M
GENIO LOCI
FORTVNAE
REDVCI
T. TERENTIVS
VARRO
DICAVIT

7 *Corcyræ. Edidit* P. *Montfauconius. E ſchedis Apoſtoli Zeno.*

ΦΑΙΑΚΟΣ ΙΝΗ ΔΙΕΙ ΥΨΙΣΤΩ
ΕΥΧΗΝ

Ideſt

Phæacus, *Ut Sit Jovi Altiſſimo Votum* (hoc dedit.)

8 *Meſſene in Lycæi fano tumulus Ariſtocratis Tyranni a Meſſeniis trucidati. Ex Pauſaniæ Libro IV.*

ΠΑΝΤΩΝ ΟΧΡΟΝΟΣ ΕΥΡΕ ΔΙΚΗΝ ΑΔΙΚΩΙ ΒΑΣΙΛΗΙ
ΕΥΡΕ ΔΕ ΜΕΣΣΗΝΗΣ ΣΥΝ ΔΙΙ ΤΟΝ ΠΡΟΔΟΤΗΝ
ΡΗΙΔΙΩΣ ΧΑΛΕΠΟΝ ΔΕ ΛΑΘΕΙΝ ΘΕΟΝ ΑΝΑΡ ΕΠΙΟΡΚΟΝ
ΧΑΙΡΕ ΖΕΥ ΒΑΣΙΛΕΥ ΚΑΙ ΣΑΟΥ ΑΡΚΑΔΙΑΝ

Ideſt:

Cunctorum Scelerum Pœnas Tempus Exegit A Tyrannis;
Exegit Et A Meſſeniæ Proditore, Favente Jove.
Facili Negotio. Difficile Eſt, Perjurum Hominem Fallere Deum.
Salve Jupiter Rex, & Arcadiam Serva.

JUNO.

1 *Romæ, in ædibus Pamphiliis. E fchedis Ptolomeis.*

IVNONI
CLAVDIAE LIVIAE L
MELPOMENE

Vitiatam dederat Gruterus pag. 25. num. 9. Pro CLAVDIAE legendum arbitror CLAVDIA, neque hcic *Ivnonem Claudiam* excogitare fas puto. Appellatur autem *Claudia Livia Libertæ Melpomene*, ideft Liberta Liviæ Tiberii Claudii Neronis uxoris, & poftea ad Auguſti thalamum deducta.

2 *Inter ruderа Lunæ Civitatis. Ex Gorio.*

IVNONI. IVSTA
N.
VOTO SVSCEPTO
PRO SALVTE EIVS
CLEANTHVS. L.
PRIXVS HELLE
LAR. D. D

Forraffe: *Ivnoni juxta Nemus* cultæ: Sed vereor, ut hæc e marmore fatis accurate deſcripta fuerit: germanum quippe ſenſum verba non reddunt.

3 *Teani, e regione Sancti Franciſci. Ex Denio.*

HELVIA. L. F. GALLA
IVNONI. SACRVM

4 *Lanuvii. Ex Ligorio.*

IVNONI
SACRVM
L. LAVTIVS. L. F
ROSCIVS
VETER. LEG. VII. GEM
P. FEL. VOT. SOL

Fuit hic *Veteranus* miles *Legionis Septimæ Geminæ Piæ Felicis.*

5 *Nemauſi, apud Fabretum. Ex Cl. V. Marchione Maffejo.*

CN. POMP. FR
ONTO APPARI
TOR IVNONI
V. S. L. M
ONGA

Schedæ Galleardi Guirani in Cæſarea Bibliotheca leguntur in fine ..... ONCI. *Apparitores* Lictorum genus, officio fungentium, quo nunc Italice *Bigri*, ſed tunc citra ignominiam.

6 *Romæ, apud Franciſcum Piceronium V. Cl. Ex Dominico Maſtbæjo.*

IVNONI
SACRVM
L. VALERIVS L. F. M. N
TVSCVLAN
D. S. P
D. D

7 *Tiburi. E ſchedis Ambroſianæ Bibliothecæ.*

IVNONI ARGEIAE
C. BLANDVS PROCOS.

Juno Argis nata olim ferebatur. Hinc ibi ſplendidus illius cultus, & ſublime Templum. Ἥρη Ἄργεία, *Juno Argiva* ab Homero memoratur. Deinde Pauſanias, Palæphatus, Hyginus, Strabo, ac alii multa habent.

9 *In Oppido Illuro in Catalonia. Ex iiſdem.*

IVNONI
AVG. SACR
C. QVINTIVS
Q. SEVERAE
L. MYRONVS
IIIIII. VIR. AVG.

Hanc Cl. V. Petrus de Marca... ponit *Matarone in Catalonia...*, & in quartâ lineâ legit SEVERA, vitioſe ſane.

8 *Jaderæ, juxta Cathedralem. E ſchedis meis.*

IVNONI AVGVSTAE
APPVLEIA. M. FIL. QVINTA
SVO. ET. L. TVRPILII BROCCHI
LICINIANI FIL. NOMINE
TEST. PONI. IVS.

Mancam dederat Gruterus pag. 34. num. 12. Alteram quoque eidem *Junoni Auguſtæ* poſitam habes apud illum. Tres alias ego nunc exhibebo. Quorundam... Eruditorum ſententia eſt, quam in vetuſtis Inſcriptionibus occurunt *Juno Auguſta*, *Venus Auguſta...*, *Hercules Auguſtus*, *Apollo*, *Mars*, *Mercurius Auguſtus*, *Ceres*, *Diana*, *Minerva Auguſta*, viventem aliquam *Imperatricem*, aut *Imperatorem* ſub eo nomine deſignari. Certe *Liviam* Auguſtam *Cereris* nomine donatam videbimus.

10 *Tiburi, in Sancti Johannis. Ex Ligorio.*

IVNONI AVG
SACRVM
PRO. SALVT. IMP
CAES. T. AELI. ANT
PII. PVBLICE
D. D

1 *In oppido Cartamitano Granatensis Regni. E schedis Patris Cattanei.*

I. AVG
L. CALPVRNIVS. QVIR
VICTOR. CARTAMITAN
STATVAM. TESTAM. PONI. IVSSIT
HVIC. DONO. HERES. XX
NON. DEDVXIT. EPVLO
D . D

Scilicet ab antiquis Romanæ Reipublicæ temporibus *Vicesimarii*, *qui manumitterentur*, instituta fuit. Augustus deinde, Dione teste, *Vicesimam Hereditatum*, & *Legatorum* invexit, Ærario publico persolvendam. Hinc habes, ne sacra quidem vectigali isto fuisse immunia, & adactos heredes ad illud solvendum, qui propterea ipsam deducebant in traditione legati, nisi testator aliter jussisset. Heic Heres illam sponte dimisit.

2 *Bononiæ, in ædibus Typographiæ Patrum Prædicatorum. Exscripsit amicissimus Vir Petrus Hercules Gherardius Mutinensis.*

IVNONI
LAVD. L. AELIVS SEI
MELIOMINI

Ex Urbe æterna Lapis hic Bononiam deportatus fuit. Cujusnam verò *Junonis* heic mentio fiat, obscurum est mihi. Lubenter exemplum illud cum Marmore contulissem: quippe peregrini aliquid sentio in vocibus SEI MELIOMINI

Salerni.
3 *Ex Dono.*

4 *Maritimæ. Ex Ligorio.*

IVNONI
LVCINAE
GAVDINIA
DORIDA
ET. SEX. GAV
DINIVS. D
S . P
FEC

5 *Albæ Juliæ in Dacia E schedis Farnesiis, & meis.*

IVNONI LVCINAI
PRO. FILIA. PARTV. LA
BORANTE. SVSCEPTO
VOTO. STATILIA
D . D

6 *Bergomi, apud DD. Capitaneos. Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.*

IVNONI
PAGI
FORTVNENSI

Quæ nempe colebatur in *Pago Fortunensi*, nisi in Grammaticam peccaverit Marmorarius, pro FORTVNENSIS scribens *Fortunesi*.

7 *Auximi. E schedis MStis Martioli Sanctii.*

IVNONI REGINAE. M. CALPVRNIVS
M. F. GAL. SENECA FABIVS TVRPIO
SENTINATIANVS PRIMVS PILVS
LEGIONIS PRIMAE ADIVTRICIS
PROCVRATOR PROVINCIAE LVSITANIAE
ET VETTONIAE PRAEFECTVS CLASSIS
PRAETORIAE RAVENNATIS EX
ARGENTEI LIBRIS CENTVM DD.
SVCCONIA. C. FILIA RVSTICA VXOR
EPVLO DATO VTRIVSQ. SEXVS
DEDICAT

Vide & apud Gruterum alteram Inscriptionem pag. 383. num. 7. huic ipsi *Marco Calpurnio* positam *Hispali* cum iisdem ferme titulis. *Vettonia* tunc Hispaniæ Provincia a *Lusitania* distincta, ubi Salamantica, & Emerita cum aliis Civitatibus numerabantur. De eâ Livius, Plinius, & Prudentius. Viro huic illustri patria fuisse videtur *Sentinum* Umbriæ Oppidum; is saltem ex ea Cognomen, aut Agnomen deduxit.

1 *In Urbe Lebadiæ in Bœotia.*
E fchedis meis.
Miſit etiam e fchedis Barberinis Cyriaci Abbas Pompejus Compagnonius.

ΗΡΑ ΒΑΣΙΛΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΛΕΒΑΔΕΩΝ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΧΡΗΣΙΜΟΥ
ΙΕΡΗΤΕΥΣΑΣ ΠΕΝΤΑ ΕΤΗΡΙΔΑ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΙΕΡΑΤΕΥΣΑΣΗΣ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΟΝΑΣΙΜΒΡΟΤΟΥ

Ideſt:

Junoni Reginæ,
Et Civitati Lebadeorum
Menander (filius) *Chreſimi,*
Sacerdotio Functus Per Quinquennium
Propriis Impenſis Poſuit,
Sacerdotio Fungente Uxore
Suâ, Pareſiâ (filia) *Onaſimbroti.*

Hanc etiam promulgat Reinefius Claſs. I. num. 253. ſed mancam. *Lebadia* oppidum Græciæ quindecim paſſuum millibus a Delphis diſtans.

2 *Triventi,*
in ædibus Cauliorum
Miſit doctiſſ. P. Alexander Berti Lucenſis, e Congregatione Matris Dei.

REGINAE
CATTIA. C. L. SABELLA
PRO. SALVTE. C. MVNATI
MARCELLI. FILII. SVI. V. S.
LIBENS. MERITO. L. D. D
DECVRIONVM

Hæc deſideratur, aut ſubintelligitur IVNONI,

Senogalliæ.
Ex Ligorio.

IVNONI. REG
SACRVM
P. AELIVS. MATER
TEIVS MATERIA
RIVS. MATERTE
IA. LASCIVA
V. S. L. M.

Materiarii Fabri lignarii; quod veteres *Materiam* appellarint quodvis lignum. *Matris* quoque nomen Arboribus datum. A *Matre* vero eſt *Materies.*

6 *Modoëtiæ,*
in Sancti Mauritii.
E ſchedis meis.

D. O. M
IVNONI REGINAE
C. VITALINIVS
FLORENTINVS
ET LVCILIANA
HONORATA
CONIVX F.

Manca eſt apud Gruterum pag. 25. num. 7. Hæc animadverte D. O. M. pro I. O. M. Ideſt *Deo*, aut *Dolichæno*:

4 *Tiburi.*
E ſchedis meis.

LVVIA M. F. POSTVMA
SIGNVM. ET BASIM. D.
IVNONI. REG. SACRVM.

Signum idem eſt atque Simulacrum, ſeu Statua.

7 *Coloniæ Agrippinæ,*
in ædibus Johannis Rynchi.
E ſchedis meis.

IVNONI
BVS CA
BIABVS
MASIVS
VOTVM
RETVLIT

Uti ſingulis viris *Genium*, ita feminis *Junonem* veteres tribuerunt, ſive ingenuitibus *Animum*, ſive *Deæmonem* quemquam bonum ſignificarent. Hinc nota una Juno. Id jampridem obſervatum a Turnebo, Reineſio, Fabretto, aliiſque doctis Viris, præeunte Plinio in Hiſtor. Lib. 2. Cap. 7. & Senecâ Epiſtol. 110. Idque etiam confirmant nonnullæ Inſcriptiones apud Gruterum, & Fabrettum pag. 73.

5 *Æſerniæ,*
ad Pontem Sancti Juvenalis,
Miſit prælaudatus P. Alexander Berti.

IVNONI
REG. POP
C. NVMISIVS C. L. MENSAR. ET
VLRIA AMABILIS VOT. LIB. SOL.

Pro POP. forſaſſe legendum PROP. ideſt *Propiæ*. Pro VLRIA lego VIRIA.

8 *In Orchomeno Bœotiæ.*
E ſchedis Farneſiis.
Miſit P. Franciſcus Andreaſius e Soc. Jeſu.

ΑΤΡ. ΠΑΡΜΕΝΩΝ ΚΑΙ Η ΓΥΝΑ ΑΥΤΟΥ ΑΤΡ ΕΙΣΙΔΟΤΗ,
ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ ΓΡΑΙΑΙΣ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Ideſt:

Aurelius Parmenon, Et Illius Uxor Aurelia Iſidote
Junonibus Græcis In Gratiarum Actionem (poſuerunt.)

1 *Brixiæ, in Sancti Dominici. Ex Octavio Rubeo.*

IVNONIBVS
CARTILIA PLAECVSSA
PRO FILIO
CARTILIAE PROBAE MVNATII
VXOR. ET CARTILIAE

2 *Ibidem, apud Capuccinos. Ex eodem.*

IVNONIBVS
PRO SALVTE MACRINAE
FVNDANAE
CORNELIAE AVIOLAE
L. CALLINIVS AVIO
LA
V. S. L. M

3 *In Sojano agri Brixiani. Ex Vinaccesio.*

IVNONIBVS
V. S. L. M
C. VOCIANV SVRG

4 *Brixiæ, in ædibus N. V. Julii Antonii Averoldi. Misit ipse.*

IVNONIBVS
ANNIA. L. L. IVDA
PRO SVIS
V S

5 *Ibidem. Ex eodem.*

IVNO
NIBVS
V. S. L. M.
L. CAECILI
PLACIDV
S

6 *Cremonæ, in ædibus Caraffinorum. Misit Franciscus Arisius V. Cl.*

IVNONIBVS
L. MINICIVS
SEVERVS
VI. VIR. ET. AVG
EX VOTO

7 *In Castello Salæ in Sicilia. Misit Johannes Bernardinus Tasurius V. Cl.*

PIETAS SECVN
DI CONTVBER. M. AQ.
ARCVM ET CANDE
LABRVM IVNONI
D. S. D. D.

Ideſt: *De Suo Donum Dedit.*

8 *In Oppido* Calesbrug *in Dacia. Misit Cl. V. Apostolus Zeno.*

CAELESTI AVGVSTAE
ET AESCVLAPIO. AV
GVSTO. ET GENIO
CARTHAGINIS ET
GENIO DACIARVM
OLVS. TERENTIVS
PVDENS. VTTEDI
ANVS. LEG. AVGG.
LEG. XIII. GEM. LEG.
AVGG. PROPRAEF.
OVINCIAE. RE
TIAE

Geminas alias similes Deæ *Cælesti* positas Inscriptiones protulit Sponius pag. 93. Miscellaneor. ac tum ipse, tum Ortelius in Thesauro Select. Numism. opinati sunt, *Junonem* præcipuè in Africa sub hoc nomine cultam fuisse. Si id verum, bene Epigrammati isti locus hic sedet. Sed erunt, qui *Venerem* sub hoc titulo cultam arbitrentur. Herodianus *Lunam* sub eo nomine cultam scribit. Cardinalem Baronium consule in Annalibus ad Annum Christi 399. qui multâ eruditione de hac ipsa agit. OLVS in sextâ lineâ Prænomen est, à Romanis usurpatum.

9 *Romæ, in Musæo Kircheriano. Misit Doctiss. P. D. Gabriel Scarnagli, Monach. Benedictin. Cassinen.*

IN. VI. CTAE. CAE. LE
STI. V. RA. NI. AE. DONA. PO

G. GI. FI. V. VL. FI
LE. O. NAS

Ideſt: INVICTAE CAELESTI VRANIAE, cui ob receptum usum pedum quisquam Votum solvit, exculptis in hoc marmore quatuor pedibus. Doctissimus Pater Lupus e Societ. Jesu, in postremâ lineâ legit LEONES.

ÆSCULAPIUS, & HYGIA.

1 *Meſſanæ.*
E Gualterio.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ
ΚΑΙ ΤΓΕΙΑΙ
ΣΩΤΗΡΣΙΝ
ΠΟΛΙΟΤΧΟΙΣ
ΑΙΛΙΩΙ ΑΔΡΙΑΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΩΙ
ΣΕΒΑΣΤΙΩΙ ΕΤΣΕΒΕΙ
Π Π

Ideſt:

Æſculapio
Et Hygiæ,
Servatoribus,
Urbis Tutelaribus.
Ælio Hadriano
Antonino
Auguſto Pio
Patri Patriæ.

Familiare fuit Ethnicis, *Æſculapio* Deo; artis Medicæ, ut putabatur, inventori, ſive Præſidi, *Hygiam* adjungere, ideſt *Salutem*. Romanis quoque *Salus* Dea loco habita, & Romæ *Ædes Salutis* a C. Junio Bubulco Cenſore locata fuit. Ceterum Æſculapio dignior locus infra dandus foret poſt illuſtriores Romanorum Deos. Sed quia veruſtiſſimis temporibus illius cultus Romana in Templa invectus fuit, ideo heic illum memoraſſe mihi licuerit. Cur vero Antonini Pii Auguſti nomen ſubdatur, aliis decernendum relinquo.

2 *In Villa Teten*
X. mill. paſſ. a Buda.
E ſchedis Franciſci Juſtiniani,
Oratoris ad Regem Hungariæ.
Miſit Comes Franciſcus Valvaſonius.

AESCVLAPIO ET
HYGIAE
DOMITIVS
MAGNVS
PRAEF. ALAE
XAIABVM SE
VERIANAE ET
I. PHRAE VET

In antepenultima linea, atque in ultima vitium cubat.

3 *Belluni.*
E Valeriano.

ASCLEP
IO. P. AE
LIVS. POL
LIO. MO
NITVS
POSVIT

Nempe *monitus* in ſomnis a Deo: quod potius credendum heic, quàm a Sacerdotibus, quos tamen ſupra animadvertimus non fuiſſe ſegnes ad monendos homines, ut dona ſua Diis conferrent.

4 *Peræ.*
Ex Paulo Luca miſit Bimardus
Montis Seleuci Baro.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΘΗΜΕΡΙΣ
ΤΠΕΡ ΤΩΝ ΤΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΤ
ΚΑΙ ΠΑΜΦΙΛΟΤ ΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΚΑΙ ΤΓΙΕΙΑΙ

Ideſt:

Athenæus Et Agathemeris
Pro Filiis (ſuis) Athenæo
Et Pamphilo, Æſculapio
Et Hygiæ
(Dicarunt.)

5 *Merobrige in Luſitania,*
quæ hodie San Jago de Caſſem *appellatur.*
Miſit prælaudatus Bimardus.

AESCVLAPIO
DEO
C. ATTIVS IANVARIVS
MEDICVS PACENSIS
TESTAMENTO LEGAVIT
OB. MERITA. SPLENDI
DISSIMI ORDINIS
DEI QVI NOVATRI
VM PRAESTITERIT
ADIVSIAS HERES
FAC . CVR

Attio iſti *Januario Medico* patria fuit *Pax Julia*, Luſitaniæ Civitas, quæ & *Colonia Pacenſis*. De hujus ſitu Eruditi adhuc diſputant. Hoc ipſum marmor editum habetur in Hiſtor. Academiæ Regiæ Ulyſiponenſis, ubi in quartâ lineâ legitur PACCENSIS, in penultimâ verò ABIVS ISAS.

6 *Aricia,*
Ex Ligorio.

AESCVLAPIO. SERVAT.
SACRVM
M. AVRELIVS. FAVSTVS
BASSVS
ET. AVRELIA. SALVIA
BASSIANA
V. S. L. M

1 *In macelliis Ulpiæ Trajanæ in Dacia. Ex Comite Marsilio.*

ΑCΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ
ΤΓΙΑΙ ΘΕΟΙC
ΙΑΛΝΘΡΩΠΙΟΙC
ΑΞΙΟC ΑΙΛΙΑΝ
ΟC ΞΕΩΤΕΡΟC ΕΤ
ΕΝΟC
ΧΑΡΙCΤΗΡΙΟΝ

Ideſt:

Æſculapio Et
Hygiæ Diis
Hominum Conſervatoribus
Axius Ælianus Junior Gratias Perſolvens.

2 *Ad Balnea Sancti Caſſiani, agri Cluſini. Ex Gorio.*

PRO SALVTE
CAII. ET. [illegible] POM
PONIAE. N LIB
M. AVR. VERO IMP.
AESCVLAPIO
ET HYGIAE. SAC
EPHESTAS. LIB
V. L. M. S

Marco Aurelio Vero imperante ſcriptum hoc votum interpretari poſſis. Sed a ritu illius ævi abhorret formula hæc, uti & altera N. LIB. Accuratius, ut puto, ſcrutari lapidem opus foret, ſi tamen is adhuc exſtat.

3 *Valentiæ in Hiſpania. E ſchedis P. Franciſci Caſtanei Regienſis Minor. Obſervant.*

ASCLEPIO
DEO
L. CORNELIVS
HYGINVS
SEVIR
AVGVSTALIS

4 *Bononiæ, in Inſtituto Scientiarum; Fragmentum tabulæ marmoreæ. Exſcripſit amicus vir Petrus Hercules Gherardius Mutinenſis.*

ΜΕΛΑΝΘΙΟΣ ΕΠΙΤΕΛΕΥ ΙΑΤΡΕΥΘΙΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ.ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ

Ideſt:

Melanthius Morbo Depulſo Perfecit (votum)
Aſclepio In Gratiarum Actionem.

Marmor hoc typis antea evulgavit Aloyſius Andruccius V. Cl.

1 *Tiburi.*
E Ligorio.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ
ΣΩΤΗΡΙ
Α. ΙΟΥΛΙΟΣ
ΑΠΟΛΛΑΝΑΤ
ΣΤΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Idest:
Æsculapio
Servatori
Lucius Julius
Apollanatstus
Dicavit.

2 *Romæ,*
Misit N. V. Alexander Marchio Capponius.

AESCVLAPIO. ET. HY
GIAE. M. VLPIVS. HO
NORATVS. DEC.
EQ. SING. IMP: N.
PRO. SALVTE. SVA
SVORVMQVE. ET
L. IVLI. HELICIS. ME
DICI. QVI. CVRAM
MEI. DILIGENTER. EGIT
SECVNDVM DEOS
V. S. L. L. M.

Secundum Deos, ideſt *Poſt Deos.*

3 *Romæ,*
Lapis effoſſus Anno Chriſti 1729.
Miſit Ignatius Maria Como, Nob. Neapolita.

DOMINO AESCVLAPIO
ET HYGIAE EX PERMISSV
EORVM NEGOTIATIONIS
FABARTAE. GRATIAS
AGENTES NVMINI
ET [illegible]TIS. EORVM
T. IVLIVS GVVESIA
CVS. ET CAECILIA
BALBILLA. CERI
OLARIA QVO SATV
RI ET MVTIOLES
LIBENTES DONVM
DEDERVNT

Nō legimus in quartā lineā FABARIAE, ut eorum negotiatio in Fabris divendendis verſaretur, opinari poſſumus *Fabartam* locum quempiam, cujus tamen mihi nuſquam veſtigium occurrit. CERIOLARIA in nonā lineā Candelabra ſacræ in ſacris adhibita. Apud Philoxenum in Gloſſis Κηροκόμοι, *Ceriolarium*. In Theſauro Gruteriano pag. 175. num. 4. memoratur donarium Collegio Centonariorum oblatum *cum Ceriolaribus duobus æreis, bacchicis effigiem Cupidinis, tenentis Calathos.* Ita apud Reinefium Claſſ. I. num. 273. in Ligoriana Inſcriptione videas *ſignum æneum*, & CERIOLARE *argenteum aliud pedes I. & ſemis.* Subſequitur in decimā numeratis noſtri lineā QVO SATVRI ET MVTIOLES. Legendum cenſeo IN QVO SATVRI, aut CVM SATVRIS, ideſt *Satyris* ibidem effictis. Sed MVTIOLES quis mihi interpretetur? Ego aliter in ſaxo ſcriptum ſuſpicor.

4 *Cajetæ.*
Ex Ligorio.

Idest:
Æsculapio Servatori
Et Hygiæ,
Gneus Gavius Philonimus
Dicavit.

5 *Tiburi.*
Ex eodem Ligorio.

ΘΕΑΙ ΤΓΕΙΑΙ
Τ. ΦΑΑΤΙΟC
ΔΗΜΗΤΡΙΟC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Idest:
Deæ Hygiæ
Titus Flavius
Demetrius
Poſuit.

Deſitā operā Anaglyptor hoc retuli, ut cum altero perquam ſimili conferatur, quod Thomaſinus in Lib. de Donar. & Fabrettus pag. 471. exhibuerunt. *Prior Hygiam Æſculapii filiam in* mulierē deſignatam putavit. Contra Fabrettus *ipſiem* ibi delineatam eſt arbitratus, *Serapidi ſuo in Serpentem deſinenti (ſalutare & ipſum animal) copulatam.* Ego utrobique *Hygiam* ſtatuo, certe nihil ineſſicius, unum *Æſculapium* ſub Serpentis effigie hoc agnoſco, non vero *Serapidem*. Nuta eſt fabella. Graſſante peſtilentiā Romani ad Epidaurios miſere legatos, qui Æſculapium Deum morborum depulſorem ab iis peterent, atque Romam adducerent. Nihil aliud *nisi Serpentem* in ædes deductere legati, ſub cujus effigie Æſculapium ipſum ſe velle coli gens Romana ſibi perſuaſit. Rem fuſe narrat Ovidius Lib. XV. Metamorphoſ. ut alios omittam.

Interea quid agant proceres ad Templa petiti
Conveniunt operoſa Dei, quæque ipſe morari
Arbe velit, ſpatiis variantibus indicat, manet.
Fit ſacer deſignat, quum criſtis aureus altis
In SERPENTE DEVS prominus ſibila miſit ore,
Pectoribuſque tenus medio ſublimis in æde
Conſtitit, atque oculos circumvolvit igne micantes.

Auctor quoque eſt Pauſanias, *Æſculapium in Draconis* ſpeciem ad Sicyonios ex Epidauro veniſſe multorum biga devectum.

6 *Bracaræ in Luſitania.*
E ſchedis Farneſis.

AESCLEPIO
ET HYGIAE
MARCVS
EX VOTO

P. Franciſcus Cattaneus habet in ſuis ſchedis ARA ASCLEPIO &c.

1 *Corcyræ.*
E ſchedis Apoſtoli Zeno P. Montfauconius.

ΜΑΧΑΤΑΣ ΠΟΗΣΕ
ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΑΛΚΜΗΝΗΣ ΤΕ ΓΟΝΟΝ ΤΙΜΑΙΣΙΝ ΑΕΞΩ
ΤΙΟΣ ΛΑΣΘΕΝΕΟΣ ΣΤΗΣΕΝ ΑΓΑΛΜΑ ΤΟΔΕ
ΜΝΗΜΗΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΣΩΖΩΝ ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ
ΑΛΦΑΝΕΟΣ ΚΑΗΝΩ ΔΟΞΙΟΥ ΕΝ ΤΕΜΕΝΕΙ
ΩΦΑΝΗΣ ΛΑΣΘΕΝΕΟΣ ΑΣΚΛΑΠΙΩ
ΑΝΕΘΗΚΕ. ΜΑΧΑΤΑΣ ΕΠΟΗΣΕ

Ideſt:

Machatas Fecit.
Jovis Et Alcmenæ Filium Honoribus Efferam.
Filius Laſthenis Erexit Hanc Statuam,
Monumentum Immortale Patris Sui Et Ipſius
Laphanis In Præclaro Apollinis Delubro.
Ophanes Laſthenis (Filius) Æſculapio
Dicavit. Machatas Fecit.

2 *Romæ.*
Miſit Franciſcus Ficoronius V. Cl.

DEO. AESCVL
SEP. MARTINVS
ET. PLAETORIA
IANVARIA
PRO. SEPTIMIA
MARTINA
ALVMNA

3 *Romæ,*
apud Angelum Colotium.
Ex Ligorio.

ΑΟΤ . ΜΙΝΟΤΚΙΟΣ ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ

Ideſt:

Lucius Minucius Gordianus.

Sub ſigno *Æſculapii*, & *Hygiæ* hæc leguntur.

4 *Arimini,*
in Monaſterio Sancti Sebaſtiani.
Ex Garuffio.

SALVTI EX VOTO
Q. PLAVTIVS IVSTVS
AEDIL. ARIM
N. S. ET. CASSIAE TREPTHE
S. ET. Q. PLAVTI. VERECVNDI
F. S. AEDEM
S. A. DED
H. A. S. A. H. L. L. Q. D. R. I. H. A

Siglas haſce poſtremas interpretatur Garuffius ita: *Hanc Aram Saluti Ædificatam Heredes Liberti Liberta-Que Denuo Reſtituere In Honorem Ædificantium*. Sed hæc divinantium ſomnia ſunt. Præſtaret, oculis diligentioribus Marmor ſcrutari, ſi quidem adhuc exſtat; quippe mihi, & in aliis locis vitiata videtur lectio. Ceterum *Salus* Latine eſt, quod *Hygia* Græcis. Alias id genus Inſcriptiones habes apud Gruterum; atque una a Reinefio refertur.

5 *Tergeſte.*
Ex P. Irenæo della Croce...

SALVTI. AVGVSTAE. PRO. INCOLVMI
TATE. PIQVEN. L. VENTINARIS
LVCVMO ADIECT. IVNIC.
V. L. L. S.

Lucumo ſpecies videtur Sacerdotum, in quorum Collegio *Lucius Ventinaris* fuiſſe videtur *adjectus* IVNIORIBVS, ut legendum ego ſuſpicor. Attamen *Lucumonum* nomen apud Eruditos aliud ſonat.

6 *In Fucini Lacus ripa.*
Ex Illuſtriſs. Antonio Corſignano,
Epiſcopo Venuſino.

SALVS. SANCTA. FLAVIVS. VICTOR
ROM. D. D. L. M.

7 *In Vico Aquicaldenſi in Catalonia.*
Ex Petro de Marca.

S. S
C. IROC. ZOTICVS
V. S. L. M

S. S, ideſt *Saluti Sacrum.*

8 *Anxani in Frentanis.*
Miſit Abbas Petrus Polidorus V. Cl.

HYGIAE
SALVTARI
M. SVLPICIVS. EDEN
TVLVS. V. S. L. M

APOLLO.

1 *Massiliæ.*
Missit Bimardus.

DEO APOLLINI
L. AEL. NYMPHI
CVS IIIIII VIR

2 *Tuderti.*
Apud Turrim Cinelli.
E schedis meis.

DIV
STAPH
ANTHVS
APOLLINI D. D

3 *Genevæ.*
Missit Bimardus.

APOLLINI
M. AVFVSTIVS
CATVSO

4 *Sassinæ,*
in ædibus Episcopi.
Ex Antonino.

APOLLINI
SACR
C. C. S

5 *Andomatuni Lingonum.*
Missit prælaudatus Bimardus.

APOLLINI IVLIA
BELLORIX
ABREX TVB
OGI. F. EX VO
TO. SVSCEPT
O

6 *Segusii.*
E Guichenonio.

APOLLINI
C. IVLIVS. DONNI. L.
EPERASTVS. ET. IVLIA. DONNI
L. CIPRIS
V. S. L. L. M

Domus iste ille forasse fuit, qui Alpibus Cottiis Regio nomine olim est dominatus.

7 *In agro Civitellæ.*
Ex Malvasia.

L. IVLIVS
FAVENTINVS
APOLLINI. D. D

Hanc Margarinus ponit *extra Romam in Basilica Sancti Pauli.*

8 *Veronæ,*
in lamina ærea.
Missit Johannes Franciscus Musellius, Archipresbyter Cathedralis Veronensis.

M. MINDIOS L. FI
P. CONDETIOS. VA. FI
AIDILES. VICESIMA. PARTI
APOLONES. DEDERE

Mos fuit *Decimam* Diis offerre. Ædiles ifti *Vicesimam* offerunt, & verbis quidem, in quibus Priscianus non semel vapulat.

9 *Aquis Calidis, vulgo* Caldes, *in Catalonia.*
E schedis meis.

APOLLINI
L. MINICIVS
APRONIANVS
GAL. TARRAC.
T. P. I

Ideft *Testamento Poni Justit.* Breviatæ voces GAL. TARRAC. *Gallicum Tarraconensem* virum hunc produnt, ita ut intelligas *Gallicos* Populos, quos alii *Callecos* appellant, in *Hispania Tarraconensi* fuisse sitos.

10 *In Civitate Atinæ.*
Ex P. Bonaventura Taulero.

PHAEBO. SPLENDIDISSIMO. PHANVM
AVGVSTALES
QVINQVENNALE. CERTAMEN
THEATRA. KALEN. MAR.
GN. PLOTIVS. MILES. CAMPAN.
SEMPER VICTOR
Q. TELESINO. ET. IVL. RVF. COSS

Inscriptioni huic nigrum Theta præfigo. Nulla alia *Phœbo* posita mihi visa est. FANVM, non verò PHANVM, scriptum fuisse. Hic *Miles* non indicat, cui Legioni, aut Cohorti fuerit adscriptus, quod plane advertatur mori vetustissimorum illorum temporum. Infucta quoque est formula SEMPER VICTOR. Consules demum hic memoratos Fasti ignorant. Quare deploratam marmoris hujusce cauffam arbitror.

11 *In Germania.*
Ex Ekhardo V. Cl.

APOLLINI GRAN
NO. MOGOVNO
Q. LICINIVS. TRIO
D. S. D

12 *Forojulii, nunc* Frejus.
Ex Historia Forojulensi.
Missit Bimardus.

APOLLINI
EX V. L. M
PRAECEPT
ET CRESCES (*sic*)
L. TREBONIO
L. F. HERED
EX. TEST

Uti animadvertit Bimardus, habentur heic geminæ Inscriptiones, altera *Votiva Apollini*, altera Sepulcralis *Trebonio*. Prior occupat quatuor priores lineas; tres posticmas altera.

1 *In Æolia*
ad Templum Apollinis diruturn.
E schedis Vallicellianis
Miss. Cl. V. P. Joseph Blanchinius,
Presbyter Oratorii Romani.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΧΡΗΣ
ΜΗΓΟΡΩ
ΦΙΔΑΙΤΑΙΡΟΣ
ΑΤΤΑΔΟΤ

Ideſt:

Apollini Oracula
Edenti
Philæterus
Attali (ſervus, aut filius dicavit.)

2 *Putcolis.*
Ex Vignolio.

SACRVM
APOLLINI
C. RATINIVS
FIRMVS

3 *Ad Balnea Sancti Caſſiani*
agri Cluſini.
Ex Gorio.

PRO. SALVTE
TRIARIAE. A.
POLLINI. SAC.

4 *Gottolengi in agro Brixiano.*
E Vinaccefio.

VINIVS. L. F
APOLLINI
V. S. L. M

5 *Genevæ,*
Miſit Bimardus.

APOLLINI
M. VERATIVS
MERCATOR

6 *Oſſunæ,*
in Sancti Sebaſtiani.
E ſchedis Farneſiis.

APOLLINI
AVG
VIBIA. TROPHIME
VOTVM ANIMO
LIBENS SOLVIT

8 *Romæ,*
in vinea Cardinalis Eſtenſis.
Ex eodem Ligorio.

APOLLINI CONSERVATORI SALVTIS SVAE
SALVIVS. IVNIVS. SILVINVS AEDEM FECIT

Ex quo *Auguſti* titulus, ſive cognomen, Imperatoriæ dignitatis proprium evaſit, ſibi perſuaſerunt Ethnici, nullo meſſus, quàm ſito poſſe Numina honorari. Hinc *Jupiter Auguſtus*, *Diana Auguſta*, *Hercules Auguſtus*, *Mercurius Auguſtus* &c. ſæpe in marmoribus leguntur.

9 *Delphis,*
in pariete Amphitheatri.
E ſchedis meis.

Q. MINCIVS. Q. F. RVFVS
LEG. APOAINEI KIVTIO
MERITO

Quamquam *Apollo* multis, variiſque Cognominibus ornatus fuerit deſumtis aut a loco, ubi is colebatur, aut a privatis ejus cultoribus, aut ab illius muneribus, quorum longam ſeriem contexit Livius Gyraldus: vereor tamen, ne lectio depravata nobis hoc obtrudat *Apollinem Kiutum*.

10 *Extra urbem Jaderæ.*
Ex Johanne Lucio.

APOLLINI LYCIO
M. PVBLICIVS
CAMPANVS AE
DITVVS IVSSV
IPSIVS D. D

Apollinis Lycii crebra eſt mentio apud Diodorum Siculum, Pauſaniam, aliosque veteres Scriptores; qui diſcordes etiam ſunt in hujus Cognominis origine adſignandâ.

7 *Bleræ in Tuſcia.*
Ex Ligorio.

APOLLINI
AVG
SACRVM
Q. NOVANIVS
Q. L. SALVIVS
VL VIR. AVGVST
S . P

12 *Romæ,*
in vinea Maximorum,
extra Portam Portuenſem.
Ex Donio V. Cl.

APOLLINI
SANCTO
SACRVM
DOMITIAE
LVCILLAE
ACTOR. D D

Deſideratur nomen iſtius Actoris.

13 *Aquilejæ.*
Miſit Comes Franciſcus Beretta *Utinenſis.*

APOLLINI
BELENO
C. AQVILEIENS
FELIX
QVOD. VILLC
CVMMARVM

Apollo Belenus, *Belinus* quoque appellatus, Aquilejenſibus fuit Deus peculiaris, atque ut ita dicam, Municipalis. Non uni tamen Urbi illi, ſed *Norico* univerſo, *Belenum* tribuit Tertullianus Cap. 24. Apologetici. Et quoque in Gallia Arcmorica notus, & excultus. Juſtam Diſſertationem de *Beleno* jamdiu emiſit Clariſs. Epiſcopus Hadrianus Philippus a Turre, quam conſulere Lector poterit; neque enim juvat illius gaza expilare, quæ ad manum facile quiſque Eruditorum habere poteſt. In Inſcriptione ità fortaſſe legendum in penultimâ lineâ Q. VO. D. ideſt *Quod Votis Dedit. Villicus Cummarum*, niſi ſit *Q. Vodii Villicus*.

11 *Romæ,*
in Hoſpitio veteri Ciſtercienſium.
Miſit Emminentiſſ. Dominicus
Paſſioneus, *S. R. E. Cardinalis.*

APOLLINI SANCTO
FECIT

1 *Ibidem.*
Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi V. Cl.

APOLLINI
BELENO AVG
TIB. CLARISTIO
ET. CORNELIAE. Q. TICILAN
CONIVX. CVM. FILIS. CLAVD
CONSTANTE FEROCLANO
EVTICHIANAE. AERISTIONE
EX. VOTO. POSVER. SIGNVM
CVPIDINIS. L. D. D. D

Lego in tertiâ lineâ TIB. CL. ARISTIO, ideſt *Tiberius Claudius Ariſtio*; nam & Filius appellatur *Claudius Conſtans*. Libenter quoque legerem in ſeptimâ lineâ EVTYCHIANA; aut potius EVTYCHIANO ARISTIONE.

2 *Ibidem.*
Miſit Johannes Dominicus Bertoli, *Canonicus Aquilejenſis.*

BELINO
AVG. SAC.
L. IVNIVS
SVCCESSVS
DOMV ALTINAS
V. S. L. M

Apud Philippum a Turre Epiſcopum Inſcriptio hæc manca legitur.

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

BELENO
AVG
P. VIBIVS
ABASCANTVS
IIIIII VIR. AQVIL
DONVM. DEDIT

4 *Venetiis,*
apud Comites Savorgnanos.
Miſit Comes Franciſcus Beretta *Utinenſis.*

APOLLINI
BELENO
AVG
C. VOLVSIVS

5 *In Villa Belvederis agri Aquilejenſis.*
Miſit Canonicus Bertoli.

C. AQVILEIENSIS
DIADVMENVS
B. V. S

Ideſt: *Beleno Votum Solvit.*

6 *Tiburi, apud Templum* de la Toſſa.
Ex Antonio del Re.

ANTINOO ET BELENO PAR AETAS FORMAQVE PAR EST
CVR NON ANTINOVS SIT QVOQVE QVI BELENVS
Q. SICVLVS.

Agitur hîc de *Antinoo* puero, qui Hadriano Auguſto in deliciis fuit. Auctor carminis, ut Principi aduletur, eum *Apollini Beleno* parem facit; *Belenus* quippe ſub juvenis imberbis formâ exprimi conſuevit.

7 *Julii Carnici.*
Miſit Comes Franciſcus Beretta *Utinenſis.*



In Carnis ſita Aquileja. Sed & in reliqua regionis illius loca cultus *Beleni* propagatus fuit. Ædem hanc reſtituerunt duo *Magiſtri Vici.*

8 *Brixiæ,*
in ædibus N. V. Julii Antonii Averoldi.
Miſit ipſe.

APOLLINI
DIANAE
C. CORNELIVS
ACVTVS
ET TERTVLLA
ET IANVARIA

9 *Veſuntione.*
Miſit Joſeph Bimard de la Baſtie,
Montis Seleuci Baro.

APOLLINI
MERCVRIO
NORBANVS
SINISSER. F. E.
S. I

10 *Antiquariæ.*
E ſchedis meis.

POSTVMIVS ATRIENSIS
APOLLINI ET AESCVLAPIO
AVG. D D

1 *Romæ*, *apud Zoroastrem Clavigerum Papæ. Ex Ligorio.*

Apud veteres memoratum invenias Romæ *Templum Apollinis*, & *Clatræ*. Hoc Mathæus ceusuit situm in ea Quirinalis parte, quæ Fonti Trevironum superimminet. Is autem, uti & Nardius Lib. IV. Cap. 6. Romæ ant. Antiquati sunt *Clatrum* fuisse *Cancellorum*, & *Clatrorum Deum*, five *de' Cancelli*, *della Ferrate*. Non aliunde, ut arbitror, opinionem suam ii deduxere, nisi ex ipso nomine *Clatræ*, quasi ipsa *Clathra* præeffet. At *Clathri* cum aspiratione scripti, atque scribendi sunt: quod unum satis esse poterit, ad eorum interpretationem infirmandam. Nunc ergo ex illius effigie, & symbolis (e Sidro videlicet, ac Serpente, quem dextrâ manu gestat, ex calathi specie, quam in capite præfert, ex Nili crescentis mensurâ, quam finistrâ tenet, & ex Navis rostro, quod ad pedes exhibet) ex hisce, inquam, symbolis agnoscimus, non aliam fuisse *Clatram*, nisi Ægyptiam *Isidem*: quæ cur *Clatra* fuerit appellata, frustra nunc requiratur. Ligorius Inscriptionem hanc subjungit Tabulis Eugubinis a se descriptis, quas dedit Gruterus pag. 122. Tam hæc, tum ibi exotica lingua vitatur, sed Latinis characteribus expressa. Etruscum opinati sunt viri docti. Æque Ægyptiacum, vel Germanicum veterem, aut aliam poterant opinari. Verum doctissimus vir Ludovicus Bourguet Philosophiæ Professor in Cadronovo, five *Neufchâtel* Helvetiæ, interpretatione sustepta tum hujus lapidis, tum Tabularum Eugubinarum (cujus eruditi laboris jam partem evulgavit) in eam opinionem descendit, Inscriptionem hanc Pelasgo sermone fuisse conscriptam, & quidem ante Romulum, aut ipsum Romuli ætate. Is autem certe, contineri illic Votum in Templo *Apollinis*, & *Clatræ* positum cum hisce verbis:

LERPIRIVS SANTIRPIVS DVVMVIR FARIS
..... DEDIT DONO VOTO FAR
REVM ET NARDVM POSVIT
SERTVM

At Bourgueti interpretationem hactenus non satis probavit nobilis, & eruditus vir Annibal ex Abbatibus Oliverius Pisaurensis in Præfatione additâ verbioni Italicæ Dissertationis Bourguetanæ. Nemo is tantum illius interpretationem suspicatus habet, sed & ipsum tabellam abjecerat: non alia tamen ratione commotus, nisi quia Ægyptiaca Numina, Romulo regnante, & diu etiam postea, cultum nullum in Urbe acceperunt, immo ignota ibi fuere. Sed ubi flatuas, Tabellum illam multis post Sæculis natam, postumque in Templo fuisse, corruat necesse est ejusmodi accusatio, atque suspicio. Ego in re adhuc obscura nihil aliud addium volo. Sponsis hanc ipsam tabellam protulit Sect. III. num. 31. Miscellan. sed Siltri figurâ prorsus deformatâ, aliisque non recte expressis. Propterea repetitam heic ego volui.

2 *Aquilejæ*. *Ex Philippo dalla Torre, Episcopo Hadriensi.*

DEO SOLI
DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS
INVICTI AVG

Apollini Solem adtexo, quamquam nonnullis, & præsertim doctissimo viro Philippo a Turre persuasum maxime sit unum eumdemque Deum fuisse *Apollinem* & *Solem*. Ejus opinioni præferenda profecto communis hac de re doctorum hominum sententia, quæ veterum etiam auctoritate firmatur.

3 *Sermonetæ*. *Ex Ligorio.*

SOLI SACR
TI. IVNIVS. D. F.
ARNIEN. VITA
LIANVS. ACEN
IVNIA. MVSA
VOT. SOL. L. M

In quarta fuit ACEN. nisi fit A CENSV, scilicet Municipe, legendum forsitte videatur ACEN. idest *Acensis*, videlicet titulus quorumdam veluti Lictorum apud veteres.

4 *Veronæ*, *in Musæo publico*. *Ex Marchione Maffejo.*

SOLI ET LVNAI
Q. SERTORIVS Q. F
FESTVS FLAMEN

5 *Romæ*, *infra Sanctæ Caeciliæ ad Tiberim*. *E schedis Vaticanis.*

SOLI INVIC
TO. ET. LVNAE
AETERNAE
C. METTI. GER
MANI. LIB
DVO. PARA
TVS. ET. HER
MES. DEDERVNT

Non alius est *Sol* Invictus, nisi qui *Sol Mithra* alio titulo apud veteres occurrit, cujus cultus e Perfia in Orbem Romanum invectus mirum in modum propagatus fuit. Argumentum hoc amplissime illustravit nuper laudatus Clariss. Philippus a Turre in Monumento Veteris Antii, Part. II. ut alios omittam. Quare facem in meridie accendere, superfluum puto.

1 *In Columbario ad Aricìam detecto.*
Ex Ficoronio V. Cl.

2 *Ibidem.*
Ex eodem.



Superstat pictura referens *Solem* radiatum in curru, quem trahunt quatuor nigricantes equi.

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

Mortem figura ritum supplicantium exhibet; nam & apud Ethnicos in more fuit erectis manibus exorare Superos. Quum verò quisquam ab ignoto aliquo homine aut vulneribus, aut veneno fublatus fuerat, five occulto veneficio e vivis ereptus credebatur, *Solem* precabantur, ut fuâ luce auctorem necis proderet.

4 *Betulone in Catalonia,*
Inscriptio exarata in rupe.
Ex Petro de Marca V. Cl.

SOLI. D. SAPORVM
A. P. ABASO. ANVS

Fadam putat Clarifs. de Marca Inscriptionem hanc positamque

SOLI DEO SAPORVM
AB ABASONE ANV.

Ego figmentum opinor, aut germanam Inscriptionem ab imperito aliquo pessime descriptam fuisse.

5 *Romæ,*
in ædibus Columnensium.
Ex Vignolio.

SOLI INVICTO
L. AVR. SEVERVS
CVM PAREMBOLI
ET YPOBASI
VOTO FECIT

SOLI INVICTO MITHRAE FECIT
L. AVR. SEVERVS PRAES.
L. MARCELLINO PATR.

Visuntur insculpta ibi Solis Mithræ compitura Symbola.

6 *Putcolis,*
in viridario Proregis.
E schedis meis.

SOLI
INVICTO
GEN. COL.
C. LAVREL
RVFFINVS
CVM CONIV
GE ET FILIO
D. D.

7 *Bergomi,*
in Platea veteri.
Basis, supra quam caput Bovis.
Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.

DEO
INVICTO
L. D. S

1 *Ardeæ.*
Ex Ligorio.

APOLLINI SOLI INVICTO
MENANDER MAGVS. AGG. Ñ. Ñ
SIGN. H. VOVIT

Si quis negantibus *Apollinem*, & *Solem* idem Ethnicis fuisse Numen obiceret Inscriptionem hanc, ii fortasse Ligorii fidem elevarent; sive potiùs responderent, hoc ipsum marmor secum facere; hoc est, distingui heic *Apollinem a Sole*, uti supra faciendum nuper vidimus positâ APOLLINI DIANAE a Cornelio Acuto, aut in alterâ Norbani dicata APOLLINI MERCVRIO; eâque ratione utendum contendent in altero marmore, quod Sponius Miscellaneor. pag. 72. adfert sacratum *Jovi O. M. Summo. Exsuperantissimo. Soli. Invicto. Apollini. Lunæ. Dianæ* &c.

2 *Romæ.*
Ex eodem Ligorio.

DD. DEO. INVICTO
PRO. SAL. MAXIMI PER. VAL
ET FIL. EIVS. TITV SECVRIAN
LENVS. VRSINVS O PATRAE

Marmorarii mens fortasse fuit, scribere PRO VALERIO SECVRIANO PATRE: sed aliud scripsit.

3 *Capparæ in Hispania.*
E schedis Ambrosianis.

SOLI INVICT.
AVG.
SACRVM

4 *Aquileiæ.*
Ex Philippo dalla Torre.

SOLI DEO
INVICTO
SACRVM
FERONIVS. CENSOR
SIGNI
V. S. L. M

Ideſt *Signifer* in militia, *Censor* in Colonia, niſi *Signum* locum malis.

5 *Romæ*
in Foro Boario.
Ex Ligorio.

ΗΛΙΩ ΜΙΘΡΑ
ΑΝΙΚΗΤΩ
ΛΙΒΑΝ. ΑΝΕΘΗ

Ideſt:

Soli Mithræ
Invicto
Libanus Dicavit.

Ibi visuntur *Caduceus*, & *Lyra*. Donus hanc dedit, sed Ligorii nomen tacuit. Protulerat etiam Spanhemius in Notis ad Cæsares Juliani.

6 *Ibidem,*
apud Jacobum Zimbeccarium.
Ex eodem Ligorio.

ΗΛΙΩ ΜΙΘΡΑ
ΑΝΙΚΗΤΩ
Τ. ΑΝΤΙΣΤΙΟΣ
Τ. Ο. ΤΙΟΣ ΣΤΕΛ.
ΣΕΟΤΗΡΙΑΝΟC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ideſt:

Soli Mithræ
Invicto
Titus Antistius
Titi Filius, Stellatinâ (Tribu)
Severianus
Dedicavit.

7 *Ibidem,*
Tabella ahenea
apud Comitem Angullariæ.
Ex eodem Ligorio.

ΗΛΙΩ ΜΙΘΡ.
ΕΥΤΤΥΧΩΣ
ΦΑΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ

Ideſt:

Soli Mithræ
Feliciter
Faustinianus.

Dedit hanc & Spanhemius in Notis ad Cæsares Juliani.

8 *Petrovaradini in Pannonia.*
Ex Comite Marsilio.

SOLI INVIC
MITIIRAE
DONATVS
SAC POSVIT
O L. SACRAT
RVM
V S L M

9 *In Insula antiquæ Budæ.*
E schedis Franc. Justiniani
misit Comes Franc. Valvasonius.

S . I . M
PRO SALVTE. SEXTI
IVVENTI NIL
EX VISV
PANNONIVS LIB

Ideſt *Soli Invicto Mithræ.*

1 *Romæ.*
Ex Ligorio.

Ezechiel Spanhemius V. Cl. qui hanc ex Ligorio mutuatus in suos Commentarios ad Juliani Cæsares intulit, sub Mulieris figurâ *Æternitatem* designari eit arbitratus. Contra doctiss. Philippus a Turre Episcopus Hadrianensis potiori conjecturâ, sub Junonis effigie *Aërem* exhiberi censuit, quod Peplum supra caput gerat, & Sol, & Luna lucem ei ministrent.

2 *In Monasterio Casinensi.*
Lapis effossus inter rudera Col. Interamn. Livii.
nunc Termine.
Misit Illustriss. Henricus Henriquez, *Gubernator Maritimæ, & Campaniæ.*

SOLI . IN
VICTO . COMITI
AVG . N

P. Gattola in Tom. IV. Histor. Casinens. perperam legit AVGENIO.

Aquilejæ.
3 *Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.*

PRO SALVTE
TIBERI CLAVDI
MACRONIS . CON
FER . NOR . SER
VIL . SPELEVM . CVM
OMNI . APPARATV . FECIT

Pro CONFER legendum olim putabam CONSER: ideſt CONSERVANDA. Verùm in altero exemplo, quod ad me misit Johannes Dominicus Bertolus, Canonicus Aquilejensis, diligentissimus Aquilejensium Marmorum propediem edendorum Collector, legitur CON FER . NOR . VELOX . SER . quæ ille interpretatur *Confector Ferri Norici*, aut *Conditor*. Laudanda sententia, dummodo in Norico Foditum Ferri habeantur. Ceterum pertinet & ista Inscriptio ad Solem Mithram. Scilicet hunc Ethnica superstitio in antris colere, ibique ridenda plane Sacrificia peragere consuevit. Sanctus Paulinus Nolanus Episcopus in postremo Poematum, quæ luci restituta a me fuerunt Tom. I. Anecdot. Latinor. in hæc verba loquitur:

Quid quod & INVICTVM SPELÆA sub antra recondunt,
Quæque tegunt tenebræ, hunc audent dicere SOLEM?

Hunc in rem plura ibi congessi.

1 *In Viâ Appiâ.*
Ex Ligorio.

SOLI . SERAPI
INVICTO . SAC
L . AVRELIVS
L . F . DEXTER
ET . AVRELIA
PLAVTILLA
CVM . SV . V . V .
L . D . D . D

Qui contra communem veterum opinionem hèic offendunt *Solem Serapidis Invicti* nomine auctum, continuo suspicentur fraudem in officina Ligorii . Certe, inquient, sub *Serapidis* appellatione aut *Jupiter*, aut *Pluto* olim colebatur. Id ignotum de *Sole* . Sed bona verba. Tot fabulis Ethnicorum Theologia abundavit, ut ne huic quidem Inscriptioni sua ratio desit. Macrobio *Serapis* nihil aliud est nisi *Sol* . Vide Lib. I. Cap. 20. Saturnal. Et apud Julianum Augustum in Oratione IV. ex Orpheo hic versus refertur :

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἅιδης, εἷς Ἥλιος ἦν Σάραπις.
Unus Jupiter, unus Pluto, unus Sol est Serapis .
Plura addere nihil est opus .

2 *Romæ,*
in Musco Albano .
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

Hèic Solis effigies . Lunæ facies . Aliud simulacrum .

SOLI LVNAE SILVANO
ET GENIO CELLAE
GROESIANAE
M. SCANIANVS
ZOSA EX VISO
POSVIT

Emendatior hæc prolit, quàm Reinesiana Class. I. num. 278.

3 *Capuæ .*
Ex eodem .

SOLI . SERAPI
INVIC . SACRVM
IVLIVS . AVFIDIVS
SERENVS . V . C .
VOTO . SVSCEPTO
LIBEN . MERIT
AR . D . S . P . DEDIC .

4 *Florentiæ,*
in Musco Mediceo,
arcâ lamellâ .
Ex Gorio .



C E R E S .

5 *In Sancti Laurentii in Podio.*
Ex Ligorio.

CERERI . SACRVM
L . AP [illegible] PAL . EX
P . STATIVS P . F . PAL . AVRELIVS . II . VIR
CVRATORES
Q . LARONIVS . Q . F . HOR . QVADRATVS
L . MEMMIVS . SEX . F . PAL . PETRONIVS
L . MEMMIVS . L . F . PALAT . GALBIVS
MENSOR . ITER . HONOR . IN . CVR . FVNCT
IIII VIR VIAR
C . CVRTIVS . P . F . PAL . NERVA IIII VIR
P . SILVIVS . P . F . ARNIEN . PAETIVS IIII VIR
C . RVSTIVS . C . F . VEL . QVARTVS IIII VIR
T . FLAVIVS . T . FIL . ARN . SABINVS IIII VIR
ARAM . ET . SIGN . VIA [illegible] QVINC . D D

Habes Inscriptionis hujus partem apud Grutenum pag. 26. num. 10. Ego integram profero.

6 *Rhodigii,*
in Musco Comitis Camilli Silvestri.
Misit Hieronymus Baruffaldus V. Cl.

CERERI AVG.
HEDOMACVS PVB.
IIVIR MAG. OB HON
LIBTAT. R. ET HERCVL
AVG

Tabellam hanc posuisse mihi creditur *Cereri*, & *Herculi Hedomaco* (sive *Hedomarchæ*) *Servus Publicus Decemviralis Magistratui, ob honorem Libertatis* (vox hæc brevitatis est in hac lapide) *Recepta* . Erant enim Servi Publici, interveniens publicis Magistratibus, & Collegiis . In Indice Gruteriano inter Officia non unum ex hisce *Publicis* reperias . De iis quoque egit Fabrettus pag. 336. Sub *Cereris*, & *Herculis* nomine hèic aliquam venisse Imperatricem, atque Imperatorem, a vero minime abhorret .

6 *Pisis,*
ad Majorem Basilicam .
Ex Gorio .

CERERI SACRVM
AVG . LIB . ACTE

1 *Nemauſi.*
E ſchedis Galeardi Guirami in Cæſarea Bibliotheca.

CERERI SACRVM
SEX. OLEATIVS VIGITIVS V. S. L.

3 *Romæ,*
in hortis Juſtinianeis.
E ſchedis Franciſci Ptolomei.

S
D. CERERI. BELSIANAE
ALMAE. FRVGIFERAE
ARISTIGERAE THESMO
PHORAE
CHILEANDER BELSIA
NVS BELSIAQ. OPS
D. M. D. ☿
D. D

Hcic *Belſiana* appellatur *Ceres*, quod a *Belſiená* gente peculiari cultu, & Sacello, ſive Ædc privatâ honoraretur. *Theſmophora* tirulus Cereri defertur, quod prima poſt inventum Frumentum Leges mortalibus dediſſe crederetur. *Legifera Ceveris* meminit & Vergilius. Hinc *Theſmophoria* Feſta in ejus honorem celebrata.

2 *Cæſenæ.*
Ex Ligorio, ac Donio.

CERERI. DIVIN
PRO. MER. SACR
L. FOVRIVS. EVRY
PILVS. LIBERTVS
FRVMEN
LEG. II. PARTH
VOT. SOL. LIB. MER

De *Frumentariis Legionum*, quibus videlicet cura erat conquirendi & diſpenſandi Frumenti militibus Legionis ſuæ, non eſt, quod agam; res namque nota. *E ſchedis Manutianis* lapidem hunc dedit Donius.

4 *Romæ, apud Franciſcum Mazzantum.*
Ex eiſdem ſchedis.

PACE CERES LAETA EST ET VOS ORATE COLONI
PERPETVAM PACEM PACIFICAMQVE DEAM

CYBELE DEUM MATER, VESTA, ATTIS, & BONA DEA.

5 *Foropopilii.*
E Vecchiazzano.

Ita olim appellata *Cybele*.

6 *Boarni in agro Brixiano.*
E ſchedis Farneſiis.

MATRI
M. IAETINVS
ASSIANVS
V. M

Subintelligitur *Magnæ*. Pauſanias quoque, ubi *Matris* Fanum, & Simulacrum commemorat, de *Magnâ Deûm Matre* intelligendus eſt.

7 *Foropopilii.*
Ex Vecchiazzano.

DIS MAGNIS
MATRI DEVM ET ATTIDI
SESTILIVS AGESILAVS

Attidem, ſive *Attinem* una cum Matre Deûm ſæpe conjunctum in aliis faxis videas. Rem tritam non a me, ſed a Mythologis pete.

1 *Perusiæ, ante Arcem.*
Ex Ligorio.

Uti vides, ex Arbore pendet Fistula septem disparibus compacta cicutis. Adduntur duo cornua venatoria. In latere Mulier turrita, crinibus passis, Cymbala manibus elevatis quatiens. Sponius ejusmodi instrumenta musica Cymbala fuisse contendit. Et revera Corybantes Sacerdotes Cybeles, quatiebant Cymbala.

3 *Bajis,*
ad Portam Julian.
Ex Ligorio.

2 *Venetiis,*
in ædibus Grimanorum.
E schedis meis.

ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ
ΑΓΓΙCΤΕΙ
ΑΜΕΡΙΜΝΟC
ΟΙΚΟΝΟΜΟC ΤΗC ΠΟΛΕΩC
ΕΤΧΕΝ

Ideſt:

Matri Deûm
Angiſti
Amerimnus
Oeconomus Urbis
Vovit.

Cernitur exſculpta imago Cybeles ſtantis inter duos Leones. Ibi, niſi me fefellerunt oculi, ΑΓΓΙCΤΕΙ. Strabo Lib. X. Geograph. teſtis eſt, *Rheam* a Phrygibus appellari Μητέρα Θεών, ἢ Ἀγδίστιν. Caſaubonus legendum putat Ἀγδίστιν. Xylander malebat Ἀγγέστιν. Lapis iſte nos veram lectionem docet, nempe nuncupatam fuiſſe Matrem Deûm Ἀγγέστιν, *Angeſtim*.

Hanc inter Donianas Inſcriptiones dedit Clariſs. Gorius, ſed ſuppreſſo, aut ſibi non revelato Ligorii nomine. Interpretationem Græcarum vocum accepe:

Dea Dindyme-
ne Valerius
Melantius
Libertus Auguſti
Poſuit.

Effigies ſedentis Mulieris turritæ Tympanum cum flagello percutientis, *Cybelem*, quæ & *Dea Dindymena* eſt, recte exprimit. Pinus etiam fuit eidem Matri Deûm dicata, cujus ſpecies in ſuperiori Perusino lapide quoque exſculpta viſitur.

1 *Tiburi.*
in Sancti Johannis.
Ex eodem Ligorio.

BERECINT. MATRI
SACRVM
VAPVSIA. L. F. SEVE
RA. LVPERCA. CVM
Q. VAPVSIVS. D. F. PAL
SP

2 *In Sancti Odorici de Castro Rupto.*
Ex schedis Pacetiani.

VESTAE
Q. CAESIVS. M. F. VARVS
V. S. L. M

Cybeli *Vestam* adtexo; quidam enim unum idemque Numen censuere. Diversum tamen alii ficiunt: quod vero similius. Num Cybele *magna Mater*; at Vesta innupta fuit. Dissentire Lectorem hisce tricis, & fabulis, non est animus.

3 *Asculi.*
Misit Illustriss. Henricus Henriquez.

VESTAE
ET. MATRIBVS
T. CELERINVS
TEM. PORTIC
CVSTODIARVM
D. S.

Præter *Templum* & *Porticum* habes heic *Custodiarum* Vestæ exstructum. Nunc appellamus *Secretarium*, in quo vasa sacra recondunntur. Apud Gruterum sunt alia marmora *Matribus*, & quidem *Deabus* posita. Aut *Junones* tantùm, aut Deæ filiæ essæ, sub nomine *Matrum* designatæ videntur. Erant enim & *Virgines Deæ*, uti talia videbis in tabulis Fratrum Arvalium.

4 *Azendici Sinonum, hodie* Sens.
Misit N. V. Joseph Bimardus.

S. VESTAE M

Idest: *Sacrum Vestæ Matri.*

5 *Reiis in Gallia.*
Ex Donio.

MATRI DEVM
MAGNAEQVE IDEAE
L. DECIMIVS. PACATVS
ET. CAELIA. SECVNDINA
EIVS. OB SACRVM
TAVROPOM

6 *Prope Præsentianum in Campania,*
apud Sancti Felicis.
Ex eodem.

MATRI. DEVM. OPTIMAE. MAX
SACRA. TAVROBOL
L. M. F. SABIDIA. CORNELIA

Lege TAVROPOL. quod idem est ac *Tavrobolium*, famosum Tauri Sacrificium, in Sacris Magnæ Deûm Matris celebratum. Vide Class. II.

7 *Juxta Marinum Oppidum*
Ara.
Ex eodem.

MATRI. DEVM
EX IVSSV ABV
RIVS. GENIA
LIS FECIT

8 *Reiis in Gallia.*
Ex eodem.

MATRI
TERRAE
HEV VIATOR

9 *Calatiæ.*
Ex Ligorio.

Qui Tellurem, ac Cererem unum ficium, lapidem istum confentientem habent. Inter Donianas dedit hanc Gorius, sed insalutato Ligorio.

1 *Romæ,*
in Muſeo Kircheriano.
Miſit P. Contuccius Contucci *e Soc. Jeſu*
eidem Muſeo Præfectus.

STATAE MATRI
ET
VVLCANO QVIETO

Statæ Matris Feſtus meminit, ad cujus ſimulacrum *plurimus Ignis nocturno tempore fiebat*. Hinc conjectura locus, *Veſtam* ſub eo quoque nomine cultam.

3 *Ibidem,*
in ædibus Cæſiorum.
E ſchedis Farneſiis.

BONAE. DEAE
SACRVM
CAESIA SABINA
EX. VOTO
IN. SVO. FECIT

Sive *Bona Dea*, cujus cultus apud Romanos illuſtris erat, peculiaris Dea fuerit, ſive idem cum *Veſtâ*, uti non unus tradidit, hanc eidem Veſtæ conjungo, ſive ſubjungo.

5 *Aquileja.*
E Philippo a Turre V. Cl.

BONAE PAGANAE
RVFRIA. C. F. FESTA
CASILIA. Q. L. SCYLACE
MAGISTRAE
D . P . S

Pagana appellatur *Bona*, quod in Pago aliquo extra Urbem coleretur. In ſchedis Bellonis apud Cl. V. Apoſtolum Zeno legitur VALERIVS PROBVS BONAE DEAE &c. & infra CAESILIA.

7 *Ibidem.*
Ex eodem.

AVGVSTAE. B.
CASTRENSI. EX
FERONIA LIBANI. LIB
TI. CLAVDIVS STEPHAN

Suſpicatur Clariſſ. a Turre, non Bonam Deam, ſed *Juliam Domnam*, uxorem Severi Auguſti, hiſce verbis deſignari, quod ea titulum *Matris Caſtrorum* geſſerit. Mihi revera creditur *Bona Dea* hoc indicari, cui Caſtrorum tutela commendata fuerit, aut cujus Ara in Caſtris eſſet. Illud EX . . . . . ſatis indicat, ſcriptum fuiſſe EX VOTO, ac propterea de Numine hoc agi.

2 *Ibidem,*
olim prope Villam Pincianam,
nunc in Collegio Patrum Societatis Jeſu.
Miſit prælaudatus P. Contucci.

STATAE MATRI
AVG. SACRVM
MAG. REG. VII
VIC. MINERVI
ANNI L
AP. ARRENIVS. APPIANVS
C. CORNELIVS. EVTYCHVS
SEX. PLOTIVS. QVARTIO
C. VIBIVS. PHILET.
DEDICATA EST
XVII. K. SEP.
LVSTRATIONE

4 *Corinalti.*
E Cimabello.

BONAE DEAE. D. D.
RVFELLIA. L. L
TYCH. MAG.

Tum hoc, tum in ſubſequenti habes Feminas *Magiſtras Bonæ Deæ*, quæ ſcilicet præerant ejus Ædi, aut Collegio in illius honorem inſtituto.

6 *Ibidem.*
Ex eodem.

DOMNAE B.
SACRVM
SEX. BAEBIVS
BAI. FIL. VET. EX. CLASSE
VESTIARIVS
V. S. L. M

Veſtiarii munus inter milites, ſaltem Claſſiarios, alibi fruſtra quæſitum, hic lapis prodit. DOMNAE B. ideſt *Domnæ Bonæ*.

8 *Ibidem.*
Ex eodem.

AVGVSTAE BONAE DEAE
CERERIE. SACRVM
YSTIS. L. TICHE AEDEM
I. DE PECVNIA. SVA. FECIT
FASTVS BARBONIVS
IIII. VIR. D. D

Erunt fortaſſe, qui putent legendum in ſecundâ lineâ CERERI. ac proinde *Bonæ Deæ* nomine ſignificari *Cererem* ipſam. Verum vide apud Gruterum pag. 1016. num. 2. Inſcriptionem poſitam M. D. M. CERARIAE, ideſt *Magnæ Deûm Matri*. Utrobique aut *Cerariæ*, aut *Cererie* legendum videtur. Cur verò *Cererie* aut *Cerariæ* diceretur, obſcurum plane eſt. Quod certò novimus, tam Cybele, quam Bona Dea titulum hunc gerit; propterea que unum Numen ſub duobus Numinibus cultum fuiſſe, non immerito opinamur.

1 *Minturnis ad Arcem. Ex Donio, & e schedis Fratris Jucundi.*

BONAE. DEAE. SACRVM
C. VALERIVS. C. F. MARTIALIS

2 *Romæ. E schedis meis.*

BON. DEAE
LVCIFERAE
ANTISTIA. VETERIS. LIB
EVR
D . D

DIANA.

3 *In Alcalà* de Henares. *E schedis Ambrosianis.*

DEANAE
SACRVM

4 *Romæ. Ex Ligorio.*

Ideſt :

Cajus. Julius. Primigenius Poſuit.

5 *Romæ, in Villa Patrum Sanctorum Coſmæ & Damiani in Aventino. Miſit doctiſſ. P. D. Petrus Paulus* Ginanni, *Prior Benedictinus Caſſinenſ. In prægrandi Baſi Marmoris Græci.*

NVMINI. DIANAE. SACRVM

6 *In oppido* Soizzo *agri Vicentini. E Barbarano.*

DIANAE
SALONIVS SECVNDINVS
IIII. VIR. I. D. A. P. V. S. L
D . D . D

Ideſt :

Quartumvir Jure Dicundo, Aræ Poſitâ, Votum Solvit Lubens.

7 *Aſtæ in Pedemontio. E Guichenonio.*

DIANAE
AMANDVS
Q. VALERI ASIA
TICI
V. S. L. M

Subintelligitur *Servus*, niſi *Libertum* malis.

1 *Apud Ægoſchenium in Græcia.*
E ſchedis meis.

ΚΑΛΛΙΚΑ ΚΡΙΤΟΛΑΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝ
ΚΑΛΛΙΣ ΚΑΛΛΙΠΠΙΑΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΕΙ ΕΘΕΤΗΝ

Ideſt :

Callica Critolaus Ariſton
Callis Callipiae
Dianæ Poſuerunt.

In ſchedis Barberinis Cyriaci Anconitani, quarum me compotem fecit N. V. Pompejus Compagnonius Abbas Cauſſarum Auditor apud Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum., legitur in primâ lineâ ΑΡΙΣΤΙΩΝ, in tertiâ verò ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΠΑΕΙΘΙΔΙ, ideſt *Dianæ Ilithiæ*. Ægypti Civitas *Ilithia* fuit. Ejus meminere Diodorus, Euſebius Cæſarienſis, & Stephanus Byzantinus. Ibi Templum illuſtre *Dianæ* fuiſſe, hunc diſcimus.

4 *Ægoſchenia in Græcia.*
E ſchedis meis.

ΕΤΝΟΜΑ ΑΜΦΙΑΙΤΟΣ
ΚΡΙΤΟΛΑΑ ΠΤΘΙΑΣ
ΑΡΤΑΜΙΔΙ ΕΘΕΤΗΝ

Ideſt :

Eunoma Amphilitis
Critolaa Pythiae
Dianæ Poſuerunt.

Scribendum ΑΡΤΕΜΙΔΙ, niſi aliqua Dialectus ità efferret nomen Græcum Dianæ.

5 *Sooleti,*
apud Leoncillos.
E ſchedis meis.

DIANAE SAC
FVLLONIVS SEX. F.
F . I

2 *Senogalliæ.*
Ex Ligorio.

DEANAE ♀
SACRVM
Q. CORNELIVS
Q. F. ARNEN
VICTORINVS
V.S.L.M

3 *Inter ruderа Oppidi Glephternæ.*
Ex Donio.

ΑΡΧΟΝΙΚΑ ΖΑΤΑΩ
ΚΑΙ ΑΕΣΣΑ ΑΝΑΖΩΣΑ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΤΑΚΩΙ
ΕΤΞΑΜΕΝΑ ΤΠΕΡ
ΑΤΣ ΑΤΤΑΣ ΕΤΧΑΝ

Ideſt :

Archonica Zaulo
Et Æſia Vitæ Reſtituta
Dianæ Obſequenti
Pro Se Ipſa Votum
Solvit.

Scribendum in tertiâ lineâ ΕΤΑΚΟΙ. Sed vitio non uno fœtere Epigramma iſtud arbitror.

6 *Romæ,*
in ædibus Tamarazziorum.
Ex Ligorio.

DIANAE. S.
PRO. SALVTE. IMP. L.
SEPTIMII. SEVERI
ET. M. AVRELI ANTONINI
AVG. ET. IVLIAE. AVG. MATRI. CASTRORVM
ET. SENATVS
CVR. A. FVRIVS. NIGRINVS. D D
N N. PROC

Infolens videatur, *Senatum* conjungere cum Auguſtis. Sed vide Reineſianam. Inſcriptionem Claſſ. I. num. 194.

7 *Neapoli,*
in domo Comitis Matalonæ.
E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius.

GRAECIA. P. F. RVFA
POMPON. DIANAE
LOC. H. S. P. S. C. P. S.

Spectet-ne ad *Dianam*, an ſepulcralis ſit iſta Inſcriptio, decernat qui velit. Utrobique mihi difficultas occurrit. Poſtrema ſiglæ Sepulcralem potius indicant.

8 *Maroſticæ*
in agro Patavino.
Ex Urſato.

GRANIA
BACCHIS
DEANAE
DO . DE

1 *In Montibus Tridentinis*
in vico Calceranegæ,
prope lacum Caldonatii.
Misit Hieronymus Tartarottus Roveretanus.

DIANAE
ANTHIO
CHIE HO
COSVRI
AC TOD
R^V F

Explicet hæc qui poteſt. Duo fratres *Antiochi* tabellam hanc fortaſſe poſuerunt.

2 *Echternaci in Ducatu Lucemburgenſi.*
Ex Brouvero.
Misit quoque Clariſs. Bimardus.

DEAE DIANAE
Q. POSTHVMVS. POTENS
V. S.

Inquirendum foret, an *Poſtumus* cum H. ſcriptum ibi revera fuerit. Nam POSTVMVS veteres uſurparunt. Browerus heic legit POSTHVMVS.

3 *Ocriculi,*
Ex Ligorio.

SEX. TEIDIVS. Q. F. PALA
TIN. PAVLLVS. V
DIANAE
D . D

4 *Foſſani in Pedemontio.*
E Guichenonio.

DIANAE AVG
SACRVM ASCIA

Sumo illud ASCIA pro nomine proprio alicujus, ut videtur, Ancillæ. Nihil enim aliud excogitare audeo.

5 *Ariciæ.*
Ex P. Vulpio Soc. Jeſu.

DEANAE
NEMORENSI
SAC
M. ACILIVS PRISCVS
EGRILIVS
FLAVIANVS

6 *Aquilejæ.*
Ex Cl. V. Philippo a Turre,
Epiſcopo Hadrienſi.

DIAN
AVG. SAC.
FLAVIVS. SEVERVS
CVM. SVIS. LAB
RESTITVIT

LAB. ideſt *Labrum*. Neque enim in Balneis tantùm, ſed & in Templis Labra ad lavandum erant. Plautus in Aulular. Act. III. Sc. I.

Nunc lavabo, ut rem divinam faciam.

Idem tradit Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. VIII. ut alios parcam.

7 *Placentiæ,*
in Sancti Auguſtini.
Misit P. D. Alexander Chiappini,
Abbas Canonic. Regular.

DEANAE DI
VINAE
P. MVNATI
VS. C. F. MARTIA
LIS CVM SV
IS OMNIBVS
V. C. C. M. F

Hæc interpretari poſſumus: *Voti Compos Communem Memoriam Fecit.*

8 *Florentiæ,*
in æneâ lucernâ,
apud N. V. Petrum Andreinium.
Ex Gorio.

APTEMIC. EΦECIΩN ACIAC
ATP POAΦANOT CMIPNAIΩN

Ideſt:

Diana Epheſiorum Aſiæ
Aurelius Rolphani (filius) *Smyrnæorum.*

Pro *Smyrnæorum* legendum putabam *Smyrnæus*. Sed Smyrnæorum nomine Lucernam illam *Aurelius* iſte dicaſſe videtur *Dianæ Epheſiæ*. Vide alteram ſimilem inter Inſcriptiones Geographicas Claſſ. XV. ubi mentio *Maiſtopolitarum*.

1 *Romæ,*
Ex Ligorio.

Postremus figlus reddit: *Sua Pecunia Votum Solvit.*

2 *Ariciæ.*
Ex P. Lupo S. J. 3

INVICTAE DIANAE ET
VICTRICI SANCTAE SAC
L. VALERIVS. L. F. POPIL
FELIX S. P. V. S.

1 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strezzium.
Ex Gorio.

VOLVMNI. DVO
VERVS. ET. SEVERVS
DIANAE. INVICTAE
D . D

4 *Romæ*
fragmentum effossum Anno Christi 1727.
cura Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

TANA
NI. DIANAE
LATONAE

5 *In Vico* Colognola, *agri Veronensis,*
in Sancti Nicolai in Monte.
Misit Comes Franciscus Brembatus,
Bergomas.

SEX. IVENT. SVAVIS
DIANAE LVCIF.
LVNAE

Donius legit SEXT. VEENT. & LVCIFERAE.

6 *Ticini,*
in ædibus Palearium.
Misit P. D. Gaspar Beretta,
Benedictin. Cassinens. V. Cl.

DIANAE
LVCIFERAE
L. LICINIVS
VITVLI LIB
GRATVS
V S

7 *Sagunti.*
E schedis Farnesiis, & Capponiis.

DIANAE MAXIMAE
VACCAM OVEM ALBAM FORDAM
CORNELIO. Q. F. GAL. RESTITVTO NVMATIO
GER. LALETANO LEG. III. GALLICAE COHORTI
GALLICAE MILITVM ROMANORVM PRAEFECTO

FORDAM, hoc est *pregnantem*. At Inscriptio hæc, dum legitima sit, accuratiori descriptore indigebat. Postrema certe confusa sunt. Gravioribus etiam vitiis inquinatum ex Donio habemus, qui hæc tantum profert pag. 11.

DIANAE	MAXIMAE
VAGGA	MOVRMA
ABRAM	TORCAM

1 *In Caſtello Montis Falconis, in Sabaudia. E Guichenonio.*



Oſcitantiam non levem in exſcribendis veteſtis marmoribus ſæpe deprehendas in Guichenonio. Hic mihi creditur Inſcriptionis ſenſus: *Dianæ* (fortaſſis) *Nemorianæ*, aut *Morianenſi Pro Salute M. Aurelii Antonini Pii Imp. Aug. Et Juliæ Aug. Matris Caſtrorum, Septimius Honorarius Procurator Auguſtorum Hortis Caſarianis.*

2 *Iſſæ in Dalmatia. E ſchedis meis.*

ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΦΕΡΑΙΑΙ ΚΙΝ
ΤΟΣ ΔΡΩΝΟΝ

Ideſt:

Dianæ
Pherææ Quin-
tus Dronon
(Dicavit.)

Pauſaniâ teſte, ab Argivis colebatur *Diana Pheræa*, qui eam de *Pheris* Theſſalica Urbe in ſuam advexerant. Vigebat etiam illius cultus apud Sicyonios. Immo & Athenis, uti Heſychius prodidit. Ejuſdem *Pherææ* mentio eſt in Callimachi Hymnis.

4 *Romæ, in Villa Spanocchia. Ex Ligorio.*

LVNAE SANCTAE
SACR
M. VLPIVS. LATIN
VS. 7. COH. X. PRAET
ET. VLPIA. SOROR
SIGN. AEN. DEDICA
RVNT
CVM BAS. SV. ET
⁂ XXXX. D

3 *Brixiæ, ad fontem in via la Roa. Ex Rubeo.*



Noa immorabor; quippe ſpuriam ſuſpicor, ne dicam, ſtatuo. *Delia* Poeticum nomen eſt, quo nemo ad Inſcriptiones proſâ oratione conſcriptas utebatur, ut reliqua præteream. Alia ejuſdem pretii marmora nobis oberuſie Octavius Rubeus, bonâ tamenſide, ut puto, atque ab aliis deceptus.

5 *Apud Leucadem ad Pontem. E ſchedis meis.*

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΥΡ. ΠΑΡΜΕΝΩΝ
ΚΑΙ Η ΓΥΝΗ ΑΥΤΟΥ
ΑΥΡ. ΕΙCΙΔΟΤΗ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ
ΠΡΑΙΑΙΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Ideſt:

Quod bene Vertat.
Aurelius Parmeno
Et Conjux Ejus
Aurelia Iſidote
Dianis
Manſuetis
Gratiarum Actionem (Perſolvit.)

Uti *Junones*, & *Fortunas* Ethnici multiplicarunt, ita etiam *Dianas*: quod tamen ex iſto ſingulari exemplo tantùm diſcimus. *Bona Fortuna* ſonant priora verba; ſed non propterea ad Fortunam ſpectat Inſcriptio. Ἀγαθῇ τύχῃ formula uſitata eſt apud Græcos in variis argumenti Inſcriptionibus, ſignificans: *Quod felix, fauſtumque ſit*; ſive *Felicitter*, ſive *Bonum factum*, ſive *Quod bene vertat* &c.

6 *Tergeſte. E ſchedis Belloniis apud Apoſtolum Zeno.*

DIANAE
C. VALERIVS TROPHIMVS
VI. VIR. AVG
TESTAMENTO FIERI IVSSIT

DIS, sive PLUTO, & HECATE.

1 *Aquilejæ,*
in Ecclesia Monialium.
E sedibus meis, & ex Philippo a Turre.

DITI PATRI
IVLIA. BARACHVS
FECIT. VIVA. SIBI

Verùm Johannes Dominicus Bertolus accuratissimus Aquilejensium Mumorum Collector, quæ brevi editurum se sperat, monuit me duas diversas Inscriptiones esse hoc confusas, scilicet unam *Diti Patri*, alteram entorvalem, quam sibi paravit viva *Julia Barachus*.

2 *Ibidem,*
in Sancti Stephani.
E schedis Farnesii.

DITI
PATRI
IN HONOREM
L. VALERI
NYMPHODOTI ET
C. STATI. HEVRETI
EVPOR. LIB

Vide Gruterum pag. 882. num. 1.

3 *Romæ,*
in vinea Sancti Cæsarii
Clericorum Regular. Somasch.

DITI PATRI
HERCVLI
TI CLAVDIVS
SPENDIO
VALERIA
FRONTIS

5 *Cumis.*
Ex Ligorio.

HECATAE
SACRVM
Q. IVNIVS. Q. F. MAECIA
AHALA. IIVIR. EX
VOTO. LIB. MER.

Immiscere potuissem cum *Diana Hecaton* i eamdemquippe multi ex antiquis censuere cum Luna, Proserpina, & Diana. Sed huc reservavi, aliorum sententiâ fretus, qui diversum a Diana Numen repurarunt. Profectò aut risum, aut miserationem excitat Theologia Gentilium, quod inexcusabili confusione Deos miscerent, & coleret quos minime noscet. Id & Strabo non uno in loco fassus est, ita ut nulla major discordia occurrat inter ipsos Ethnicos, quàm quum de Dis loquuntur, hoc est de eorum origine, muneribus &c.

4 *In oppido Arcignani, agri Vicentini.*
Ex Marzario.

METELLI
ARGENTILLA VXOR
SVMMANVM VISVM PERGENS
AD SERGIAM ARCEM IANI
DECLINAVI VT IBI IANVM
PRIMVM CONSVLEREM SED
LATERVM DOLORE CONFOSSA
PERII FATO FORTASSE VT
NEVTRVM VIDEREM SED
ARCEIANVM ME OBRVERET SOLVM

Martiano Capellâ teste, Plutoni *in*situm fuit *Summani* cognomentum, quali fuerit *sortitus Manium*. Inscriptio Gruteriana pag. 1015. num. 7. posita dicitur *Plutoni Summano, atrisque Dis Stygiis*. Id mihi fatis est, ut inter Ditis Inscriptiones hanc non immeritò referam, de cujus legitima origine subpicio quidem subortri possit, sed absque causâ. Reinesius Class. I. num. 144. supplendam sibi fumit Inscriptionem quamdam positam IOVI. O. M. SVM.... IO EXSVPERANTISSIMO. SOLI INVICTO &c. ibique repositum *vult* SVMMANO. *Exsuperantissimo* tirulus Jovi delatus fuit, uti constat ex Inscriptione prodeuta a Patino, & Sponio, qui postremus Gruterianam quoque dedit, pag. 71. Miscellan. (Grutero tamen insalutato) atque in ea legit IOVI. O. M. SVMMO. Fieri tamen potuit, ut Pluto Summanus *Exsuperantissimus* quoque appellatus fuerit, eaque Inscriptio dicata exstiterit *Jovi, Plutoni*, & *Soli*. Quum Plinius Lib. 2. cap. 52. ferhat, *Romanos diurna fulmina attribuisse Jovi, nocturna Summano*, jam video, *Jovem* a *Summano* divisum fuisse: quod & Sanctus Augustinus lib. IV. Cap. 23. de Civit. Dei animadverit. Habes tamen quod miser. Joseph Binius, ex eruditione inter Forojulienses vir spectatissimus, subsequentem ad me misit, qualem describserat N. V. Comes Johannes Sweertius, dum Scledi in agro Vicentino ad balnea moraretur.

Scledi in agro Vicentino.
Ex dodisi. Binio.

Q. METEL. VXOR. SVM. PLVTON. VISITVRA
HVC. PERVENIT. HIC. MORTVA EST

Quæ Mulier eadem *Arcignani* & *Scledi* tumulo data fuerit, geminisque diversis titulis servatam habeamus illius memoriam, id mihi mirum videtur. Ad radices *Montis Sumani* situs est Vicus Scledi.

6 *Romæ,*
apud Johannem Coritium.
Ex Ligorio.

HECATAE. ET. PLVTONI
SACRVM
IVLIA. PAVLLA. MA
TER. ARA. I. F. S. F
IVLIAE PAVLLAE
ET. IVLIAE. SERENAE
FIL

1 *Romæ,*
apud Marium Boccabella.
Ex eodem.

HECATAE. SACRVM
M. SVLPICIVS. TROPHI
MVS. FELICIANVS. V. C
ET. CAETRONIA. FEC
ER. DE. ARG. PON. VII.

2 *Ibidem,*
Ex eodem.

H. SPELEVM. ET. SIGN
HECATAE
SACRVM
P. VALERIVS. AVG. S V S S
P. DD

Pro H. ſcribendum fortaſſis M. ut ſit *Mithra Spelæum*, de quo ſupra egimus. Sin, lege HOC SPELEVM &c.

3 *Catanæ.*
Ex Gualterio.

ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ
ΒΑΣΙΛΙΣ
ΚΑΤΑΝΑΑ

Ideſt:

Proſerpina
Regina
Catana . . . . . .

JANUS, & BACCHUS, qui & LIBER.

4 *Tulli Leucorum.*
Miſit N. V. Joſeph Bimardus de la Baſtie,
Montis Seleuci Baro.

D. O. M. IANO

Janum appellari *Optimum Maximum*, quibus epithetis unus *Jupiter* ornari conſuevit, mirum videntur. Et nihil Româ Tullum deportatus fuerit huc Lapis, difficilè ibi cultum *Janum* credas.

5 *Patavii,*
apud Ramuſios.
E ſchedis meis.

IANO. PATRI
AVG. SACRVM
C. IVLIVS. C. F. STR
ATOR AED
DONATVS. AB. TI. CAES
AVG. F. AVGVSTO. TORQVE
MAIORE. BELLO. DELMA
TICO. OB. HONOREM
II. VIRATVS. CVM. LIBERIS
SVIS. POSVIT

Lapis mihi carus, quod mentionem habeat *Belli Dalmatici* a *Tiberio* tunc tantùm Cæſare geſti, cujus meminit Suetonius in ejus Vita Cap. 9. ſcribens: *Rhætico atque Vindelico bello gentes Alpinas, Pannonico Breucos, & Dalmatas ſubegit.* Tiberius quippe Anno Chriſti XI. de Delmatis debellatis triumphum egit. Vides hîc *Delmatium* non *Dalmatiam* memorari: quod compluribus aliis exemplis infra in Claſſe XI. Militar. Inſcription. confirmatum habebis.

6 *Aſiſii,*
in Sacello Sancti Rufini.
Miſit P. Philippus Camerinius.

PANNICVS
PHOSPORI (*ſic*)
PRIMIGENIVS
PRIMI
ARAM
IANI PATRI
SVA. PEC. F.

7 *Romæ,*
apud Franciſcum Mazzantum.
E ſchedis Ptolomeis.

PLANTATIO
VINEAE. CORRVP
TIO. LINEAE

8 *In agro Veronenſi.*
E ſchedis Capponis.

SACR
LIBERO
P.

9 *Tiburi.*
Ex Ligorio.

LIBERO. PATRI. SACRVM
L. ATTILIVS. L. LIBERTVS
POLYENVS. ATTILIA. L. L
GEMELLINA. V. S. L. M

1 *Romæ, in Urnâ. Misit Bimardus.*

In una parte.

AVRELIA BALBINA
D. D. DEO. L

In altera.

RIMANEBIA
FABIVS FILEMON
D. CYDATIANO

Libero dicata hæc Urna videtur.

2 *Cypri in Vico Regnani. E schedis Comitis Francisci Brembati Bergomatis.*

LIBERO. PATRI. SACRVM
C. FVL. EVTYCHVS

3 *Pisauri. E schedis Valvasoniis misit Comes Franc. Valvasonius.*

LIBERO. PATRI. SACRVM
C. ECDICIVS
C. F. EVTYCHNIS

4 *Lanuvii. Ex Ligorio.*

LIBERO. PATRI
D. IVNIVS. Q. F
OCRIC. POL
LVX. MINOR
V. V.

5 *Comi, in domo Joachrai. E schedis meis.*

SCRIBAE OPTIMI
D. LABERIVS INGENVVS
LIBERO PATRI

6 *Romæ. Misit Illustriss. Johannes Cisnpinius.*

ONESIMVS LIBERO PATRI
D. D.

7 *Treboconi in agro Sibenici. Ex Johanne Lucio.*

T. PLOTIVS
CLEMENS
LIBERO PAT.
ARAM
V. S. L. M

8 *Salonis. E schedis meis.*

LIBERO AVG. SACRVM
L. AVFVSTIVS. L. F.
SER. CELER. AED. II VIR
AEDEM. D. S. F

9 *In Via Lavicana. Ex Ligorio.*

LIBERO. PATRI
PRAESTANTI
SACRVM
L. IVNIVS. L. F. AR
LAECA
SACERD. DE. HECAT
H. SIGN. AEN
PVBLIC. PEREGR
TERM

10 *Pentomæ in agro Corfinii. E schedis Ambrosianis.*

LIBERO
PANTHEO
SAC.

Uti Eruditi norunt, *Panthea Signa*, Simulacra fuerunt, quæ unum quempiam Deum referebant, sed admixtis aliorum Deorum Symbolis, aut Figuris. Eorum exempla habes in Miscellaneis Sponii pag. 19. Ejusmodi Statua Libero dicata Pentomæ colebatur.

11 *In Castello Caciliani prope Tiburim. Ex Ligorio.*

SANCTISSIMO
LIBERO. PATRI
SACR
AP. PAETVS. CLIEN. AVG
PROCVRATOR
SIGN. MARMOR. DD

12 *Anconæ. E schedis Jacobi Valerii.*

LIBERO PATRI SANCTO SACR
SEX. CADIVS PRIMITIVVS

13 *Romæ. Misit Lucas Antonius Gentilis.*

HIC. FVIT. HORRIDVS
ANTE. LOCVS
ASTERI. CONSILIO. COE
PTVS. LIBERI. BROMIO
SILVIGERI. DEI. AVXILIVM
RENOVATVM IN VRBE

Ante paucos annos effossus fuit hic lapis apud Cœmeterium Sanctorum Gordiani & Epimachi extra Portam Latinam, in eo fere loco, quem e perditis hominibus frequentatum scribit Festus. Vide Nardini Romam Lib. 3. Cap. 3. *Nævia Silva* loco nomen erat. *Asterius* ille referendus videtur ad *Turciam* gentem, quæ nobilissimis Magistratibus sæpe fuit ornata.

1 *Tulli Leucorum.*
Miſit Bimardus.

D. IACCHO V. P. C. L

Ita mihi ſuſpicione falſi laborare cr.ditur. *Iacchum* Poetæ, *Liberum* Romani Deum hunc appellare conſueverunt.

3 *Mediolani,*
ſub ſtatua Liberi.
E ſchedis Capponiis.

INGENII CVLTOR
ET
PATER VATVM

Quod Vino, ut arbitror, Poëtarum ingenium excitaretur.

2 *Ravennæ,*
in vetuſtiſſimo lapide
ex ruinis Pontis Theatri.
E ſchedis Eminentiſſimi Paſſionei Sac. Rom. Eccleſiæ Card.
Et ex aliis ſchedis.

ACONIAE. Q. F. SALVTARI CONSOR. KARISS. L. FANIVS V. P. HIC COLL. FABR. M. R. H-S. LXX. N. VIVVS. D. EX QVOR. REDITV QVODANN. DECVRIONIB. COLL. FABR. R. M. R. IN AEDE NEPT. QVAM IPSA EXSTRVXIT DIE NEPTVNALIORVM SPORT ✻ BINI DIVIDERENTVR. DIE ITEM SACRATO APVD ELEVSINAM DEO BACCHO QVEM IPSA COLVIT SACRATO DEAE CERERI TALASIO QVIRINOQVE ET DE CXXVIII. SVAE ✻ CENTENI QVINQVAGENI QVOD ANN. DARENTVR DEO LIBERO MVLSO ET TIRSIS LIBENT LIBAMENTA EPVLEN. INDE SICVT SOLITI SVNT. MAVSOLFANIORVM FANII ET ITALICI FILIOR. ET IN QVO POSITA EST ACONIA SALVTARIS VXOR EIVS ROSIS EXORNENT DE H-S. XXXV. SACRIFICENT DE RELIQ. IBI EPVLENTVR. OB QVAM LIBERALITATEM COLL. FAB. M. R. INTER BENEMERITOS QVODANN. ROSAS. FAN. SVPRA. S. ET ACONIAE ⛧ VXORI ⛧ INCOMPR ⛧ MITTENDAS SACRIFICIVMQVE FACIVNDVM PER MAGISTROS DECREVIT ⛧

Gruterus pag. 460. num. 3. hanc ipſam exhibet a Smetio acceptam. Sed mirandi locus eſt, quei tanta diverſitas inter iſtud exemplum, & illud occurrat. Utri major adhibenda fit fides, difficile ſtatuas. Hoc certe plura quam ibi. In pluribus autem ſchedis hæc Inſcriptio mihi viſa, & non levi difficilo ſemper inter eas.

MARS.

4 *In* Alcalà la Vieja *in Hiſpania.*
E ſchedis Farneſiis.

MARTI
ARRVNTIVS
INITIALIS
V. S. M

5 *In Civitate Atinæ.*
Ex P. Bonaventura Taulero, & ex Donio.

MARTI SIVE
NVMITERNO
ACHILLES. ET. VLPIA. NICE
EIVS. D. D. D

Scilicet in Civitate Atinæ excogitare poſſumus ſitum fuiſſe Templum *Numiterni*: fortaſſe pro *Nominis Æterni*. Sub illo nomine *Martem* honoratum indicare videtur Inſcriptio. EIVS aut excidit, aut ſubintelligendum CONIVX. Donius legit NIC. EIQ. D. D.

6 *Vaſione.*
Deſcripſit Bimardus.

MARTI
T. AGILEIVS Q. F. RVFVS
SEX. AGILEIVS Q. F. PEDO
V. S. L. M

7 *Romæ.*
Ex Ligorio.

1 *Æsticæ in Magna Britannia. Ex Thoma* Gale.

DEO MARTI
BELATVCARDO
RO. VR. RP
CAIL ORVSII
M

Marti cognomen hinc inditum opinatur Gale, quod *Cad præfium*, *Cader castrum*, & *Cadr. Fortis* Britannice fonet. Gruterus pag. 87. num. 1. alterum lapidem ex Camdeno refert, dicatum DEO SANCTO BELATVCADRO.

2 *Hispali. E schedis Patris Cattanei.*

MARTI AVG
SACRVM
L. CATINIVS. L. LIB
MARTIVS OB HONOREM
IIIII · D · D

Deest: *ob honorem Seviratus*, quo auctus fuerat *Catinius* ille.

3 *Vasione. Missit Bimardus.*

MARTI
V. S. L. M
SEX. ERVCIVS
MAXIMVS

4 *Vindobonæ, in atrio Bibliothecæ Cæsareæ, Lapis e Dacia advectus. Ex Marchione Maffejo.*

MARTI AMICO
ET CONSENTIENTI
HERMIAS DEDICAV
IDEMQ. VOVIT

Consentes Deos in antiquorum Libris invenimus. Suspicatur Clariss. Maffejus, legendum ibi *Consentientes*, & in geminis Gruterianis Lapidibus CONSENTIENBVS pro CONSENTIBVS scribendum fuisse arbitratur. Quare, eo monente, *Dii Consentientes* minime Deorum Classis fuere. Ideo hoc nomine donati, quod supplicum votis consentirent, atque faverent. Ingeniosa sane conjectura, a qua tamen amplectenda me plura abhorrent. Arnobium audi adversus Gentes Lib. 3. prope finem: *Hos* CONSENTES, *&* COMPLICES *Etrusci ajunt, & nominant, quod unâ oriantur, & occidant unà, seu maves, & totidem feminas nominibus ignotis, & miserationis parcissimæ; sed eos summi Jovis Consiliarios, ac principes existimari.* Ita Sanctus Augustinus Lib. 4. de Civitate Dei, Cap. 21. *Quin etiam fertur, quod nempe inter* DEOS CONSENTES, *quos dicunt ii in consilium Jovis adhiberi, nec inter Deos, quos selectos vocant, Veritas constituta est?* Stat ergo Deorum peculiarium classem fuisse *Consentes*, sive nomen eis ex *Consessu*, vel *Consessione*, aut *Conscssione* obvenerit, uti Martianus Capella de Nupt. Philosoph. Lib. primo opinatus est, sive a *Consulendo*, quod *Jovi Senatores* forent, ut idem Capella ait, atque illum *Consiliarii*. Salmasio quippe teste in Notis ad Tertullian. *Conso*, *Consi*, idem est atque *Consulo*. Certe nihil immutandum. Et quamquam *Consentes* idem velimus atque *Consentientes*, non eâ ratione hoc eis inditum nomen, quod mortalium votis consentirent, uti in Inscriptione præsenti; sed quod in consilia Jovis concordes irent.

5 *In provincia* de Fougigny. *E Guichenonio.*

MARTI
A. ISVCTVS. A. F
VOLT. VATVRVS
FLAMEN AVG.
II. VIR. AERARI
EX. VOTO

6 *Barcæ in Hispania, in Cathedrali Sanctæ Mariæ. E schedis meis, & Farnesiis.*

MARTI AVG
Q. LVCRETIVS. Q. L
SILVANVS
AVGVSTALIS
OB HONOREM DEC.
IDENQ. DEDICAVIT

Deest: *ob honorem Decurionatus* sibi collati. IDENQ. pro IDEMQVE.

7 *Prope* Bagnerias *in Vasconia. Missit Bimardus.*

MARTI
INVICTO
CAIVS
MINICIVS
POTITVS
V. S. L. M

Prope Lacum d'Antre. *Missit idem.*

MARTI. AVGVSTO
Q. PETRONIVS. METELLVS
M. PETRONIVS. MAGNVS
VNA. CVM. MILITIBVS. NILIACIS

An *Milites Niliaci* iidem sunt cum Thebæis, quorum Legionem in Rhætiâ fuisse discimus ex Actis Sancti Mauritii, & Sociorum? Ita Bimardus.

Galeatæ in Umbria. Ex Ligorio.

MAVORTI
AVGVST.
L. PLOCIVS. XAN
THVS. D D

1 *Genevæ.*
Misit Bimardus.

MARTI AVG
SACRVM
SENNIVS SABINVS

2 *Boarni in agro Brixiano.*
Ex Rubeo.

MARTI
M. VETINVS
ASSIANVS
V. S. L. M

3 *In Villa Alexiorum, agri Perusini.*
Misit doctiss. P. Philippus Camerinius Camers.

MARTI AVGVSTO
SACRVM
A[illegible]O[illegible]NVMINI
TRO. NERO[illegible]OG
AVG. TESTAMENTO
FIERI. IVSSIT. II. VIR. SEX
[illegible]NI. PRVDĒTIS
[illegible]RIS

4 *In provinciis de Foucigny.*
E Guichenonio.

MARTI AVG
PRO SALVTE
L. VIBI. L. FIL
FLAVINI
L. VIBIVS VESTINVS
PATER
II. VIR. IVR. DIC.
III. VIR. LOCO. P. P.
EX. VOTO

5 *Romæ.*
Misit Bimardus.

DEO MARTI
C. VICTORIVS
FELIX. PROSPER
IVLIO. FILIO. SVO
ET MATERNAE. VIC
TORIS

Si quidem votiva tabella sit, sensus posceret CVM, aut PRO IVLIO FILIO SVO, ET MATERNA. Fortasse PRO evasit incuriâ describentis PROSPER. Animadvertas etiam velim, *Julium* Filium esse *Victoris* Patri, quum tamen gentile nomen in Filis observare mos fuerit.

6 *In agro Trevirensi,*
ad Monast. Fissiliæ.
E Browero.

PRO [illegible]
IMP. DIVINAE
ANCAM MARTI
TALLIATIVM
CORNICEN. AN. XXXVI
STIPEND. XVIII
COLLEGAE HEREDES
POSVERVNT

Primas tantùm lineas Inscriptionis hujus protulit Gruterus pag. 55. num. 9. Browerus ampliorem dedit. Sed vereor, ne hic vitia vitiis adjecerit. Priores lineæ tabellam votivam exhibere videntur *Marti Tallatium* positam pro salute puta D. N. IMP. NERVAE TRAIANI. Reliquæ titulum sepulcralem præferunt positum CORNICENO Milit.

8 *Ibidem.*
E schedis Alberti Lollii Ferrariensis.

MAVORTIO
VICTORI. SACR
OB. POPVLI. ROMA
NI. DEVOTIONEM
SINGVLIS. ANNIS
RENOVANDAM
CONTRA. MITHRI
DATICAM. RA
BIEM
SI. QVIS. HANC. AR
AM. LAESERIT
NVMINA. OM
NIVM. DIVORVM
ET. GENIVM
POPVLI. ROMANI
IRATVM. HABEAT.

Suspecta mihi Inscriptio. In schedis Jacobi Valerii legitur in sexta, & seqq. lineis: REVOCANDAM. IN. PARTHICAM. EXPEDITIONEM: quæ varia lectio suspicionem auget. Quid quod & formula illa: SI QVIS HANC ARAM &c. usque ad finem, insolens videri possit. Attamen judicium continere præstat. Fortassis enim Aram hinc privata quæpiam persona posuerit, quam minime dedeceret ejusmodi imprecatio.

7 *Romæ.*
E schedis Farnesiis.

MARTI SANCTO
SACRVM

9 *Anxani in Frentanis.*
Misit Cl. V. Petrus Polidorus
audiendis Caussis Præfectus
apud Eminentiss. Card. Annibalem Albani.

MAVORTI
CVSTODI
CONSERVATORI
L. VIBIVS. M. F. POP.
VVLSIVS
TR. MIL. LEG. V.
MACEDONICAE
V. S. L. M

10 *Brixiæ.*
Ex Ottavio Rubeo.

MARTI VLTORI
L. DOMITIVS CORNELIANVS
ET NEVIA MARCELLA
D . D

1 *In Castri Novi Templo, agri Monspelliensis. E Cl. V. Marchione Maffejo.*

MARTI
ET G FLAVIANI. N
MARCVS. ET LVCIVS HERMOLAI. F

Ideſt: *Marti & Genio Flaviani Noſtri*, aut *Nepotis*.

2 *Romæ. E ſchedis meis.*

V . F
C. VALERIVS SABINVS
VETERANVS
ARMOR. CVSTOS LEG. XIIII. GEM
MARTI VICTORI
D . M

Priores figlas interpretari aliquis poſſit, *Votum Fecit*; poſtremas, *Deo Magno*. Ego tamen Votivam tabellam non puto, ſed Sepulcralem, parum accurate deſcriptam. *Legio XIV. Gemina* cognomen *Martia Victricis* retulit. Quare nullus hoc locus *Marti Victor*. Titulum ſibi *Vivens fecit Sabinus ille Veteranus*.

3 *In Carolina in Dacia. Miſit Cl. V. Apoſtolus* Zeno.

MARTI
ET. VICTORI
AE. P. AEL.
CRESCENS
DVPLICAR
POSVIT

Uti Lipſius Lib. V. Dialog. XVI. de Militiâ Romanâ animadvertit, *Duplicarii* appellabantur Milites, quibus ob virtutem, aut ob egregia facta duplex annona, ſive ſtipendium, dabatur.

4 *Ibidem, in Comitatu Tordæ. Miſit idem.*

MARTI. PATR
CONSERVAT
ORI. ET BONAE
VICTORIAE
L. AELIVS. RVFIN
VS PRO SE ET
SVOS (*ſic*)
V. L. P

5 *Venciæ, ſeu Vincii in Gallo-Provincia. Ex Joffredo.*

MART. VINCIO. M. RVFFINVS. FIL. GAL.
IIIIII VIR ET INCOLA CEMENAEI
EX VOTO

Notum eſt, non raro ex locis, ubi colebantur, Ethnicorum Deos ſumſiſſe cognomen. Heic habes *Martem Vincium*. Nihil aliud eſt *Cemenum*, quam Oppidum *Cemenelum*, olim apud Nicæam Provinciæ in Gallia ſitum. Illius mentio eſt in lapidibus, & in Plinii, & Ptolemæi Libris.

6 *Romæ, in hortis Carpenſibus, ſub ſtatua armata. Ex Donio.*

DEO SANCTO MARTI
Q. FABIVS. EVTYCHIANVS. PATRON
ET. QQ..... PP. DE. SVO. POSVIT

Lacunam expungendam puto, ut ſit *Quinquennalis Perpetuus*.

MERCURIUS.

7 *Spiræ. E ſchedis Ambroſianæ Bibliothecæ.*

DEO MERCVRIO
ACCONIVS

8 *Coutarnonii in Burgundia, apud Dominum* de la Mare. *Miſit Clariſs. Bimardus.*

DEO MER
CVRIO. D
ACHILLES
V. S. L. M

9 *Viennæ Allobrogum. E ſchedis meis.*

MERCVRIO
CVIVS SEDES. AETER
SVNT
AELIVS. C. L. LATERANVS
XV. VIR. SACR. FAC
LEG. AVG. PR. PR.
LEG. III. ITAL
V. S. L. M

10 *Modoëtiæ. E ſchedis Jacobi Valerii.*

MERCVRIO
V. S. L. M
C. ALBVCIVS
NEPOS

11 *Aquis Sextiis. Miſit Bimardus.*

MERCVRIO
V. S. L. M
SEX. ANNIVS
SEVERVS

1 *Firmi.*
Ex Ligorio.

MERCVRIO
T. APPALIVS. T. FIL
VELLINA
ALFINVS. SECVN
DVS. II VIR. QVINQ.
AVGVR. D D.

2 *Romæ,*
in Sancti Cyriaci.
Ex eodem.

MERC. SACR
L. AVRELIVS
AVGG. LIBER
AGATHOPVS
FECIT

3 *Matarone in Catalonia.*
Ex Cl. V. Petro de Marca.

MERCVR. SACR
BEBIVS CORINTVS
VI VIR. AVG

4 *Mutinæ.*
E schedis Capponiis.

MERCVRIO
CATII
FRATRES

5 *Colognolæ in agro Veronensi.*
Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.

MERCVRIO
V. S. L. M
L. C AIVS
P. F. ORICVL

6 *Lograti in agro Brixiano.*
E schedis Farnesiis.

MERCVRIO
CN. CAETRONIVS
PRAESENS
V. S. L. M

7 *Nigolenti in eodem agro.*
E Vinaccesio.

MERC
C. CLODIVS
FIRMVS
V. S. L. M

8 *Brixiæ,*
apud N. V. Julium Antonium Averoldum.
Misit ipse.

MERCVRIO
M. CLODIVS
SP. F. TERTIVS

9 *Brixiæ,*
apud eumdem.

MERCVR.
Q. CLODIVS
ARGVTVS
V. S. L. M

10 *Mediolani.*
E schedis meis.

MERCVRIO
L. COMINIVS. POL
MIL. LEG. XIII GEM
BENEFICIARIVS. LEGATI
CONSVLIS ARAM ET TECTVM

11 *Mediolani,*
Misit Cl. V. P. D. Gaspar Beretta,
Monachus Benedictinus Cassin.

MERCVRIO
VOT
M. CORNEL
IVS HERMES

12 *Besutii in agro Mediolanensi,*
apud Comitem Besutium.
Ex P. Duellio.

MERCVRIO
LAE. LVCIVS
NEPOS
V. S. L. M

13 *Macerstæ,*
apud Nob. VV. Compagnonios.
Misit P. Philippus Camerinius.

NVMINI
MERCVR. SACR.
P. LICINIVS
GALLIENVS

Videtur Libertus Gallieni Augusti, quamquam id non appareat. Aut potius ex Liberto ejusdem Gallieni genitus.

14 *Bernodori in Sequanis.*
Misit Bimardus.

MERCVRIO
SACRVM
LVCIVS TVTELLVS
ET SVI
V. S. L. M

Novariæ.
Ex Marchione Maffejo.

15
SVSCEPTVM MERITO VOTVM TIBI MERCVRI SOLVI
VT FACIAS HILARES SEMPER TVA TEMPLA COLAMVS

1 *Mediolani.*
Miſit P. D. Gaſpar Beretta Benedictin. V. Cl.

MERCVRI
SACRVM
CN. PAPIRIVS
OCVLATIVS
ET SALVIA
PVDENTINA
VXOR

2 *Brixiæ.*
E Vinaccefio.

MERC.
C. PETRONIVS
FRONTO

3 *Ibidem.*
Ex Octavio Rubeo.

MERCVRIO
L. POBLICIVS
L. F. BROCCO
PRO SALVTE
CORNELIAE MA
CRINIANAE
VXORI (*ſic*)
V. S.

4 *Credarii in agro Bergomate.*
Ex P. Cæleſtino Cappuccino.

MERCVRIO
L. POBLICIVS
VALENS

5 *Bajis,*
prope Piſcinam mirabilem.
Ex Vignolio.

DEO MERCVRIO. EX. VOTO. LIBES. SOLVIT
L. PONTIVS. SEVERVS. I D

6 *Aquis Sextiis.*
Miſit Bimardus.

MERCVRIO
V . S
PRISCILLA

7 *Mediolani.*
E ſchedis meis.

MERCVR
P. QVRTIVS
VICTOR
V. S. L. M

8 *Cære, nunc Cerveteri,*
Ex Ligorio.

MERCVRIO
SACRVM
L. ROSCIVS. RV
FVS. ET. ROSCIVS
SALVIVS. ET. RO
SCIVS. PRIMITI
VOS. FIL. D. S. P
DONVM. DEDE
RVNT. L. D. D. D

9 *Comi.*
E ſchedis meis.

MERCVRIO
L. RVSTICELLIVS
OVF. SECVNDVS
VI. VIR
AVGVSTALIS
DECVRIO COMI
VOTVM SOLVIT
L. L. M

10 *Romæ,*
in Muſeo Albano.
Miſit Franciſcus Blanchinius.

MERQVRIO
M. RVSTIVS M.F.M.N.
DVVM. VIR. DAT

11 *Brixiæ,*
apud Bornatos.
E ſchedis meis.

MERCVRIO
SEX. SALVIVS
Q. F. QVIR
RESTITVTVS
V. S. S

12 *Borni in agro Brixiano.*
Ex Rubeo.

MERCVRIO
L. SASIVS. L. F
RVFVS ET SASIVS
VALERIANVS
ET RVFINVS
FILLII
D. S. P. D

13 *Mediolani,*
in Sancti Marci.
E ſchedis Comitis Franciſci Brembati Bergomatis.

In uno latere.

MERCVRIO
SACRVM
L. SATRIVS
AMARANTI. L
AMANDVS
V. S. L. M

In altero.

B. M.
M. VALERI POLIC
RONI ECCLESIAE
CATHOLICAE
ANNO CENTES
IMO QVART

In ſchedis Fratris Jucundi legitur in tertiâ lineâ prioris Inſcriptionis L. SATVRIVS. In ſchedis Farneſii votiva hæc tabula *Lucii Satrii* ponitur *Laude Pompejâ*. Neque ibi memoratur altera Inſcriptio *Policronis*; quam heic habes impreſſam in parte aversâ ejuſdem Marmoris. Ea quidem ad Chriſtianum hominem ſpectat; ſed quid ſit *Annus* ille *Centeſimus Quartus Eccleſiæ Catholicæ*, quis mihi certò edicat? Opinari interim liceat, annotatam ibi fuiſſe Epocham Anni, quo erepta Arianis Eccleſia reſtituta Catholicis fuit.

1 *Romæ.*
Ex Ligorio.

MERCVRIO SACRVM
C. SELICIVS. C. F. OCR
PRIMITIVVS
D . D

Habes heic Tribum *Ocriculanam*.

2 *Brixiæ.*
Ex Vinaccesio.

MERCVRIO
STRENVS
BRISIAE. F.
V.S.L.M

3 *Mediolani apud Archintos.*
E schedis meis.

MERCVRIO
C. VALERIVS
VALERIANVS
V.S.L.M

4 *Revelastæ,*
in agro Novariensi.
Ex Gallerato.

MERCVRIO
VERINVS. ET. SVI
V . C

Ideſt: *Votum Compleverunt*.

5 *Nemausi.*
E schedis Gaillardi Guirani in Cæsarea Bibliotheca.

MERC
SACR
P. VAT
EVTV

6 *Ibidem.*
Ex eisdem.

VETER
MERCVRIO
V.S.L.M

7 *Tergeste.*
Ex P. Irenæo a Cruce.

MECVRIO AVG. SACR.
L. ARNIVS. L. F. PVB. BASSVS
MIL. LEG. XV. APOL.
MIL. COH. I. PRAE.
COH. II. C. R. 7. LEG. XIII. GEM.
7. LEG. II. AVG. 7. LEG. VI. VIC.
T. TI. LOCVS DATVS D. D.

Postremas figlas T. TI. corrigo scribens TRI. ut sit *Legionis VI. Victricis*.

8 *Monvedri in Hispania.*
E schedis Patris Cattanei.

MERCVRIO AVG
BAEBIVS EVNOMI

Amicus Bimardus hanc *Segunti* ponit. Gruterus quoque hanc retulit pag. 860. e Scotti schedis hisce verbis:

M. AVR. AVG
BAEBIVS EVNOMVS

Quum autem illud AVG. male heic sedeat, schedis Cattaneis major fides adhibenda videtur.

9 *Sinuessæ.*
Ex Ligorio.

1 *Bellovaci,*
supra ſtatuam Mercurii barbati.
Miſit Joſeph Bimard de la Baſtie,
Montis Seleuci Baro.

SACRVM
MERCVRIO AVGVSTO
C. IVLIVS HELAISSVS V. S. L. M

2 *Aquilciæ.*
E ſchedis Ambroſianis.

C. LAVOLENVS MODESTVS
7. LEG. XIII. GEMINAE
MERCVRIO AVG SACR
V . S . L . M

3 *Nemauſi.*
E ſchedis Guirani in Cæſarea Bibliotheca.

MERCVRIO AVGVSTO
M. PVLLIVS CELSVS ET
L. DOMITIVS SEDVLVS
EX VOTO

4 *In Aix,*
in Sanctæ Mariæ.
E Guichenonio.

MERCVR. AVG
T. TERENTIVS CATVLVS
V . S . L . M

5 *Nemauſi.*
E ſchedis Guirani.

MERCVRIO AVGVSTO
T. VALERIVS GRATVS
EX VOTO
VALERIAE PATRONAE SVAE

6 *In Oppido* Lona *Comitatus Tordæ,*
in Dacia.
Miſit Apoſtolus Zeno.

MERCVRIO
CONSENTIENTI
SACRVM
HERMIAS DEDICAVIT
IDEMQ. VOVIT

Mercurii Conſentientis mentio heic fortaſſe primùm occurrit. Ita ille appellatus, quod facile putaretur conſentire ſupplicum votis, Lucrum ab eo ſperantium.

7 *Metis.*
Ex Mauriſſo.

DEO MERCVRIO
NVMINI
SANCTISSIMO
HERCV
LIVS IVNIOR
AVGVSTVS

Ad Maximianum Herculium Imperatorem hæc ſpectare creditur. *Junior Auguſtus* ita appellatus, quod Diocletianus ſenior, & primus foret inter Auguſtos.

8 *Ibidem.*
Ex eodem.

MERCVRIO
NEGOTIA
TORI
SACR
NVMISIVS
ALBINVS
EX VOTO

9 *Brixiæ,*
ad Sanctî Thomæ.
Ex Octavio Rubeo.

MERCVRIO
CVSTODI
NON SINE MERITO
M. VALERIVS NERO
D . S . P.

Mercurii Cuſtodis etiam heic habes ſingularem nomenclaturam.

10 *Romæ,*
olim in Hortis Borromæis.
Miſit Bimardus.

SACRVM
MERCVRIO
EPVLONI
EVPHROSINO

11 *In Monte* de Chat *in Sabaudia.*
E Guichenonio.

1 *In diœcesi Lingonensi.*
Ex Marchione Maffejo.

MERCVRIO ET MINERVAE
ARNALIAE
NVMINIBVS AVGVSTORVM
SACRVM
C. LVCCEIVS MARCELLINVS
DECVR
V S L M

Minerva Arnalia, ex loco, uti opinor, ubi colebatur, cuique Ædes erat, ita appellata. *Numina Augustorum*, adest Tutelaria Imperatorum, qui tunc rem Romanam regebant. Sunt & aliæ id genus permultæ apud Gruterum, aliosque vetustorum Marmorum Collectores.

2 *In Castello Sanctæ Heliæ prope Nepete.*
Ex Ligorio.

MERCVRIO. APOLLINI. SERAPI. SACR.
L. VALERIVS. L. F. MAXVMINVS. EVOK. AVG.

Evocatorum titulus in Militibus magni factus, & multis privilegiis abundans, meis verbis non indiget, ut explicetur.

3 *In Castro* Veissembourg *in Diœcesi Spirensi.*
E schedis meis.

IN H D D
DEO MERCVR
IO AEDNAAR
AMATTIAN
VS MAGISS ET
MGISSIVS H
BERNVS CA
LEG. XXII. PP. F

Hæc ita legenda videntur.

IN HONOREM DOMVS DIVINAE
DEO MERCVR-
IO AEDEM ET AR-
AM ATTIAN-
VS MAGISTER ET
MARCVS GISSIVS HI-
BERNVS CAMPIDOCTOR (sive CANDIDATVS)
LEGIONIS XXII. PIAE POLLENTIS (aut PRAETORIAE) FELICIS (seu FECERVNT.)

4 *Panormi.*
Accepit a Clarisc. Cancrico Mongitore Ignatius Maria Como *Neapolita.*

M. VLPIVS ITALICI LIB
EVTYCHVS ARAM
ET BASIM MERCVRI
PROTER SVMMAM HONO
RARIAM PRO SE VIRTV
PECVNIA SVA POSVIT
D . D

In quartâ lineâ legendum PROPTER. In quintâ vero PRO SE VIRTV, est mihi PRO SEVIRATV. Sunt & hîc alia emendationis indigentia.

5 *Aquis Sextiis.*
Misit Bimardus.

IN FRONTE. P. VII
IN AGRO. P. XX
HOSCE AGROS
MERCVRIO
D D

6 *Antemaduni Lingonum.*
Misit idem.

DEO MERCVRIO
ET. FORT. VERTE
C. ANTIVS. TITI. FI
EX. VOTO

Vide Gruterum pag. 50. num. 1. qui in secundâ lineâ legit POSTVERTE. Uti Bimardus monuit, est hîc FORTVNAE VERTENTI.

7 *Novionagi.*
Ex Gisberto Cupero.

MERCVRIO
REGIS. VE
FORTVNE
BLESIO. BVR
GIONIS. FIL.
V. S. L. M

8 *Ibidem.*
in Vase,
Ex eodem.

I MERCVRO E
ET REGIS FIL
MAICV FLATVO

9 *Ibidem.*
in basi.
Ex eodem.

MERCVRO
RF

Ideſt: *Mercurio Regis Filio.*

10 *Ibidem.*
Ex eodem.

MERCVRO
GRATIO
REGISO
A. G. V. M

Plurimus est doctissimus Gisbertus Cuperus, ut tenebricosa hæc quatuor marmora explicet, variasque in eam rem conjecturas aggerit. Modò enim *Mercurium* Deum hîc agnoscit, modò hominem *Mercurium Regisonis Filium* ibi adumbrari putat. Primus lapis sine dubitatione *Mercurium* Deum nobis exhibet, id testantibus siglis V. S. L. M. nempe *Votum Solvit Libens Merito*. Ac proinde reliqui Lapides a priore lucem accipiunt.

2 *Cretæ,*
in montibus Tallæis prope Collergiam.
E schedis Ambrosianis.

ΑΡΤΕΜΙΣ ΗΣΑΛΟΥΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ
ΘΥΡΕΣΣΙ ΤΑΛΑΛΑΙΟΙΣ ΕΙΑ' ΕΥΜΕΝΕ ΜΑΙΑΔΟΣ ΕΡΜΗ
ΣΠΟΥΔΗΝ ΚΑΙ ΘΥΣΙΑΝ ΔΕΞΙ ΦΙΛΟΦΡΟΝΕΩΣ
ΗΝ ΣΟΙ ΣΑΛΟΥΣΙΟΣ ΜΗΝΑΣ ΑΟΙΒΑΙΣΙ ΓΕΡΑΙΡΟΙ
ΚΤΗΣΕΟΣ ΕΞΟΥΣΙΗΣ ΨΥΧΙΚΑ ΔΩΡΑ ΔΙΔΟΥΣ
ΚΑΙ ΠΡΙΝ ΜΕΝ ΖΩΟΙΣ Σ' ΑΛΟΧΟΥ ΦΑΟΣ ΕΙΣΟΡΩΣΗΣ
ΣΥΚΙΚΗ ΚΑΤΕΓΟΣ ΤΑΣΣΟΥ ΕΓΕΡΑΙΡΕ ΤΟΠΟΥΣ
ΑΝΘΩΝ Δ' ΕΝ ΧΡΟΝΙΣΑΣ ΕΦ' ΕΤΗΣΙΟΝ ΟΥΚ ΑΠΕΔΩΚΕ
ΣΥΜΒΙΟΥ ΑΙΝΟΤΑΤΑΣ ΤΟΥ ΔΕ ΚΑΤΑΦΙΜΕΝΑΣ
ΑΑΓΗΣΑΣ ΦΡΕΝΑ ΠΟΛΛΑ ΜΑ[illegible]ΔΟΤΙΔΙ ΤΑΓΕΘΕΙ
ΤΙΜΑΝ ΔΙΝΑΗΝ ΣΟΙ ΤΗΝ ΔΕ ΠΟΡΕΝ ΘΥΣΙΑΝ
ΚΑΙ ΣΥ ΔΕ ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΣ ΕΥΡΙΟΥΝΙΑ ΤΟΝ ΔΕ ΦΥΛΑΣΣΟΙΣ
[illegible]ΟΝ ΟΠΩΣ ΤΙΜΑ ΣΟΝ ΔΙΟΔΟΝ ΤΕΜΕΝΟΣ

1 *Heidelbergæ,*
in Thesauro Palatino.
Ex Laurentio Begero.

MERCVRO
TIMONIA
VITTVO

Ibi visitur Mercurii effigies, dextera bursam, sinistra virgam, sive Caduceum tenentis. Subest Capra, & Gallus.

Priores versus ita reddo, reliquos non ausus attingere, quia parum accurate descriptos.

Artemis Hesaluſii Filia.
In Montibus Tallæis Eia Benigne Majæ Fili Mercuri,
Studium Et Sacrificium Suscipe Amicabiliter.
Si Te Salvius Menas Libamínibus Veneratur
Opum Ac Potestatis Spiritalia Dona Repende, &c.

MINERVA.

3 *In Vico* Raglio
agri Placentini.
E Campio.

MINER
VAE
SANCTIS
SIMAE
DEAE

4 *In Villa* Mazano *agri Brixiani.*
Ex Octavio Rubeo.

MINERVAE
L. AVMVS. SAECIL
LI F
V. S. L. M

5 *Albæ Pompejæ.*
E Guichenonio.

M. CAVLIVS	M. GAVIVS
C. F. LICIVS	C. F. LIGVS
M. V. S. L. L	M. V. S. L. L

Dumtaxat divinando hanc inter *Minervæ* Inscriptiones recenseo, quum possit æque tribui *Mercurio*, & *Marti*. Locus, ubi tabella exposita fuit, uni ex hisce tribus Numinibus dicatus, cui tribuenda foret, olim significavit.

6 *Auximi.*
E schedis Martioli Sanctii.

MINERVAE
SACRVM
M.CVRTIVS LONGINVS
AL IENSIS DECVRIO
ILLVP ON
EDITIS DIDVS CIRCENSIEV
CVR B.M
D . S . P . D.D

1 *Pentomæ in agro Civitatis Corfinii, in Epiſcopio Valvenſi. E ſchedis meis.*

MINERVAE
SACR
C. DECIMIVS
COMMVNIS LIB
VITALIS
COLLEGIO FABROR
DEDIT

Cajus iſte Decimius agnomine *Vitalis*; appellatur *Communis Libertus*: quod animadvertendum eſt. Is libertate fuerit donatus ab univerſa *Decimiorum* Familia, aut a Fabrum Collegio.

2 *Prope Albaruſſum in Comitatu Vindaſcino. Miſit Bimardus.*

MINERVAE
ERVCIA ALLIOLA
V. S. L. M

3 *In ruinis Calatiæ Viâ Appiâ, octo millia paſſuum a Capua. Ex Ligorio Lucas Holſtenius, Et Donio.*

Ideſt:

Deam Magarſidem, Tiberius Julius Syrus Dicavit.

Appellata fuit *Magarſis* eadem *Minerva*, quod in oppido Ciliciæ *Magarſo* magnificum ei Templum conditum fuerit, uti Stephanus Byzantius teſtatur. Arrianus quoque de Expedition. Alexandri Lib. 2. ejuſdem meminit.

4 *Alciati in agro Mediolanenſi. E ſchedis meis.*

MINERVAE
L. IVVENTIVS
PVSIENVS
V. S. L. M

5 *Careſii in agro Novarienſi. Ex Gallerato.*

LICINIA
IVSTINI FILIA
IVSTINA
MINERVAE V. S.

6 *Brixiæ. Ex Rubeo.*

MINERVAE
C. MAESIVS
C. LIB
ENCOLPVS
V. S. L. M.

7 *In oppido Lovere agri Bergomatis. E Caliſtino.*

MINER.
MVNATIA
SECVNDA
V. S. L. M.

8 *Brixiæ. Ex Rubeo.*

MINERVAE
C. MVNATIVS. C. F
PICATIANVS
EQVO PVBLICO
V. S. L. M

9 *Aptæ Iuliæ, in baſi ſtatuæ. Miſit Bimardus.*

MINERVAE
V. S. L. M. OPTATVS
FRONTONIS F.

10 *Antii. Ex Ligorio.*

MINERVAE
SACRVM
L. PAVLLVS
L. F. OVF.
IVNIOR
PAVLLA. VI
RIA. V. S. L. M.

11 *Florentiæ, in Muſeo Medicco, in lamina ænea. Ex Gorio.*

PL. SPECIOS
MENERVAI
DONOM
PORT

12 *Martinengi in agro Bergomate. E ſchedis Alexandri Marchionis Capponi.*

D. M
MINERVAE
L. POMPONIVS
MAXIMVS
EX PERMISSO
AELIORVM
V. S. L. M

Hanc retulit Gruterus pag. 80. num. 11. Pro L. POMPONIVS ibi eſt L. LONGINVS Atque minime leguntur literæ ſingulariæ D. M. Fortaſſe deſcriptori inſolentes viſu fuerint; quaſi *Dis Manibus* ſignificarent. At ego *Deæ Magnæ* interpretor. Præſtaret tamen Marmor ipſum conſulere, dum adhuc exiſtat.

1 *Brixiæ.*
Ex Vinaccesio.

MINERVAE
POSTVMIA
PRISCA
V. S. L. M

2 *Asisii.*
Ex Ligorio.

C. PROPERTIVS
HAEGIVS
MINERVAE
D . D

3 *Arimini.*
E schedis meis.

Q. PVPIVS
SALVIVS MINERVAE
V. S. L. M

4 *Bergomi.*
E P. Cælestino.

MINERVAE
QVINTIA
TERTI MACIA
V. S. L

5 *Nemausi,*
E schedis Gudani
in Cæsarea Bibliotheca.

SVLIVIAE
IDENNICAE
MINERVAE
VOTVM

Sulivias Idennicam nomen fœminæ arbitror. Votum solventis Minervæ.

6 *In oppido Lovere*
agri Bergomatis.
Ex P. Cælestino.

MINERVAE
SEX. SEC. CL. F.
LVAR. PRO SE ET
SVOS
V. S. L. M

7 *Veronæ,*
in Musco Moscardo.
E schedis meis.

MINERVAE
TITINIA
D. L
HYMNIS

Sive HYMNVS.

8 *Junctianæ*
in agro Novariensi.
Ex Gillyrato.

T. VIBIVS. T. L.
OPTATVS
M. V. S. L. M.

Minerva divinando dumtaxat interpretor, quippe *Mercurii*, *Martis*, aliorumque Deorum nomen figla M. indicare potest.

9 *Barcinone,*
in domo de Gualbes.
E schedis meis.

MINERVAE
AVG
M. ANTISTIVS
HOMVNCIO
IIIII. VIR. AVG.
COLLEGIO FABR.
DONO POSVIT

10 *Brixiæ.*
Ex Rubeo.

MINERVAE
AVGVST.
SEX. DVGIVS
VALETIO. VI
VIR. AVG

11 *Ibidem.*
Ex eodem.

MINERVAE AVG.
P. MESTRIVS
CALLIDROMVS

12 *Ibidem.*
Ex eodem.

MINERVAE
AVGVSTAE
L. FRONTASIVS
L. L. V. S. L. M

13 *In oppido S. Bertrandi Convenarum.*
Missa Binardus.

MINERVAE
BELISANAE
SACRVM
Q. VALERIVS
MONTANVS

Vide Gruterum pag. 1067. num. 2. Hanc etiam retulit Donius.

14 *In Vico* Travi, *agri Placentini.*
Exscripsi.

MINER. MEM
VINCIA CRISPINA
P. F. V. S. L. M

In Vico *Travi*, qui duodecim passuum millibus a Placentiâ distat, ad Trebiam fluvium fuit *Ædes Minervæ Memoris*. Illic vidi votivas preces inexiguis marmoribus sculptas, uti fecebat rudiora gentis paupertas, adhuc superstites.

15 *Ibidem.*
Ex Campio.

M . M
NAEVIVS
VERVS
ROSCIANVS
PRAEF. COH. II.
GALL. EQ.
OTVM. EX
BRITANNIA
RITT
L . M

1 *Ibidem.*
Exſcripſi.

M. M
C. DOMITIVS
PRISCVS
V. S. L. M

2 *Ibidem.*
Exſcripſi.

M. M
SANCTISS.
L. COELIVS
AGATHOPVS
MEDIOL. PRO
COELIA
MARCELLINA
L. M. V. S. L. M

3 *Romæ,*
in Capitolio ad ſignum Minervæ.
E Plutarcho.

ΑΘΗΝΑΙ ΡΩΜΗΣ ΦΥΛΑΚΙ

Ideſt:

Minervæ (Urbis) *Romæ Præſidi.*
(ſive Cuſtodi.)

Epigraphen hanc Romanâ majeſtate dignam, & plura ſignificantem, Oratorum princeps Tullius, ſub Minervæ ſimulacro inſculpendam juſſit, Plutarcho teſte.

4 *Hiſpelli,*
apud Paulum Stradiottum.
E ſcbedis N. V. Ferdinandi Paſſarini Hieronymus Stamigna.

MVNERE. TE. HOC. DONO. LATONIA. SANCTA. VIRAGO
CORNIGERAM. CEPEI. VIRTVTE. ET. LAVDE. POTITVS
EXVVIEiſq. EIVS. TE. IPSAM. TEMPLVMQ. DECORO

Hic, cujus nomen ignoratur, Cervam quampiam occidiſſe videtur; cujus coruua Minervæ in Templo dicaverit.

NEPTUNUS, & PAN.

5 *Brixiæ,*
apud N. V. Julium Antonium Averoldum.
Miſit ipſe.

In uno Latere.

NEPTVNO
V. S. L. M

In alio Latere.

VIRIBVS
V. S. L. M

Viribus, ſcilicet Tauri, quarum magna veneratio erat in Sacrificio Tauroboli, uti infra videbis.

6 *Parentii in Hiſtria.*
Miſit Comes Franciſcus Brembatus Bergomas,
& Petrus Franciſcus Manetti Mutinenſis.

NEPTVNO DEISQ. AVG.
T. ABVDIVS. VERVS
POST SVBPRAEFECT
CLASS RAVENN
TEMPLO RESTITVTO
MOLIBVS EXSTRVCT
DOMO EXCVLTA
IN AREA DD
CONCESSA SIBI
DICAVIT

Eo etiam titulo magni facienda, quod perquam raræ ſint Inſcriptiones *Neptuno* dicatæ: cujus rei cauſſam fruſtra à me petas. Siglas DD. in octavâ linea interpretare *Decreto Decurionum*.

7 *Interamnæ.*
Ex Donio.

NEPTVNO
SACRVM
C. ALLIVS
NEPTVNIALIS
V S

Neptunialis, officium fortaſſe ſacrum, uti *Apollinaris*, *Herculanus* &c. de quibus infra in Claſſ. III.

1 *Vindobonæ in Palatio Cæsareo lapis e Celejâ devectus. Missit Illustriss. Gavellius.*

NEPTVNO
AVG. SAC. CELIANI. PVBLICE

Celeja Urbe Norici, nunc in Provincia Stiriæ, a Ptolomeo, aliisque antiquis Scriptoribus, & lapidibus memorata. *Celejani*, non vero *Celiani*, scribendum fortasse fuerat.

2 *Salodii ad Lacum Benacum. Ex Tomasino.*

NEPTVN. AVG
SACRVM
PRO. SALVTE
L. SEPTIMII. SEVE
RIANI. PATRONI
L. SEPTIMIVS
FELICIO. EX. VOTO

3 *In Insula Sacra Hostiensi. Ex Donio.*

MERK. fortasse *Mercator*.

5 *Capuæ, apud Julium Ciannellum. E schedis meis.*

NEPTVNO
SACRVM
Q. EVMEN. SICVLO. FRET.
SVSCEPTVM. SOLVIT

Ideſt: *Votum in Siculo Freto Susceptum Solvit.*

6 *Apud Chicester in magna Britannia. Misit Clarissi. Bimardus.*

NEPTVNO. ET MINERVAE
PRO SALVTE DOM. DIVINAE
TEMPLVM
AVCTORITA[illegible]CL AVD
GIDVBNI R. LEGA. AVG. IN BRIT
COLEGIVM. FABRORVM[illegible]QVI IN. EO
D. S. D DONANTE AREAM
VOENTE PVDENTINI FIL

Ad *Cogidunum Regem*, de quo Tacitus in Vita Agricolæ Cap 14. retulit Inscriptionem istam Rogerius Galeus. De hoc dubitavit præter Johannem VVardum etiam doctissimus VVesselingius in Not. ad Itiner. Antonini pag. 478.

4 *Interamnæ in Foro. Ex Donio.*

1 *Ravennæ in Classe. Ex Ligorio.*

NEPTVN
SACR
Q. ORTENSIVS. Q. FIL
ARN. SABINVS
VII. VIR. EPVLON
ET ORTENSIA IOCV
NDA. VICTORINA
SIGN. ET. BAS. S. POS.

Cum adspiratione Ortensii nomen scribendum sunt.

2 *Hippolytopoli. Ex Aliis Eruditorum Lipsiensibus.*

D. NEPTVNO
AQVARVM POTENTI
INDVCTVM EI
TRAGISA FLV
MVR. EIVS
A. V. S. L. L. M

3 *Romæ. Ex Boissardo P. Montfauconius.*

IN H. D D
D. NEPTVNO
CONTVBERNIO
NAVTARVM
CORNELIVS
ALIQVANDVS
D. S. D.

Aliqua mihi suspicio est de hujusmodi monumento.

4 *Apud Leucadem in Bœotia. E schedis meis.*

ΔΑΜΟΤΙΣ ΠΑΝΙ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΤΙΜΑΡΕΤΟΣ ΠΑΝΙ·

Ideſt:

Damotis (Deo) *Pani*
Posuit
Timaretus Pani.

SATURNUS.

5 *Ferrariæ. Ex Historia Ferrariensi.*

S. AVG. S
C. INGENVVIVS. AELIVS
SALTVARIVS. VIRTVTIS
V. M. L. P

Saltuarii munus, hoc est, cui Saltus, sive Nemoris cujusdam cura commissa fuit, memoratum quoque videas in Inscriptione Gruteriana pag. 651. num. 6. Adhuc perdurat vox in agro Ferrariensi, ubi appellantur *Saltari*, qui olim Silvis, nunc prædiis præsunt. SATVRNO AVGVSTO SACRVM priores literas interpretor. Incerto tamen decreto, quum interpretari etiam liceat SERAPIDI; SILVANO; SPEI AVGVSTAE SACRVM.

In Valle Anania. Ex Mariangeli Accursii schedis.

D. SATVRNO AVG
LVMENONES ARVETIVS ET
MAXIMVS ET RVFVS ET
QVADRATINVS ET FIRMIANVS ET
CLEMENS ET IVSTVS ET
IVSTINVS ET ASPRIO ET GLABISTVS
QVINTVS ET RIS. RVFINVS ET
LAD. OPTATVS ET QVARTVS ET
LVCIVS ET SEVERVS ET MAXIMINVS
AVP. FIRMINVS ET PATERNVS
ET IVSTINIANVS S. P. L. L. M

LVMENONES officii alicujus nomen videtur cujus tamen numquam vestigium reperio. Num a Græco λουμένων, ut essent *Purgatores*, *Purificatores* in sacris? Sed fortasse vitium in nomine. Sunt heic & alia mendosæ, ut opinor, descripta. Sed LVGVMONES fortasse habuerit lapis.

1 *Tridenti, in Foro. Ex Donio.*

SATVRNO
AVG
SACRVM
P. NONIVS
SABINVS
V. S. L. M

2 *Setiæ. Ex Eminentiſſ. Cardinale* Corradini.

SATVRNO PROFVGO
SACRVM

VENUS.

3 *Thebis, E Lib. de Hiſtor. admirand. qui vulgo tribuitur Ariſtotelı.*

ΗΡΑΚΛΕΗΣ ΤΕΜΕΝΙΣΣΕ ΚΤΘΗΡΑ ΠΑΣΣΙΦΑΕΣΣΑ
ΓΗΡΤΟΝΕΙΑΣ ΒΟΤΣ ΕΞ ΕΡΤΘΟΤ ΑΓΑΓΩΝ
ΤΑΣ Δ ΕΔΑΜΑΣΣΕ ΠΟΘΩΙ ΠΑΣΣΙΦΑΕΣΣΑ ΘΕΑ
ΤΗΔΕ Δ ΕΜΩΙ ΤΕΚΝΩΙ ΤΩΙ Δ ΕΤΡΤΘΙΩΝΙ ΔΑΜΕΝΤΙ
ΝΤΜΦΟΓΕΝΕΣ ΕΡΤΘΗ ΔΗ ΤΟΔ ΕΔΩΚΑ ΠΕΔΟΝ
ΜΝΑΜΟΣΤΝΟΝ ΦΙΛΙΑΣ ΦΤΓΩΙ ΤΠΟ ΣΚΙΕΡΑΙ

Ita vertit Bouhierius:

Hercules Locum Hunc Conſecravit Veneri Omnibus Patenti,
Geryoneas Boves Ex Erytho Abigens,
Quas Domuit Amore Omnibus Patens Dea.
Hic Autem Meo Filio Eurythioni Victo
Nymphæ Soboles Erythe Hocce Donavi Solum,
Monumentum Amoris, Fago Sub Umbrosâ.

Hæc omnium, quæ ſuperſunt, vetuſtiſſima Inſcriptio creditur, ſed corrupta in editis. Iſaac Voſſius, & Salmaſius eam purgandam, atque interpretandam ſibi ſumſere. Parum profecerunt. Felicius eamdem vertit, & explicavit doctiſſimus *Bouhierius* Gallus Epiſtolâ ſcriptâ ad Cl. V. Marchionem *Scipionem Maffejum*, ac ſubinde editâ ab ipſo Maffejo inter *Gallia Antiquitates* pag. 161.

4 *Veronæ. Ex Donio.*

DIVAI. VENERI

5 *Balneoregii, in Sancti Ravnerii. E ſchedis Ambroſianis.*

VENERI
SACRVM
ARENA
PROCVLA

6 *Spoleti. Ex Ligorio.*

VENERI FEC
SACRVM
AVIDIA. PRIMIGE
NIA. ET. FORTVNA
TA. VOTO. SOLVTO

7 *Amiterni. Ex eodem.*

VENERI
SACR
SEX. AVI
DIVS. Q. F
LEM. VE
RVS. VET
VOT. S

8 *Vicentiæ, in Sanctorum Felicis & Fortunati. Ex Barbarano.*

VENERI
SACRVM
CASSIA. Ↄ. L. PSEGHAS

Servile nomen *Pſeghas* e Græco ψήν deductum videtur. Nobis eſſet *Reprehenſione digna*. Honeſtius fuiſſet Ἀψηστ, ſeu *Apſegeſt*, *Reprehenſione carens*. Jacobus Philippus Tomaſinus in Lib. de Donariis hanc adferens, legit PSECHAS.

9 *Romæ. Ex Ligorio.*

VENERI. SACRVM
L. PAVLLVS. L. L. AEGIVS. PASSER
IIII. VIR. A. A. A. F. F. PROCVRAT
PATR. IMP. CAES. GORDIAN
AVGVST
VOTO. SVSCEPTO. L. M

Habes heic tempus quo vixit *Paullus* iſte *Ægius Paſſer*, qui fuit *Triumvir Auro, Argento, Ære Flando, Feriundo*, & *Procurator Patrimonii Imperatoris Cæſaris Gordiani Auguſti*.

1 *Ænonæ, in Sanctæ Catharinæ. Ex Johanne Lucio.*

VENERI ANZO
SACR. EGNATIA
C. F. PAVLLINA. S.
L. M

Venus Anzo ofcitanti defcriptori, qualis interdum fuit Lucius, tribuenda mihi creditur.

2 *Saffinæ. Ex Ligorio.*

VENER. FELICIS
SACRVM
CETRONIA. SEVERI
NA. EX. VOT. P

3 *Albani. Ex* Tomafino.

VENERI GABINAE
ET ALBANAE SANCTAE
PRO SALVTE L
IVNII PRIMOGENI
ET SECVNDINO FIL
L. IVNIVS. FELIX. PATR. CVPEDINIS
II. AER. PRO SALVTE POSVIT

4 *Teleſiæ. E Matthæo Ægyptio V. Cl.*

VENERI
GENETRICI

5 *In Caſtello Sancti Angeli in Piceno. Ex Ligorio.*

VENERI . GENITRIC
SACRVM
MARIA . MAESIA
CASTA . DOMITIL
LA . FLAM . AVGVST
ET . L . MAESIVS . RV
FVS . FLAM . ET . PROC
AVG . PATR . MVNIC
V . S . L . M

6 *Spoleti. Ex eodem.*

VENERI
PLACIDAE
CVM. SIGN
CVPIDIN
ET. BASI. SV
MARMOR
IVNIA. TY
CHE. FEL
V . S

7 *Cartimæ in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

VENERI AVG
L. PORCIVS. QVIR
VICTOR CARTIMIT
SVO ET SCRIBONIAE
MARCIANAE VXORIS SVAE
NOMINE STATVAM TES
TAMENTO PONI IVSSIT
HVIC DONO HER. XX. NON DE
DVXIT EPVLO D. D

Vide Gruterum pag. 1068. num. 10.

8 *In Thermis Herculanis, deteſtus in Dacia. Ex Paſchali Caryophilo.*

S . V . C
PRO SALVTE
M SEDAT
SEVERIANI
LEG. AVG

Num *Sacrum Veneri Caloſii?* Sub Antonino Pio floruit *Marcus Sedatius*, vel *Sedatus Severianus*, ut ex Gruteriano lapide pag. 256. conflat.

9 *Tiferni, apud Vitellios. E Ligorio.*

VENERI. VICTRICI
L. ARRONIVS. AMANDVS
VI. VIR. AVG.
SOLO. PRIVATO. S. P. F.

10 *Apud Caſtellum Lauretini in Via Appia. Ex P. Rocco Vulpio S. I. V. Cl.*

VENERI
ERYCINAE
VICTRICI
L. CORNELIVS SVLLA
SPOLIA DE HOSTIB
VOTO DICAVIT

Effoſſus dicitur Lapis Anno 1713. Ejus ego faciem, & literarum formam lubenter ſcrutatus fuiſſem; quippe fateor, ſuſpectam mihi ejuſmodi Inſcriptionem eſſe.

11 *Miconii in Inſula Cycladum. Ex Donio.*

ΘΕΟΙϹ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ
ΤΙΩΙ ΕΡΩΤΙ . ΔΙΟΝΤϹΩΙ
ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΑ . ΕΚ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΜΗΤΡΙ
ϹΤΜΠΑΘΕϹΤΑΤΗΙ

Ideſt:

Diis,
Veneri, Et
Filio Amori, Libero,
Et Cereri, De
Suâ Pecuniâ Matri
Summe Miſericordi.

Deſideratur nomen dicantis Epigraphen, quæ neſcio, an ſuſpicionem aliquam fraudis excitare poſſit. Mihi certe parum arridet.

VULCANUS.

1 *Romæ.*
Ex Ligorio.

L. BAEBIVS. L. F
GAL. AVITVS
PRAEF. FABR. TRIBVN
MIL. LEG. X. GEM. PROCVR
IMP. CAESAR. VESPASIAN
AVG. PROVINC. LVSITAN. II
ADLECT. INTER. PRAETOR
IN. H. HOR. FVNT
VOLCANO
D. D. D

In Thesauro Gruteriano altera Inscriptio legitur, huic ipsi *Lucio Babio* posita pag. 373. num. 1. ubi eisdem titulis ornatum videas. Cujusnam *in Honorem* Vulcano hæc fuerit collocata, decernat qui potest.

2 *Romæ,*
apud Veteramentarium.
Ex Donio.

APRICIVS. DELIC
IVS. LATINAES. VOL
CANO. SANCTO

In superiori fuxi hujus parte cernitur Vulcani imago. In latere varia instrumenta fabrilia. Hoc DELICIVS est pro DELICIVM LATINAE; videlicet Servulus puer, qui heræ suæ ad instar eorum, quos Italice *Paggi* appellamus, simulabatur. Il genus pueros eosdem cum *Delicatis* arbitror.

3 *Befutii in agro Mediolanensi,*
apud Comitem Befutium.
Ex Patre Duellio.

VOLKANO
ET ERQVLI
C. CASSIELCVS
MARTIALIS
VOTO

4 *Bergomi.*
Misit Comes Franciscus Brembatus
Bergomat.

DIVO
VOLKAN. AVG
P. MANIL
PRO. SAL
CLAV. CORNELIAE
F
V. S. L. M

5 *Tarenti.*
Ex Boissardo P. Montfaucomus.

VOLCANO
EX AERE PVBLICO
IN VIA RECTA
CIV. TAR
PONTIFICVM IVSSV
STATVIT
P. CORNIFICIVS

6 *Brixiæ,*
in Sancti Georgii.
Ex Rubeo.

VOLK. MITI
SIVE MVLCIBERO
LVCI VETTI
TELESPHORVS ET
CHRYSANTVS FRA
VI. VIR. AVG. NOM.
VETTIAE. L. F. SECVNDI
TELESPHORI FILI
L. D. D. D

7 *Hortæ,*
in Sancti Petri.
Ex Clariss. Archiepiscopo Ancyræ Fontaninio.

DEO. SANCTO. VVLCANO
INVICTO. HERCVLI
CONSERVATORI
DOMVS VLPIORVM
SACRVM. M. VLPIVS
VERECVNDVS. EX. VISO
D.

Vide alteram apud Gruterum pag. 45. num. 10. quæ eadem cum ista videtur, sed manca.

8 *Romæ,*
in Musco Kircheriano.
Misit P. D. Gabriel Scarmagli,
Monachus Benedictinus.

VOLCANO QVIETO AVGVSTO
ET STATAE MATRI AVGVSTAE
SACRVM
P. PINARIVS THIASVS ET
M. RABVLIVS BIRVLIVS
MAG. VIC. ARMILVSTRI ANNO V.

Hic fuit *Magister Vici Armilustri*, unius nempe e Vicis Romanæ Urbis.

Atque hactenus de Diis majoribus Romanorum. Nunc de minoribus, quorum ingens turba, ſive ab ipſis antiquiſſimis temporibus, ſive ſenſim, Romam advecta, ſuſceptaque fuit, aut ſaltem tolerata; quippe Legibus cautum erat, ne peregrini Dii, ſacraque exotica, publice reciperentur, niſi a Senatu, aut ab Auguſtis probata.

HERCULES.

1 *Romæ in Collegio PP. Soc. Jeſu. Ex Differt. Acad. Cortonenſis.*

HERCVLEI
C. ANTESTIVS CN. F
CENS
DECVMA FACTA ITERVM
DAT

2 *Inter rudera Oppidi* Theeſin. *in Hungaria. Ex Donio.*

HERCVLI. AVGVSTO
VOSA. IVL. D. D. D
MART CC COERCIVS
VB CORVINVS. I. FAVSTINA

3 *Romæ. Ex Ligorio.*

HERCVLI. CONSERVATORI
INVICTO. COMITI
D. N SEVERI. ALEXANDRI
PII. VICTORIS. SEMPER
AVG. AC. OPTIMI. PRINCIPIS
M. AVRELIVS. PRISCILLIANVS
V. C. CVRATOR. LYMPHAEI
DEVOT. NVM. M. Q E

Hanc refert Fabrettus in Lib. de Aquæductibus, & quamquam is inter Ligorii oſores primum teneat locum, ipſum tamen uti legitimam amplectitur. Et quidni? *Lymphæum* locus fuit, quo per occultos tubulos deducebantur aquæ ad delicias, ad ludos.

4 *Ibidem in Muſeo Farneſio, Tabula marmorea Herculis expiationem, & geſta referens. Ex Donio.*

(hanc vide in adnexa Tab. ænea ſignata A)

5 *Ibidem, in Aulâ rotundâ, effoſſâ juxta Thermas Diocletianeas. Ex Donio.*

HERCVLI. CONSERVA
TORI. SACRVM
CRESCENTIANVS. FLORVS
ET. TYCHIVS. ACTOR
ES. EX. VOTO. FECER

6 *Ibidem, in termino marmoris Parii, apud Benzonios, Herculis juvenis effigies. Ex Ligorio.*

ΗΑΙΚΙΗΝ ΠΑΙΣ ΕΙΜΙ ΒΡΕΤΑΣ ΑΕ
CΤΗCΑΤΟ ΦΗΑΙΞ
ΗΡΑΚΛΕΟΤC ΕΙΚΩ ΟΙCΘΑ ΜΕ
ΚΑΙ ΠΡΟΑΙΚΟΤ

Hoc diſtichon ſic reddo:

Ætate Sum Puer. Hanc Felix Statuam Locavit.
Herculis Effigiem Me Spectans Agnoſcis, Et Prodici.

Lilius Gregorius Gyraldus Ferrarienſis, qui Ethnicorum Deorum Hiſtoriam egregie contexuit, *Herculem Prodicum* nobis exhibuit, Tullium teſtem Lib. I. Officior. ſuadens. Aut ergo in hiſce verſibus additur Herculis effigiei mentio *Prodici* Chii Sophiſtæ celeberrimi, qui ipſius Herculis adoleſcentis geſta ſub eleganti typo expreſſit, uti auctor eſt poſt Xenophontem Tullius, & poſt eum Philoſtratus Lib. I. de Vitis Sophiſtarum; aut idem Hercules hoc appellatur *Prodicus*, idcirco *Tutor*, *Cuſtos*, *Conſervator*, *Defenſor*: qui tituli ei deferuntur in compluribus Inſcriptionibus apud Gruter.

7 *Manerbii in agro Brixiano. Ex Octavio Rubeo.*

DIVO
HERCVLI
SACRVM

8 *Gavardi in eodem agro. E Vinaccefio.*

HERCVL
L. V. L
V. S. L. M

9 *Brixiæ. Ex Rubeo.*

HERCVLI
SACRVM
C. AFONIVS
MAXIMIANVS
V. S. L. M

10 *Beſutii in agro Mediol. E ſchedis Cyriaci Anconitani miſit N. V. Pompejus Compagnonius.*

HERCVLI
L. ARTIVS
QVINTVL
EX VOTO
V. S. L. M

In veteris Exemplaris

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ

ΑΘΛΑ ΕΞ ΤΗΣ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ

Interpretatio ejusdem Inscriptionis

HERCULIS

HERCULIS ACTA

ΡΩΜΑΕ

In sinistra fub tergulo.

In media in margine

In margine

Quae (labores) ab Eurithteo conflicti.

In dicta columna finistrorsum.

Interpretatio ejusdem Inscriptionis

1 *Metis.*
Ex Mauriſſo.

I. O. M
HERCOLI
ET GENIO LOCI
PRO SALVTE
SVA ET GENTIS SVAE
CORN. SECVNDVS
EX VOTO

2 *In Eccleſia Tranſaquenſi.*
Ex Illuſtriſſ. Corſignano Epiſcopo Venuſino.

3 *In Villa Vitellefca agri Fulginitis.*
E Fabio Fontano.

SEX. CARG
ONIVS. C. F.
C C. F
HERC. D. D. D

4 *Romæ, in hortis Juſtinianeis.*
E ſchedis Ptolemæi.

HERCVLI
SACRVM
P. DECIMIVS
LVCRIO
V. S. L. M

5 *Laule Pompejâ.*
Ex Donio.

HERCVLI
Q. EVPHEMVS. Q. F
OVF. LVCVLLVS
AED. VI. VIR. V. S. L. M

6 *Ibidem.*
E ſchedis Farneſii.

L. GEMINIVS. L. F. OVF. MESSIVS
VI. VIR. CVRATOR. AERARI MEDIOL
HERCVLI
V. S. L. M

7 *Modoëtiæ.*
E ſchedis meis.

HERCVLI
M. IONIVS
VIRIANVS
V. S. L. M

8 *Vindobonæ, in atrio Bibliothecæ Cæſareæ.*
Ex Marchione Maffejo.

DEO
HERCVLI
IVLIA
MAXIMINA
VOTI SVI
COMPOS

9 *Romæ, in Capitolio.*
E ſchedis Alberti Lollii Ferrarienſis.

DEO HERCVLI
C. IVLIANVS. POMPONIVS. PVDENS
SEVERIANVS
V. C. PRAEF
VRB

10 *Atripaldæ in agro Abellinenſi.*
Miſit Ignatius Maria Como, Nob. Neapol.

M. LVCCEIVS. M. F
ANAXIMANDER. PRAEF
ABELLAE
HERCVL. DICAVIT

Abella Municipium olim Campaniæ. De hac S. Paulinus in Natali XIII. S. Felicis, inter Anecdota mea Tom. I.

Urbs opere hoc noſtræ binc ſex millibus abſita Nolæ
Attigugot montes interjacet &c.

11 *Tarenti, juxta Amphitheatrum.*
Miſit Petrus Polidorus Abbas.

C. MELSONIVS CN. L
HERCVLEI
DONVM

12 *Segnſii, in domo Ruſorum,*
E Gvichenonio.

HERCVLI
NVMIS. TERTIVS
V. S. L. M

13 *Oriæ ap. Tarentum.*
Ex Cl. P. Vulpio Soc. Jeſu.

HERCVLI
SERVATORI
SAC
Q. RVTILIVS Q. F
TIBVRTINVS
V. S

14 *Mediolani.*
E ſchedis meis.

HERCVLI
Q. SECVNDIEN
SECVNDVS. PRO
SE ET SVIS
V. S. L. M

Supra adſunt duæ imagines, & ſupra illas hæ literæ: VF. OVF. Scilicet *Vrnas Fecit. Ex Oufeminâ Triba.*

15 *Angleriæ, apud Comites Borromeos.*
Ex Patre Duellio.

HERCVLI
SENTIVS
T. F. VERVS
D. P. L. M

1 *Laude Pompejâ, in Sanctî Romani. E fchedis meis, & Cyriaci Anconitani.*

HERCVLI
L. VALERIVS SECVNDINI . F.
OVF. SECVNDIN
VĪL. VIR. IVNIOR
ITEM VĪL. VIR. VERCELLIS
ET NOMINE
L. VALERI CRISPI FILI
ET. L. VALERI VITALIS FRATRIS
SVI. V. S. L. M. L. D. D. D

2 *Ibidem, in Cathedrali. E fchedis Farnefiis, & ex Donio.*

HERCVLI
L. VALEIVS
TERTIVS
V. S. L. M

3 *Fini in agro Comenſi. E fchedis Jacobi Valerii.*

HERCVLI
SACR
M. VALERIVS. M. F
SECVNDINVS
VI. VIR . SEN . ET

Paullo ſupra vidiſti memoratum *Lucium Valerium Secundinum Se-Virum Iunio-rem*. Heic mentionem habes *Marci Valerii Secundini Se-Viri Senioris*: ſic enim interpretari licet in poſtremâ lineâ vox breviata SEN.

4 *In Vico Goye agri Leodienſis inter Civitatem* Varéne, *& Sancti Trudonis. Miſit Bimardus.*

HERCVLI
PROBVS
VERECVN
DI FIL
V . S

5 *Ibidem.*

HERCVLI
LEVBAS
NA FLO
RENTIN
FILIA
V. S. L. M

6 *Ibidem.*

HERCVLI
VADVNA
CAR . FI
LIA . V. S.

7 *Ibidem.*

HERCVLI ET
ALCMENAE
C. MATERNI
VS PRIMVS
V. S. L. M

8 *Brixiæ. Ex Octavio Rubeo.*

DIS PATRIIS
HERCVLI
APOLLINI ARVALO
IMP. MAX
D. TRAIANO D. D
P. AEMILIVS. P. F. LVNATVS
AEDILIS BRIXIAE
L. CAMVRIVS. L. F. SACERDOS
AVGVR
PRIMVM LAPIDEM

Impoſtura alicujus mihi creditur ad Oppidi Lunati originem in antiquitate fingendam. PRIMVS ille LAPIS, & IMP. MAX. D. TRAIANI mentio infolens, id mihi perſuadent.

9 *Romæ, apud Marchionem de Maximis. E fchedis Ptolomeis.*

ΗΡΑΚΛΕΙ
ΑΛΕΞΙ
ΚΑΚΩΙ
ΔΑΠΕΙΡΙ
ΟΙ

Ideſt:

Herculi
Morborum
Depulſori,
Dapirii.

In uno latere Aper cum culeo, Sacrificii indicium. In altero Vas cum Clava. *Hercules Alexicacus* memoratur a Luciano, & Macrobio, eumque ſub hoc nomine ab Epicuſiis cultum tradit Lactantius Lib. X. Divinar. Inſtitution. Hefychius quoque auctor eſt, eumdem in honore fuiſſe apud Molitenſes. Donius pro ΔΑΠΕΙΡΙΟΙ legit ΠΑΠΕΙΡΙΟΙ, *Paparii*.

10 *Lutetiæ Pariſiorum apud D.* Foucault. *Ex P. Montfauconio.*

HERCVLI FVNDANIO
TI. CLAVDIVS HABITVS
LIBENS VOTVM SOLVIT

Herculi Fundani Templum a Vopiſco memoratur.

1 *Prope Marinum. Ex Vignolio.*

HERCVLI IN
VICTO SACR
M. AVRELIVS
STEPHANVS
VOTO POSVIT

2 *Romæ, in horto Antonii Querengi. Ex Donio.*

HERCVLI INVICTO SAC
C. BAEBIVS
PHILARGVRVS. HONORAT
MAG. QVINQ. FAB. TIG.
LVSTRI . XXIV[illegible] D

Fuit hic *Magister Quinquennalis Fabrorum Tignariorum.*

4 *In Thermis Herculanis, detectis in Dacia. Ex Paschali Caryophilo.*

HERCVLI
INVICTO
P. CLAVDI
VS . IVLIVS
COL. E Ↄ. O
C. R. V. B. V. S

Sigilat interpretari licuit : *Collega Centuriatus, Ob Recuperatæ Valetudini Beneficium, Votum Solvit.*

3 *Romæ. Ex Ligorio.*

HERCVLI. INVICTO
SACRVM
L. IVL. PAMPHILVS
FELIX
V. C. VOTO . SVSCEPTO
F . C . D . S . P
DEDIC

Idest: *Faciendum Curavit De Sua Pecunia.*

5 *Mediolani, apud Archintos. E schedis meis.*

HERCVLI INVICTO
IMPERATORI
C. VALERIVS VALERIANVS
ARAM CONSTITVIT CVM
SVIS OMNIBVS
V . S . L . M

Herculi Imperatori titulum optabat Reinesius Class. I. num. 66. atque in nullo marmore offendebat. En ejus defiderii a legitimo lapide fatisfactum.

6 *Tiburi. Ex Ughellio.*

C. VIBIVS . C. F. VEL.
PVBLICANVS . SER . Q.
PRAEF . COH . VIIII
THRACVM . EQVITVM ALAE
TRIBVNVS . MILITVM . ET . S.
LEG. IIII. MACEDONICAE . ET
LEG. XXI. RAPACIS
IN GERMANIA
REVERSVS INDE
HERCVLI INVICTO D. D.

Pro SER . Q. reftituendum in fecundâ lineâ fufpicor IIVIR . Q. ideft *Duumvir Quinquennalis*. Sunt hæc & alia pauculà mendà, ab oficinante Ughellio pro more profecta.

7 *Romæ, in Capitolio in basi circularî. Ex Ligorio.*

HERCVLES . INVICTE
CAVTIVS . HOC . TVO . DONVM
NVMINI . SANCTO . DICAVIT
PRAETOR . VRBIS . CVM . PIA
SOLEMNE . MENTE . RITE . FECISSE
TRADIDISTI . QVOD . PRO . POTI
TIIS . EVANDREO . AD MI
NISTRANDVM . QVOD AN
TIIS . HIC . ADE

In fecundâ lineâ lego C. AVTIVS *Prætor Urbis*. Fortaffe fugiences literæ non fiverunt, ut accuratius hæc defcriberentur. In fextâ lineâ exarandum videtur Q. OD PROPITIVS puta EVASERIS. Reliqua in tenebris dimitto.

9 *In oppido* Martos *in Hifpania. E fchedis P. Cattanei.*

LIBICO . HERCVLI STATVAM
ARG. C. L. P. CIVITAS MARTIS
D . S . P . P . P .

Oppidum *Martos* olim *Tucci* in Hifpania Batica, Colonià illuc deductà, nomen aflumfit *Augufta Gemella*. Ex ejus ruinis natum *Martos*. Veror, ne quifquam recentiorum nobis hoc faxum obtruferit, ut loci famam augeret, quâ olim *Civitas Martis* appellaretur.

8 *In Dacia. Ex Gravio V. Cl.*

HERCVLI COMITI
CONSERVATORI SACRVM
L. AEL. L. F. ESQ. PENIO
MILES COH. VI. VIG. EX V. P

Ideft *Cohortis Sextæ Vigilum Ex Voto Pofuit.*

1 *In Vico* Rummel *agri Sylvaducenſis. Ex Gisberto Cupero V. Cl.*



Pro *Aſcuſano* legendum reor Maguſiano ſeu *Maeuſiano*. Scilicet *Herculis Maeuſiani* mentio heic eſt, jam nobis noti ex aliis monumentis, præcipue ex Nummis Poſtumi Auguſti, in quibus legitur HERC. MACVSANO. Cognomentum hoc, ſive nomen Poſtumo ipſi tributum fuiſſe Eruditi opinantur. Fortaſſis ex Græco Μαχεύς derivatum fuit *Maeuſianus*, quaſi *Hercules Bellicoſus*, aut *Pugnax*. Aut a loco, ubi colebatur hoc ei nomen inditum. Si Ortelio fides, olim *Maeuſianus Herculis Tanum* ſtrum fuit in Zelandia ad Scaldis fluvii oſtia. Sub nomine *Civitatis Batavorum* Cuperus ſuſpicatur ſignatum fuiſſe *Noviomagum*, nunc nobis *Nimega*. Tacitus quoque lib. 5. Cap. 19. Hiſtoriar. *Oppidum Batavorum* ſine alio nomine commemorat.

2 *Bruxellis, ſeu VVeſtcapellæ apud Patres Societatis Jeſu. Ex Keyslero.*

HERCVLI . MA
CVSANO . ET
HAEVÆ . VLP
LVPIO . ET . VL
PIA . AMMAVA
PRO . NATIS
V . S . L . M

3 *Melitæ, apud Patres Societatis Jeſu. Miſit Bimardus.*

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΚΑΙ ΣΑ
ΡΑΠΙΟΝ ΟΙ ΣΑΡΑΠΙΟΝΟΣ ΤΤΡΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ

Ideſt:

Dionyſius Et Sa-
rapion, Sarapionis Filii, Tyrii,
Herculi Ductori.

Ibi lineæ quatuor præcedunt Phœniciis elementis. Pro ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ cenſet Clariſſ. Bimardus legendum ΑΡΧΗΓΕΤΗΙ, ideſt *Generis*, ſive *Originis Auctori*. Hoc ſenſu, inquit ille, frequenter uſurpatur vox ἀρχηγέτης ab Ariſtide in Panathenaico, & alibi. Nempe a Phœnicibus, apud quos Tyri vigebat Herculis cultus, Coloniam accepit Melita Inſula, uti animadvertit Cluverius in Siciliâ Antiquâ. Colebatur quoque apud Naxios in Sicilia Ἀνάκτων Ἀρχηγέτης, teſte Thucidide Lib. 6. & Nummis.

4 *In Ciſtello Aqualognæ. E ſchedis Ambroſianis.*

HERCVLI PRIMIGENIO
SAC

Occurrit etiam apud Gruterum pag. 315. num. 2. inciſo *Herculis Primigenii*. Ita appellatum puto, quod plures Herculea fabuloſa Gentilitas invexerit.

5 *Ilerdæ in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

HERCVLI
QVIET
GENT
VM

Ideo Hercules appellatus *Quies Gentium*, quod Monſtra, ac Tyrannos e terrarum orbe eliminaſſe ferebatur.

6 *Ameriæ in Cathedrali. Ex Donio. Anagniæ verò ex Ligorio.*

ΗΡΑΚΛΗ . ΒΑΣΙΑ
Α. ΑΝΤΟΝΙΟΣ ΑΠΕΛ
ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ideſt:

Herculi Regi
Lucius Antonius Libertus
Auguſti Coſmoplocus
Dicavit.

Inſcriptio hæc viſitur in Ara marmorea; in cujus latere inſculpta cernuntur inſtrumenta fabrilia. Ligorius in ſecundâ lineâ legit ΑΠΕΛΕΥΤ. ideſt *Libertus*. Donius hanc dedit ſuppreſſo Ligorii nomine, & pro *Anagnia* ſcripſit *Ameria*. Dederat & Spanhemius. Is vertit: *Libertus Auguſtæ Ornator*. Ego *Ornatrices* Auguſtarum novi, non *Ornatores*. Hæc procul dubio *Coſmoplocus* nomen eſt, ab eo in ſervitute geſtum, an libertate ſervatum.

7 *In Thermis Herculanis, detectis in Dacia. Ex Paſchali Caryophilo V. Doctiſs.*

HERCVLI . GENIO
LOCI . FONTIBVS
CALIDIS . CALPVR
NIVS . IVLIANVS
V. C. LEG. LEG. V. MAC
LEG. AVG. PR. PR
MOE S
V . L . S

Scilicet in Thermis Herculanis Daciæ uſus erat Aquæ calidæ ex humo ſcaturientis, ad ſanitatem tuendam, aut recuperandam. Ariſtophanes in Nubibus ait:

Uhi tu unquam frigida vidiſti Balnea
Herculana?

Athenæus quoque Lib. 12. *calidas Aquas*, e terrâ erumpentes ſacras Herculi, & ad Balnea adlubitas dixit.

1 *Augustæ Prætoriæ, in Sancti Laurentii. Misit Excellentiss. Comes Ludovicus Caissottus, Senatus Taurinensis Præses.*

D S
HERCVLI ET IVN
B. P. CALVISIVS ET
CLODIA PRO L.
RVFO. V. S. L. M

Ideſt: *Deo Sancto Herculi, & Junoni Bonæ fice*, aut aliquid ſimile.

2 *In Ponte Corvo. Ex Ligorio.*

SANCTISSIMO . HERCVLI
SACRVM
A. VIVASIVS. A. F. MAEC
PRIMITIVVS
ARAM. D. D. PRO. SALVT
VIVASIAE . IVCVNDINAE
ET VIVASI . VITALIANI
MINORI . FR.

5 *In Thermis Herculanis in Dacia. Ex Pachali Caryophilo.*

HERCVLI
SALVTIFERO
Q. VIBIVS. AMILLVS
AVG. COL. DAC.
PRO. SALVTE
IVLIANI. FILII. SVI

In Notis ad Inſcriptionem iſtam eruditus vir interpretatur STAT. *Statonarius*. At mihi videtur *Villico* nihil rei eſſe poſſe cum *Stationario*, militari nempe officio. Si Sabariæ *Statio* nevium fuiſſet, arbitrarer *Heliodorum* hunc *Auguſti noſtri Villicum* ejuſdem *Stationis* fuiſſe Procuratorem, Præpoſitum &c.

8 *In Saladnach in Dacia.*
Miſit Apoſtolus Zeno.

NEMESI
AVG
VITALIS
C. ARON
V. S

Ideſt: *Caji Aronii* Servus, *Votum* ſolvit.

1 *Paravii, apud Rammusios. Ex Donio.*

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗΙ ΝΕΜΕΣΙ ΤΗΙ
ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΑΕΦΑ
ΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ideſt:

Ob Libertatem
Gratiarum Actionem Nemeſi
Rhamnuſiæ Neæra
Athenienſis Venuſtis Supercilliis Pradita Perſolvit.

Nemeſis Rhamnuſia, quæ nempe in *Rhamnunte* vico Atticæ, Fanum habuit, memnere Strabo, Pauſanias, Claudianus, & alii.

2 *Nemauſi. E ſchedis Guirani in Cæſarea Bibliotheca.*

FATIS
T. POMPONIVS
EX. VOTO

3 *In Caſtello* Toblino *regionis Tirolenſis. Miſit doct. Hieronymus Tartarottus, Roveretanus.*

FATIS FATA
DRVINVS. MNC
ACTOR. PRAEDIORVM
TYBLI NAT. TEGVRIVM
A SOLO IMPENDIO SVO FE
CIT. ET. IN. TVTELA. EIVS
H-S. N. CC. CONLVSTRIO
FVNDI VETTIANI. DEDIT

Sunt & apud Gruterum tabellæ geminæ *Fatis* dicatæ. Noſtra poſita fuit *Fatur Fatahbus*, niſi ſtulta gens heic etiam, ut in aliis non paucis, feminas excogitarit, ſitque legendum *Fatis, Fatabus*. Exotica vox in penultimâ lineâ CONLVSTRIO. Fortaſſe pro CVM LVSTRO, hoc eſt LVCO. Aut ſuſpicari poſſis a *Luſtrare* efformatum *Conluſtrius*, qui videlicet, ut nunc dicimus, Viſitator fuerit ejus fundi.

4 *In portu Caprulano apud Eccleſiam. E ſchedis Valvaſoniis, miſit Comes Franc. Beretta Utinenſis.*

FATIS
OCTAVIA
SPERATA VOTVM
SOLVIT. LIB. MVN

Floruit circa finem Sæculi XVI. nobilis vir *Jacobus Valvaſonus de Maniaco*, atque is poſt ſe reliquit Schedas aliquot, in quas conjecerat complures Inſcriptiones veteſtas. Earum poſſeſſor, uti Jacobi prælaudati hæres, nobilis atque eruditus vir *Comes Franciſcus Valvaſonius* ubi intellexit a doctiſſimo *Comite Franciſco Beretta* Utinenſi, me hujuſmodi fragmentorum deſiderio teneri, eaſdem pro ſua humanitate dono ad me miſit. Quæ inde elicuerim, procedendo Lector agnoſcet.

5 *Nemauſi. E Graſſero.*

PARCIS
L. VALERIVS. HYBR
V. S. L. M

6 *Veronæ. E ſchedis Nicolai Pacediani.*

LOCO PVBLIC. DAT. D. D.
PARCIS. AVG. SACR.
L. CASSIVS VERVICI. F.
NIGRINVS VIVIR AVG
V. S. L. M

7 *In Civitate Tragilli in Hiſpania. E ſchedis P. Cattanei.*

CILIVS
CAENONIS
F. APVLVS
AEACO
V. S. L. M

MENS BONA, PAX, PROVIDENTIA, SPES, VICTORIA, BONUS EVENTUS.

1 *Neapoli, apud Allium Syncerum Sanazarium E schedis Fratris Jucundi missit Gorius.*

CN. CORNELIVS. CN. L. PAPIA
L. GALONIVS. L. L. AGATOCL
MAG. BONAE MENTI
D . S . FAC. COER

2 *Celani. E schedis meis.*

MENTI BONAE
D. D.
SVRVS. TETTIENI. S.
PHILONIC. MARCIAE. S.
NICOMAC. ALBI. M. S.

3 *Narbone, in cippo. Misit Bimardus.*

T. DOMITIVS. ROMVLVS
VOTVM. POSVIT. QVOD
FIDE. COMIS VM. PHOEBV. LIBERTV
RECEPIT

Idem: PHOEBVS LIBERTVS.

4 *Præneste. E Suaresio.*

PACI AVG.
SACRVM
DECVRION. POPVLVSQ.
COLONIAE PRAENESTINAE

5 *Interamnæ, nunc* Terni. *Ex Angelonio.*

PROVIDENTIAE
AVG. SAC.

6 *Concordiæ, in Palatio publico. Misit Canonicus* Bertoli.

PROVIDENTIAE
AVGVSTAE

7 *Aquilejæ, prope Monasterium. Misit idem.*

SPEI. AVG.
SACR
L. CORN. POTIT
V. S. L. M

8 *Cervignani in agro Aquilejensi. Misit idem.*

S . A . S
IN HONOR
L. VALERI
NYMPHODOT
VI. VIR. ET. DD. AVG.
ET. C. STATI. PRIMIG
ET
IN. MEMORIA
C. STATI. HEVRET
VI. VIR. ET. DD. AVG
ALYPVS
LIB

Confer Inscriptionem istam cum Gruterianâ pag. 88. num. 1. Duo diversa Epigramata ibi confusa offendas. Idem quoque geminas Inscriptiones dedit positas S. A. S. quas siglas in Indice Scaliger nequaquam est interpretatus. *Saturno, Serapidi, Silvano Augusto* fortasse quispiam opinetur. At *Augusto Sacrum* hoc esse legendum, prae dens Marmor nobis persuadere potest. Aqui lejæ quippe utroque lapis exstat, ubi *Augusta* Ædem fuisse, credere par est.

1 *Fregellæ, nunc* Ceperano. *Ex Ligorio.*

SPEI INVICTAE
SACRVM
T. VASCONIVS. FRE
G ELLANVS. EDIL. QVI
AERAR. SATVR. PEC
SVA. FACION. COER.

2 *Brixiæ, in ædibus N. V. Julii Antonii Averoldi. Misit ipse.*

VICTORIAE
L DECIVS
TERTIVS
V.S.L.M

3 *Laude Pompeiâ, in ædibus Cadmostorum. E schedis meis.*

L. HOSTILIVS ORSIANVS
VICTORIAE
V. S. L. M. IN. M. ORFEN
LAVD

IN. M. ideſt, *in memoriam.*

4 *Panormi. E Cajetano Noto.*

ARAM. VICTORIAE
SEX. POMPEIVS. MER
CATOR. VI. VIR. AVG.
PRAETER SVMMVM
PRO HONORE
D . D
P . S . P

Notus hæc ita interpretatur, *Præter summam* (nam ſic legendum putat) *pro honore dari dedicant, publicæ ſolutæ poſuit.* Ego contra: *Præter Summum* (fortaſſe præter ea, quæ ſupra ſunt) *pro honore Decurionatus* (niſi malis *Decreto Decurionum*) *Pecuniâ Suâ Poſuit.*

5 *In Cappigniæ Villa in Luſitania. E ſchedis Ambroſianis.*

RVFVS
TANGINI
F. VICTO
RIAE. V. S

6 *In Vico* Teva, *Comitatus* Hunyad *in Dacia. Miſit Clariſs. Apoſtolus Zeno.*

VICTORIAE
AVG. ET. GENI
O. COLLEGI
EIVS. M. COC
CEIVS LVG
V. S. LAP. D D.

7 *In Vico* d'Eſpine *in Novaleſe. E Guichenonio.*

VICTORIAE AVGVSTI
T. FLAMINIVS SECVNDVS T. FLAM
T. F FM
CN. F. ROMANVS DE SVO PONENDVM
CVRAVERVNT

8 *Romæ, in Via ſacra. E Ligorio.*

VICTOR. AVGG
DD. NN. DIOCL. ET. MAXIMIAN.
COR. PISTOR C. PR. COR. E.
T. FLAVIVS TYRANNVS
L. FVRIVS. L. EROS
C. OCTAVIVS. L. POLLIO
T. NAEVIVS. AGG. NN. DIOMED.

Corpus Piſtorum heu mihi ſe in tertiâ lineâ offert! C. PR. fortaſſis eſt *Caſtri Prætores*. Obſcurum plane COR. E. *Corpus Eſſedariorum* interpretati non audeo. Si *Cora* oppido locus hæc foret, aliter opus eſſet explicare quæ præcedunt.

9 *Malacæ in Hiſpania. E ſchedis P. Cattanei, & ex Donio.*

L. OCTAVIVS. L. F. RVSTICVS
L. GRANIVS. M. F. BALBVS. AEDIL
VICTORIAE AVG. SACRVM
D . S . P. DANT

10 *Villanovæ prope Lacum Gebennenſem. E Guichenonio.*

VICTORIAE
AVG
NITTIO GENNAE
TVLLIA
NTI

11 *In loco Taggiæ. E ſchedis Julii Guaſtavini.*

VICTORIAE AETERNI INVICTI
IOVIS OPTIMI MAXIMI. M. VAL
CAMINAS CASTELLI RESTITVTOR

Aliquid exotici in iſta habes.

1 *Veronæ,*
apud Comites Moſcardios.
E ſchedis meis.

BONO
EVENTO

Hic inter Deos Conſentes enumeratur a Varrone. Plinius quoque illius meminit Lib. 34. Cap. 8. & Lib. 36. Cap. 5.

2 *Romæ.*
Ex Donio.

EVENTVI
AVG
FELICITER
VICTORIIS AVG
FELICITER

MUSÆ, FLORA, FERONIA, ATTIS.

3 *Romæ,*
in ædibus Matthæiorum.
Duo Vaſa ſimilia.
E ſchedis Franciſci Ptolomei.

D . M
SACRVM MVSIS

Num *Dis Manibus*, an *Deæ Magnæ*? Mendoſum credidiſſem, niſi ſubſequens Inſcriptio pares figlas haberet.

Ibidem,
prope Sancti Petri.
E ſchedis meis.

MVSIS SACRVM
D . M . SACRVM
SEX. IVLIO PAVLINO
SCRIB. AEDIL. CVR.
AVTRONIA PRISCILLA
CONIVGI CARISSIMO

Geminis huiſce Inſcriptionibus præeuntibus, excogitare quiſquam poſſit, fuiſſe, qui non tantum *Diis Manibus*, ſed & *Muſis* litarent provitâ functis. Quo rariora, eo pluris etiam facienda ſunt ejuſmodi monumenta.

5 *Mevaniæ,*
in Palatio Conſulari.
Miſit Dionyſius Sancaſſanius [illegible]

FLORAE
SACER
C. CAESIVS. HER

6 *Albani.*
Ex Ligorio hauſtam dedit
P. Vulpius Soc. Jeſu.

FLORAE FERONIAE DICTALE
SACRVM
C. IVNIVS. C. F. PALATIN. PRISCVS
ALBANVS. EQ. ROMANVS. EV. AVG.
L. POMPONIO. FLACCO. L. F. C. COELIO RVFO COSS.

Anno U. C. 720. Anno videlicet Salutis XVII.

7 *Veronæ,*
in Muſeo Publico.
Ex Marchione Maffejo.

FERONIAE. SAC
IN. MEMORIAM
MINEI PRISCI
T. KANIVS. IANVAR.
SAC. GRATVITVS
ANNO XXXX
D D

8 *In Colle, qui imminet Monticulo agri Aquilani, ad januam Sanctæ Scholaſticæ.*
E ſchedis meis.

P. TEBANVS P. F. QVIR.
C. AVIDIVS LATIARIS
QVAESTOR
DIVI CLAVDII. TR. PL. PR.
PER. OMNES. HONORES
CANDIDATVS. AVGVSTOR.
FERONIAE

9 *Romæ,*
apud Doroaſtrum Maſinum
tabellis æneis effoſſa in Tuſcia.
E Ligorio.

IVNONI. ET. FERONIAE
SEX. ALBIVS. SEX. F. SCAP. IVS
TVS. IIII. VIR. IVR. DICVN. ET
ALBIA. VIBVLLENA
VXOR. VOTVM. LIBENS. SOL
VIT

Qui *Junonem* eamdem cum *Feronia* faciunt adverſantem ſibi habent Inſcriptionem hanc, uti & alteram apud Reineſium Claſſ. I. num. 31. Sed vide Claſſem II. ſubſequentem.

1 *Bonnenti.*
Ex Donio.



Taurobolii, hoc est Sacrificii in honorem *Magnæ Deûm Matris*, & *Attinis* celebrati, heic est mentio. Multa de Cybele, atque Attine fabulantur Ethnici Scriptores, quæ omnia apud eos, non heic, legenda.

2 *Tiburi,*
in Sancti Benedicti.
E schedis meis.

ATTINI AVG
SAC
C. IVLIVS. SP. F. IVLIANVS
PROCVLVS SACERDOS
M. D. M. I
AB AQVAS ALBVLAS
D D

Siglas in quintâ lineâ interpretare *Magnæ Deûm Matris Idææ*.

MATRONÆ, DEA OBSEQUENS, SURIA, OMPHALE, VALENTINA.

3 *Mediolani.*
E schedis Cacereji.

MATRON.
ANNIA. Q. L
SERVANDA
V. S. L. M

Matronæ, *Matres*, & *Matræ* (quæ nomina unum significasse creduntur) si Sponium pag. 104. Miscellaneor. auscultemus, erant *Deæ quædam Provinciarum, Urbiumque tutelares*. Sub hoc nomine ego *Junones* dumtaxat appellatas fuisse reor; nam *Junonibus*, uti supra vidimus, veteres vota offerebant. Ovidius Lib. VI. Fastor. aliquid de hac re innuere videtur. Sed hæc pleniorem lucem ex subsequenti Lapide accipient.

4 *Befutii in agro Mediolanensi.*
Misit P. D. Petrus Grazioli
e Congregatione Sancti Pauli.

MATRONIS
IVNONIBVS
VALERIVS
BARONIS. F
V S L M

En ergo sub nomine *Matronarum* cultus *Junonis*. Quid verò *Junones* fuerint, supra indicavi.

5 *Beckingæ in Germania.*
Ex Eccardo.

SENOnibus
MATRONis
COHors
HELVETiorum
QVIRA
IS IVLius Victi
CIVS
LEG VIII
IEVS II

6 *Mediolani.*
Ex Alciato.

MATRONIS
L. S. A
V. S. L M

7 *Ibidem,*
e regione pistrini Sancti Antonii.
Exscripsi.

MATRONIS
ATILIVS
C. F
VENERIQ. V. S

8 *Ibidem,*
apud Nobb. Archintos.
Exscripsi.

MATRONIS
CALVISIA C. FILIA
CVM FILIIS
V. S. L. M
L. D. D. D

1 *Cremonæ, in ædibus Caraffinorum. Miſit Franciſcus Ariſius.*

MATRONIS
P. CAESIVS
ARCHIGENES
V . S . L . M

2 *Suni in agro Novarienſi, in Sancti Geneſii. E Gallerato.*

MATRONIS
ET DIS DEABVS
T. MATVSIVS[illegible]N
PRO SE SVISQVE
V S L M

3 *In Sanctæ Chriſtinæ, agri Novarienſis. E ſchedis meis, & ex Gallerato.*

MATRONIS
T. VINIDIVS
CRESCENS

4 *Veſontione, apud D. Dunod Anteceſſorem, Miſit Bimardus.*

MATRABVS A
VGG. MARTIALIS
AVGG. NN. VER. E
X DISP. EX. VOTO
MONITVS

Ideſt: *Auguſtorum Noſtrorum Verna ex Diſpenſatoribus* &c.

5 *Neomagi. Ex Jacobo Tollio.*

MATRIBVS
MOPATIBVS
M. LIBERIVS
VICTOR CIVES
NERVIVS NE
FRV. V. S. L. M

A loco *Mopate*, ubi *Matres* Divæ colebantur, cognomen accepiſſe illæ mihi ex.duntur.

8 *In Abbatia Beligni agri Aquilcienſis. E ſchedis Valerii, & ex Illuſtriſs. Philippo a Turre.*

LEVCAE ANSPANIAE . L.
OCCVSIA VENVSTA
MAG. DEAE OBSEQVENTI
D

Incertus ſum, legendum-ne ſit heic *Venuſta Magiſtra*, an *Magnæ Deæ*. In priorem interpretationem promior ſum, quod feminæ quoque *Sacerdotes*, & *Magiſtræ* Sacerdotum inter Ethnicos haberentur. Majores etiam ambages erant *Dea iſta Obſequens*: nam quæ illa dicenda eſt? *Obſequens* Cognomen eſt inditum aliis Diis, & Deabus; id quod ſupra animadvertimus, quaſi dicas: *Facilis ad implenda vota precantum. Si Magnæ Deæ* legas, Cybelem *Magnam Deam Matrem* non injuria heic excogites. Attamen in tantum modo certam nobis interpretationem offerret, qui probaſſet in cujus Deæ Templo poſita fuiſſet iſta tabella. Hoc autem quis reſcire poſſit?

6 *In incerto loco. Ex Cupero.*

MATRIBVS. ARSACIS. PA
TERNIS, SIVE. MATERNIS
M. AVR. LVVERONIVS VE
RVS . PR. PRAEFECTI. PRO SE
ET . SVIS. V. S. L. M

7 *Ex eodem.*

MATRIBVS
BRITTIS
L. VALERIVS
MIL. LEG. XXX.
V . V
V. S. L. M

9 *Romæ, in vineis Cardinalis Carpenſis. E ſchedis Farneſiis.*

DEAE . SVRIAE . SACR
VOTO . SVSCEPT. PRO
SALVTE
AVG . GERMANICI
PONTIFICIS . MAXIMI . TR . POT
D . VETVRIVS . ANTIGONVS
D . VETVRIVS . SP . F . PHILO
D . VETVRIVS . ALBANVS
PATER CVM FILIS POSVIT

Erafum fuit nomen Auguſti. Hanc retulit Gruterus pag. [illegible] n. num. 2. Sed ibi legitur in primâ lineâ I. O. M. SACR[illegible] ſchedis autem Farneſiis, Anno Chriſti 1505. ſcriptis DEAE SVRIAE SACR. Deam hanc Diodorus Siculus Lib. [illegible] nerem putat, quæ & *Aſtarte* appellata. At Sanctus [illegible] ſit in *Junonem* ſub eo nomine cultam memoriæ prodi[illegible]. Antiqua eſt Plutarchus in Vitâ Graſſi, ſit-ne hæc *Vera* [illegible] *Juno*. Tu Lucianum in Libello *de Dea Syria*, & Livium Giraldum conſule, ſi plura cupis.

2 *Ocriculi.*
Ex P. Mabillonio.

PRO SALVTE. ITVS. AC. REDITVS
D. N. SANCTISSIMI. TI. AVG. AEDICVLAM
CONCILII. DEORVM. DEARVMQVE
AVRELIVS. FAVSTVS. PROT. DIVINI
LATERIS. AVG. N. EX. VISV. DEAI
VALENTINAE. S. P. F. C.

Romæ.
Misit Ficoronius.

OMPAL. HERCVLIS
CASSIA
M. ANTITIA
PRISCILLA
FECIT

In marmore visitur imago *Herculis* & *Omphales*, quam perdite adamasse Hercules à Mythologis fertur. Lapis effossus fuit in vinea Nobilium Cafalium.

Idest: *Suâ Pecuniâ Faciendum Curavit.* In Gruteriano quoque Thesauro hanc habes pag. 2. num. 12. sed emendationis indigam. Ibi legitur *Aurelius Faustus Prot. Diviniaute. Rif.* En germanum lectionem. Is fuit *Protector divini lateris*: quod munus in Palatio illustris dignitatis fuit. Honorius ac Theodosius Augusti in L. IX. Tit. 22. Lib. 6. Codic. Theodosian. datâ Anno Christi 416. haec habent: *Decretissimus Protectores, qui armatam militiam subeuntes, non solum defendendi corporis sui, verùm etiam protegendi Lateris nostri solicitudinem patiuntur (unde etiam Protectorum nomen sortiti sunt) inglorios esse non patimur.* Pro *Tiberio Augusto* Aedicula haec aedificata videtur. Verùm apud Gruterum post vocabulum SANCTISSIMI, lacuna conficitur, aut erasa, aut exesa a tempore literis; ita ut mihi suspicio inhaeserit, longe post Tiberium Inscriptionem hanc atque Aedem fuisse positam; neque enim tam antiquum censeo *Protectoris* munus. Veri itaque simile mihi est, ibi legendum *Magnenti*, aut *Decentii*, aut *Constantii*, aut alius cujuspiam Augusti nomen in TIVS desinens. Gruterus in fine hæc habet. EX VISV DEAI VALENTIAE. Porro Burcardus Struvius, cui eruditum Syntagma debemus Antiquitatum Romanarum, *Deam Valentiam* arbitratus est nomen fuisse *Hygiæ*, sive *Salutis*, de qua antea ferino fuit. Laudanda sane conjectura; quippe Græcum Υγιὴς, seu *Hygia*, Latine reddi potest *Valentia*. In exemplo Mabilloniano DEA VALENTINA occurrit; quæ appellatio si admittatur, ambiguam interpretationem facit, eboriente suspicione Deum aliquam a Populo *Valentino* in Brutiis (ubi *Valentia* Romanorum Colonia) cultam. Hæc desiguavi. Sed legendum plane VALENTIA nos monet Tertullianus in Apologetici Cap. 24. ubi recensus Deos *municipali consecratione* probatos, ait; *Æsculanorum Ancaria, Volsinienfium Nortia, Ocriculanorum Valentia.* Inscriptio hæc ad Ocriculim spectat, unde sumta fuit.

SANCTUS, HEBO, BERGIMUS.

3 *Reate.*
E Ligorio.
Misit quoque Antonius Antinorius Aquilanus.

PATRI REATINO SACRVM
OB HONOREM AVGVSTOR
VI VIRI AVGVST
T. BETVINVS FELIX
LICINIVS SVCCESSVS
POMPONIVS MODERATVS
VS. HERMEROS. L. D
VS. ACHORISTVS. D. D.

Antinorius habet in secundâ linea AVGVST. Qui hoc nuncupatur *Pater Reatinus*, alio nomine apparet *Sangus*, seu *Sancus* apud veteres, atque in marmoribus, cujus Numinis fuerunt Reatini, ceterique Sabini cultores. *Sancus* Festo creditur *Hercules*. Is etiam appellatus *Medius Fidius*. Properces. Ovidius Lib. 6. Fastorum *Sancto nomina terna* tribuit. Aduotarunt autem docti viri, deceptum fuisse Justinum Martyrem in Apologia Secunda, dum *Simoni Mago* Inscriptionem sibi visam Romæ positam credidit, quæ tamen *Simoni Sanco* dicata fuerat.

1 *Reate.*
E schedis Ambrosianis.

SANCTE
DE. DECVMA. VICTOR. TIBEI. LVCIVS. MVNIVS. DONVM
MORIBVS. ANTIQVEIS. PRO. VSVRA. HOC. DARE. SE SE
VISVM. ANIMO. SVO. PERFECIT. TVA. PACE. ROGANS. TE
COGENDEI. AC. DISSOLVENDEI. TV. VT. FACILIA. FAXSEIS
PERFICIAS. DECVMAM. VT. FACIAT. VERAE. RATIONIS
PROQVE. HOC. ATQVE. ALIEIS. DONIS. DES. DIGNA. MERENTI

Gruterus antea produxerat, ex Apiani, Ursini, & Merelli schedis. Ego ipsum in compluribus aliorum schedis deprehendi. Nisi & eruditus Vir Antonius Antinorius Gaza Aquilanus. Ubique varia lectio. Quænam emendatior, incertum. Groteriana habet in prima linea: SANCO. FIDEO. SEMOPATRI. In media tantummodo legitur SANCTE. Apud Gruterum in secunda linea est LVCIVS MVMIVS. Hoc vero MVNIVS, & apud alios MVRIVS. Tum noster tum Gruterianus lapis præter in postrema linea DIGNA. In aliis schedis SIGNA. Quod certum est, ea ad Sabinorum, ac præcipue Reatinorum Deum spectat, quem *Sanctum* Ovidius quoque, Propertius, & Silius appellant, sed non fuit Eruditorum pugnis, qui *Sancum*, vel *Sangum* nuncupatum contendunt, variantibus nempe Codicibus. Hoc sane non deliri tenebræ. Est apud Gruterum pag. 71, num 2. lapis SANC. SAL. dicatus. Licoriri hunc deferibunt lepti SANC. SAB. Alterum profert Gruterus pag. 96. num. 8. inscriptum SANCO DEO &c. Verum Ligorius, & Manutius in ipso lepidant: PATRI REATINO. Neque omittendum, exhiberi ab eodem Pyrrho Ligorio hujus Inscriptionis, in qua visitur ordo hominum faciebantium. Octo Nixæ circumstant. Hercules muliebri habitu chorum iuvenarium implet, ita ut *Hercules Musagetes* videatur.

2 *Hispellis.*
Ex Ligorio.

In ea quoque opinione fuit Ligorius, *Herculem* Sabinis sub nomine *Dei Sancti* fuisse honoratum. At hcic *Panos*, seu *Panis Dei* effigies *Sanctum* hunc Deum referre videtur, qui dextera Fistulam, sinistra Pedum, sive Clavum tenet, pendentibus ex arbore Cymbalis. *Pan* & apud Latinos nomen celebre: attamen, quod miremur, vix alia Latina Inscriptio visitur, præter duas Britannias, Patri potitat. Fortasse Latinis *Silvanus* idem cum *Pane* fuit. At quum Hispellum non in Sabinis, sed in Umbria sinum sit, a vero non abhorret, ibi *Pan* cultum fuisse, *Sanctumque* appellatum. Ita in aliis lapidibus *Sancti* agnomen deferitur *Æsculapio*, *Apollini*, *Cornuto*, *Fortunæ*, *Hercule*, *Mithræ* &c.

1 *Neapoli*,
apud Sannazarios.
Ex Ligorio, & fchedis Fratris Jucundi.

ΗΒΩΝΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ ΘΕΩ
Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ. ΑΚΤΛΑΣ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ
ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ ΕΠΙΤΡΟΠΕΥ
ΣΑΣ ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ ΛΑΤΚΕΔΑΡΧΗΣΑΣ

Ideſt:

Heboni Præſtantiſſimo Deo
Cajus Junius Acylas Junior,
Militiæ Dux, Reipublicæ Procura-
tor, Tribunus Plebis (fort.) *Leucadis* Præfectus.

Neque hæc deſideratur apud Gruterum, qui ipſum dedit pag. 36. num. 5. Sed quia poſtremum ibi vocabulum ΛΑΤΚΕΔΑΡΧΗΣΑΣ non legitur, rurſus producendam cenſui. Conjecturâ tantummodo uſus recidiſti vocem hanc *Leucadis*, *Præfectus*, quippe ſcribendam hoc fortaſſis eſt ΛΕΥΚΑΔΑΡΧΗΣΑΣ. In ſchedis Fratris Jucundi apud olim Antonium Franciſcum Marmium Equitem Florentinum legitur ΛΑΤΚΕΔΑΙΜΟΝΕΑΣ. Ad *Hebonem* quod attinet audi Macrobium Lib. I. Cap. 18. Saturnal. cujus ſunt verba: *Bacchum in Campania Neapolitani celebrant, Hebonem cognominantes*. Ibi verò contendit Macrobius, *Apollinem*, ſive *Solem, & Liberum Patrem unum eumdemque Deum eſſe*. Quam in rem congruit epitheton hoc datum Heboni, hoc eſt ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΥ, quod etiam *Illuſtriſſimum, Splendentiſſimum* &c. reddere poſſis.

2 *Calatiæ*.
Ex Matthæo Ægyptio.

ΗΒΩΝΗΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ
ΘΕΩΙ
ΤΑΓΜΑ ΚΑΙ ΛΕΟΣ ΚΑΛΑΤΙΝΟΣ

Ideſt:

Hebone Præſtantiſſimo
Deo
Ordo Et Populus Calatinus
(dicavit.)

Calatia olim Campaniæ Civitas. Heic *Hebona* appellatur, qui ſupra *Hebo*, vel *Hebon*. Proinde non tantum apud Neapolitas, ſed & apud alios Campaniæ Populos Deo iſti cultus fuit.

3 *Brixiæ*.
Ex Rubeo.

BERGIMO
M. NONIVS
M. F. FAB
SENECIANVS
V. S.

Vide Gruterum pag. 1155. num. 3. Sponius quoque duas dedit ad *Bergimum* hunc pertinentes, qui Brixianorum Deus indigena, & peculiaris fuit. Recte creditus *Deus montanus*, quin BERG Germanis *Mons* eſt. *Bergomati* Urbi hoc nomen inditum, quia in monte ſita eſt.

4 *In Caſtello DD. Comitum de* Arco.
Miſit V. Cl. Hieronymus Tartarottus
Roveretanus.

SEX NIGIDIVS
TAB. PRIMVS AE
DIL. BRIX. DECVR.
HONORE GRAT. DD.
EX POSTVLATIONE PLEB.
ARAM BERGIMO RESTIT

Ut me monuit doctiſſimus Tartarottus, Inſcriptio hæc ex vetuſtiſſimo lapide, in quo evanſcebant literæ, tranſcripta fuit in novum lapidem.

5 *Brixiæ*,
ad Sanctli Fauſtini.
E Vinacceſio.

CONSUS, CUSLANUS, NAVISALVI A, NOCTULIUS, BIVII, ANCARIA, ENHODIA, PELINA.

1 *Spoleti.*
Ex Lagorio.

CONSO. NEPTVNO. ATQ. AECATAE
MV. VLPIVS AR FVRNIVS FLOR
ET. L. FOVRIVS FACIONDAM DEDERONT

De *Conso* Deo, quem Romulus ipse in Urbem invexisse creditur, sive is *Neptunus* sit, ut multi ex antiquis censuerunt, vel *Deus Consilii*, ut alii voluerunt, erudite disserit Lilius Gyraldus, cujus verbum expilare nolo. Nescio legendum-ne sit in secundâ lineâ ARFVRNIVS, an AR, ut sit Tribus *Arnensis*.

3 *Romæ,*
apud Johannem Baptistam Arrighium.
Missi doctiss. P. D. Petrus Paulus Ginanni,
Prior Benedictinus.

MATRI DEVM
ET NAVISALVIAE
Q. NVNNIVS
TELEPHVS MAG
COL. CVLTO. EIVS

Rara Inscriptio, utpote quæ nobis nunc primum exhibet Deam *Navisalviam* antea ignotam; quippe conjungendas geminas illas voces NAVI SALVIAE reor. Vergilius Lib. I. Georgicorum, Deos enumerat, quibus Nautæ vota nuncupabant, ut suis navibus propitium iter præberent:

Votaque servati solvent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Propertius quoque Lib. II. Eleg. 28.

Ino etiam primâ territ ætate vagata est.
Hanc miser implorat Navita Leucothoën.

Aut una ex hisce Deabus sub nomine *Navisalviæ* culta fuit, aut peculiaris quæpiam Dea habita est in aliquo templo ad littus maris, cui se Nautæ commendabant, ut Salvas deduceret Naves suas. *Telephus* ille fuit *Magister Columæ*, aut *Collegii* alicujus. Fuit & *Cultor ejus* Deæ. Quum verò inquiat EIVS, & non EARVM, justum etiam opinandi locum relinquit, fieri potuisse, ut *Mater Deûm Navisalvia* ipsa fuerit: atque ita crederem, nisi ET subjunctum se mihi objiceret, quod disjunctionem innuere videtur.

4 *Brixiæ,*
apud Forum.
E Vinaccesio.

NOCTVLIO
ICTOR BRIXIANORVM

Octavius Rubeus alteram dederat, in qua *Noctulii* Dei mentio haberur; eamque Sponius subinde in suam Miscellaneam intulit. Immo Rubeus, cui ad omnia præsto semper fuit Statua aliqua, *Noctulii* ipsius Simulacrum, si verum est, nobis exhibuit. Hic ab eo creditur *Deus Cogitationum*; sed fortasse Deus *Noctis* præses fuit. Apud Brixianos tantùm reperitur.

2 *Veronæ,*
in Musco publico.
Ex Cl. Marchione Maffejo

CVSLANO SAC
L. OCTAVIVS
C. F. CASSIVS
L. C. OCTAVI L. F_
MARTIALIS ET
MACER

Hanc produxerat Gruterus pag. 96. [illegible] s. a Saraina, & Panvinio mutuatus [illegible] At ii a peregrino *Cuslani* nomine ter [illegible] scripserant CVS. IANO. Veram le[illegible]nem restituit accuratissimus Ma[illegible]ffejus. Hic autem Deus pecu[illegible] Veronensium fuit; ac propterea [illegible] ullum ejus vestigium alibi occurrit. Qu[illegible] quam opinor, quæ exotica Deorum [illegible] nomina leguntur in veterum monum[illegible]tis, plerumque exhibere Deum q[illegible] pium notum, qualis *Jupiter*, *Pl*[illegible], *Apollo*, *Diana*, *Venus* &c. cui co[illegible]men a Loco accesserit, aut ab [illegible] domino, sive ab aliquo Epitheto [illegible] gua Etruscæ, Celticæ, atque ejusmodi aliarum Linguarum, quas tamdiu [illegible] derunt.

5 *Spiræ.*
E schedis Ambrosianis.

BIVIIS TRIVIIS
QVADRVVIIS
EX VOTO SVSCEPTO
POSIIT PRIMVS
VICTOR
V. S. L. L. M

Duas alias Inscriptiones *Bivii*, *Trivii* [illegible] &c. habes apud Gruterum. Scilicet Ec[illegible] nica superstitio immanem in numeri[illegible] suos Deos multiplicavit. Hoc nomi[illegible] censeo donatos *Genios*, qui *Bivii*, *T*[illegible] vii, & *Quadruvii* præesse credeba[illegible] tur.

1 *Aſculi.*
Miſit Illuſtriſſ. Henricus Henriquez,
Gubernator Campaniæ & Maritimæ.

DEAE ANCARIAE IN PICENO
ASCVLANORVM
OMNIVM. SVAVITATVM. DONATRI
CI. MAXENTIVS. CAESARIANVS
P. P.

Uti ſupra monui, a Tertulliano in Apologetic. Cap. 24. *Æſculanorum Ancariæ* Dea memoratur. Idem Lib. II. Cap. 8. ad Nationes, *Æſculanorum Ancbariam, & quam Preverin* (locus, ut ſuſpicor corruptus) irridet. Reinetius pag. 257. ex Holſtenio (qui a Ligorio accepit) Inſcriptionem alteram nobis exhibet *Feſtalli* politam, in qua Deæ *Ancbariæ* mentio eſt, & apud Tertullianum, legendum opinatur pro *Æſculanorum*, *Feſulanorum*. Ex hoc marmore, dummodo legitimum ſit, ejus conjectura ruit. Hoc mihi ſcrupulum aliquem creat illud IN PICENO ASCVLANORVM.

2 *Athenis, in columna.*
E Clariſſ. P. Montfauconio.

In una parte columnæ.

ΘΤΔΕΝΙ ΘΕΜΙΤΟΝ ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΟΠΙΟΥ
Ο ΕΣΤΙΝ ΕΠΙ ΤΩ ΤΡΙΤΩ ΕΝ ΤΗ ΟΔΩ ΤΗ ΑΠΠΙΑ
ΕΝ ΤΗ ΗΡΩΔΟΥ ΑΓΡΩ. ΟΥ ΓΑΡ ΛΩΙΟΝ ΤΩ ΚΙΝΗΣΑΝΤΙ
ΜΑΡΤΥΣ ΔΑΙΜΩΝ ΕΝΟΔΙΑ

Ideſt:

Nemini Fas Eſt Tranſmovere Ex Triopio,
Quod Eſt Ad Tertium Lapidem In Via Appia
In Herodis Agro. Non Enim Conducet Moventi.
Teſtis Dea Enbodia.

In altera parte columnæ.

ΚΑΙ ΟΙ ΚΙΟΝΕΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ ΑΝΑΘΗΜΑ
ΚΑΙ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΩΝ ΘΕΩΝ

Ideſt:

Et Columnæ, Cereris Et Proſerpinæ Donarium,
Ac Manium Deorum.

Jam pridem hanc ediderat Gruterus pag. 27. num. 1. Correctiorem poſtea dedit Montfauconius, inſignis Græcæ Linguæ, & eruditionis Græcæ magiſter. Quæ heic *Dæmon*, ſive *Dea Enbodia* appellatur, *Viarum Dea*, hoc eſt *Viarum Præſes*, Feſto dicitur. Hæc autem nihil aliud fuit, niſi *Diana*, quam propterea Artemidorus, Phurnutus, & Sanctus Auguſtinus *Enbodiam* nuncuparunt.

3 *Anxani in Frentanis.*
Miſit Petrus Polidorus V. Cl.

PELINAE
BENEFICAE
M. ALBIVS
NICERATVS
EX VOTO .. D. D.

Rarum Marmor, quod *Pelinæ* Deæ mentionem faciat; alluſde nobis ignote. *Pellonium* Deam Arnobius memorat, ad pellendos hoſtes adjutricem: quæ propterea *Pallas* videri poſſit. *Pellenæam* verò *Dianam*, cui ab Urbe *Pellene* fuit cognomen, Aratus laudavit. Sed fortaſſe neutra ſub nomine *Pelinæ* colebatur, & præcipue quod Clariſs. Polidorus monuit me, unico L. ſcriptum eſſe PELNAE. *Peligni* Frentanis conterminiſ peculiarem Deam iſtam coluiſſe mihi creduntur. Illius nomen recurrit in Inſcriptione C. Vibi Severi, Claſſ. V. Conſularium.

Alii Dii exotici.

ALANTEDOBA, ANTUBELUS, & NABIS, BANDIARBA, BARÆCUS, ERULUS, FALACRIA DEA, FLERIS, FONION, GLICUS, JUBILUS, MEULIVIACUS, PRÆSTITA, PORTUMNUS, RUBIGUS, SILUMIUS, SUPUNNA, & VORTUMNUS.

Jacobus Sponius vir de lapidaria eruditione bene meritus, syllogen nobis dedit quorundam ignotorum obscurorumque Deorum. Alios habes in Thesauro Gruteriano. Nonnullos etiam apud Reinesium. Nunc & à me accipe additamentum quorundam id genus Deorum.

1 *Bidiciti in agro Brixiano. Ex Oll.oso Rubeo.*

ALANTEDOBA
SEX. CORNELIVS
PRIMVS
V. S. L. M

Peculiaris aliqua Brixianorum Dea fuerit *Alantedoba*.

2 *In Hispania. E schedis P. Cattanei.*

BOVTIVS
ANTVBEL
ET. D. NABI
V. S. L. M

Si ita in marmore se habent hæc nomina, hinc ignori Dii erumpunt, ANTVBELVS & DEA puto NABIS. Fortasse *Belus* Orientalium Deus, cum non pauca Coloniæ in Hispania fecerunt, memoratur.

3 *In agro Ulissiponensi. E schedis Ambrosianis.*

AMMINVS
ANDIATTIAE. F.
BANDIARBA
RIAICO VO
TVM L. M. S

Equidem *Bandiarbam* Deum divinans portiùs, quàm perspiciens ego hic exegeravi. Sed meliorem lucem minutie, ut puto, alii adferent inter hasce tenebras.

4 *In vico* Ruanes *in Gallæcia. E schedis Farnesiis. Misit P. Andreasius è Soc. Jesu.*

REVVEANA
BARAECO
AFER ALBINI
F. TVROLVS
V. S. L. M

Barœcum Deum omnino nobis ignotum, videre hic mihi videor. Potissimum extra Italiam exarici Dii occurrunt, sive quos alicujus Loci peculiares, aut indigenæ forent, sive quod sub aliis nominibus Ethnicorum Dii nobis cogniti colerentur.

5 *Jaderæ. E schedis Farnesii, Capponiis, & Fratris Jucundi.*

SEXTVS. OCTAVIVS
CLA. CONSTANS
II. VIR. PONTIF. T. F. I
ERVLOQVE DEDICARI

Erulus Jaderensium Deus indigena fuisse videretur. Sed fortasse nullus umquam *Erulus* Deus fuit. Domitus, hoc Epigramma profereus, *Nadini*, seu potius *Nedini*, *in Dalmatia*, ut is ait, existens, legit EPVLOQVE DEDICARI: quæ lectio *Erulum* prorsus everti: nisi quod vereor, ne Domi editor Clarissimus, aut Typographus EPVLO fabricaverit pro ERVLO, quod certe in antiquis complurium schedis legitur.

6 *In ignoto loco. Ex Comite Malvasia.*

T. FLAVIO PRIMIGE
NIO. FALACR. DEAE
POM. T. FLAVIVS. T. F. NI
GRINVS. ORNAMEN. D. D
IN FR. P. XV. IN. AGR. P. XVII

A Varrone Lib. 6. de Lingua Latina hi Dii memorantur: *Volturnus*, *Palatia*, *Furina*, *Flora*, *Falacer*, *Pomona pomorum patrona*. Hinc Deum *Falacrem* deduxere viri eruditi. Si eorum est Inscripsio nostra, non Deus, sed *Dea Falacria* à Romanis culta fuit, eaque ipsa videtur POM. idest *Pomona*. Sed mihi negotium facessunt postremæ lineæ verba, quæ sepulcralem titulum, non votivum tabellam præ se ferunt. Et fortasse pro POM. legendum PONTIdeft *Pontifici Deæ Falacriæ*.

1 *Brixiæ.*
E ſchedis Farneſiis.

FLERI
QVINTVS
GEMELLVS
V. S. L. M

Reineſius Cliffe I. num. 35. e Tomaſino hanc attulit, ſed immani diverſitate. Quippe ita ibi concepta eſt:

CERERI
MATRI MAXIMAE
FRVGIFERAE
QVINTIVS
GEMELLVS
V. S. L. M

Poſtrema tantùm verba iſtius produxerat Gruterus pag. 1076. num. 8. Tomaſinus per ſuam ſupplere poſſe Grutenianam cenſuit. Atqui miratur Reineſius, cur Tomaſinus viderit *Fleri in vico agri Brixiani adeo perfectam*, quum Octavius Rubeus longe antea iſtum lapidem deſcribens, truncum adſpexerit, nullamque ibi *Cereris* mentionem adinvenerit. Equidem ignoro, an Rubeus vivens bis ſuum de Monumentis Brixianis Librum typis conſignarit. Certum dumtaxat mihi eſt, in ejus Libri editione Brixiana Anni 1616. Inſcriptionem hanc referri pag. 173. hiſce verbis:

CERERI
MATRI MAXIMAE
TRVSIFERAE (*vox depravata*)
QVINTIVS
GEMELLVS
V. S. L. M

Alia Reineſio fuerit editio oportet, quando hæc non vidit. Atqui in ſchedis Farneſii, quæ, ut ruſſus commemorem, exaratæ fuerunt Anno Chriſti 1505. non *Cereri Matri Maximæ Truſiferæ*, ſeu potius *Frugiferæ*, legitur, ſed tantummodo FLERI. Niſi earum Scriptor Thomas Scandianus deceptus fuerit, & *Fleri* locum, ubi Inſcriptio exiſtebat, in Inſcriptionem iſtam oſcitantet intruſerit (quod non facile credam) habemus heic *Fleren* Deum ignotum, unde nomen Vico *Fleri* venerit, quod ibi Fleris Ædes ſita fuerit. Fortaſſe peregrinum hoc vocabulum alii conſpicati, maluerunt veluti vitiatum omittere; alii verò ſubinde pro ipſo repoſuerunt *Cereri* &c. Henrico Stephano teſte, in Etymologico, *Bacchus* appellatur Φλεως, & ab Æliano Φλεὺς. An cognomini iſti cum *Flere* eſſe poſſit affinitas, Eruditis decernendum relinquo.

2 *Aquilejæ.*
E Cl. V. Philippo a Turre, Epiſcopo Hadrienſi.

FONIONI
SACR
SEIA . IONIS
MAG
D. D.

Sub *Fonionis* nomine *Martem* honoratum fuiſſe cenſuit doctiſſimus a Turre, a Græco Φόνος cædem ſignificante. Dum certiora quiſquam adferat, ejus conjecturæ ſua ſit laus. Suſpicari tamen quiſquam poſſit, *Fonionis* nomen ad *Famam* ſpectare, quæ uti Dea culta eſt ab antiquis.

3 *Albæ Juliæ in Dacia.*
E ſchedis Farneſiis, & meis.

GLICO
M. AVR. THEODO
TVS IVSSO DEI
POSVIT

Dei *Glici* ſingularis eſt memoria hæc in Dacia, ſive Tranſilvania. GLISO legit Clariſſ. Gorius inter Doniana. Sed GLICO retinendum puto. Auctor eſt Lucianus in Pſeudomante, famoſum illum impoſtorem Alexandrum finxiſſe a ſe repertum *Æſculapium Deum* ſub formâ Serpentis. Deus iſte Γλύκων ὁνομαζόμενος, *Glycon* appellatus eſt. Huic ipſi confecto Numini veri videtur ſimile, dictum fuiſſe Epigramma illud.

4 *Nigoleræ in agro Brixiano.*
Ex Rubeo.

IVBILO
SACRVM
V. S. L. M

Deam *Voluptiam*, *Paventiam*, *Quietem*, Deum *Pavorem*, aliaque hujuſmodi Numina Ethnici finxerunt. Non ergo mirum, ſi & *Jubilum*.

5 *In Hiſpania.*
E ſchedis Patris Cattanei.

DEO MEVLI
VIACO
M. ATILIVS
SILONIS. F.
QVIR. SILO
EX VOTO

Topicum Deum *Meuliviacum* heic habes in aliquo Hiſpaniæ Pago honoratum.

6 *Extra Urbem Aquilæ ſtadiis duobus a porta Lavaretis, in Sanctæ Luciæ.*
E ſchedis meis.

ORFIA ATTICE
C. APONI SABINI
PRESTITAE
V. S. L. M

Lares, ſeu Genios Latini appellavere *Præſtites*, quod præeſſent hominibus, ac domibus. Arnobius quoque auctor eſt Lib. 4. contra Gentes, *Præſtanem* Deam in honore fuiſſe, *quod Quirinus in jaculi miſſione conctorum præſtiterit viribus*. At Macrobius, Capella, & Feſtus memoriæ prodiderunt, *Minervam* præcipue *Præſtitæ* cognomento fuiſſe ornatam, quod ſe veluti ducem hominibus præberet. Veri omnino ſimile eſt, Minervam eamdem heic ſub *Præſtitæ* nomine deſignari, quamquam & alius Deabus quin id muneris aſſigari potuerit, non negem.

1 *In Portu Oſtienſi.*
Ex Cl. V. P. Vulpio e Societate Jeſu.

PORTVMNO
SACRVM
M. SANGVINIVS. M. F.
PAL. LAVSVS
CVRATOR. CORP
LENVNCVLARIOR
PORTVEN

Erat in Oſtienſi Portu Ædes *Portumni*, atque in ejus honorem *Portumalia* quotannis celebrabantur. *Portumnum* Gyraldus cenſuit eſſe *Neptunum*. Alii, præeunte Ovidio, *Palæmona*, & *Melicertum* appellarunt. Feſtus verò *Priapum* exiſtimaſſe videtur. Illud certum, ab antiquis habitum fuiſſe Deum marinum, qui Portubus præeſſet.

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

PORTVMNO. BONO
DEO. TRANQVILLO
SEX. CLAVDIVS SEX. F.
PAL. ANTAEDIVS
CVRATOR. VICOR.
PORT. ET. TI. CLAVDI
VS II VIR D D

7 *In Saldnac in Dacia.*
Miſit Apoſtolus Zeno.

DEO
SILVMIO. D
OMESTICO
NTIA. PER
ET PHILVM
ENVS. V. L. P.

Ignotus iſte *Silvmius* Deus, non publico, ſed privato cultu honoratus fuit. Inter Lares, aut Penates numerandus videtur.

8 *Fulginii.*
E Fabio Pontano.

SVPVNNAE SACR

Iſta quoque Dea peculiare Numen *Fulginatum* fuiſſe videtur.

9 *Romæ,*
in ædibus Barberinis.
E ſchedis Ptolomæi.

VORTVMNO
SACRVM

Notus hic Deus in Latinorum ſcriptis. Varro, Horatius, atque alii de illo mentionem fecere. Sunt qui *Janum* putant. Aliis alius Deus eſt viſus.

2 *Ibidem.*
Ex eodem.

PORTVMNO. ET
FORTVNAE. TRANQVILLA
SACRVM
Q. CORIDIVS. Q. F. PAL
CAMILLVS
PRAEFECTVS PORT
NAV
VOT. VOVIT. L. M

4 *Romæ.*
Ex Eodem.

PORTVNALIA
MARTIA. PIOTICA

Portunalia fuerint-ne Ludi, an Sacra in honorem Portumni, an quidquam aliud hac voce ſignificetur, decernat qui poteſt.

5 *Piſis.*
E ſchedis Nicolai Pacediani.

RESI SACRVM
AVG LIB ACTE

Quisnam Deus, vel Dea fuerit *Reſia*, non facile invenias. Suſpicor *Orationi*, ſive *Eloquentiæ* fieri potuiſſe Votum; hanc enim *Rem* Græcæ vox ſignificat. Si Græcis *Pitho*, Latinis *Suada* Dea perſuadendi, ſi *Peronia*, ſi *Lucrum*, *Fama*, aliique ejuſmodi Dii fuere Paganis; cur non potuerit & *Oratio*, ſive *Eloquentia*?

6 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, Epiſcopo Hadrianenſi.

DEO
RVBIGO
SACRVM

Dei iſtius meminere Varro, Plinius, atque alii ex Ethnicis Scriptoribus. Et habebatur, ne Rubigo ſegetes vitiaret.

10 *In Caſtro Sancti Chriſtophori in Gallæcia.*
E ſchedis Farneſiis.

D. D
CAVECI. SAC
SACRVM XISIT
XIX. FL. DEDICAVIT
PRO SALVTE SVA ET SVORVM

Ad primum adſpectum *Caulecem* Deum quempiam deprehendi hic tibi videaris. At ego legendum potius opinor: *Diis Deabus, Cujus Aulecus Sacerdos Sacrum.* Quæ ſubſequuntur, adeo mendoſa ſunt, ut fruſtra reſtituere conatus.

Digitized by Google

AUGUSTUS, AURELIANUS, TYBERINUS.

Et alii Antiquorum Dii.

1 *In Sabaudia, ad Monasterium de* Hautecombe. *E Guichenonio.*

AVG. SACRVM
C. FL. VOLTIN. SABINVS

Augustum inter Deos sine hesitatione recenseo, quia ut eruditis perspectum est, ipse vel vivens *inter Deos tutelares conferatus fuit*, uti refluntur Appianus, Tacitus, & alii. Hinc illi posita Templa, constituti Sacerdotes ac Flamines. Exstant apud Gruterum aliæ similes Inscriptiones.

2 *Albacinæ in agro Fabrianensi. Misit P. Philippus Camerinius.*

AVG ⛧ SACRVM
GABINVS ⛧ TRIB ⛧ MIL ⛧ CVR ⛧ VIAR
PROVINC ⛧ AFRIC ⛧ PAT ⛧ MVN ⛧ P ⛧ S ⛧ F ⛧

Ideſt *Patronus Municipii Pecuniâ Suâ Fecit*. Heic, ut vides, folia, quæ corda olim credebantur, non tam ornamenti causâ, quàm divisionis inter voces ponuntur; loco scilicet commatum, sive punctorum.

3 *Perusiæ. Misit idem.*

AVGVSTO
LVCVS
SACER

4 *Ibidem. Misit idem.*

AVGVSTO
SACR
PERVSIA RESTITVTA

Male habita ab Augusto *Perusia* fuit, quippe direpta, & incensa; sed eo finente restaurata subinde. Hinc *Perusia restituta*, & in aliis faxit *Augusta Perusia*.

5 *Romæ, sub Monte Aventino, in Vinea Nobb. de* Cacciaporci. *Ex Donio.*

AVGVSTO.SACRVM.MAG.VICI
VG.PRIMI.MAGISTERIVM.INIER
LVCIVS.N.L.HERMEROS
SVTORIVS.L.L.ANTIOCHVS
CLODIVS.QQ.L.NICANOR

6 *Mylasæ in Caria. Ex Whelero.*

Ο ΔΗΜΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΘΕΟΥ ΤΙΩ ΣΕΒΑΣΤΩ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΚΑΙ ΘΕΑΙ ΡΩΜΗΙ

Ideſt:

Populus Imperatori Cæſari Divi Filio Auguſto Pontifici Maximo, Et Deæ Romæ.

7 *Bagneriis in Comitatu Bigorritano. Misit idem.*

NVMINI AVGVSTI
SACRVM
SECVNDVS SEMBEDO
NIS FIL NOMINE
VICANORVM AQVEN
SIVM ET SVO POSVIT

8 *Genevæ. Misit idem.*

NVMINIBVS AVG
ET DOM. DIV
VICTOR. AVG.
LIB. P. P. S.

Ideſt: *Poſuit Pecuniâ Suâ.*

9 *In Caſtello DD. Comitum de* Arco. *Misit Hieronymus Tartarottus.*

TVTELAE AVG
SEX NIGIDIVS TAB.
PRIMVS IVNIOR
DECVRIO BRIX
V S L L

10 *Burdigalæ. Misit Joſeph Bimardus, Montis Seleuci Baro.*

TVTELAE
AVG
LASCIVOS CANIL
EX VOTO
L. D. EX. D. D

Ideſt: *Locus Datus Ex Decreto Decurionum.*

11 *Nemauſi. E ſchedis Guirani in Cæſareæ Bibliotheca.*

TI. AVGVSTI F
SACRVM

Ideſt: *Tiberio Auguſti Filio.*

12 *Morviedri in Hiſpania. E ſchedis Patris Caſtanei.*

DEO
AVRELI
ANO

Eruint, qui *Aureliano* Augusto Aram hanc positam opinentur. Per me eis liceat, dum animadvertant *Deos*, non *Deos* consuevisse appellari Augustos, & quidem vitâ functos. Mihi verisimilius creditur Deus peculiaris loci, aut familiæ alicujus.

1 *Ex Donio, & Ligorio.*
In vinea Carpensi.

2 *In Castello Baschi, agri Tudertini. Misit Comes Franciscus Maria Campelli.*

SACRO
TYBERIN

Tiberini Dei apud Romanos vetustissima memoria est apud Sanctum Augustinum, Virgilium, & alios.

3 *In oppido* Albigny *agri Lugdunensis, in ædibus Domini* Boze. *E schedis meis.*

FLORIDO VERI
FLAVAE MESSI
MVSTOLENTO AVTVMNO
HYEMI AEOLIAE

Antiqua-ne, an recens sit Inscriptio hæc, aliis inquirendum relinquo.

4 *Tibure. Ex Donio.*

HONORI. VITAE. VIVENS
SACRAVIT
M. STATILIVS. M. F. CLAVD
SABINVS
TRIBVNVS LEG. XX. V. F

Marmor, in quo peregrina hæc Inscriptio extitisse dicitur, libenter vidissem.

5 *In magna Britannia. E Transactionibus Philosophicis Anglicis.*

DEO
MARCAV
BRVS. VOT

Oculo hæc opus est. Sed fortassis excederunt aliquot litteræ.

6 Montagnone *in agro Patavino. E schedis meis.*

VELLEIA. P. F
CHRESTE
F. V. S. L. M.

F. aut *Fronie*, aut *Fonti*, aut *Fortunæ*, aut etiam alicui alii Deo, sive Deæ ignoto, posita fuit tabella hæc. Ex *Æsis*, sive Templi nomine quid F. significaret, olim dignoscebatur.

7 *Porcunæ in Hispania. E schedis P. Cattanei.*

E. S
P. MANIL
ATICTVS. V. S.

Endovellius Deus apud Celtiberos [illegible] honore fuit. Nonnullas tabulas [illegible] apud Gruterum, & Reinesium. Ad eum fortassis & ista pertinet prima litera E. S. sint *Endovellico Sacrum*.

8 *Firmi, in horto Sanctæ Catharinæ. Misit P. Philippus Camerinus.*

S. S. C. S
PRO SALVTE L. L. HERMONI
FORENSIANI. FILI. SVI
L. HERMONIVS
PIERIVS FECIT

Fortasse: *Silvano Sancto Celesti Sacrum*.

9 *Æsernia, in horto Sanctissimonialium Sanctæ Claræ. Misit P. Alexander Berti.*

T. D. S.
PAT PAR
E

Videtur tabula votiva: Si est, fortasse legendum: *Terræ*, aut *Telluri Sacrum*.

1 *Veronæ*,
apud Malaspinas.
E schedis Farnesiis.

D. P
M. SESTIVS PRIMVS
V. S. L. M

Multifariam interpretari possis. Pro *Diis Penatibus* exempli causâ, sumere mihi liceat.

2 *Genevæ*,
E Guichenonio.

NVMINIBVS
AVG
ET DOM. DIV
VICTOR. AVG
LIB. P. P. S

Complures alias similes suppeditabit Gruterus, *Numinibus Augusti*, & *Domus Divinæ* positas, ideſt Geniis tutelaribus Augusti, ejusque Domus.

7 *Brixiæ*,
ad Forum Novarini.
E Rubeo.

DIS DEABVS
OMNIBVS
L. VETTVRIVS L. L
SEGOMARVS
PRO SE ET SVIS

8 *In Villa Verdè Vallis* Non
in Tirolenſi regione.
Miſit Hieronymus Tartarottus Roveretanus.

DIS DEABVSQ
OMNIBVS PRO
SALVTE CASTEL
LANORVM VER
VASSIVM. C. V. Q.
VADRATVS. L. L. P. D

3 *Buthroti in Epiro*.
Ex Donio.

NVMINIBVS AVGVSTORVM
TI. EPPIVS. BELLIC

4 *Brixiæ*,
apud N. V. Julium Antonium Æroldum.
Miſit ipſe.

DIS OM
NIBVS
V. Q
V. S. L. M

5 *Cremonæ*,
in ædibus Cavaſſinorum.
Miſit Franciſcus Ariſius.

DIIS
DEABVS
QVE CVM
IOVE
FL. RVSTICVS. VO.

6 *Romæ*,
in domo Pauli Pini.
E ſchedis Ambroſianis.

DEORVM OMNIVM AMATOR
GEMELLVS AVG. L. POPPAEANVS
FECIT ET DD.

9 *Aquilæ*.
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

ΚΛΑΤΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ
ΝΑΟΤΙΟΣ ΑΤΤΟΣ
ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΕΙΣ ΤΠΟ ΑΤΤΟΤ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ

Ideſt:

Claudium Cæſarem Auguſtum
Diis Tribulibus (commendat)
Navius Attus,
Ab Ipſo Miſſus
In Patriam.

Non arbitror Inſcriptionem hanc eſſe referendam ad Caſtorem & Pollucem, quos *Fratrum* nomine ſæpe ab antiquis memoratos novimus; ſed quidem *Diis Tribulibus*, hoc eſt, alicujus Tribus, ſive Sodalicii Tutelaribus, atque Præſidibus. Nam hoc ſenſu accipi conſuevit Φρήτριος, ſeu Φράτριος. Apud Gruterum quoque pag. 112. num. 2. votiva tabula legitur poſita ΘΕΟΙΣ ΣΕΒ. ΚΑΙ ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ *Diis Auguſtis Et Phratriis*. Fortaſſe titulo hoc ſignificantur Dii Tutelares *Domus Divinæ*. Hinc apud Demoſthenem occurrit Φράτριος Ζεύς, *Jupiter Phratrius*; ita ut videas, non unum certum Deum, ſed complures cognomine iſto donatos.

1 *Niciæ,*
in Sanctæ Mariæ Villæ veteris.
Ex Joffredo.

P. S. D. L
Q. ENIBOVDIVS
MONTANVS. O.
FECIT. IITALIO AE
ORDINATVS. EX
EQVO. M. ABDO
MINO. IMIMAVS
FEL. ANTONINO. V. C.
ROM. POSVIT. D.
OREVALO. L. M

Oprandum foret, ut accuratius exscriptum ad nos veniffet ejufmodi Epigramma. Conjectura mea eft, legendas effe priores figlas: *Pro Salute Domus Divinæ*; dicatumque fuiffe votivum monumentum a *Quintia Enobodia*, qui *Ejus Publico* donatus fuerit *Ab Domino Imperatore Auguſto Felice Antonino, Deo Orevalo* interim poſita videtur tabella, ſub quo nomine quis ex Ethnicorum Divis coleretur, fortaſſe nemo nunc noſcere poſſit.

2 *Prope oppidum* Beza *in Hiſpania.*
Ex Donio.

SVTTVNIO DEO
L. AVFIDIVS. MASCVLINVS
SESC PLICARIVS
P P. FAC. CVR

In ſchedis Ramberti apud doctiſſimum Johannem Dominicum Bertoli: Canonicum Aquilejenſem legitur in prima linea SVTTVNIO DEOGNO, ita ut non aliquis *Deus* hoc memoriæ videatur, ſed quidam *Miles* barbaricinominis. In tertia linea SESC.... PLICARIVS eſt SESQVIPLICARIVS, militaria officii nomen, ut alibi monebo.

3 *Prope* Va . . . . .
in Bentæ Mariæ de Larulo.
Ex eodem Donio.

Q. MVRRIVS. CN. FILIVS
VACVNAE VOTVM
DAT LVBENS MERITO

Antiqua ſacra Vacunæ memorantur ab Ovidio Lib. 6. Faſtor. Ejuſdem quoque Dæ meminit Horatius Lib. I. Epiſt. 10. Sed quænam Dea ſub hoc nomine coleretur, incertum eſt. Alii *Sabinorum Deam*, alii *Bellonam*, aut *Dianam*, aut *Minervam*, aut *Victoriam* putarunt. Joſeph Laurentius Lucenſis Lib. de Variis Sacris Gentilium Cap. 18. *Vacunam* Deum præfuiſſe cenſuit vacantibus Agricolis a labore poſt perceptos fructus agrorum. De hac ſerme erit doctiſſimo viro *P. D.* Didaco Revillas Abbati Hieronymano, ubi de Antiquitatibus Præneſtinis aget.

5 *Calepii in agro Bergomate.*
Ex P. Celeſtino . . . .

PANTHEO
IVVENTI HERMA
ET PHILTATE
V. S. L. M

De *Pantheis* conſulendus Sponius, ut alibi monui. Simulacra fuere referentia plures Deos, ſeu eorum ſymbola.

4 *Romæ,*
in Collegio Patrum Societatis Jeſu
Miſit P. Contuccius Contucci.

CARPVS. AVG. L
PALLANTIANVS
SANCTIS
DRACONIBVS
D . D

Hujus ipſius *Carpi Laboris* mentio eſt in a Veccra Inſcriptione apud Gruterum pag. 622. nunc . . . Lamours in oppido Latii *Dracones* cultos . . . . . auctor eſt Propertius Lib. 4. Eleg. 8. Ælian . . . . . Lib. XI. Cap. 16. *Lavinii Draconum* pro . . . . . fuiſſe *divinationem* tradit. *Lavinii* pro *Lavini* ſcribendum ibi videtur.

6 *Veronæ,*
in Muſeo publico.
Ex Marchione Maffejo.



Hanc etiam retulit, ſed ſine Palma & Corona Fabrettus pag. 564. ut offendat, occurere quidem interdum in primorum Chriſtianorum Inſcriptionibus D. M. ſed ejuſmodi figlas non immerito nos interpretari poſſe *Deo Magno*. Tu alia apud eum exempla vide. Sed & Gruterus hanc dederat pag. 17. num 7. An vero ipſa accenſenda revera ſit inter Chriſtianas, non auſim ego decernere. Nam Palma, & Corona viſantur etiam in Ethnicorum monumentis. Paria dico de ſubſequenti.

Aquilejæ,
apud Sanctimoniales,
Miſit Comes Franciſcus Beretta
Utinenſis.

DEO
AETERNO
PRO SALVTE
L. COMATI
DIONYSI
CLODIA
CHRYSA
V. S. L. M

1 *Hortæ*,
in Villa Nuptiana.
Ex Archiepiscopo Ancyrano Fontaninio.

D . M
MESSORI
MYSTAE
BATHYLIANENSES

Animadvertit Clariss. Fontaninius, *Messoris Dei* mentionem esse apud Servium in Georgic. Lib. I. Attamen, quod *corculum intermedium sit* in literis D. ♆ M, *quod* (ait ille) *signum gementis est*, suspicatur, *hoc Epitaphium extructum a Bathyliavensibus, quemmque ii fuerint, non Deo Messori, sed Myrhe alicui Messoris Dei, licet hic efferatur in dandi casu; sic enim L. Valerius Sacerdos Jovi Tonanti* legitur apud Gruterum pag. 307. num. 7. Sed jam apud Eruditos exploratum est, quæ *Corcula* videntur, nihil aliud esse nisi *folia* aut ad ornatum, aut loco commatum adhibita, non vero *gementis signa*: & hæc ipsa folia spectari tam in Sepulcralibus, quàm non Sepulcralibus Epigrammatis. Ad hæc quamvis *Dis Manibus* interpreteris siglas illas (quod, quin liceat, non nego) nihil necesse est accipere *Messori* in dandi casu, quum rite potuerit dici *Messori* pro *Messorii* a *Messorius*. Nulla autem ratione dicatur positus lapis *Myrhe alicui Messoris Dei*; ubinam enim nomen istius *Myrhæ*, si *Myrhe Messori* velis accipere, ut est in Gruteriana *Sacerdos Jovi Tonan.*? Ita quippe edita habent, & fortassis mendose. Sed quei explicanda Inscriptio? Nihil certi habeo. Aut *Bathyliavenses* monumentum posuere *Diis Manibus Messori Myrhe*, in dandi casu, aut *Messoris Myrhe* in genitivo. Aut denique *Myrhe* (sive factis initiati) *Bathyliavenses Magno Deo Messori* votivam hanc tabulam dicarunt. Apud Gruterum pag. 64. num. 7. habemus lapidem positum *Silvano Dendrophoro* a *Dendrophoris M. D. M.* An siglas istas referre huc liceat, dubitare possis.

2 *Romæ*,
ad scalas Aræ Cæli
Ex Donio.

DIIS
CAELESTIBVS
EX LIBRIS
SIBYLLINIS

4 *Romæ*,
in Arula.
Ex Donio.

KTPI
XAIPE
DEO . AMABILI
SACR
AELIA . EHORTE
FECIT
♆ ♆
Ideſt:
Domine
Salve.

8 *In Castro* Bourbonne
in Gallia.
Misit Bimardus V. Cl.

BORVONI TO
MONAE. C. LA
TINIVS. RO
MANVS IN
C. PRO. SALV
TE. COCILIAE
FIE. C. EX. VOTO

Ex isto Municipali Deo *Borvone* Oppidum *Borbonium*, cui tantum splendoris addidit regnans Francorum Regum linea, nomen accepisse videtur.

3 *Beckingæ*,
in Germania.
Ex Eccardo.

CAMPESTRIB.
EX VOTO
C. SANCTINIVS
GAI FIL. QV. PR.
AETERNIVS P. C.

Hoc est Diis, qui Campis præsunt, puta Veneri, Pani, Silvano &c.

5 *Saxoferrati.*
Ex eodem.

DEO FRONDOSIAE
EX VOTO FELICITER

6 *Interamnæ*, *nunc* Terni,
in Sancti Francisci.
Ex eodem.

DEIS
PARENTVM

7 *Colatiæ*,
apud Sempronium Speramum.
Ex eodem Donio.

DEIS
ADHAERENTIBVS
SACRVM

Gemini isti lapides DEIS dicati, suspecti mihi sunt. DIS vel DIIS, non DEIS dicere, & in marmoribus scribere apud Latinos in more fuit.

9 *Romæ*,
in Musco Eminentiss. Cardinal.
Alexandri Albani.
Exscribendum curavit Franciscus Blanchinius V. Cl.

CAELO AETERNO
TERRAE MATRI
MERCVRIO
SACRVM POSVIT
L. OCTAVIVS L. F.
VERVS ET
OCTAVIA EVHODIA
MATER

10 *In agro Luxemburgi*
lamina aerea argentata.
E schedis meis.

DEAE. BIBRACTI
P. CAPRIL. PACATVS
IIIIII VIR AVGVSTAL
V. S. L. M

Dea Bibractis prorsus nobis ignota est. Tutelaris fuisse videtur *Publii Caprilii*, Pacati, qui *Pacatus* Votum pro sua salute conceptum *solvit*.

1 *Parisiis.*
Ex Paulo Petavio.

DEO MERCVRIO ET ROS
MERTE CANTIVS TITI
FILIVS EX VOT

Supra visuntur figuræ Mercurii, & Mulieris.

Illa quoque *Rosmerta* Loci alicujus peculiaris Dea fuisse videtur. Atque animadvertendum non paucos ex hujusmodi Diis singularibus, quod Templum haberent a Populis excultum, sensim dedisse originem Vicis, Castellis, & Civitatibus, & cum iis suum nomen communicasse.

2 *In Zelandia.*
Ex P. Montfaucono.

NEHALLENNIAE
FLETTVS. GENNALONIS
PRO. SE. ET. SVIS
V. S. L. M

Tres alias similes ad Deam *Nehallenniam* spectantes protulit Reinesius. Loci alicujus peculiaris hæc etiam Dea fuit.

3 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Cæsarea Bibliotheca

L. GELLIVS
SENTRONIS F
RITTONAE AEDE
V. S. L. M

Et istum *Rittonem* Deam aliquam singularem fuisse, opinari licet. Vide num pro AEDE in tertiâ lineâ scribendum sit potius DEAE.

4 *Tiburi.*
E schedis meis.

CISARIEI PRAENESTINEI F. P. D. D.
MAG. CVR. EOSEMANVS L. L. LICIN.
M POMPEIVS FELIOD. MINISTREI
LICEPHORVS. C. TALABORAI S.
NICEPHORVS MITREI

Epigramma non uno vitio deformatum do, ita ut germanum inde sum exsculpere difficile sit. Certe hoc pro FELIOD. in tertiâ linea gendum HELIODorus; & in quartâ pro LICEPHORVS scribendum NICEPHORVS. Hæc autem Inscriptio pertinere mihi primò videtur ad Deam quampiam a Prænestinis cultam, & fortasse restituendum opinabar in primâ lineâ CERERI PRAENESTINAE, aut *rae*. Sed nihil aliud, ut tandem animadverti, hoc sese nobis offert, nisi *Cisarii Prænestini*. *Cisii* meminit Tullius in Philippic. 2. & Roscio: quod genus veheculi biroti fuit, uti memoriæ prodidit Nonius, quo Romani urebantur ad velocem cursum. Inde *Cisarius*. Ulpianus in l. *Item quæritur* ff. *locato*, ait: *Si Cisarius dum cæteris transire contendit, Cisium everti* &c. *Cisarii* quoque recensentur in l. *Artifices C. De Excusat. Artific.* In postremo marmoris hujus vocabulo, nempe MITREI, nescio, an sint mentio Solis *Mithræ*. Vide in Class. XIII. Inscriptionem Lucii Tampii *Cisarii*.

5 *Aquis Gratianis.*
Ex P. Montfaucono.

COMEDOVIS
AVGVSTIS
M. HELVIVS SEVERI
FIL. IVVENTIVS
EX VOTO

6 *Florentiæ,*
in Musæo Riccardio,
in manubrio patcræ.
Ex Clarisi. Gorio.

P. V. D. O. S. R. M. S
VOT. PVB

Siglas hasce interpretari quidem aliqua ratione posse. At quei certam deinde præstes interpretationem tuam?

7 *In sepulcro Æneæ.*
Ex Dionysio Halicarnasseo.

ΠΑΤΡΟΣ ΧΘΟΝΙΟΥ
ΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ ΝΟΜΙΚΙΟΥ
ΡΕΥΜΑ ΔΙΕΠΕΙ

Ideſt:

Patri Deo *Indigeti*,
Qui Nomicii Amnis
Undas Temperat.

Sive vera, sive conficta antiquis temporibus Inscriptio illa fuerit, Deum aliquem Fluviatilem porta *Tiberinum*, illa nobis exhibet.

8 *Bottonagæ, in agro Brixiano,*
Ex Rubeo.

L. AEMILIVS
CLARVS
BOXARVAE. F.
V. S. L. M

1 *Budæ in Hungaria.*
E schedis Farnesiis.

SEDES A
ATILIA C. F
PRISCA PRO SE
SVISQ
V. S. L. M

Quid sit SEDES A, scilicet cujus Dei, Deæve, Oedipo explicandum relinquo.

2 *Ibidem,*
E schedis Raiberti.

SACRVM
SEX. POMPE
IVS CVRAT
LEG. XIII.

Inscriptio hæc juncta legitur cum præcedenti, sed ab eâ prorsus diversa est. Hanc ipsam referunt *schedæ* Capponiæ, quæ in fine addunt C. pro quo fortasse scribendum G. ut sit *Gemmæ*, quo cognomento ornatam sæpe videmus *Legionem Decimam tertiam*. Hujus autem *Curator* fuit Sextus iste *Pompejus*, quod militare munus in hac una Inscriptione memoratum, eam nobis commendat.

3 *Hortæ.*
Ex Illustris. Fontaninio.

SAC
AVFIDIANA
TESTA. V. S. L. M

4 *Romæ.*
Ex Donio.

NVMINI. PRAESENTI
CAELESTI
VINCENTIVS
D . D

5 *Gemonæ in Foro Julii,*
nunc apud Josephum Lituti
Dominum Villæ Francæ.
Misit Comes Franciscus Beretta *Utinensis.*

RVFINVS
AVR. MARCELLVS
EIAN. SEPT. MARCELINVS
SEPT. SPERATVS
ER. VMBRI. IVSTINVS
BOVIVS. RVFINVS
ES. MVSIDI. VALENTINVS
IS. FRONDI. FRONDIAN
EX. VOTO

6 *In Sancti Remigii*
juxta Valantiam
in agro Nivernensi.
Ex Gallurato.

NATIS
SIIVIIRI KI
PARA VALIIRIA
NA
V. S. L. M

Geminum II. pro E. Hoc excidit nomen Dei, cui pro natis *Severi* Votum solutum fuit.

7 *Romæ,*
in tabella ænea.
Ex Ligorio.

PRO SALVTE
IMP. CAES. AVGVSTI
M. AVRELI COMMODI
M. AVRELIVS. M. L. FAVO
RINVS. CVRTIA. FA
VORINA. V. S

8 *In Villa* Salmar *in Hungaria.*
E schedis Alexandri Marchionis Capponii.

M. AVR. REDITVS
B. F. LEG. LEG. II̅
ADI. P. F. SEVERIANAE
V . S. L . M
SVSCEPTA. FIDE. EX. ORCO

Fuit *Marcus* iste *Aurelius Beneficiarius Legati Legionis Secundæ* (fort. Adjutricis) *Pii Felicis Severianæ*. Sub *Orci* nomine *Pluto* obsequium ab Ethnicis extorquebat, ut omnes norunt.

9 *Histonii, nunc* il Vasto.
Misit Petrus Polidorus.

M. BAEBIVS
SVETRIVS
MARCELLVS
IVSSV DEAE

Ad hunc ipsum *Baium* fecisse alteram Inscriptio a Fabretto producta pag. 463.

10 *Aquilejæ.*
Misit Comes Franciscus Beretta *Utinensis.*

D
Q. CERVIV
ISTMVS
V. S. L. M
Q. CERVIVS
ROMANVS

Hanc Inscriptionem adservat in suo Museo doctiss. Canonicus Aquilejensis Johannes Dominicus Bertoli, qui in tertiâ lineâ legit ISTHMVS.

11 *Veronæ,*
apud Comites Moscardios.
E schedis meis.

M. CLODIVS. M. F
FIRMVS
V . S. L . M

12 *Botticini*
in agro Brixiano.
Ex Rubeo.

M. NONIVS
MVCIANVS
EX VOTO

13 *Vicentiæ,*
in Sanctæ Crucis.
E schedis Valerii, & Farnesiis.

PETRONIVS
SATVRNINVS
IIII. VIR. I. D. V. S. L. M

1 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre.

SEPTIM. MARCIAN.
OPT. LEG. II. AD
P. F
PRO SALVTE
SVA ET SVORVM
V. S. L. M

Is fuit Optio Legionis Secundæ Adjutrixæ Piæ Felicis, Centurionis nempe Minister.

2 *Passanelli,*
in Sancti Ægidii,
in agro Fulginate.
Ex Fabio Pontano.

EX VOTO DONVM
POSVIT. C. TETTIVS
FESTVS PRO SE
ET SVIS. L. D. D. D

3 *Romæ,*
in Quirinali.
Ex Gorio.

LICINIA PHILETE
PRO. SALVTE. SVA. ET. SVO.
D . S . P

Ideſt: *Suorum Filiorum.*

4 *In septo Principis Præfecti*
ad Vicum Tiburtinum.
Ex Donio.

POTHVMENVS
P. FOLI. PELORIS. SER
EX. VISO. POSVIT

5 *Trugilli in Civitate Hispaniæ*
in Estremadura,
ad Sanctæ Mariæ.
E schedis P. Castanei.

PONCEIA
BOVTI. F. PI
BRAE. A. T
RI. LA. V. S

Mendis ſcatet.

6 *Vasione in Provincia,*
Misit Bimardus.

MARTI
ET VASIONI
TACITVS

Deos Municipales præcipue in Gallia Narbonenſi reperias, quibus fuit nomen ab ipſa Urbe, in qua colebantur. Fortaſſis etiam aliquis nomen Urbi dedit, uti *Nemauſus Vindex* &c. Vide Spoanum. Ita Givitas *Vaſio* ſuum peculiarem Deum venerabatur *Vaſionem*, de quo ſingularis mihi credinur Inſcriptio iſta.

7 *Vulsiniis, nunc* Bolſena,
in Foro.
Ex Donio.

DIS. DEABVSQ.
PRIMITIVVS
DEAE NORT
SER. ACTOR
EX VOTO

Deam Nortiam Vulſinienſes, aliique Etruriæ Populi coluerunt, ejuſque Templum apud illos commemoravit Livius. Tertullianus quoque in Apologetico Cap. 2. & Lib. 1. ad Nationes Vulſinienſibus hanc Deam tribuit, *Municipali conſecratione* ab ipſis adlectam. Martianus Capella *Fortunam* ſub hoc nomine cultam cenſuit.

8 *Ibidem.*
Ex eodem.

D. N. M. S
C. LARGIVS
AGATOPVS
VOT. SOL

Siglas interpretare: *Deo Nortiæ Magnæ Sanctæ*, aut ſi mavis, *Sacrum.*

9 *Veronæ,*
apud Comites Moſcardios,
in Arâ fractâ.
E schedis meis.

SAC
TITIENVS
HORVS
IANVS

Hori nomine cultum *Apollinem* Plutarchus tradidit. *Janum* vel titones perfectum habent.

10 *Florentiæ,*
in Muſeo Mediceo.
Ex Gorio V. Cl.

STC VAR
M. TREBONIO. C. L
DONVM DAT LIBEN
MERITO D

11 *Ostiæ,*
in Sancti Sebaſtiani.
E schedis meis.

L. VETTIVS. C. F. SERG
CENTVR. LEG. XXX
IIVIR ITERVM
CEC. IVL
SACRVM DAT

Pro CEC. IVL. ſcribe CER. IVL. ideſt *Ceverii Julie*, ſcilicet *Julie Sabine* uxori Hadriani Auguſti, quam Clariſſ. Bonarroea in Obſervation. ad Numiſm. animadvertit appellatam fuiſſe ab adulatoribus *Novam Cereren*: niſi ea ſit *Julia Domna* Severi Auguſti conjux.

12 *Romæ,*
in Muſeo Kircheriano.
Miſit P. D. Gabriel Scarmagli
Monachus Benedictinus.

SINDIIS ATIAIIS
MVNVS D
SYNESTOR GIILATOR

An ita in Marmore legatur, dubitare licet.

1 *Reichester in magna Britannia.*
Ex Galeo.
Misit quoque Joseph Bimardus.

D . R . S
DVPL. N. EXPLOR.
BREMEN. ARAM
INSTITVERVNT
N. EIVS. C. CAEP
CHARITINO TRIB
V . S . L . M

Bremenium, ubi nunc *Reichester* in Northumbria, memoratur a Ptolomæo, ab Auctore Itinerarii Antonini, atque ab Anonymo Ravennate. Literas priores singulares interpretari possis *Dianæ Reginæ Sacrum. Duplarii Numeri Exploratorum Bremetannorum*, seu *Bremenensium, Aram Instituerunt Numini Ejus*, *Tribunum* agente *Cajo Caponio Charitino*.

2 *In Episcopatu Angliæ Durhamensi.*
Ex Actis Eruditorum Lipsiensibus.

IS MAR
B PRO SALV
EM RE
ANTONINI
AVG IM
LV BENSM
OB REDITV

Corrosæ literæ hariolandi campum reliquere Eruditis. Alii interpretati sunt *Dis Deabusque Matribus*. Legebant alii CONSERVATORI B. Alii denique *Dis Patrii*, & *Marti Britannico*. Poterant æque & alii opinari persolutum votum *Isidi*, & *Marti*. Illud certum, agi hic de reditu *Marci Aurelii Antonini Augusti Imperatoris*, scilicet *Caracallæ*, ex Britannia post mortem Severi patris Romam versus pergentis.

3 *Tolenni,*
in agro Toletano.
E schedis Farnesiis.

PRO SALVTE ORDINIS
VAL. NATALIS MATERNVS CVM
SVIS M.V BONO ES
VIII. NON ANS IIIS
TORQVATO M. COS. CONVIVANT
FELICITER

4 *Antiquariæ.*
E schedis meis.

M. CORNELIVS OPTATVS
ANCIPITI MORBO RECREATVS
V . S . L . M

5 *Nemausi.*
E schedis Gaillardi Guirani in Cæsarea Bibliotheca adservatis.

KOLYA
SVIS
PHRONIMVS
V . S . L . M

6 *Ibidem.*
Ex eisdem.

M. ADRASTVS
SECVNDVS
V . S . L . M

7 *Ibidem.*
Ex eisdem.

CASTALIVS
SECVNDVS
V . S . L . M

8 *Ibidem.*
Ex eisdem.

L. CIRRATIVS MARTIALIS
V . S . L . M CONTVB

9 *Andecavis.*
Misit Bimardus.

D M N
P. ATTILIVS P
PARTHICI F

Sit-ne Sepulcralis, an Votiva Inscriptio hæc, decernere non ausim. Obstant ea figlæ, ne certa res sese legenti offerat.

1 *Syracusis.*
Ex P. Lupo e Societate Jesu.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ[illegible]
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

Ideſt:

Rege Præcunte
Hierone Hieroclis (Filio)
Syracuſii Diis Omnibus
(obtulerunt)

Supple *Affuerit*, *Præeunte*. Heic agi opinor de Hierone II. Syracuſiorum Domino, quem Populus Romanus inter paucos amicum ſcitit. Si id verum, hic ſcribit Annum U. C. 519. debitum naturæ ſolvit.

2 *Tuſculi.*
Ex Dominico Matthæjo.

D . O . M
IOVE NEQVE GENIO
VTARIS NISI
LOTA MA
NV

Ideſt: niſi lotis manibus ad Deos preces fundo.

3 *Brixiæ,*
apud N. V. Julium Antonium
Averoldum,
Miſit ipſe.

VINICIA
TERTIA
V . S . L . M

4 *Romæ,*
in inſula.
E ſchedis Ambroſianis.

L. LICINIVS. Ↄ. L.
SELEVCVS
VOT. SOL L. M

5 *Celejæ.*
in limine Domus Parochialis.
Ex Patre Duellio Canonico
Regulari.

CELEIAE
AVG
P. AELIVS
COS. PRO. SE
ET. SVIS
V . S . L . M

Celeja illuſtrie Noricì Civitas. Ejus Numini dicata Inſcriptio hæc. Vel *Celeja* Dea, unde Civitati nomen.

6 *In Urbe Patavina.*
E ſchedis meis.

ΞΕΝΙΣ ΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΚΛΗ ΑΡΧΕΙΤΕΛΕΙ ⊙ ☓
ΤΙΜΑΙΟΝ ΘΕΟΙΣ

Ideſt:

Xenis Æſchrionis
Stratocle Architelei
In Honorem Deorum.

7 *Prope Clivium,*
apud Naſſonios Principem.
Ex Capero V. Cl.

DEAE
HLVDONIA
SACRVM
C. TVBBIVS

Quid ſit *Dea Hludonia*, ſe ignorare fatetur Caperus. Ignoro & ego. At quum ipſe altarium Inſcriptionem animadverterit apud Gruterum pag. 527. num. 1. in qua, ut is vult, inſtar legitur LVDONIA, Locus videbitur circa Neomagum: vix falli poſſumus habitando Municipibus hanc fuiſſe Deam, quæ Loco illi nomen dederit, aut inde acceperit, uti factum de toc alis Dîis, potiſſimum in Gallia cultis.

8 *Tulli Leucorum.*
Miſit Clariſſ. Bimardus,
Montis Seleuci Baro.

I . N . H
DEAEQVE CERERI
SANCTIFICAVIT IVLIA

Quinam Deus, vel Dea, ſigla I. N. H. deſignetur, omnino latet. Templum, in quo lapis poſitus fuit id ſignificabat.

9 *Infra Colonism Agrippinam.*
Ex Crombachio.

IN. H. D. D
DEAE REGIN-
VICANI SE
GORIGIENSES

Ideſt: *In Honorem Domus Divinæ.* Heic *Deam Reginam* pro Junone accipere tibi licebit, modo memineris occurrere etiam hoc eodem cognomine donatam interſtum *Dea Roma*, *Iidem*, *Fortunam*.

1 *Sulmone,*
in Sancti Pamphili.
E fcbedis meis.

FVFICIA
C. FVFICI
AMANDI
F. IVSTA
MAG
ANGITIIS
D D

Angitiis dicatus fuit lapis a *Fuficia Magiſtra* in eorum Æde. *Matrem Deum Angitiem* ſupra vidimus.

2 *Bijis.*
Ex P. Montfauconio.

DIS M
SACRVM C
STATIVS TVELIVS
SATVRNINVS V
OC STATI
SIBI SEIANO
EX VOTO

Si legitima, aut ſatis accurate deſcripta fuit Inſcriptio hæc, DIS M. non *Dis Manibus*, ſed *Dis Magnis* interpretari opus eſſet. *Ex Voto* tabellam votivam prodit.

3 *Mutinæ,*
in Palatio Ducali, in marmorea tabella.



Ægyptiaci characteres Ægyptiacum opus indicant. Imagunculam hanc inter Deos Lares habitam opinor.

1 *In Civitate Bituricensi, nunc* Bourges. *Ex Aliis Eruditorum Lipsiensibus.*

SOLIMARAE
SACRVM
AEDEM. CVM. SVIS
ORNAMENTIS
FIRMANA. C. OBRICI. F
MATER
D. S. D

SOLIMARAE vocabulum jamdiu Bituricensium ingenia exercuit, aliis contendentibus, *Solimaren* esse Deum Locilem, aliis *Solis Martis Æterna* dictam Ædem fuisse. Mihi suspicio est, non agi hic de Votivâ tabellâ, sed quidem de Sepulcrali Titulo, ac *Solimaram* nomen esse mulieris, cui *Firmana* fuerit *Mater*. Cur enim hic *Matris* nomen inferrum? Ædes verò Ædificium mihi est. Tumulo impositum. Et quidem *Sacra Loca* apud Ethnicos quoque appellata Sepulcra.

2 *In agro Carapellis in via Capistrani. Misit V. doct. Antonius Antinorius Aquilanus.*



Supra in Inscriptione *Fascie* memoratae Deæ *Angitiæ* vidisti. Heic eorum mentio iterum tibi occurrit. Dea *Angitia* aliunde nobis est nota. At *Ancites Deus*, seu *Angites* nunc primum ex hac, & altera Inscriptione novimus. *eadem*

TEMPLA, ÆDES, ARÆ, DONA SACRA, KALENDARIA.

CLASSIS II.

1 *Palmyræ.*
Ex Tom. III. Philoſophicarum Tranſactionum Anglicarum.

ΔΙΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΚΕΡΑΤΝΙΩ ΤΠΕΡ CΩΤΗΡΙΑC ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ CΕΒ. ΤΟΥ ΚΤΡΙΟΥ ΑΓΑΘΑΝΓΕΔΟC ΑΒΙΔΗΝΟC ΤΗC ΔΕΚΑΠΟΛΕΩC ΤΗΝ ΚΑΜΑΡΑΝ ΩΚΟΔΟΜΗCΕΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΚΑΙΝΗΝ ΕΞ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΤΟΥC ΕΜΤ ΜΗΝΟC ΛΩΟΥ

Ideſt:

Jovi Maximo Fulminatori Pro Salute Trajani Hadriani Auguſti Domini Agathangelus Abilenus ex Decapoli Cameram Ædificavit, Et Lectum De Suo Poſuit, Anno CCCCXLV. Menſe Loo.

Ideſt Anno Ch. 133. Lectiſternia Diis parabantur apud Ethnicos: quem ritum Chriſtiani Scriptores poſtea riſerunt, quaſi eorum Numina a nimium ſtando feſſa forent.

2 *Thebis,*
in Tripode, in Apollinis Templo.
Ex Herodoti Lib. V.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ Μ' ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΕΛΝ ΑΠΟ ΤΗΛΕΒΟΑΩΝ

Hoc eſt:

Amphitryon Me Obtulit
De Gente Teleboorum.

3 *In Gordiano,*
in Sanctæ Juſtæ.
E ſchedis Ambroſianis.

ANNEIA ALBA
NA. LARES ET
ARAM DE S. P.

4 *In Monaſterio Sancti Nazarii agri Atinatis.*
Miſit Ignatius Maria Como,
Patricius Neapolita.

L. POSTVMIVS. M. F.
SVRVS
V. S. L. M
ARAM LARIBVS

Veruſtiſſimas omnium puto Inſcriptiones in ſacris donariis poſitas, haſque Nummis antiquitate præſtare. Iſtarum ſpecimen ex antiquis Scriptoribus huc inferre decrevi. Nullum enim diſcrimen ſtatuo inter Epigrammata adhuc in *lapidibus* veruſtis exiſtentia, & quæ in ſuis Libris *veteres*, aut in ſchedis recentiores nobis *ſervavere*.

1

In aureo clypeo,
in Templo Nixi.
E Pausaniæ Lib. V.

ΝΑΟΣ ΜΕΝ ΦΙΑΛΑΝ ΧΡΥΣΕΑΝ ΕΧΕΙ ΕΚ ΔΕ ΤΑΝΑΓΡΑΣ
ΤΗΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣ ΣΤΡΑΤΟΥ ΤΕ ΤΕΘΕΝ
ΔΩΡΟΝ ΑΠ ΑΡΓΕΙΩΝ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΙΩΝΩΝ
ΤΑΝ ΔΕΚΑΤΑΝ ΝΙΚΑΣ ΕΙΝΕΚΑ ΤΩΙ ΠΟΛΕΜΩΙ

Nempe:

Aurcam Sane Phialam Templum Habet E Tanagrâ,
Quæ Bello Lacedæmones Juvit. Dedere
Donum Argivi, & Athenienſes, & Jones
Decimam Victoriæ Partæ in Bello.

2

Artemiſii
in Eubœa.
E Plutarcho.

ΠΑΝΤΟΔΑΠΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΓΕΝΕΑΣ ΑΣΙΗΣ ΑΠΟ ΧΩΡΑΣ
ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΙ ΔΕ ΠΟΤ' ΕΝ ΠΕΛΑΓΕΙ
ΝΑΥΜΑΧΙΗΙ ΔΑΜΑΣΑΝΤΕΣ ΕΠΕΙ ΣΤΡΑΤΟΣ ΩΔΕΤΟ ΜΗΔΩΝ
ΣΗΜΑΤΑ ΤΑΥΤ' ΕΘΕΣΑΝ ΠΑΡΘΕΝΩΙ ΑΡΤΕΜΙΔΙ

Scilicet:

Variarum Nationum Aſiaticarum Populis
Profligatis, Atque Exercitu Medorum
In Navali Pugna Delcto, Athenienſes
Trophæa Hæc Dianæ Virgini Poſuerunt.

4

Beneventi.
E ſchedis Ambroſianis.

3

Athenis
in Templo,
ubi ſpolia e Perſis relata,
hæc Inſcriptio fuit.
Ex Diodori Siculi Græcis Latinæ redditis.

Poſtquam Aſiam Europâ Pontus diſtinxit, & Urbes
Mars hominum cœpit exagitare feras;
Nullum tale aliquid terrâ marique patratum
Contigit, ut quiſquam vincat utrumque ſimul.
Hi in Cypro Medorum acies cepere, marique
Centum Phœnicias abripuere rates,
Militc complectas. Quo facto, plurima belli
Regna manu capiunt, gloria parta manu.



Agi heic videtur de Templo Herculi facrato ob inclumitatem Ce[illegible]xis Augusti, ejuſque prolis. Diphthongus EI antiquitatem elogii indica[illegible]

1 *Athenis,*
in Propylæo arcis.
Ex Herodoti Lib. V.

ΕΘΝΕΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΚΑΙ ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ ΔΑΜΑΣΑΝΤΕΣ
ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΡΓΜΑΣΙΝ ΕΝ ΠΟΛΕΜΟΥ
ΔΕΣΜΩΙ ΕΝ ΑΧΑΤΟΕΝΤΙ ΣΤΑΘΡΕΩΙ ΕΣΒΕΣΑΝ ΥΒΡΙΝ
ΤΩΝ ΙΠΠΟΥΣ ΔΕΚΑΤΗΝ ΠΑΛΛΑΔΙ ΤΑΣ Δ ΕΘΕΣΑΝ

Ideſt :

Populos Bœotûm Et Chalcidenſium Poſtquam Domuere
Athenienſes Bellico In Certamine,
Vinculis Ferreis, Et Carcere Eorum Extinctâ Superbiâ,
Has Eorum Equas Palladi Decimam Statuerunt.

2 *Palmyræ.*
E Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.

ΔΙΙ ΥΨΙΣΤΩ ΜΕΓΙΣΤΩ ΚΑΙ ΕΠΗΚΟΩ ΒΩΛΑΝΟΣ ΖΗΝΟΒΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙ
ΡΑΝΟΥ ΤΟΥ ΜΟΚΙΜΟΥ ΤΟΥ ΜΑΘΘΑ ΕΠΙ ΜΕΛΕΤΗ ΣΟΗ ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΕΦΘΑΣ
ΠΗΓΗΣ ΤΠΟ ΙΑΡΙΒΩΛΟΥ ΘΕΟΥ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΕΞ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ Ε
ΤΟΥΣ Δ Θ Τ ΜΗΝΟΣ ΤΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥ Κ.

Nimirum :

Jovi Altiſſimo Maximo Et Exauditori Bolanus (filius) *Zenobii filii*
Ærani filii Mocimi filii Mathbæ Ob Suæ Curam Salutis . . . . . .
Fontis Sub Hiaribolo Deo Aram De Suo Poſuit Anno CCCCLXXIV. Menſis Hyperberetæi die XX.

Ideſt Anno Chriſti 161. aut 163. Sponius pag. 1. Miſcellaneor. Inſcriptionem Palmyrenam produxit Romæ in hortis quondam Carpenſibus adſervatam, ac poſitam ΑΓΑΙΒΩΛΩ ΚΑΙ ΜΑΛΑΧΒΗΛΩ, ideſt *Aglibolo, & Malachbelo patrio Diis*. Isgorius, ut in ejus MStis vidi, legebat ΦΑΓΑΙΒΩΛΩ *Phagiboloi*. Fortaſſis ille Deus non alius quam ΙΑΡΙΒΩΛΟΣ *Hiarbolus* Inſcriptionis hujus. Quid ſi unum ex iis marmoribus non ſatis accurate deſcriptum fuerit? Ceterum quem Deum ſub hoc nomine Palmyreni coluerint, ſatius eſt fateri nobis ignotum, quàm inanibus conjecturis Lectorem paſcere. Illud ΕΦΘΑΣ num ſuſtineri hoc poteſt?

3 *Romæ,*
in Lampade.
ex Bellorio.

L. TETIVS
ALYPVS
IOVI D. D

4 *Ibidem*
in Ara Cæli.
E ſchedis Farneſiis.

LOCVS SACER IVSSV Q.
BACCHONI THESPHONI
FECIT

5 *Tarenti,*
in hortis Carduceiis.
Miſit Ignatius Maria Como.

C. MELSONIVS. C. N. L
HERCOLEI
DONVM

Corruptæ videntur ſiglæ C. N. L. & ſiquidem legas C. Nei *Libertus*, deſideratur adhuc ſervile nomen viri illius.

6 *Patavii,*
apud Sertorium Urſatum V. Cl.

IVSSV PROSERPINAE
L. CALVENTIVS
L. L. FESTVS
ARAM POSVIT
SACRVM

2 *Epheſi, prope Aquæductum. E ſchedis D. de la Condamine. miſit Bimardus V. Cl.*

ΑΤΔΟΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΤ ΠΡΙΣΚΟΝ
ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΡΧΙΑΤΡΟΝ ΔΙΑ ΓΕΝΟΤΣ
ΝΕΩΠΟΙΟΝ ΜΟΝΟΝ ΚΑΙ
ΠΡΟΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΒΟΤ
ΛΕΤΤΗΝ ΣΤΝ ΠΑΤΡΙ ΚΑΙ
ΑΔΕΛΦΩ ΝΕΟΠΟΙΟΝ ΤΩ
ΑΤΤΩ ΝΕΟΠΟΙΗΣΑΝ
ΤΑ ΣΤΝ ΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΤΠΕΡ
ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙ
ΝΙΑΝΗΣ ΘΤΣΙΑΣ ΤΠΕΡ ΤΟΤ ΠΑ
ΤΡΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΤ ΜΤ
ΡΙΑΔΑΣ ΔΤΟ ΗΜΙΣΤ ΚΑΘΑ
ΡΙΣΘΕΝΤΟΣ ΧΟΝΤΟ ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙ
ΑΙ ΤΕ ΤΟΤ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΑΤ
ΤΗΣ ΟΙΚΟΔΕΣΠΟΣΤΝΗΣ
ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝ
ΤΟΣ ΤΟΤ ΠΑΤΡΟΣ ΑΣΚΛΗ
ΠΙΑΔΟΤ
ΕΠΙ ΑΡΧΗ ΣΚΕΠΤΟΤΧΟΤ ΕΡΜΙΠΠΟΤ

ΠΤΡΡΩΝ ΕΚΑΤΟΚΑΔΕΟΤ

1 *Florentiæ, apud Marchionem Riccardium. Ex Gorio V. Cl.*

ΚΛΑΤΔΙΑ ΚΛΑ
ΔΙΚΡΑΤΕΙΑ ♀
ΚΑΙ ΚΟΡΝΗΛΙ
ΟΣ ΔΙΑΔΟΤΜΕ
ΝΟΣ ΕΞΕΠΙΤΑΤΙΣ
ΘΕΟΤ ΤΟΝ ΒΩ
ΜΟΝ ΑΝΕΘΗ
ΚΑΝ

Ideſt:

Claudia Callicratea Et Cornelius Diadumenus Ex Juſſu Dei Aram Dedicaverunt.

Ex Verſione Bimardi.

Aulum Aſclepiadis (Filium) *Priſcum, Auguſti Amatorem,*

Archiatrum Ab Origine Templorum Inſtauratorem, Solum, Et Tertium Senatorem (effectum) *Cum Patre Et Fratre, Ædium Sacrarum Inſtauratorem, Qui Eodem* (Anno) *Ædem Sacram Fecit Cum Fratre*; tum *Propter Sacrum Pro Salute* (Imperatoris) *Antonini Suſceptum, Pro Patre Aſclepiade Viginti Et Quinque Millia Drachmarum* (impenderunt) *Sicut In Publico Conventu* (promiſerunt) *Tam Patris Nomine, Quàm Suo, Propterea quod Patres & ipſi Familiæ eſſent, Honoris Titulum Erigente Patre Aſclepiade.*

Sub Magiſtratu Sceptriferi Hermippi.

Byrrhon Hieracidæ (Filius.)

1 *Romæ,*
lapis effossus Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

TI. CLAVDIVS. DIVI. CLAVDI. LIB. ACTIVS
HONORATVS. CVRATOR. GERMANORVM
ET. AEDITVVS. DIANAE. CORNIE. COLLEGIO. MAGNO.
TRIB. DIVAE. AVGVSTAE. TRICLAM. CVM. COLVMNIS
ET. MENSIS. ET. MACERIA. S. P. D. D

Munus *Curatoris Germanorum* ex hoc lapide primùm prodit. *Ædem* quoque *Dianæ Cornie* (nisi legendum sit CORNIC. ideſt *Cornicensis*) antea ignotam nunc agnoscimus. *Collegii Magni* mentio est in Gruterianis marmoribus pag. 65. num. 2. & pag. 627. num. 10. Hinc appellatur *Collegium Magnum Trib. Divæ Augustæ*. Si certo noſſemus, quid ſignificet breviata vox TRIB. quale etiam fuerit *Collegium* illud *Magnum* dignoſci forſitan poſſet. Sed ſive interpretetis *Tribunorum*, ſive *Tribunalis*, vel *Tribuum*, aut *Tribulum*, &c. adhuc dubiâ nocte res involvitur, & potiſſimùm ex additamento *Divæ Augustæ*. Reinesius Claſs. I. num. 101. *Collegium Magnum* conſtitutum fuiſſe opinatur e cunctis Miniſtris Domus Augustæ. Quod ſi verum foret, Palatinos inſervientes Augustæ hinc deſignatos credere liceret. Sed ſine tabulis, ac teſtibus conjecturam ſuam Reinesius ædificavit. Fabrettus pag. 447. in eâ ſententiâ fuit, *Collegium Magnum* idem fuiſſe cum *Collegio Larum, & Imaginum*, ac ſi id ſatis commode eruatur ex Inſcriptione pag. 120. cujus verba ſunt: *Sanctio Silvano Sacrum Eutyches*. COLLEGI MAGNI LAR. ET IMAG. Sed Inſcriptio illa non uni interpretationi obnoxia eſt. Rem obſcuram obſcuriorem fortaſſis hæc noſtra facit, ſi tamen in marmore revera legitur TRIB. ſique cum COLLEGIO MAGNO conjungenda eſt vox iſta. Vocem alteram, TRICLAM poſitam ego reor pro TRICLINIVM. Id profectò indicare prorſus videntur ſubſequentes MENSAE. Illud verò vocabulum dubitationem meam auget, an ſatis accurate illud TRIB. fuerit e lapide exſcriptum. Et quid ſi LIB. legendum eſſet ibi? Haberemus *Collegium Magnum Libertorum Divæ Augustæ*. Sed ne unum quidem exemplum iſtius præbere poſſum.

2 *In Elidis Templo*
ad Columnam.
Ex Pauſaniæ Lib. V.

ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΓΩ ΚΕΙΝΩΝ ΕΙΜ' Ω ΞΕΝΕ ΛΕΙΨΑΝΟΝ ΟΙΚΩΝ
ΣΤΤΑΟΣ ΕΝ ΟΙΝΟΜΑΤ ΠΡΙΝ ΠΟΤ' ΕΝΟΤΣΑ ΔΟΜΟΙΣ
ΝΥΝ ΔΕ ΠΑΡΑ ΚΡΟΝΙΔΗΝ ΚΕΙΜΑΙ ΤΑΔ' ΕΚΟΤΣΑ ΤΑ ΔΕΣΜΑ
ΤΙΜΙΟΣ ΟΤΑ' ΟΔΟΝ ΔΕΞΑΤΟ ΦΛΟΞ ΜΕ ΠΥΡΟΣ

Ideſt:

Una ego ſum, o Viator, Columna
Reliqua ex ædibus olim Cleonimi.
Nunc autem in Jovis Templo biſce vinculis vincta
Nobilior jacco. Me edax ignis minime voravit.

3 *In Elide,*
ad Jovis Coloſſum.
Ex ejuſdem Lib. V.

ΚΛΕΤΟΡΙΟΙ ΤΟΔ' ΑΓΑΛΜΑ ΘΕΩΙ ΔΕΚΑΤΗΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΠΟΛΛΑΝ ΕΚ ΠΟΛΙΩΝ ΧΕΡΣΙ ΒΙΑΣΣΑΜΕΝΟΙ
ΚΑΙ ΜΕΤΡΕΙΤ' ΑΡΙΣΤΩΝ Η ΔΕ ΤΕΛΕΤΑΣ ΑΤΤΟΚΑΣΙΓΝΗΤΟΙ
. . . . . .

Nempe:

Simulacrum Hoc Cletorii Deo Statuerunt
Ex Multis Urbibus Vi Expugnatis.
Artifices (fuere) *Ariſton, Ejuſque Frater Teletas*
. . . . . .

1 *Rodiani in Marſis*
ad Sanctli Venantii.
E Phœbonio.

RESPVBLICA POPVLVSQVE
CORFINIENSIS
SACELLVM LYCEIVM VETVSTATE
DELAPSVM ADIECTIS BASILICIS
SVA PECVNIA RESTIT
DECRETO DECVRIONVM

Corfinium olim Urbs Pelignorum. Reſtat illius nomen in veterum tantummodo Libris, ſed non ignota loci ruinæ. *Sacella* Ædes ſacræ fuerunt, ſed exigui circuitus. Corfinienſe ſacratum videtur *Jovi Lycæo*. Celebris fuit illius cultus apud Arcadas. Juſtinus tamen Trogi breviator lib. 43. Cap. I. ſub hoc nomine *Pana* invocatum ſcribit; immo addit, Romæ ei Templum fuiſſe. *Evander*, inquit, *in Palatini montis radicibus Templum Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, conſtituit*. Adjectæ huic Sacello *Baſilicæ* dicuntur. Maretur nominis hujus uſum illo in loco quicumque novit Baſilicas Ethnicorum fuiſſe ampliſſima Ædificia ad inſtar Templorum noſtrorum, cincta porticibus concameratis, in quibus judicia habebantur. Niſi Corfinienſes nomen hoc adhibuerint ad deſignanda Cubicula, aut Porticus adjectas Sacello, quid ſibi hæc velint *Baſilicæ*, neſcio. Appellati a Plauto videntur *Subbaſilicani*, qui ſub Baſilicarum porticibus deambulabant. Sed vide infra Narbonenſem Inſcriptionem Antonino Pio poſitam Claſs. VI., ubi *Thermæ cum Porticibus, & Baſilicis* leguntur.

2 *In ſcuto Cydiæ Athenienſis,*
dicato Jovi Liberatori.
E Pauſania.

Η ΜΑΛΑ ΔΗ ΠΟΘΕΟΥΣΑ ΝΕΑΝ ΕΤΙ ΚΥΔΙΟΥ ΗΒΗΝ
ΑΣΠΙΣ ΑΡΙΖΗΛΟΥ ΦΩΤΟΣ ΑΓΑΛΜΑ ΔΙΙ
ΑΣ ΔΙΑ ΔΗ ΠΡΩΤΑΣ ΛΑΙΟΝ ΠΟΤΕ ΠΗΧΥΝ ΕΤΕΙΝΕΝ
ΕΥΤ ΕΠΙ ΤΟΝ ΓΑΛΑΤΑΝ ΗΚΜΑΣΕ ΘΟΥΡΟΣ ΑΡΗΣ.

Hoc eſt:

Cydiæ Erat Parma hæc Juvenili Corpore Clari,
Hoſpes, Quam Sacram Conſpicis Eſſe Jovi.
Huic Cubitum Inſeruit Flammanti Corde Siniſtrum,
Quum Premeret Mavors armipotens Galatas.

3 *In Fano Latonæ*
ad donarium Diodori Corinthii.
E Plutarcho.

ΤΑΥΤ' ΑΠΟ ΔΥΣΜΕΝΕΩΝ ΜΗΔΩΝ ΝΑΥΤΑΙ ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΟΠΔ' ΑΝΑΘΕΝΤΟ ΔΑΤΟΙ ΜΝΑΜΑΤΑ ΝΑΥΜΑΧΙΑΣ

Scilicet:

Arma Hæc Infenſis Medis Erepta Nautæ Diodori
Dicarunt, Monumenta Navalis Prælii.

1 *Corinthi,*
in fano Veneris.
E Plutarcho.

ΑΙΔ' ΥΠΕΡ ΕΛΛΑΝΑΝ ΤΕ ΚΑΙ ΙΘΜΑΧΩΝ ΠΟΑΙΗΤΑΝ
ΕΣΤΑΘΕΝ ΕΤΣΑΜΕΝΑΙ ΚΤΠΡΙΔΙ ΔΑΙΜΟΝΙΑΙ
ΟΤ ΓΑΡ ΤΟΞΟΦΟΡΟΙΣΙΝ ΕΜΗΔΕΤΟ ΑΓ' ΑΦΡΟΔΙΤΑ
ΜΗΔΟΙΣ ΕΛΛΑΝΩΝ ΑΚΡΟΠΟΛΙΝ ΠΡΟΔΟΜΕΝ

Ideſt:

Has Veneri Matres Statuas Poſuere Ephyreæ
Pro Græcis, Ferri proque Suo Populo.
Nam Non Arciferis Medis Venus Hellados Arcem
Prodere, Sic Votis Rite Vocata, Volet.

2 *Romæ,*
penes Franciſcum Mazzantum.
E ſchedis Ptolomeis.

EROS GERMANICI L
LOLLIANVS D. D.
CLVPEA CVM IMAGINIBVS

Clupeum neutrius etiam generis agnovere Latini. Eis quoque in more fuit T. Græcorum convertere in V. Neque enim T, ut nunc apud Italos ſit, ſonabat I. ſed V. acutum & breve. Clypeos autem imaginibus ornatos collocatos in Templis fuiſſe, ſatis Eruditi norunt. Refert Gruterus pag. 1014. num. 1. Spoletanam Inſcriptionem poſitam *Fortunæ Reduci*, cujus *Templum* Rufus quidam exornarat, ſed multis lacunis deformatam. Ea in ſchedis meis aliquanto emendatior ponitur Aſculi, ibique in fine Templum dedicatum dicitur ORFITO ET MAXIMO COS. SI QVI CLYPEVM PONERE VOLET DABIT ARCAE PONT. H-S II. N.

3 *Spoleti,*
in Urbis mœnibus,
in Via Felici.
E ſchedis Severi Minerbii.

C. ERVCIVS. C. F.....
T. TITIVS L. F.
FLACCVS. IIII. VIR. I. D.
ARAS XI. S. C. FAC. CVR.

4 *Attubi in Hiſpania:*
(olim Claritas Julia fuit.)
Ex ejuſdem ſchedis.

VICTORIAM AVG. QVINTVS FABIVS. L. F.
SAFABVLVS TESTAM. FIERI PONIQ. IVSSIT
EX H-S. IIII ET HVIC DONO L. FABIVS
L. F. GAL. FABIANVS HERES XX. NON
DEDVXIT ET VOTIS D D.

5 *Aquilejæ,*
apud Abb. Franc. Facinum.
Miſit N. V. Ant. Scottus Con. Tarviſ.

SEX. FABIVS. SEX. L. STEPHANVS
SEX. FABIVS. STEPHANI. L. LAETVS
DE PECVNIA. SVA. LARIB. SACR
DEDERE

6 *In Caſtro Farneti,*
agri Piſaurenſis.
Ex Hannibale Olivierio Equite.

FAVSTVS VERSENNI. P. SER
PRIAPVM. ET. TEMPLVM D. S. PECVL
F . C

7 *Romæ,*
in Muſeo Kircheriano.
Miſit P. D. Gabriel Scarmagli,
Monachus Benedictinus.

SIGNVM
SILVANI
SANCTISSIMI
CVM BASE
POSVIT C.
FLAMINIVS
TELESPHORVS

Ibidem ap. Ficoronium.
Miſit Ramaginius.

DIANAE SANCTAE
T. FLAVIVS ARISTION
EX MONITV ARAM
FECIT

9 *Athenis.*
Ex Plutarcho.

ΤΟΝ ΑΕ ΠΟΘ' ΕΛΛΗΝΕΣ ΝΙΚΗΣ ΚΡΑΤΕΙ ΕΡΓΩΙ ΑΡΗΟΣ
ΕΤΤΟΑΜΩΙ ΨΥΧΗΣ ΑΗΜΑΤΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ
ΠΕΡΣΑΣ ΕΞΕΛΑΣΑΝΤΕΣ ΕΛΕΥΘΕΡΑ' ΕΛΛΑΔΙ ΚΟΙΝΟΝ
ΙΑΡΤΣΑΝΤΟ ΔΙΟΣ ΒΩΜΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥ

Scilicet:

Hanc Quondam Græci Superatis Hoſtibus Aram,
Libertas Patriæ Quum Sua Tuta Stetit,
Et Profligatis Servata eſt Græcia Perſis,
Munus Eleutherio Conſtituere Jovi.

1 *Apud Malacam in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

L. GRANIVS CERIO
LARIVM IMPENSA SVA
FACTVM
DEDIT DONAVIT

2 *Ortone* ὐὸ *Frentanis. Miſit Petrus Polidorus V. Cl.*

QVINCTILLAE
L. HERVTII
DONVM
VENERI

3 *Hiſpelli, in Zophoro Portæ Veneris. E ſchedis Ferdinandi Abbatis Paſſarini.*

M. GRANIVS. SEX. LOLLIVS. II. VIR
QVINQ. SIGNVM. ET. BASIM. VENERIS
EX. D. D. F. C. EIDEMQ. PROB.

Lapidem hunc V. Cl. Gorius inter Donianos dedit, ac *Perugiæ* aſſervatum ait. Apud Nobiles Baglionos exſtare ſcripſit ad me doctiſſ. P. Philippus Camerinius, qui lapidem hunc acephalum eſſe teſtatur, legitque in prima linea SEX. F. & in poſtrema EX D. D. ET EIDEM PROBAR.

4 *Theſſalonicæ. E ſchedis N. V. Antonii Scotti Canonici Tarviſini.*

ΗΣΙΟΔΟΣ ΜΟΥΣΑΙΣ ΕΛΙΚΩΝΕΣΙ ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΑ
ΤΜΝΩ ΝΙΚΗΣΑΣ ΕΝ ΧΑΛΚΙΔΙ ΘΕΙΟΝ ΟΜΗΡΟΝ

Ideſt:

Heſiodus Muſis Heliconiis Hunc (Tripodem) *Poſuit,*
Poſtquam In Chalcide Hymno Divinum Vicit Homerum.

In eiuſdem Antonii Scotti ſchedis legebatur Epiſtola *Cyriaci Anconitani ad Petrum Patrum optimum, & virum celeberrimum* ſcripta, ubi inuiit Gelſii, ſeu potius Varronis opinionem de ætate Homeri, & Heſiodi, qui ſynchroni putabantur ex Epigrammate apud Heliconem poſito Muſis ab ipſo Heſiodo. Hoc autem ait ſibi repertum *in marmore Atticis inſculptum literis apud Theſſalonicam*. Legitur idem Diſtichon in Anthologiæ Lib. 3. & apud Dionem Chryſoſtomum Oration. 2. de Regno, ita ut ſaltem illius antiquitatem teneas. Sunt & alii veterum, qui certaminis inter Homerum & Heſiodum meminere. At Salmaſius in Solinum conflictos ab Heſiodi admiratoribus hoſce verſus contendit. Pleniori eruditione litem hanc verſavit Cl. V. Johannes Albertus Fabricius Tom. I. pag. 370. Bibliothecæ Græcæ, quem videre potes: brevitati enim conſultum volo.

5 *In Olympio, ſtatua Iſocratis Oratoris. E Plutarcho.*

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΑΡΕΥΣ ΠΑΤΡΟΣ ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΕ
ΖΗΝΑ ΘΕΟΥΣ ΤΕ ΣΕΒΩΝ ΚΑΙ ΓΟΝΕΩΝ ΑΡΕΤΗΝ

Hoc eſt:

Iſocratis Patris (ſui) *Imaginem Hanc Poſuit Aphareus,*
Jovem Deoſque Venerans, Et Parentum Virtutem.

6 *Thebis, in Templo Apollinis, in Tripode. Ex Herodoto.*

ΛΑΟΔΑΜΑΣ ΤΡΙΠΟΔ' ΑΤΤΟΝ ΕΥΣΚΟΠΩΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΜΟΥΝΑΡΧΕΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΟΣ ΑΓΑΛΜΑ

Videlicet:

Laodamas Tripodem Apollini Perite Sagittanti
Sua In Urbe Dominus Pulcrum Hoc Munus Dicavit.

1 *Veronæ, in Muſeo publico. Ex Cl. V. Marchione Maffejo.*

NOMINE
Q. DOMITII. ALPINI
LICINIA. MATER
SIGNVM DIANAE. ET VENA
TIONEM
ET. SALIENTES. T. F. I

Signa ſunt Imagines, ſive Statuæ, ſive Anaglypta. Ibi Diana cum apparatu venationis exprimebatur. *Salientes* ſunt Aquæ per tubulos, & fiſtulas in locum quempiam deductæ. De iis mentio eſt apud Vitruvium, Plinium, & Frontinum. Licet etiam cum Maffejo opinari, *Venationem* ferarum in Amphitheatro celebratam heic deſignari.

2 *In Martos in Hiſpania. E ſchedis P. Cattanei.*

C. MACER
HANC ARAM
EREXIT VT
DIIS SACRA
FACERET

3 *Laude Pompeja, apud Viſtarinos. E ſchedis meis.*

Q. MANLIVS PHILVMENVS
SACERD. LAVR. LAVIN.
SIGILLVM CVM ARA
HVIC ARAE SVPERPOSV
ET. SCRIPTVR. EIVS VETVSTATE
CORRVPT. RENOVAVIT
VOTO SVSCEPTO
L. D. D. D

Memoratos videas in aliis ſaxis *Laurentes Lavinates*, forſtaſſis interdum Cives Oppidi olim celebris, & Coloniæ in Latio ſitæ; ſed ſæpius illius *Sacerdotes*, qui Collegium ſive Sodalicium nobile conſtituebant. Hic differte appellatur *Sacerdos Laurens Lavinas*. Eadem Inſcriptio legitur etiam in ſchedis Cyriaci Ancontani apud Philippum Stoſch Baronem Danum V. Cl.

4 *Romæ. Ex Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis Alexandri Albani. Miſit V. Doct. Antonius Baldanus Canonicus ejus Bibliothecæ Præfectus.*

PRO SALVTE ET
INCOLVMITATE
INDVLGENTISSIMORVM
DOMINORVM
MARCIO LIB. PROC. SACRIS EORVM
IVDICIIS GRATIS
SILVANO DEO PRAESENTI
EFFIGIEM LOCI ORNATVM
RELIGIONEM INSTITVIT
CONSECRAVITQVE
LIBENS ANIMO

5 *In Elide. Ex Pauſaniæ Lib. V.*

ΖΗΝΙ ΘΕΩΝ ΒΑΣΙΔΕΙ Μ' ΑΚΡΟΘΙΝΙΟΝ ΕΝΘΑΔ' ΕΘΗΚΑΝ
ΜΕΝΔΑΙΟΙ ΣΙΠΤΗΝ ΧΕΡΣΙ ΒΙΑΣΣΟΜΕΝΟΙ

Hoc eſt:

Jovi Divûm Regi Me Primitias Heic Poſuere
Mendæi, Poſtquam Vi Sipten Subegere.

2 *Apud Malacam in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

L. GRANIVS CERIO-
LARIVM IMPENSA SVA
FACTVM
DEDIT DONAVIT

3 *Hiſpelli, in Zophoro Portæ Veneris. E ſchedis Ferdinandi Abbatis Paſſarini.*

M. GRANIVS. SEX. LOLLIVS. II. VIR
QVINQ. SIGNVM. ET. BASIM. VENERIS
EX. D. D. F. C. EIDEMQ. PROB.

Lapidem hunc V. Cl. Gorius inter Donianos dedit, ac *Perufiæ* aſſervatum ait. Apud Nobiles Baglionos exſtare ſcripſit ad me doctiſſ. P. Philippus Camerinius, qui lapidem hunc acephalum eſſe teſtatur, legitque in primâ lineâ SEX. F. & in poſtremâ EX D. D. ET EIDEM PROBAR.

4 *Theſſalonicæ. E ſchedis N. V. Antonii Scotti Canonici Tarviſini.*

ΗΣΙΟΔΟΣ ΜΟΥΣΑΙΣ ΕΛΙΚΩΝΕΣΙ ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΑ
ΤΜΝΩ ΝΙΚΗΣΑΣ ΕΝ ΧΑΛΚΙΔΙ ΘΕΙΟΝ ΟΜΗΡΟΝ

Ideſt:

Heſiodus Muſis Heliconiis Hunc (Tripodem) *Poſuit,*
Poſtquam In Chalcide Hymno Divinum Vicit Homerum.

In ejuſdem Antonii Scotti ſchedis legebatur Epiſtola *Cyriaci Ancenitani ad Petrum Patrum optimum, & virum celeberrimum* ſcripta, ubi innuit Gellii, ſeu potius Varronis opinionem de ætate Homeri, & Heſiodi, qui ſynchroni putabantur ex Epigrammate apud Heliconem poſito Muſis ab ipſo Heſiodo. Hoc autem ait ſibi repertum *in marmore Atticis inſculptum literis apud Theſſalonicam*. Legitur idem Diſtichon in Anthologiæ Lib. 3. & apud Dionem Chryſoſtomum Oration. 2. de Regno, ita ut ſaltem illius antiquitatem teneas. Sunt & alii veterum, qui certaminis inter Homerum & Heſiodum meminere. At Salmaſius in Solinum confictos ab Heſiodi admiratoribus hoſce verſus contendit. Pleniori eruditione item hanc verſavit Cl. V. Johannes Albertus Fabricius Tom. I. pag. 370. Bibliothecæ Græcæ, quem videre potes: brevitati enim conſultum volo.

5 *In Olympio, ſtatua Iſocratis Oratoris. E Plutarcho.*

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΑΡΕΥΣ ΠΑΤΡΟΣ ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΕ
ΖΗΝΑ ΘΕΟΥΣ ΤΕ ΣΕΒΩΝ ΚΑΙ ΓΟΝΕΩΝ ΑΡΕΤΗΝ

Hoc eſt:

Iſocratis Patris (ſui) *Imaginem Hanc Poſuit Aphareus,*
Jovem Deoſque Venerans, Et Parentum Virtutem.

6 *Thebis, in Templo Apollinis, in Tripode. Ex Herodoto.*

ΛΑΟΔΑΜΑΣ ΤΡΙΠΟΔ' ΑΤΤΟΝ ΕΥΣΚΟΠΩΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΜΟΥΝΑΡΧΕΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΟΣ ΑΓΑΛΜΑ

Videlicet:

Laodamas Tripodem Apollini Perite Sagittanti
Sua In Urbe Dominus Pulcrum Hoc Munus Dicavit.

1 *Veronæ*,
in Muſeo publico.
Ex Cl. V. Marchione Maffejo.

NOMINE
Q. DOMITII. ALPINI
LICINIA. MATER
SIGNVM DIANAE. ET VENA
TIONEM
ET. SALIENTES. T. F. I

Signa ſunt Imagines, ſive Statuæ, ſive Anaglypta. Ibi Diana cum apparatu venationis exprimebatur. *Saluentes* ſunt Aquæ per tubulos, & fiſtulas in locum quempiam deductæ. De iis mentio eſt apud Vitruvium, Plinium, & Frontinum. Liceat etiam cum Maffejo opinari, *Venationem* ferarum in Amphitheatro celebratam hoc deſignari.

2 *In Martos*
in Hiſpania.
Eſchedis P. Cattanei.

C. MACER
HANC ARAM
EREXIT VT
DIIS SACRA
FACERET

3 *Laude Pompeja*,
apud Viſtarinos.
E ſchedis meis.

Q. MANLIVS PHILVMENVS
SACERD. LAVR. LAVIN.
SIGILLVM CVM ARA
HVIC ARAE SVPERPOSV
ET. SCRIPTVR. EIVS VETVSTATE
CORRVPT. RENOVAVIT
VOTO SVSCEPTO
L. D. D. D

Memoratos videas in aliis ſuis *Laurentes Lavinates*, fortaſſis interdum Cives Oppidi olim celebris, & Coloniæ in Latio ſitæ; ſed ſæpius illius *Sacerdotes*, qui Collegium ſive Sodalicium nobile conſtituebant. Hic diſerte appellatur *Sacerdos Laurent Lavinas*. Eadem Inſcriptio legitur etiam in ſchedis Cyriaci Anconitani apud Philippum Stoſch Baronem Danum V. Cl.

4 *Romæ.*
Ex Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Alexandri Albani.
Miſit V. Doct. Antonius Baldanus Canonicus
ejus Bibliothecæ Præfectus.

PRO SALVTE ET
INCOLVMITATE
INDVLGENTISSIMORVM
DOMINORVM
MARCIO LIB. PROC. SACRIS EORVM
IVDICIIS GRATIS
SILVANO DEO PRAESENTI
EFFIGIEM LOCI ORNATVM
RELIGIONEM INSTITVIT
CONSECRAVITQVE
LIBENS ANIMO

5 *In Elide.*
Ex Pauſaniæ Lib. V.

ΖΗΝΙ ΘΕΩΝ ΒΑΣΙΔΕΙ Μ' ΑΚΡΟΘΙΝΙΟΝ ΕΝΘΑΔ' ΕΘΗΚΑΝ
ΜΕΝΔΑΙΟΙ ΣΙΠΤΗΝ ΧΕΡΣΙ ΒΙΑΣΣΟΜΕΝΟΙ

Hoc eſt:

Jovi Divûm Regi Me Primitias Hoc Poſuere
Mendæi, Poſtquam Vi Sipten Subegere.

1 *Romæ,*
in Capitolio,
ſub effigie Cynocephali.
Ex Ligorio.

ΦΙΔΙΑC ΚΑΙ ΑΜΜΩΝΙΟC ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ
ΦΙΔΙΟΥ ΕΠΟΙΟΥΝ

Ideſt:

Phidias Et Ammonius Ambo
Phidiæ (filii) *Fecerunt.*

2 *In Macedonum ſcutis,*
in Jovis Dodonæi Templo ſuſpenſis a Pyrrho Rege.
E Pauſaniæ Lib. I.

ΑΙΔΕ ΠΟΤ' ΑΣΙΔΑ ΓΑΙΑΝ ΕΠΟΡΘΗΣΑΝ ΠΟΛΤΧΡΥΣΟΝ
ΑΙΔΕ ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΙ ΤΑΝ ΔΟΤΛΟΣΤΝΑΝ ΕΠΟΡΟΝ
ΝΥΝ ΔΕ ΔΙΟΣ ΝΑΩΙ ΠΟΤΙ ΚΙΟΝΑΣ ΟΡΦΑΝΑ ΚΕΙΤΑΙ
ΤΑΣ ΜΕΓΑΔΑΤΧΗΤΟΥ ΣΚΥΔΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ

Ideſt:

Quæ Olim Aſiæ Terram Perdiderunt Vaſtarunt,
Quæque Helladi Servitutem Intulere,
Nunc Primum Jovis In Templo E Columnis Nuda Pendent,
Jactabundæ Spolia Macedoniæ.

3 *Epheſi.*
Ex Thoma Smitho.



Ideſt;

Sub Prytanei Præfecto Claudio
Titiano Demoſtrati Filio,
Pontifice Sacra Faciente
Soſſiano, Marcus Pomponius
Latinus Dicavit Iſidi,
Et Serapidi Phialam, Et
Vas Libatorium .....
.....
Charidemo Charidemi (filio.)

4 *Gueſcæ*
in Regno Granatenſi,
quæ olim Faventia appellata fuit.
E ſchedis P. Johannis Baptiſtæ Cattanei,
atque e ſchedis Ramberti ap. Cannon. Bertoli.

POSTVMIA. M. F. ACHITANA BAXO PONT.
SIGNVM SIBI TESTAMENTO PONI IVSSIT. P. HS. VIII
NEM. ORNAMENTA SEPTENARIO HEMIL. PRO
XXXXII. MARO. VII. ITEM. T. IS. R. RO. PV.
PV. XXII. ITEM FASC. C. H. MARC. T. FABIVS
SVPERSTES FILIVS DEDICAVIT IMPOSITIS SPATALIS
SVMMO GEMMATIS. P. S. PEREIO SVMMAE
V. SS. F. TITVLVM. M. D. S. M. MAS.

Oedipum heic deſidero. Sed fortaſſe tot tenebras peperit parum accurata deſcriptio. NEM. initio tertiæ lineæ puto ſcriptum pro ITEM. Sic HEMIL. videtur HEMIS, ideſt *Semi*, SPATALIA fuere Monilium genus. Reliqua caligine inſuperandâ involvuntur. ACILIANA eſt in ſchedis Ramberti. Et MARCO MARTIANO ET FABIO.

1 *Interamnæ, nunc Terni, in Templo maximo. Ex Angelonio.*

C. RVSTIVS
AD AEDEM
MELIORIS
PAVIMEN
ΗS ΜΜ
ΜΜ

2 *In Gade. E schedis Ambrosianis.*

P. RVTILIVS SYNTROPHVS
MARMORARIVS DONVM
QVOD PROMISIT IN TEMPLO
MINERVAE MARMORI
BVS ET IMPENSA SVA THE
OSTASIM EXSTRVXIT

Theostasis vox ignota Stephanis in Græcis & Latinis Lexicis: immo nusquam nisi hoc mihi visa. *Concilium*, aut *Cubiculum Deorum* ea designari opinor. Romæ *Græostasis* fuit, ubi Varrone teste *Nationum legationes, qui ad Senatum essent missi*. Proinde THEOSTASIS potuit esse Cubiculum, aut Porticus ante Minervæ Templum, in quo Deorum Concilium, aut Statuæ essent.

3 *Salæ in Lucania. Misit N. V. Franciscus Valletta Jurisconsultus Neapolita.*

PIETAS SECVN
DI CONTVBER. M. AQ.
ARCVM ET CANDE
LABRVM IVNONI
D. S. D. D

4 *Antemaduni Lingonum. Misit Bimardus.*

Q. SEDVLIVS. FIL
SEDVLI. MAIOR
DIS MARIS. AC
AVG. ARCVM
STATVAS. IDEM
M. D. D

Vide Gruterum pag. 181. num. 9.

5 *Tarenti, in hortis Carduccios. Misit Petrus Polidorus Abbas.*

ΝΙΚΗΤΗΡΙΟΝ ΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝ ΕΝ
ΘΕΟΙΣ ΘΑΛΑΣΣΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ
ΙΠΠΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΤΑΡΕΝ
ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΙΑΣ ΤΟΥ ΔΕΜΟΚ
ΕΝΩΜΟΤΑΡΧΟΥ ΕΞ ΤΗΣ ΕΥΧΗΣ
ΤΟΛΕΜΙΚΗΣ ΝΕΟΛΑΙΑΣ

Ideſt:

Feſtum pro Victoria Annuum
Diis Maritimis Et
Equeſtribus Diis . . . . . .
Tarentinorum . . . . . .
Curante Democrate
Duce Ex Voto
Bellicoſæ Juventutis.

Animadverte in quintâ lineâ ΠΡΟΝΙΑΣ pro ΠΡΟΝΟΙΑΣ, & ΔΙΜΟΚ. pro ΔΗΜΟΚ: in sextâ vero ΕΞ pro ΕΚ. Quæ quidem mihi dubitationem aliquam injiciunt de tam illustri monumento.

6 *In Phari Insula in Ægypto. E Strabonis lib. XVII.*

ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ
ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ
ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ

Ideſt:

Soſtratus Cnidius Dexiphanis (filius)
Diis Servatoribus Pro
Navigantibus.

7 *Tiburi, extra Portam Cornutam. E Ligorio, & Donio.*

SIGN. LIBERTATIS
SACRVM
Q. SQVATERIVS. Q. F.
QVIRINA NOVATIANVS
PRAEF. FABRVM. TI
BVRT. PATR. MVNICIP
ET INCOL. VI. VIR. AVGV
STAL. FRAT. ARVALI. LOC
D. S. P. DD

Donius legit Q. F. ANIEN. NOVATIANVS. Infra verò EX INCVL.

1 *Romæ,*
in Porticu Hypetri
Monaſterii Sancti Alexii,
tabula minutatim conciſa humi compoſita.
E ſchedis meis.

EX PRAECEPTO. I. O. M. D. AETERNI. CONSERVATORI. TOTIVS. POLI. ET. NVMINI. PRA
ESTANTISSO. EXIBITORI INVICTO. L. TETTIVS. HERMES. EQ. R. ET
KANDIDATVS. ET. PATRONVS. H. V. I. V. S. LOCI. PRO. SALVTE. SVA. ET. AVR
ELIAE RESTITVTAE. CONIVGIS. ET. TETTIAE. PANNVCHIAE. FILIAE. SVAE
ET. SVORVM. ET. AVRELI. LAMPADI. FRATRIS. CARISSIMI. ET. PRO. SALOVTE
SACERDOTVM. ET. KANDIDATORVM. ET. COLITORVM. HVIVS. LOCI. TABVLA
MARMOREA. CVM. PROSCAENIO. ET. COLVMNIS. D. D. QVOS ELEXIT
I. O. M. SIBI. SERVIRE. M. AVREL. OENOPIONE. ONESIMVM. SIGNVM. ACACI . . . .
NOTARIVM. ET. SEPTIMIVM. ANTONIVM. SIGNVM. OLYMPI. PATRE. KANDID
PATRONOS. FRATRES. CARISSIMOS. ET. COLLEGAS. HON. AVR. MAGNESIVM
AVR. SERAPIACVM. ANTONIVM. MARIANVM. IVL FLORENTINVM. PRINCIPE
HVIVS. LOCI. ET. AVR. SEVERVM. VETERANVM. CVRATOREM. TEMPLI. ET
AVR. ANTIOCHVM. SACERDOTE. GEMI. FELIX. ET. VIBIVS. EVTVCHIANVS
LECTICARI.DEI.CO CENTIANVS

Præter alia, quæ prætereo, ego hoc tantummodo *Lecticarios Dei* ſpectatos velim: quod munus in ſacris e ſingulari iſto marmore nunc prodit. Mos quippe fuit Ethnicis interdum circumferre, præſertim in Circenſibus, Deorum ſtatuas in *Lectica* compoſitas. *Thenſæ* nomen fuit ejuſmodi Lecticis. Feſtus: *Thenſam aut vocari Simulac Capito Vehiculum, quo exuvia Deorum ludoris Circenſibus in Circum ad pulvinare vehuntur.* Ita Diomedi *Thenſa* appellatur *Deorum vehiculum.* Adde Tullium, cujus verba ſunt Oratione I. in Verrem: *Omnes Dii, qui Vehiculis Thenſarum ſollemnes cœtus Ludorum mittis.* Et Servius ad Æneid. Lib. I. *Thenſa ſignificat, qua Deorum ſimulacra portabantur.* Ejuſmodi Thenſarum alii quoque meminerunt. Eſt apud Gruterum pag. 35. num. 12. Inſcriptio poſita *Soli Invicto* a T. Pomponio Repentino, qui appellatur TENSAR. IVGARIS. Is mihi creditur *Thenſarum* ſacrarum, quæ idem fuerunt cum *Lecticis*, Auriga. Sed utinam accuratius hæc fuiſſent e marmore exſcripta.

2 *Carabaci,*
in Hiſpania.
E ſchedis Farneſiis, & Ramberti.

L. PORCIVS. QVIR. QVIETVS
II VIR PONTIFEX SOLO SVO
TEMPLVM ET SIGNVM ET
FORVM SVO ET T PORCI
QVIR QVIETI F. SVI NOMI
NE DE SVA PECVNIA F. C.

3 *Pariſiis,*
apud D. Focault.
Ex P. Montfauconio.

AVRELIA. BALBINA
D. D. DEO. L.

In poſtica.

RIMANEBIA FABIVS
FILEMON. D. CYDATIANO

Ideſt *donum dedit.* Num *Deo Libero*, an *Deo Lari?* Verùm vas illud urnæ ſepulcralis figuram præferebat, atque altera. Inſcriptio urnam & ipſa prodit.

4 *In ſcutis Gallorum,*
a Pyrrho Epirotarum Rege
ſacratis Palladi Itoniæ.
Ex Lib. I. Pauſaniæ.

ΤΟΤΣ ΘΥΡΕΟΤΣ Ο ΜΟΛΟΣΣΟΣ ΙΤΩΝΙΔΙ ΔΩΡΟΝ ΑΘΑΝΑ
ΠΥΡΡΟΣ ΑΠΟ ΘΡΑΣΕΩΝ ΕΚΡΕΜΑΣΕ ΓΑΛΑΤΑΝ
ΠΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΚΑΘΕΛΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝ ΟΥ ΜΕΓΑ ΘΑΥΜΑ
ΑΙΧΜΗΤΑΙ ΚΑΙ ΝΥΝ ΚΑΙ ΠΑΡΟΣ ΑΙΑΚΙΔΑΙ

Ideſt:

Hos Clypeos Itonidi Donum Minervæ Moloſſus
Pyrrhus Audacibus Galatis Ereptos Suſpendit,
Poſtquam Totum Antigoni Exercitum Stravit. Neque Mirum.
Sunt In Bello Fortes Nunc, Ut Ante, Æacidæ.

1 *Neapoli.*
Ex Capacio.

VESORIVS. ZELOIVS
POST. ASSIGNATIONEM. AEDIS
FORTVNAE. SIGNVM. PANTHEVM SVA
PECVNIA. DD

2 *Eleusine,*
statua aerea Isocratis Oratoris.
E Plutarcho.

ΤΙΜΟΘΕΟΣ ΦΙΑΙΑΣ ΤΕ ΧΑΡΙΝ ΞΕΝΙΗΝ ΤΕ ΠΡΟΤΙΜΩΝ
ΙΣΟΚΡΑΤΟΤΣ ΕΙΚΩ ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΕ ΘΕΑΙΣ

Scilicet:

Timotheus Amicitiæ Atque Hospitalitatis Causâ
Isocratis Statuam Istam Deabus Dicavit.

3 *Delphis,*
in Clypeo T. Quinctii Flaminii.
Ex eodem Plutarcho.

ΖΗΝΟΣ ΙΩ ΚΡΑΙΠΝΑΙΣΙ ΓΕΓΑΩΤΕΣ ΙΠΠΟΣΤΝΑΙΣΙ
ΚΟΤΡΟΙ ΙΩ ΣΠΑΡΤΑΣ ΤΤΝΔΑΡΙΔΑΙ ΒΑΣΙΑΕΙΣ
ΑΙΝΕΑΔΑΣ ΤΙΤΟΣ ΤΜΜΙΝ ΤΠΕΡΤΑΤΟΝ ΩΠΑΣΕ ΔΩΡΟΝ
ΕΛΛΗΝΩΝ ΤΕΤΞΑΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΛΕΤΘΕΡΙΑΝ

Nempe:

Jo dicite, Filii Jovis, Velocibus Equitantes In Equis
Jo, Tyndaridæ Reges Spartæ.
Sublime Donum Vobis Obtulit Ex Æneadum Genere Titus,
Qui Græcis Cunctis Libertatem Reparavit.

4 *Corinthi.*
Ex Whelero.

L. HERMIDIVS CELSVS ET RVTILIVS
AVGVSTI ET L. HERMIDIVS MAXIMVS
ET L. HERMVS
AEDEM ET STATVAM APOLLINIS AVGV
STI ET TABERNAS DECEM

1 *In Delphico Templo,*
ad Coronam auream,
a supramemorato T. Quinctio oblatam.
Ex Plutarcho.

ΤΟΝ ΔΕ ΤΟΙ ΑΜΒΡΟΣΙΟΙΣΙΝ ΕΠΙ ΠΛΟΚΑΜΟΙΣΙΝ ΕΘΗΚΕ
ΚΕΙΣΘΑΙ ΛΑΤΟΙΔΑ ΧΡΥΣΟΦΑΗ ΣΤΕΦΑΝΟΝ
ΟΝ ΠΟΡΕΝ' ΑΙΝΕΑΔΑΝ ΤΑΓΟΣ ΜΕΓΑΣ ΑΛΛ' ΕΚΑΕΡΓΕ
ΑΛΚΑΣ ΤΩΙ ΘΕΙΩΙ ΚΥΔΟΣ ΟΠΑΖΕ ΤΙΤΩΙ

Hoc eſt:

Hanc Tibi, Immortales Tuos Ornaturam Crines,
Latonæ Fili, Auream Coronam Sacravit
Magnus Aeneadum Dux. Sed Et Tu Apollo
Virtutis Gloriam Divino Repende Tito.

2 *Iconii.*
Ex Paulo Luca miſit Bimardus.

ΤΜΑΣ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟΝ
ΝΑΟΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΑ
ΑΩΜΑΤΩΝ ΚΑΤΕΣΚΕΤΑΣΕ

Ideſt:

..... Et Apollinis
Templum Suâ Pe-
cuniâ Fecit.

3 *Prope Montem Martem*
in agro Tudertino.
E Montisfalchii ſchedis.

TVDER. COLONI. OBSERVAT ..... VANT.
MATRI DICAVERVNT X. PVELLOS

In aliis ſchedis PVLLOS. Sed fortaſſis hæc jungenda eſt cum aliis Tudertinis ſpuriis, quas alibi dedi.

4 *Aquileiæ.*
Ex Philippo a Turre Epiſcopo Hadrienſi.

C. VELLAEVS. A. L. EROS
SEX. VIR. ARAM. SEDILIA
STRATVM. DAT

5 *Orſonæ*
in Hiſpania.
E ſchedis P. Cattanei.

L. VETTIVS. C. F. SER. CENTVRIO. LEG. XXX.
IIII VIR. ITERVM. C. C. C. IVL. SACRVM DAT

Hunc opinor fuiſſe *Duumvirum Coloniæ* (exempli cauſsâ) *Cordubenſis*, vel *Caligustanæ*, *Conſtantiæ Juliæ*, aut *Coloniæ Conſtantiæ Claritatis Juliæ*.

6 *Saponariæ,*
in Muſeo D. Caroli Dunio.
Miſit N. V. Ignatius Maria Como.

SILVANO DEO
SACR.
Q. VIBIEDIVS. PHILARGIRVS
MINIST. LAR. AVG. ET. AVG
MERC. TECTVM. MENSAM
LAPIDEM. ARAM. VOTO. SVSC.
E. M. D. S. P. E

Fortaſſe legendum L. M. D. S. P. C. ideſt *Libens Merito De Suo Ponendum Curavit*. Vibiedius iſte *Philargyrus*, *Auguſtalis* dicitur. MERC. aut eſt *Mercurii*, aut *Mercurialis*, ſcilicet Sodalis.

7 *Regii in Calabria.*
E Gualterio.

L. VID. VRBIVS. D. L. Q. CINCIVS. C. AVL. IIII VIRI
D. SIGNVM. PROSERPINAE. REFICIENDVM. STATV
ENDVM. ARASQ. REFICIENDAS. EX. SC. CVRA
RVNT. H-S. DCCCLXX. INTERFVERE HELVIA
Q. F. ORBIA. M. F

1 *Ad Annecy in Sabaudia. E Guichenondo.*

VIOMAGI . MO
VINICIVS SEVERVS
ET L. VINICI LATINI
. . . . TRIS SVI NOMINE DAT
ARAM

5 *Nemauſi. E ſchedis Gyirani in Bibliotheca Cæſarea.*

FVLGVR
DIVOM

6 *Tulli Leucorum. Miſit N. V. Joſeph Bimardus.*

BACCHI ARA.

7 *Tuſculi. Ex Dominico Matthæjo*

ARA
SOLIS

8 *Brixelli, ad Padum. E ſchedis meis. Miſit etiam Dionyſius Sancaſſanius.*

SACRVM
PVBLIC
FVLGVRIS

Jovis Fulguratoris mentio eſt in Lapidibus, & Nummis. Ei pro tutela contra Fulgura ſacrificatum puto Brixelli, in Urbe olim nobili, nunc Oppido, cui intactum nomen ad Padum in ditione Sereniſ. Ducis Mutinæ.

9 *Fiventiæ. E Tonduti.*

TEMPLVM ET ALTARE
DEAE PALLADI

Sit fides penes Tondutium. *Aras* Diis ſacratas novimus, & paſſim offendimus in Marmoribus. An & *Altaria*, inquiras velim.

2 *Florentiæ. Ex Gorio.*

FVLGVR
DIVM

3 *Opitergii, in Saxo oblongo. E ſchedis Jac. Valvaſonis. Miſit Comes Beretta.*

DE CAELO
TACTVM
ET
CONDITVM

Quanta foret Ethnicorum ſuperſtitio de iis, quæ a Fulgure affla-rentur, Eruditi complures eſten-derunt. Eos conſulat Lector.

4 *Panormi. Ex Gualterio.*

FVLGVR
CONDITVM

Nemauſi quoque occurrebat in Mar-more FVLGVR CONDITVM DIVOM. Arcuſpicium Ethnico-rum Iuuam materiem Fulmina præbebant. De iis videndus Pli-nius Lib. 2. Cap. 52. & Seneca 2. Quæſt. Cap. 49. Lignorum, veſtium, aliarumque rerum a Fulmine percuſſarum, aut aſſla-tarum fruſta Sacerdotes ſolliciti ſepelichant. Hinc Lucanus

--- Arma diſperſos Fulminis ignes Colligit, & terræ tacito cum murmure condit.

Ita & Juvenalis Sat. 6.

Atque aliquis ſenior, qui publica Fulmina condit.

10 *Syracuſis. Ex Gualterio.*

CN. OCTAVIO A. F. MI. NICANOR. BOLONAR
VELIC. VENER. TARIC. PAVIMENTVM. SEDI
LIA. FECIT. AEDEMQVE REFICIENDO COIR

Peritiori, aut accuratiori deſcriptore indigebat.

11 *Ad antrum excelſi Montis Vallis Lagarenſis. E ſchedis Pacediani.*

SEDES SILVARN A LAEVA
Ñ LONGE. P. XX
MATREM PERCVTE

Hanc & in aliis ſchedis reperi, incertus ſemper, ſit-ne ibi legendum SILVARVM, an SILVANI. In ſchedis Jacobi Valeſii habetur SILVARVM. Sed formaſſe hadiera, & recens Inſcriptio eſt: quod in-dicare videntur verba illa *Matrem percute* (hoc eſt *Terram*, ut puto) quaſi ſpes incautis injiciatur inveniendi Theſauri.

12 *Præneſtæ, ſub ſtatua in lamina ænea. E Suareſio.*

MANITIVM PRO MILITIBVS QVI
CASILINI IN PRAESIDIO FVERINT
VOTVM VOVISSE

Si Suareſio fides, olim in Civitate Præneſtina ſpectabatur *Statua loricata Manitii Prætoris Præneſtini, qui antea Scribam egerat. Is reduxerat illos ſtremos Caſilini propugnatores Prænestæ.* Sit, inquam, apud illum fides. Neque enim hæc ex Inſcriptione iſtâ deducuntur.

1 *Apud Dorcheſter, in Magna Britannia. Miſit Bimardus.*

I . O . M
ET NVMINIB. AVG.
M. VARIVS. SEVERVS
B. COS
ARAM. CVM
CANCELLIS
D. S. P.

In quartâ linea B. COS. ideſt *Beneficiarius Conſulum*, vel *Conſulis*.

2 *Arauſione, apud Prevotium. Ex March. Maffejo.*

NVM AVG
MATRI DEVM
PRO SALVT IMP
M AVR COMMO
DI ANTONINI PII
FELICIS
TAVROPOLIVM
FECERVNT
SEX PVBLICIVS
. . . . . ANVS

TAVROPOLIVM pro TAVROBOLIVM, ut in aliis lapidibus. Erudite de ridendo hoc Sacrificio egit Antonius Van Dale de Antiquitat. quem adire poterit Lector.

3 *Narbone. Miſit Bimardus.*

MATRI
DEVM
TAVROPOLIVM. INDICTVM
IVSSV. IPSIVS. EX. STIPE. CONLATA
CELEBRARVNT PVBLICE NARBON

4 *Auguſtæ Taurinorum, apud Theſauros. E Guichenonio.*

VIRIACIVS
A. F. TERNI
TAVROBOLIO
PVLANIVS
PRISCVS

5 *In Urbe Teatina. Miſit P. Alexander Bertè Lucenſis.*

PRO SALVTE
IMP. MAXIMIANI. AVG. ET
MAXIMINI. CAES
TAVROBOLIVM. MOVIT
PETRONIVS. MAR
CELLVS. SACERD
DE SVO

6 *Ibidem. Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.*

P. S. P
POS. XX ANN
TAVROBOLIVM
ITER. DE. SVO
C. PETRONIVS
SACER. SABI
MOVIT. II.

Ideſt *Pro Salute Populi*, aut *Propriâ*, *Poſt XX. Annos* &c.

7 *Auguſtæ Taurinorum in Regia Scientiarum Academia. Miſit Excellentiſs. Comes Caiſſottus, Præſes Senatus.*

VIRIBVS
AETERNI
TAVROBOLIO
SEMPRONIA
EVTOCIA

In ſacrificio *Taurobolii* quid eſſent *Vires* Tauri mactati, diſputant adhuc Eruditi. Alii *Cornua*; alii, inter quos ego, *Teſticulos*; *Sanguinem* alii opinantur. Quanâ religione ſervarentur ejuſmodi *Vires*, hinc agnoſcis, ſimulque mirari amplius potes ridendum iſtum Ethnicæ gentis ritum.

8 *Iaderæ, ad Arcum Meliæ Anniamæ. E ſchedis Cyriaci. Miſit N. V.* Abbas *Compagnonius.*

ΤΡΙΤΩΝ ΤΟΤ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ
ΣΑΛΠΙΓΞ

Ideſt:

Triton Neptuni

Buccina.

1 *Abellini,*
in Turre Horologii.
Miſit N. V. Ignatius Maria Como Neapolitanus.

AEDEM. D. V
EX. TESTAMENTO
FECERVNT. QVI. INFRA
C. ALLENIVS. C. F. GAL. TER
C. LVCCEIVS. C. F. GAL. SECVN
C. LVCCEIVS. C. F. GAL. SABINVS. F.
C. ARRVTIVS. C. F. GAL. ALAVDA

Incertum, cui Ædes hæc ſacrata fuerit. Quippe legere poſſis *Deæ Veſtæ*, *Deæ Veneris*, *Dianæ Victricis* &c.

2 *Romæ,*
in Arcu,
juxta Sanctæ Mariæ Novæ.
E ſchedis meis.

S. P. Q. R
DIVO TITO DIVI VESPASIANI
VESPASIANO AVG. SACRVM
IOVI OPTIMO MAXIMO
SALVTARI
AEDEM VOTO SVSCEPTO

3 *In agro Ripolitano,*
prope Florentiam.
Ex Gorio.

TVNNI
IOVIS
C. CEVNA
IVSTVS
X. ARG. P. X

Vitioſe deſcriptum lapidem in prima linea cenſet Gorius. Eadem & mihi opinio. Attamen perpendendum moneo, num TVNNI vox adhibiti forte fuerit ad ſignanda *Vaſa Vinaria*, quæ *Tina* a Varrone, & Nonnio appellantur. Veſtius Lib. 2. Cap. 18. de Vitiis Sermonis: *Plane*, ait, *videntur Tonna, vel Tunna, & Tina vocabula cognata, & ab eadem origine profecta.* Porro notum eſt, Jovi *Epulum* ſolenne Menſe Novembri paratum fuiſſe a Romanis, *Menſamque* appoſitam ab aliis: quam ob cauſſam ab Arnobio Ethnicos irriſos videas. Erant & *Feſta Vinalia*, quibus Jovi Vinum novum libabatur. Heic autem recenſeri videntur *Decem Vaſa Argenti Pondo Decem.*

4 *Romæ.*
E ſchedis Farneſiis.

IMP. L. SEPTIMIVS SEVERVS
PERTINAX. AVG. PONT
MAX. COS. VII. D. O. MAX
SALVTARI. ID. APR. IVNO
NIQ. REGINAE COLVM
NAM EREXIT

Pro COS. VII. ſcribendum eſt COS. III. videlicet Anno Chriſti 202. Pro D. O. reſtituendum quoque reor I. O. ideſt *Jovi Optimo*, uti in præcedenti, atque in altera Moguntina. *Junoni Reginæ* poſita. Gruterus etiam pag. 1065. num. 6. Inſcriptionem refert *Jovi Salutari* dicatam ab *Ulpiano gravi infirmitate liberato.* Animadverte quoque in Gruteriano marmore pag. X. num. 6. legi IOVI. O. M. AEDE &c. Atqui in antiquis ſchedis, quas meum communes voluit doctiſſimus vir P. Joſeph Blanchinius Franciſci V. Cl. Nepos, habetur IOVI. O. M. SALVTARI EDEM &c.

5 *Ibidem.*
Ex Donio.

NVMINI. DEOR. AVG. SA
CRVM. IOVI. OPTIMO
MAXIMO. SALVTARI. E
DEM. VOTO. SVSCEPTO

EDEM pro AEDEM. At heic deſideratur, qui illam conſtruendam juſſerat, quod prætermitti minime conſuevit.

6 *Ibidem,*
apud Juſtinianos.
Ex P. Montfaucono
Ad effigiem Solis Mithræ.

L. FL. HERMADION
HOC MIHI LIBENS
DONVM DEDIT

7 *Cajetæ,*
in ædibus Epiſcopalibus.
Ex Donio.

DECIMIA
C. F
CANDIDA. SACERDOS
M. D. ATTHIN
D. D

Ideſt *Sacerdos Matris Deûm.* Signum *Attinis*, ab ipſa Cybele adamati, dicavit *Decimia* iſta *Candida.*

1 *Præneſte,*
in columella,
apud Torciolum Sanctium.
E Suareſio.
Et ex Cl. V. Hannibale de Abatibus Oliverio.

C. MAGVLNIVS. C. F
SCATO MAXS
C. SAVFEIVS. C. F
FLACCUS
PR
SACRAVERVNT

C. SAVFEIVS
C. F
FLACCVS
C. MAGVLNIVS
SCATO MAXS
PR
SACRAVERVNT

Scripſi C. MAGVLNIVS, quum apud Suareſium ſit C. M. AGVLNIVS: abhorrent enim a ritibus gemina illa prænomina C. M. Quid verò ſignificet ſigla PR. non facile decernas. Deus aliquis, aut Dea deſignari videtur. Num *Præneſtinæ*, ſcilicet *Fortunæ*, quæ magno honore colebatur Præneſte, & *Sortes* credulæ genti diſpenſabat? Num *Proſerpinæ* vota facrarunt? num *Priapi* ſimulacrum poſuerunt Magulnius, & Saufejus?

2 *Romæ apud Ficoronium.*
In Vaſe aheneo.

NAVIOS. PLAVTIOS. MED. ROMAI. FECID
DINDIA. MACOLNIA. FILEA. DEDIT

Luniani in Patria Clariſſimi Ficoronii Diœceſis Prænestinæ nuper effoſſum fuit Vas iſtud aheneum ex lamina ſubtili grandis molis Sacris addictum. Tripode inſtitur, quem efformant tres Fauni Vas ipſum amplectentes. Supra operculum ſtat Mulier ſeminuda, manus protendens ſupra collum geminorum Faunorum horridas facies præferentium, Priapis erectis. Quod præ ceteris rarum eſt, e collo Mulieris ad pectus pendet Bulla aurea: quod argumentum illuſtravit idem Ficoronius. Ceterum miram antiquitatem forma literarum prodit, ita ut, niſi haec occurreret ROMAI FECID pro *Fecit*, quiſquam pro Inſcriptione Etruſca accipere hanc potuiſſet: quod interdum accidit.

3 *Ibidem,*
in Collegio Patrum Societatis Jeſu.
Miſit V. doctiſſ. P. Contuccius Contucci,
Muſeo Kircheriano Præfectus.

DOMINO AESCVLAPIO
ET. HYGIAE EX PERMISSV
EORVM NEGOTIATIONIS
FABARIAE. GRATIAS
AGENTES. NVMINI
ET ARATIS. EORVM
T. IVLIVS. GINESYA
CVS. ET. CAECILIA
BALBILLA. CERI
OLARIA. DVO. SATV
RI. ET. ANTIOTES
LIBENTES. DONVM
DEDERVNT

Hanc etiam edidit Franciſcus Ficoronius V. Cl. Nomine *Negotiationis Fabariæ* deſignatur mercatura Fabarum. Ita Claſſ. XIII. *Abudium* videbimus *Negotiatricem Frumentariam*, & *Legumina-riam*. Obſcurum eſt vocabulum ARATIS. Niſi ſubintelligatur *Agris eorum*, nulla mihi tolerabilis alia conjectura ſuccurrit. CERIOLARIA, ut alibi dixi, Candelabra fuerunt. In uno ex iis ſignum *Saturi*, hoc eſt *Satyri*, cernebatur. In altero ſignum *Antiotis*. Sed quid *Antiotis*? Adeo abſtruſæ literæ in marmore ſunt, ut legi etiam poſſe videatur MVTIOTES. Sed longius hoc ab intelligentia noſtra abſcedit. Num ergo *Bacchi*, ſive *Dionyſii Antbi* imago illa fuit, qui nempe *Floridus Bacchus* Athenis dicebatur, & colebatur?

4 *Athenis.*
E ſchedis Cyriaci
Miſit Abbas Compagnonius.

ΕΙΙΣΟΔΟΣ ΣΗΚΩΜΑ ΕΝ ΠΟΡΟΥ ΕΤΟΔΟΥ ΕΚ ΠΤΕΛΕ
ΑΞΙΩΝ. ΛΟΥΣΗ ΕΤΟΔΟΥ ΓΙΝΗ

Ideſt:

Iſidis Æquipondium In Via Eubodi Ex Ptele-enſibus. Luſa Eubodi Uxor (fecit).

Oppida duo *Ptelei* nomine ſignata veteres memorarunt, alterum Jonæ, alterum Theſſaliæ. Pondus hoc fuiſſe videtur a Sacerdotibus Iſidis aut conſtitutum, aut adhibitum.

1 *In incerto loco.*
Ex Donio.

A. SATRIVS
VRBICVS
VEXILLARIVS
7. POMPONI
DOMO. FLORENTIA
SILVANVM
EX. VOTO. POSVIT

Ideſt Signum, ſive Simulacrum *Silvani*.

2 *Bovillis.*
Ex Tomaſino.

VOTO. SVSCEPTO
BONAE. DEAE
ASTRAPTON. CAESARIS. VILIC
AEDICVLAM. ARAM. SEPTVM. CLVSVM
VETVSTATE. DIRVTA. RESTITVIT

3 *Aquilejæ,*
in domo cujuſdam Canonici.
Ex Philippo a Turre Epiſcopo Hadrienſi.

BONAE DEAE PAGANAE
RVFRIA C. F. FESTA
CAESILIA Q. L. SCYLACE
MAGISTRAE
D. P. S

4 *Ibidem.*

DECIDIA. L. L. APVLEIA
ET. PVPIA L. L. PEREGRINA
MINISTRAE
BONAE. DEAE. AEDEM
FECERVNT. D. P. S

Duas haſce Inſcriptiones Fabrettus quoque 694. retulit. Domini utrumque junxit. Non levis inter eos diſcordia. Fabrettus legit BONAE FAGANAI. Donius BONAE DEAE PAGAIAE. Sequutus ſum, uti veriſimiliorem lectionem accuratiſſimi Philippi a Turre. Qui poſtea habet in prima Inſcriptione CASILIA. & in altera DECIDIA L. L. PAVLLINA. Heic mihi viſa tutior Donii lectio. Apud Fabretum non unum in his eſt vitium. De *Bona Dea* aliquid indicavi in Claſſe I. Reliqua ex Gyraldo, Struvio, & aliis petenda.

5 *Ibidem.*
Miſit Johannes Dominicus Bertoli,
Canonicus Aquilejenſis.

ANNIA M. F. MAGNA. ET
SCIALONIS. ET. CORNELIA. EPHYRE
MAGISTRAE. B. D
PORTICVM. RESTITVERVNT
AEDICVLAM FONIONIS

De *Fonione* Deo, ſive Dea, aliquid innui in Claſſe I.

6 *In agro Atinate,*
in Sanctæ Mariæ Montis Attici.
Ex Donio.

[redacted]NVMISIAE. L. L. PRISCAE
LIBERI. AEDEM. A. FVNDAMENTIS
FECIT. CIC. CVM DEANE POSVITQ.

Pro CIC. CVM. DEANE reſtituendum opinor SIGNVM DIANAE.

1 *In Hiſpania, in quadam Turri horaria. Ex Donio.*



Pontufex, pro PONTIFEX, peregrina vox. *Baſſus* iſte CAESAREVM, ideſt Ædem Cæſari ſacram, *de ſuo fecit*, Anno Chriſti 35. imperante Cajo Caligula Auguſto, cujus nomen uti in aliis lapidibus, ita in iſto abraſum fuit. S.d ſcribendum TRIBVNICIA POTESTATE II. quæ eodem Anno decurrere cœpit. Neque enim *Prima* numerati conſuevit. Ad.lendum quoque *Pontificis* muneri MAX. In ſchedis Ramberti apud Johannem Dominicum Bertolum Canonicum Aquilejenſem legitur DIVI. IVLI PRON. TRIBVNICIA POTESTATE II. &c. Et in fine D. S. P. D. D. ideſt *De ſua pecunia dedit, dedicavit.*

2 *Ad Phoceam Pythiam prope Delphos, in columna ad Ædem Etreneam. E ſchedis Barberinis Cyriaci.*

ΑΓΑΘΑ ΤΥΧΑ

ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ

ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ ΜΗΝΟΣ ΕΙΛΑΟΥ ΙΒ

ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝ ΔΕ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ ΕΠΙΝΕΙΚΟΥ

ΤΟΥ ΕΥΔΩΡΟΥ ΚΑΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ

ΚΑΙ ΤΙΒ. ΙΟΥΛΙΟΥ. ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ

ΤΟΥ ΟΝΗΣ ΑΝΕΙΚΑΣΩ ΣΩΣΤΑΔΟΥΣΑΙ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΝΟΟΥΝΤΟΣ ΑΥΤΗΣ ΛΑΙΔΑΤΟΥ ΑΠΕΔΟΤΟ

ΤΩ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΤΩ ΠΥΘΙΩ ΕΥ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ

ΓΥΝΑΙΚΑ ΣΩΣΤΛΑΝΩΣ ΕΤΩΝ Κ

Ideſt:

Quod Fauſtum Sit,
Archonte In Delphis Flavio
Polliano Menſe Eileo (die) *XII.*
Conſultoribus Verò Urbis Epinico
Eudori (filio) *Et Socrate* (filio) *Coſmi*
Et Tiberio Julio Leone Autolyco
..... *Soſyli* ..... *Ejus*
Providente Ipſi Ladato Dedit
Apollini Pythio In Libertate
Mulierem Soſylanis Annorum XX.

Correctius optaſſem ego marmor iſtud. Felicius alii fortaſſe interpretabuntur. Manumiſſionem heic videre mihi videor in Apollinis Pythii Templo, niſi ſit oblatio mulieris Apollini ipſi facta.

1 *Cippus in Porta Oſtienſi repertus, & ad hortos Carpenſes tranſlatus. Ex Dono.*



P. LVCILIO
P. F. P. N. P. PRO
NEP. GAMVLAE
AED. SACR. VOLK
EADLI. D. D. ALLECTO
RATIS. DECVRIONI
ONTIFICI. ĪI. VIR. CENSO
RIAE. POT. QVINQVENNAL.
IN COMITIS. FACTO. CVRA
PECVNIAE PVBLICAE. EXIGEN
AE. ET. ADTRIBVENDAE
IN. LVDOS. CVM. ACCEPISSET. PVBLIC...
VCARRI MI'S TIII. DE. SVO. EROGATI
ONEM. FECIT
M. SVA. PECVNIA. VIAM. SILICE. STRAVIT
QVAE. EST. IVNCTA. FORO. AB. ARCV. AD. ARCVM
EM. EPVLVM. CVM. TRICHLINIS. CCXVII
COLONIS DEDIT
ITEM. PRANDIVM SVA. PECVNIA. COLONIS
OSTIESIBVS. BIS. DEDIT
ITEM. AEDEM. VOLCANI. SVA. PECV
NIA. RESTITVIT
AEDEM VENERIS SVA PECV
NIA. CONSTITVET
IDEM. AEDEM. FORTVNAE CERERIS. SVA. PECVNIA
CONSTITVIT
IDEM. PONDERA. AD. MACELLVM
CVM. M. TVRRANIO SVA PECV
NIA. FECIT
AEDEM. SPEI. SVA. PECVNIA
TITVIT
EM. TRIBVNAL IN FORO MAR
MOREVM. FECIT
VIC. STATVA INAVRATA. D. D
P. P. POSITA EST
EM. AHENEA. D. D. P. P. POSITA
ROSCVME TRIBVNAL. QVAES.
EREA CVOD CVM. RES. PVBLICA
RAIDIA. SVA. VENDRIT. OB. POL
ICITATIONEM. BELLI. NAVALIS
H CXV CC REIPVBLICAI DONA
NC FVNERE PVBLICO
SOC EFFE...CEN....RVNT

Egregium antiquitatis fragmentum, in quo placeret potius lectio haec in linea vigeſima quinta: AEDEM FORTVNAE CELERIS; aut AEDEM FORTVNAE ET CERERIS. Reliqua, temporis edacitate abſumta, ſuppleant ii, quibus ſuppetit otium.

1 *In oppido Sancti Gwini.*
Ex eodem Donio.



Carſuli, ſeu *Carſula* Oppidum Umbriæ inter Narniam & Nevianum, ab antiquis non ſemel memoratum. Ad illud ſpectavit fragmentum hoc marmoreæ tabulæ.

2 *Apud Æcanum*
Liburniæ Civitatem.
E ſchedis Cyriaci.

IANO. AVG. SACRVM
CINIVS. GENIALIS. PRO. SALVTE
ORDINIS. SVI. ET. CIVIVM. SVORVM
SIMVLACRVM. TI. REFORMAVIT
ATQVE. RESTITVIT

Ediderat Reinesius Claſs. I. num. 171. Addere liceat, quum apud eum CINIS pro CINIVS nomen vitiatum ſit. Quid binæ literæ TI. ſignificent, divinare non auſus eſt Reinesius: ne ego quidem audebo. Vitium ibi ſuſpicor. Si *Tiberium* velis, addendum fuerat *Auguſti*.

3 *In Caſtello Sancti Gregorii in Æquiculis,*
prope Montem Fiasco.
Ex Donio.

BONAE DEAE. SANCTISSIMAE
CAELESTI. L. PAQVEDIVS. FESTVS
REDEMPTOR. OPERVM. CAESAR
ET. PVBLICORVM. AEDEM. DIRVTAM
REFECIT. QVOD. ADIVTORIO. EIVS
RIVOM. AQVAE. CLAVDIAE. AVGVST
SVB MONTE. AEFFIANO. CONSVMMA
VIT. IMP. DOMIT. CAESAR. AVG. GERM. XIIII. COS
V. NON. IVL.

Anno Chriſti 88. dicata fuit Inſcriptio hæc. Eam Sponius pag. 93. tum Fabrettus pag. 637. evulgarunt. Pleniorem, & correctiorem Donius dedit.

4 *Tiburi.*
Ex eodem.

DEMETRIVS CNS EX VOTO
HVIC LOCO TVTELA POSVIT

Siglæ C. N. S. fortaſſe ſignificant *Cereri Novæ Sacrum*: quo nomine donata Julia Auguſta Septimii Severi uxor, uti infra videbis Claſs. IV.

1 *In Isthmo Corinthi.*
Ex Whelero.

ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ
ΚΑΙ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ
Π. ΑΙΚΙΝΙΟC. Π. Τ. ΑΙΜ, ΠΡΕΙCΚΟC
ΙΟΥΟΥΕΝΤΙΑΝΟC ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΔΙΑ
ΒΙΟΥ ΤΑC ΚΑΤΟΙΚΟΥC ΑΠΟ ΤΗC
ΟΙΚΟΜΕΝΗC ΕΠΙ ΤΑ ΙCΘΜΙΑ ΠΑΡΑΓΕΝΟ
ΜΕΝΟΙC ΑΘΛΗΤΑΙC ΚΑΤΑCΚΕΥΑCΕΝ
Ο ΔΥΤΟC ΚΑΙ ΤΟ ΠΑΛΑΙΜΟΝΙΟΝ ΤΟΙC
ΠΡΟCΚΟCΜΗΜΑCΙΝ ΚΑΙ ΤΟ ΕΝ ΑΓΙΟΥΗΡΙΟΝ
ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ΕΙCΟΔΟΝ ΚΑΙ ΤΟΥC ΤΩΝ
ΠΑΤΡΙΩΝ ΘΕΩΝ ΒΩΜΟΥC CΥΝ ΤΩ ΠΕΡΙ
ΒΟΛΩ ΚΑΙ ΠΡΟΝΑΩ ΚΑΙ ΤΟΥC ΕΝΚΡΙΤΗΡΙ
ΟΥC ΟΙΚΟΥC ΚΑΙ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΚΑΙ ΤΟ
ΕΝ ΑΥΤΩ ΑΓΑΛΜΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΕΡΙΒΟΛΟΝ
ΤΗC ΙΕΡΑC ΝΑΥΠΗC ΚΑΙ ΤΟΥC ΕΝ ΑΥΤΗ
ΝΑΟΥC ΔΗΜΗΤΡΟC ΚΑΙ ΚΟΡΗC ΚΑΙ ΔΙΟΝΥCΙΟΥ
ΚΑΙ ΑΡΤΕΜΙΔΟC CΥΝ ΤΟΙC ΕΝ ΑΥΤΟΙC ΑΓΑΛ
ΜΑCΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟCΚΟCΜΗΜΑCΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟΝΑΟΙC
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΠΟΙΗCΕΝ ΚΑΙ ΤΟΥC ΝΑΟΥC
ΕΥΕΥΗΡΙΑC ΚΑΙ ΚΟΡΗC ΚΑΙ ΤΟ ΠΑΟΥ
ΤΩΝΕΙΟΝ ΚΑΙ ΤΑC ΑΝΑΒΑCΕΙC ΚΑΙ ΤΑ ΑΝΑΛΗ
ΜΑΤΑ ΥΠΟ CΕΙCΜΩΝ ΚΑΙ ΠΑΛΑΙΟΤΗΤΟC ΔΙΑ
ΛΕΛΥΜΕΝΑ ΕΠΑCΚΕΥΑCΕΝ Ο ΑΥΤΟC ΚΑΙ
ΤΗΝ CΤΩΑΝ ΤΗΝ ΠΡΟC ΤΩ CΤΑΔΙΩ CΥΝ
ΤΟΙC ΚΕΚΑΜΑΡΩΜΕΝΟΙC ΟΙΚΟΙC ΚΑΙ ΠΡΟC
ΚΟCΜΗΜΑCΙΝ ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΑC ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ideſt:
Diis Patriis,
Et Patriæ
Publius Licinius Publii Filius Æmiliâ (Tribu) *Priſcus*
Juventianus, Pontifex Perpetuus, Habitationes Adventantibus Ad Iſthmicos Ludos
Athletis Conſtruxit.
Idem Etiam Palæmonium (ſive *Palæmonis*, ideſt *Neptuni* Templum)
Cum Ornamentis, Et Unum Santuarium
Et Sacrum Veſtibulum, Et
Numinum Patriorum Aras Cum Septo Et Pronao, Et Judiciarias Domos, Et Solis Templum, Et In
Ipſo Simulacrum, Et Septum
Sacri Nemoris, Et In Ipſo
Ædes Cereris, Et Proſerpinæ, Et Liberi,
Et Dianæ, Cum Simulacris In Eiſdem (Ædibus) *Et Ornamentis, Et Antetemplis*
De Suo Proprio Feeit. Et Templa
Fertilitatis, Et Proſerpinæ, Itemque Plutonium (ſive Plutonis Templum) *Et Gradus, Et Detrimenta A Terræmotibus Et Vetuſtate Inlata Reparavit.* Idemque
Porticum Apud Stadium Una Cum
Domibus Cameratis, Et Ornamentis Ædilitatis, Dedicavit.

1 *In agro Tiburtino.*
Ex Cl. P. Vulpio Soc. Jesu.

SOLI. INVICTO. MITHRAE
SICVT. IPSE. SE. IN. VISV
IVSSIT. REFICI
VICTORINVS. CAES. N
VERNA. DISPENSATOR
NVMINI. PRAESENTI. SVIS. IN
PENDIS. REFICIENDVM
CVRAVIT. DEDICAVITQVE
NAMA CVNCTIS

Nama vox creditur Syriaca aut Perſica, *Pax*, *Salus*, aut quidquam ſimile ſignificans.

2 *Inter ruderа Heracleæ,*
ſive Perinthi.
Miſit Clariſſ. Bimardus.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ
ΕΤΕΙΜΗϹΕΝ ΠΟ ΑΙΛΙΟΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΑ ΤΟΝ ΚΑΙ
ΠΡΟΚΛΟΝ ΤΟΝ ΤΟ ΤΤΧΑΙΟΝ
ΚΑΤΑΣΚΕΤΑΣΑΝΤΑ ΛΑΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΣ ΟΙ ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΟΜΕΝΟΙ

Ideſt :

Senatus Et Populus
Honoravit Publium Ælium
Harpocrationem; Quì Et
Proclus, Quì Fortunæ Templum
Exſtruxit. Alexandrinì Negotiantes.

3 *Podergnagæ*
in agro Briviano.
Ex Octavio Rubeo.

IOV
M. POMPONIVS M. F. PRI
MIO ET C. POMPONIVS M. F
ARAS SEPTEM POSVERVNT
PAGANICO PAGI FARRATICA
EX SITV PAGI PAGANORVM
FARRATICANORVM ET PER
MISS. OBTER MAGISTERIVM
PAGI ET VACATIONEM
IN PERPETVVM
SIBI ET FILIO
FINIBVS CREMONENSIVM
D . P . S

Correctior, quàm apud Gruterum pag. 1007. num. 7. Rubeus Arias *Jovi*, & *Genio Paganico* poſitas cenſet. Ego *Jovi Paganico*, cujus etiam mentio eſt in Lapide Aſſinate pag. 21. num. 11. Gruteri. Is interpretatur EX SITV, pro *Ex ſcitu*. Ego EX SITV, ideſt *In finibus*, ET PERMISS. idem eſt atque *Ex permiſſione*. Denique Rubeus OBTER ſumit pro *Propter*. Sed vidētur *Ob Ter geſtum Magiſterium*.

4 *Lutetiæ Pariſiorum*
in Cathedrali.
Ex Hiſtoria Liter.
PP. Trevoltienſium Societatis Jeſu.

In prima facie.

TIB. CAESARE
AVG. IOVI. OPTVM.
MAXSVMO. ARAM
NAVTAE. PARISIACI
PVBLICE. POSIE
RVNT

In ſecunda facie tres viri clypeo, & jaculis armati.
In tertia tres ſimiles homines, cum literis ſuprà ſcriptis EVRISES.
In quarta viri conglobati, ex quibus nonnulli coronati cum literis SENANIEVVEILOM.
In alterius lapidis faciebus VOLCANVS cum ejus effigie. IOVIS cum ejus effigie. ESVS, ideſt *Mars*, ita a Gallis appellatus. TAVROS TRIGARANVS cum figura Tauri. Taurus verò ad ſacrificium deſtinatus dicitur *Trigaranus* pro *Trigerminus*, Græcâ voce ſignificante tres *Grues*, quæ in Marmore cum Tauro junguntur.
In tertii lapidis faciebus CASTOR cum ejus effigie. POLLVX cum ejus effigie. CEPO....NVNNOS cum effigie Dei cujuſdam cornuti. Cl. V. P. Daniel e Soc. Jeſu cenſet, legendum eſſe CEPORTVNNOS, *Portunnus* nempe Deus. Demum viſitur ibi exciſum hoc vocabulum..... OS cum figura Herculis.

1 *In Sylobate olim Isidis statuæ suppositæ, in cujus lateribus sculpti sunt Anubis, Ibis, Osiris, & Apis. Ex cl. P. Montfauconio.*

ISIDI. PVE
IVSSV. DEI. NE
FABIA. L. F. FABIANA. AVIA
IN HONOREM. AVITAE. NEPTIS
PIISSIMAE. EX. ARG. P. CXIIS
ITEM. ORNAMENTA. IN. BASILIO. VNIO. ET. MARGARITA
N. VI. ZMARAGDI. DVO. CYLINDRI. N. VII. GEMMA. CAR
BVNCVLVS. GEMMA. HYACINTHVS. GEMMAE. CERAVNIAE
DVAE. INAVRIBVS. ZMARAGDI. DVO. MARGARITA. DVO
IN. COLLO. QVADRIBACIVM. MARGARITIS. N. XXXVI.
ZMARAGDIS. N. XVIII. INCLVSVRIS. DVO. IN. TIBIIS
ZMARAGDI. DVO CYLINDRI. N. XI. IN. SMIALIIS. ZMARAG
DI. N. VIII. MARGARITA. N. VIII. IN. DIGITO. MINIMO. ANVLI
DVO. GEMMIS. ADAMANT. DIGITO. SEQVENTI. ANVLVS. PO
LYPSEPHVS. ZMARAGDIS. ET. MARGARITO. IN. DIGITO. SVMMO
ANVLVS. CVM. ZMARAGDO. IN. SOLEIS. CYLINDRI. N. VIII.

Latus hoc campus conjecturis, divinationibus, & somniis. Ego Lectori, suas vires experiri volenti, totum dimitto.

2 *Paulæ in Maritima. Misit Illustriss. Henricus* Henriquez, *Gubernator Maritimæ, & Campaniæ.*

D. D
MATRI. DEVM
M. AGILEIVS. FAVSTVS
AGILLIA. PAEZVSA. AGELE
PRAETORIA. PORTICVM
ET. CVBICVLVM. D. S. P. P

Inscriptionem hanc *ad radices Circeji Montis in Latio* ponit Cl. P. Vulpius e Soc. Jesu, qui in tertiâ linea legit M. AGILIVS. in quartâ AGILIA PAEZVSA AGILE, & in quintâ PRAETORIA . . . . . PORTICVM &c.

3 *Tarenti in Sancti Cataldi. Misit Petrus Polidorus V. Cl.*

PACIS AVGVST. TEMPLVM
OR. POP. TARENT. AETERNITATI. D

5 *Cividati, in oppido Vallis Camonicæ agri Brixiani. Misit Paulus Gilleardus Canonicus Brixianus V. Cl.*

C. CLAVDIVS
SASSI F. QVIR
SACERDOS AVG
D. P. S. RESP. TRIBVNAL
FECIT ET COLVMNAM
MVTAVIT

Conjecturam meam proferre liceat. Sacerdos iste Augusti *decreta sua Responsorum Tribunal fecit*, hoc est, Oraculorum, quæ Sacerdotes ementiti, jussa Deorum reddebant, in Tribunali sedentes.

4 *Ibidem. Misit idem.*

OCTAVIO AVG. SACR
TARENT. ORD. MEM
BENEF. D. D. S.

Sunt in geminis hisce Inscriptionibus, quæ mihi molestiam creant. In præcedenti ORDO ET POPVLVS TARENTINVS veteres scripsissent, non verò ORD. POP. quippe *Ordo Senatum*, seu *Decurionet* respicit. Insuetum quoque, & instatum mihi creditur illud AETERNITATI *Donum*, seu *Dicatæ*. In hac verò contra morem scriptum est OCTAVIO AVG. Augustus enim in vetustis Lapidibus CAESAR AVGVSTVS, non OCTAVIVS AVGVSTVS appellari consuevit.

6 *In agro Capistrani. Misit Antonius Antinorius Aquilanus.*

ORFIDIAE
PROCVLAE
D. S. P. EX. VIS. D

1 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ in Porticu.
Ex Donio.

T. VOLVSIVS ACYNDINVS
SIGNVM AESCVLAPI
SVA. P. D. D

2 *Berythi*
in Syria.
Ex eodem.

CAES. VESPASIANI
SIGNVM LIBERI
PATRIS

Aliquid fortaſſis excidit. Dicatum videtur hoc Signum, ſive Simulacrum, a Tito, quum adhuc Cæſar in Oriente verſaretur.

3 *Antiquariæ*
in Hiſpania.
Ex eodem, & e ſchedis P. Cattanei.

LIBERTATIS
AVG
SIGNVM CVM
SVA BASI
C. FABIVS. C. F. QVIR
FABIANVS
PECVNIA SVA
D . D

4 *Ad Ægoſcheriam,*
quam Capream appellant.
E ſchedis Barberinis
Miſit N. V. Abbas Compagnonius.

ΕΤΝΟΜΑ. ΑΜΦΙΛΙΤΟΣ. ΚΡΙΤΟΛΑΑ. ΠΟΤΘΙΑΣ
ΑΡΤΑΜΙΔΙ. ΕΙΛΕΙΘΙΗ
ΕΝΤΕΔΟΝΟΝΟΣ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΜΗΝΟΣ. ΘΗΛΟΘΙΟΥ
ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΗ. ΠΟΛΙΣ. ΚΟΑΤΟΝΟΣ
ΑΝΤΙΘΗΣΙΝ. ΤΗΝ. ΙΔΙΑΝ. ΘΕΡΑΠΑΙΝΑΝ. ΚΑΜΑΡΕΙΝΑΝ
ΤΗ. ΑΡΤΕΜΙΔΙ

Ideſt:

Eunoma Amphilitos, Critolaa Puthiat,
Dianæ Ilithiæ,
Archonte Entenedone Menſe Thelothio
(die) *Quintodecimo, Civitas Coatonis*
Dedicavit Propriam Ancillam Camarinam
Dianæ.

Celebris fuit apud Athenienſes, Deliacos, aliosque Græciæ Populos *Diana Ilithia*. Templum ei Athenis fuit, Pauſaniæ teſte. De illa Gyraldus multa habet in Hiſtoria Deorum, Syntagmate XII. *Civitas Coatonis* ſeu fuiſſe videtur in Inſula non procul a Cytheris, quæ a Stephano appellatur ΚΑΘΗΝ, ideſt *Cothon*. Mihi tamen ſuſpicio eſt vitiatum hoc eſſe Græcum nomen Civitas Phrygiæ ΚΟΤΤΑΕΙΟΝ, *Cotyaion*, num hoc memorata?

5 *Romæ,*
apud Achillem Maſſejum.
Ex Donio.

DOMVS. AVG. SACRVM
Q. HATERIVS. TYCHICVS. REDEMPT. AEDICL. ET. SIGNV
HERCVLIS. EX. IMPERIO. DOMINI. SILVANI. IMPENSA. SVA
FECIT. ET. EXORNAVIT. MARMORIBVS
... DEDIC. V. K. MAIAS
..... ET ..... COS

1 *Rejis in Gallia.*
Ex eodem Donio.

DEO AESCVLAPIO
VAL. SYMPHORVS. ET. PROTIS
SIGNVM. SOMNI. AEREVM
TORQVEM. AVREVM. EX
DRACVNCVLIS DVOBVS. P. CL.
ENCHIRIDIVM ARGENTI
P. CCCL. ANABOLIVM OB
INSIGNEM CIRCA SE NVMINIS
EIVS EFFECTVM
V. S. L. M

Confer iſtud cum Gruteriano exemplo pag. 70. num 8. Heic tamen *Pondera* Donariorum ſiujuſmodi, exceſſum habere videntur. *Signum Somni* dicatum fuit, quod ſomnus reſtitutus fuerit vigilias antea patienti; aut quod in ſomnis medela morbi revelata fuiſſe crederetur. *Enchiridium* eſt Gladiolus Chirurgicus ex Graeco. *Anabolium* itidem ex Graeco mihi creditur *Pallium*, aut aliud Veſtis genus. Du-Cangius ex Onirocritico Achmet hanc vocem eo ſenſu profert. Eamdem puto cum *Anabolæo*,

2 *Atinæ in Regno Neapolitano.*
Miſit Ignatius Maria Como.

AESCVLAPIO
ARAM. EX VOT
Q. LATIN. LVCANVS
Q. AL. MAED. II. VIR
I. D. V. L. S.

In figlis Q. AL. MAED. vitium latet. Scribendum Q. ALIM. AED. ideſt *Quæſtor Alimentorum*, *Hedilis*, *Duumvir Jure Dicundo*, *Votum Lubens Solvit*.

3 *Præneſte.*
Ex Ligorio.

AESCVLAPIO. ET. HYGIAE
H. TEMPL. CVM. FONTIBVS. SV.
SACRVM
M. VESIDIENVS. HEDYLALVS. PR.
COH. PRIM. VOLVNT. CIV. ROMAN.
ET VESIDIA. CARITVSA. VOT. V.
L. D. D. D. D. S. IMPEN.

Subſunt duæ faces geminorum anguium ſpiris cinctæ.

4 *Romæ,*
in Vinea Cardinalis Carpenſis.
Ex Ligorio, & Donio.



5 *Bracaræ*
in Luſitania.
Ex Donio.

L O M
STAT. C. VALERIVS
VALERIANVS. EX. III. S. V. P.

6 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex eodem.



Scriptum reor HERCVLI ET EPONAE, ut in altero lapide Gruteriano. Incertum, an hæc ſit *Hippona* Dea, cui cura equorum, & ſtabuli commiſſa fuit, & quam Plutarchus, Juvenalis, & alii memorarunt.

1 *Coræ*
in Sanctii Salvatoris.
Ex Ligorio.

AEDEM. CASTORI. ET. POLLVCI. DE. C. S.
FACIENDAM. PEQ. SACER. COER
M. CALVIVS. M. F. M. N.

Johannes quoque Vignolius V. Cl. hanc vidit, ediditque, ut hinc etiam intelligas, Ligorium non eum fuiſſe, qui a nonnullis creditur. Ibi Vignolius legit PEQ. SACR. COR. MARCVS CALVIVS &c. Uter oculatior fuerit, alii decernant. Siglas DE. C. S. interpretari licent *De Conſenſu*, aut *De Conſilio Senatus*, vel *Sacerdotum*. Breviatæ voces PEQ. SACER. videntur eſſe *Pequniâ Sacerdotali*, ſive *Sacrâ*, ut habet Vignolius. Ego certe legendum puto COER., ideſt *Coravit*, *Curavit*.

2 *Hierapitæ in Creta.*
Ex Donio.

ΤΑΝ ΔΑΜΑΤΡΑ
ΚΑΙ. ΤΑΝ. ΚΩΡΑΝ
ΑΡΧΕΔΙΚΑ. ΖΗΝΟΦΟΙ
ΛΗ. ΜΕΤΑ. ΤΑΝ ΠΕΡΙ
ΣΤΑΣΙΝ. ΤΠΕΡ ΤΑΣ
ΠΟΛΕΩΣ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΙΔΡΤΣΑΤΟ

Ideſt:

Cererem,
Et Proſerpinam,
Archedica Zenophi-
li Poſt Calami-
tatem Ci-
vitatis De Sua Pecunia
Poſuit.

Scribendum puto ΖΕΝΟΦΙΛΟΥ, ideſt *Filia*, ſeu *Conjux Zenophili*.

3 *Patavii.*
Ex Urſato.

IVSSV. PROSERPINAE
L. CALVENTIVS. FESTVS
ARAM. POSIT
SACRVM

4 *In* Alcalà la Vieja
in Hiſpania.
E ſchedis Farneſiis.

IAN. HEC
AVG
SACRVM
L. IVLIVS. L. LIB. SE
CVNDVS....IN...STOC
IIIIII VIR AVG
E. S. P. F. C.
IDEMQVE
DEDICAVIT

Fortaſſe pro E. ſcribendum hoc eſt AE. ideſt *Ædem... Suâ Pecuniâ Faciendam Curavit*. Cuinam verò dicata fuerit hæc *Ædes*, aut *Ara*, ſi perconteris, continuò reſpondeat aliquis: *Jano*, *Hecate*, *Auguſto*. Sed vereor, ne *Janus* ignotus, aut incultus Deus in Hiſpania fuerit. Quid ſi tabula hæc poſita fuit INV. HERC. ideſt *Invicto Herculi Auguſto*?

5 *In agro Athenarum.*
E ſchedis Cyriaci.

ΤΗΝ ΤΠΑΤΗΝ ΑΦΕΣΙΝ ΦΕΣΙΝΤΗΣ ΣΤΗΣΕΝ ΑΘΗΝΑΝ
ΕΤΧΟΜΕΝΟΣ ΠΑΤΡΗ ΤΗΝ ΓΑΤΚΕΡΗΝ ΤΓΙΗΝ

Ideſt:

Supremam Liberatricem Phefintes Poſuit Minervam,
Precans Patriæ Dulcem Incolumitatem.

Simulacro Minervæ hoc Epigramma fubtus inſculptum puto.

I

Romæ,
in ædibus Colotianis.
Ex Donio.

In antica parte.	*In aversa parte.*
NHON MEN CIΓA	
ΛOENTA CAPA	
ΠIΔOC TΥIME	
DONTOC ☿	
HΔ ATTON XPT	ΔΠΡΙΛΙΩΝ
ĊON H AMΦANO	ΦΑΡΜΟΤΘΙ. Α
ΩNTA BOΔAIC ☿	T̄ Π̄. TΩN
CTHCANTO	KTPIΩN HMΩN
ZAKOPOC TE	ΔIOKΛHTIANOT
DIOCKOPOC	CEB. TO. Z̄. KAI
HΔE KTPIΛΔOT ☿	MAΞIMIANOT
ETNĖTIC H MA	CEB. TO. Z̄.
KAPΩN MH PO	TOΠOS EΔO.....
TE ΔHΘOMENH ☿	TΠO BAΛEPIOT
KAI ΔTO THC AT	KΩM.....ANTOC
THC ΓENEHC	TΠATIKOT
ENA ΘECMON	IEREΩN NAΩN
EXONTEC ☿	
OICI MEMHΛE	
KATTHC EPΓA	
NEΩKOPIHC ☿	

Græcum istud Hexastichon Latinis hisce versibus reddidit Antonius Maria Salvinius V. C.

Templa coruſca Serapidis altipotentis, & auri
Parte ipſum ex omni conſpicuum radiis:
Ædituus ſtatuere Dioſcurus, atque Cyrilli
Uxor, quæ memorì Numina mente colit.
Hæc ipſaque duo, unigradi de ſtirpe creati,
Queis cordi illuſtris facta Neocoriæ.

Ideſt:

.....
Aprilis, ſeu Aprilium,
Pharmuti Primo.
Conſulibus ....
Dominis Noſtris
Diocletiano
Auguſto VII. Et
Maximiano
Auguſto VII.
Locus Datus
A Valerio
Com .....
Conſulari,
Sacrarum Ædium.

Inſcriptionem hanc dederat Gruterus pag. 85. num. 5. ſed Chronologicis notis omiſſis, quas Donio; illiuſque editori egregio Antonio Franciſco Gorio debemus. Poſitus fuit lapis hic Anno Chriſti 259.

1 *Corſinii,*
in ara quadam ſuperiori parte.
Ex eodem, & ex Phœbonio,
qui eam Pentomæ in Palatio Epiſcopali ponit.

ATTINI ARAM
LVNAM ARGENTEAM
P. POSIT. P. MARIV
PHARETRA. SACERD

In eadem Ara.

ACCA. L. F. PRIMA
MINISTRA. MATRIS
MAGNAE. MATREM
REFECIT. MAGNAM
ET. INAVRAVIT. ET. ATTI
NI. COMAM. INAV
RAVIT ET
BELLONAM REFECIT

Phœbonius in fin. 3. legebat POSVIT P. MARIVS ſine P. præcedenti. Sponius pag. 1. Miſcellan. Malachbelum Palmerinorum Deum ex Ligorio mutuatus, pariter nobis ipſum exhibuit Lunam gerentem in humeris.

2 *Malacæ.*
Ex Donio.

ARA MERCVRII
T. GRANIVS. SEIO
LACVM IMPENSA
SVA
FACTVM
DEDIT. DONAVIT

Lacum pro Vaſe accipio. *Lacus* etiam appellatus *Vat*, in quod muſtum ex uvis preſſis manabat. Labrum forſaſſe fuit ad Aquam luſtralem continendam.

3 *Ex Cl. P. Montfauconio.*

DEO MERCVRIO CISSO
NIO DVBITATIA CASTVLA
NATIONE. SYRIA TEMPLVM
ET. PORTICVS. VETVSTATE
COLLABSVM DENVO DE SVO
RESTITVIT

4 *Tiburi.*
Ex eodem.

SIGN. MAVORTIO
M. COILIVS. M. F. QVIRINA. NOVELLVS
M. COILIVS. M. F. QVIR. CESTIANVS
Q. COILIVS. M. F. QVIR. AMANDVS. MIL.
LEG. III. PARTH. 7. AZELONI
SEX. COILIVS M. F. VETRIENVS
EQ. LEG. III. PARTH. TVR. APRINI
L. COILIVS. L. F. QVIR. TAEDIVS. EQ.
SACR

I

Apud Eretriam Civitatem Eubœæ
ad Templum Liberi.
E ſchedis Cyriaci
miſit N. V. Pompejus Compagnonius Abbas.

Ο. ΙΕΡΕΥΣ. ΤΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΘΕΟΔΟΤΟΣ. ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΚΑΙ. ΟΙ. ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΙ. ΣΟΣΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΠΡΩΤΟΜΕΝΟΥ. ΑΙΣΧΥΛΟΣ. ΑΝΤΑΝΔΡΙΔΟΥ
ΙΘΑΓΕΝΗΣ. ΑΙΣΧΥΛΟΥ. ΕΙΠΑ
ΕΠΕΙΔΗ. ΤΗΙ. ΠΟΜΠΗΙ. ΤΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΗΤΕΦΡΟΤΤΑ (lego ΗΤΚ ΦΡΟΤΡΑ)
ΑΠΗΛΘΕΝ. ΟΤΕ. Ο. ΔΗΜΟΣ. ΝΑΣΤΘΕΡΩΘΗ
Κ....Α. ΤΟΥΣ. ΗΤΜΝΟΥΣ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝ
ΕΚΟΜΙΣΑΤΟ. ΟΠΩΣ. ΤΠΟΜΝΗΜΑ. ΤΗΣ. ΗΜΕΡΑΣ
ΤΑΥΤΗΣ, ΗΙ.
ΚΑΘΗΚΕΝ. ΤΗΙ. ΒΟΥΛΗΙ. ΚΑΙ. ΤΩΙ
ΔΗΜΩΙ. ΣΤΚΦΑΝΕΦΟΡΕΙΝ. ΕΡΕΤΡΙΕΙΣ. ΠΑΝΤΑΣ
ΚΑΙ. ΤΟΥΣ. ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΑΣ. ΚΙΤΤΟΥ. ΣΤΚΦΑΝΟΝ
ΤΗΙ. ΠΟΜΠΗΙ. ΤΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΤΟΤΕ. ΔΕ. ΠΟΛΙΤΑΣ
ΑΠΩ ΜΙΘΟΥΝΤΑΚ..... ΑΝΟΥΣΙ..... ΑΝΟΥΣ
ΕΠΑΡΧΕΣΘΑΙ. ΔΕ. ΤΟΤΕ. ΧΟΡΟΥΣ. ΕΙΑΣ
ΤΑΣ. ΤΩΙ. ΔΙΟΝΥΣΩΙ. ΟΙΝΟΝ. ΚΑΤΑΠΕΜΠΟΙ...:
..... *Reliqua diruta.*

Ideſt:

Sacerdos Liberi Theodotus Theodori (filius)
Et Belli Duces Soſiſtratus
Protomeni (filius), *Æſchylus* (filius) *Antandridi*,
Ithagenes Æſchyli (filius) *dixerunt:*
Quoniam A Pompa Liberi Cuſtodia Militum
Abiit, Quando Populus Libertatem
..... *Hymnos, Et Poteſtatem*
Recepit, Quomodo Recordatio Dei
Iſtius Facienda Eſt?
Viſum Eſt Senatui Et
Populo, Eretrienſes Quoſvis Procedere Coronatos
Atque Habitatores Hederæ Coronam (fumere)
Ad Pompam Liberi, Cives Verò
A.....
Incipere
Dionyſio Vinum Mittere.....
.....

Eretris Eubœæ (nunc *Negroponte*) Civitas clara fuit apud veteres. Ejus potentiam in primis Strabo commendat. A quonam capta fuerit Urbs iſta, poſitaque militum cuſtodia ad Liberi Templum, ignotum eſt. Solennem Eretrienſes voluere diem, quo reddita Patriæ ac Templo fuit libertas. Sed utinam Decretum hoc aut tempus non abſumſiſſet, aut Cyriacus Anconitanus integrum, atque emendatum nobis ſervare potuiſſet.

1 *Arbæ,*
prope Aram maximam Ecclesiæ.
Ex Donio.

MATRI DEVM
PORTICVS IN ME
MORIAM. SVPE
T. P. IVSTVS. T. F. LEDOP.
STAER. RABIAN. T. F. TER.
SOROREM HEREDEM

Nullum justum sensum e corroso, aut vitiato hoc epigrammate exsculpas.

2 *Romæ,*
in horto Basilicæ Sancti Chrysogoni.
Ex eodem.

L. TERTVLLVS DE
ARTE SVA
....AE DONVM POSVIT

DIANAE ibi supplendum videtur.

3 *Albæ Juliæ.*
Ex eodem.

I. O. M. STAT
C. VALERIVS
VALERIANVS
EX VISV P.

4 *Romæ,*
apud Valerium Valentinum.
Ex Ligorio.

Μ. ΟΤΑΠΙΟΣ
ΟΕΑΙ ΙΣΙΔΙΣ
Α. ΟΤΑΛΕΡΙΟΣ
ΣΑΤΤΡΟΣ. ΑΠΕ
ΛΕΤ. ΣΕΟΤΑΣΤ
ΑΝΕΘΗΚ
ARAM
ISIS. EXORATAE

Ideſt:

Marcus Ulpius
Deæ Isidis
Aulus Valerius
Satyrus Liberti Augusti
Posuit
Aram
Isidis Exoratæ.

Templum Isidis Exoratæ exstitisse Romæ ex Inscriptione Gruteriana pag. 83. num. 5. edisscere potes.

5 *Tarvisii,*
in Vase rotundo.
Ex Burchelato.

INTONSI SVM CVRA DEI
PENEIA VIRGO
PERPETVAE PVLCHRO FRONDIS
HONORE VIRENS
QVISQVIS AMAS PHOEBVM LAVRVM COLE
QVICQVID AMATAE
DEDITVR ACCEPTVM GRATIS
AMATOR HABET.

Daphnes imago ibi sculpta fuerit. Tum *Quicquid*, tum *Pulchrum* cum adspiratione offendit; sed utrumque veterum exemplis nititur.

6 *Ex Cl. P. Montfauconio.*

I. O. M.
ET. IVNONI REGINAE
PRO SALVTE
M. AVRELII ANTONINI
ET IVLIAE AVGVSTAE
IVL. PVDENS SEVERIANVS
ARAM CVM BASI
POSVIT

Ad Caracallam ejusque Matrem Juliam Augustam, referenda mihi creditur Inscriptio.

7 *Arimini,*
apud Sanctimoniales Sancti Sebastiani.
Ex Clementino.

SALVTI. EX. VOTO
P. PLAVTIVS. IVSTVS
AEDIL. ARIM.
N. S. ET. CASSIAE. THREPTE
S... ET. Q. PLAVTI VERECVNDI
F. S. AEDEM
SA. DED
H. A. S. A. H. LL. Q. D. R. I. H. A.

Priores figlæ N. S. significant *Nomine* Suo. Reliquas aut corruptas suspicor, aut desperatæ omnino interpretationis.

8 *Romæ,*
in Sanctæ Agathæ in Quirinali.
Ex Donio.

AV DI DEC
M. AVRELIVS ANTONINVS
IFEX. MAX. TRIBVNIC. POTES
AEDEM

1 *Tragurii, nunc* Trau, *in Dalmatia. Ex Donio.*

L. STALLIVS. SECVNDVS
VI. VIR. STATILIA. CLARA
VXOR. CVM. LIBERIS. AEDEM
MATRI MAGNAE
EX VOTO SVSCEPTO
FECERVNT S. P.

In schedis Fratris Jucundi legitur in primâ lineâ L. STALLIVS VI VIR. AVG. ET STALLIA CLARA &c. Schedæ Rubii habent STALLIA CALLIHE VXOR &c.

2 *Coræ. Ex Cl. V. P. Vulpio e Societate Jesu.*

AEDEM CASTORI POLLVCI DEC. S
FACIENDAM PEQ. SAC. COER.
.....M. CALVIVS. M. F. M. N.

Ideſt *Decreto Senatus*, aut *Decurionum ſententiâ.*

3 *Ibidem. Ex eodem.*

L. POBLILIVS. M. F.
L. N... PRON. IIII. VIR
PONTIF. LVC. PVBL.
DEOR. PVLVINARIA

Notum eſt Eruditis, *Pulvinaria* Lectulos fuiſſe (Italice *Coſcini*) in quibus ſimulacra Deorum capita reclinabant, aut qui eorum, etiam ſtantium, aut ſedentium, pedibus ſupponebantur. Si LVC. PVBL. in gignendi caſu accipis, hic fuerit *Pontifex Luci Publici*. Aut *Poblilius* iſte *Lucum Publicum*, ac *Deorum Pulvinaria* fabricavit.

4 *Ibidem. Ex eodem.*

M. MANLIVS. M. F. L. TVRPILIVS L. F.
DVVMVIRES DE SENATVS SENTENTIA
AEDEM FACIENDAM COERAVERVNT
EISDEMQVE PROBAVERE

Gruterus pag. 43. num. 5. aliis etiam additis verbis hunc lapidem profert. Sed Clariſſ. P. Vulpio, qui non ſemel ipſum legit, major fides eſt adhibenda. Ceterum Priſcianus popoſciſſet heic DVVM VIRI &c EIDEMQVE.

5 *Apud Oppidum Civitatis Laviniæ, in fundo Franciſci Furtii. Lapis poſtea inlatus in Muſeum Albanum. Ex eodem* P. *Vulpio.*

IMP. CAES. DIVI TRAIANI
PART. F. DIVI. NERVAE. N.
TRAIANVS. HADRIANVS. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POT. XX. COS. III. P P
I. S. M. R. STATVAM. EX. DONIS. AVREIS
ET. ARG. VETVSTATE. CORRVPTIS
FIERI. ET. CONSECRARI. IVSSIT
EX. AVRI. P. III. ET. ARG. P. CCVI

Ad Annum Chriſti 136. aut 137. referenda eſt Inſcriptio. Siglas I. S. M. R. interpretare *Junoni Soſpitæ Magnæ Reginæ*, cujus ſtatuam juſſit *Hadrianus* fabricandam, conflando donaria aurea, & argentea, quæ Templo illius oblata jamdudum fuerant. De cultu *Junonis Soſpitæ* in Latio antiquo multa habet doctiſſimus P. Vulpius.

6 *Aſculi, Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.*

VESTA T. F. CELERINA
MATRVBVS. TEM. PORTIC
CVSTODIARIVM D. S. P.

2 *Aquilejæ.*
Miſit Bertoli
Canonicus Aquilejenſis.

ANICIA. P. L. GLYCERA	
FVI. VIXI. DE. VITA. MEA	
SATIS. FVI. PROBATA	ARAM
QVAE. VIRO. PLACVI. BO	DEVM
NO. QVI. ME. AB. IMO	INFERVM
ORDINE. AD. SVMMVM	
PERDVXIT. HONOREM	

Attulerat Gruterus pag. 353. num. 3. ſed omiſſa mentione *Aræ Deûm Inferum*, quæ in altero latere hujus lapidis legitur. Itaque *Anicia* hæc *Glycera* antea Ancilla fuerat, & manumiſſa, Libertaque facta ab *Anicio Patrono*, ducta ab eo deinde in uxorem.

2 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis
Alexandri Albani.
Miſit N.V. & Cl. Rodulfinus Venuti, ejus Auditor.

S. AVG.
REG. I.
CO. IIL ARARVM
IVSSV
C. PONTI FAVSTINI
GRANIANI PR
MAG. FECERVNT
VALERIVS ONESIMVS
L. POMPEIVS EVPHROSYN
D. GRANIVS AVGVSTINVS
TI. CLAVDIVS HERMES

Romæ in Regione Prima, ut veteres prodiderunt, fuit *Templum Serapidis*. Properata *Serapidi Auguſto Regionis Primæ* duæ priores lineæ interpretandæ videntur. Si quiſquam malit *Spei Auguſtæ*, aut *Silvano Auguſto*: id ei per me liceat. In linea tertia quid ferat breviatum? Id CO. non invenio, Nam *Columnas Ararum* minime novi.

3 *Bononiæ,*
in Typographia PP. Prædicatorum.
Exſcripſit amicus V. Petrus Hercules
Gherardius Mutinenſis.

CANDOR MARMORI
ORI IN QVO PERSPICVA CORPORIS
INEST EFFIGIES NVMINIS

Suppoſita Inſcriptio hæc fuerit Statuæ Numinis, aut Anaglypto alicujus Numinis in candido Marmore ſculpti.

4 *Romæ,*
in Muſeo laudati Eminentiſſ. Albani.
Miſit idem Venuti.

In antica parte. *In poſtica.*

ARA. NEPTVNI	ARA VENTORVM

Ara hæc rotunda, & roſtrata eſt cum effigie Neptuni.

5 *Ibidem,*
in alterâ Arâ roſtrata.

ARA TRANQVILLITATIS

6 *Patavii;*
Ex Jacobo Philippo Tomaſino.

P. MVLVIVS CILO DEDIT

1 *Romæ,*
in horto Conſervatorum.
Ex eodem.

SVME. LIBENS. SIMVLACRA
TVIS. QVAE. MVNERA. CILO
ARIS. VRBANVS. DEDICAT
IPSE. SACRIS

2 *Patavii,*
Ex eodem.

SEX. POMPEIVS
SEX. F
DEDIT

3 *Venetiis,*
in Bibliotheca publica,
in Ara quadrata cum figuris.
Miſit Octavius Bochius Nob. Adrienſis,
& Juriſconſ.

HIC LOCVS
SACER EST

4 *Ibidem,*
Vas fictile effoſſum Hadriæ Anno Chriſti 1725.
apud prælaudatum Octavium Bochium.
Miſit ipſe.

Figuræ in toto Vaſis circuitu expreſſæ.

Sunt; qui putant, fictile iſtud Vas ab Etruſcis efformatum fuiſſe. Certe nihil Romani cultus ibi cernitur. Perquam rudes etiam, & diſtortæ hominum figuræ conſpiciuntur. Ego nihil affirmo. In altera parte Sacrificium habes pro recuperanda ſalute ægroti, aut ægrotæ jacentis, cui pharmacum mulier offert. In altera quid Bilances ſignificent, obſcurum mihi prorſus eſt.

I

In agro Venusino, fragmentum antiquissimi Calendarii. E schedis Ambrosianis.

A. K. MAI LVD. LAR
F.
B. VI. F. LVD
C. V. C. LVD. IN. CIRCO
D. IIII. C. FLORAE
E. III. C.
F. PR. C.
G. NON. VERGILI
F. EXORI
H. VIII. F.
A. VII. LEM. N
B. VI. C.
C. V. LEM. N
D. IV. C.
E. III. LEM. N
F. PR. C. MARTI. INVICT.
G. EID. N. FER. IOVI
H. XVII. F. MERCVR. MAIAE
A. XVI. C.
B. XV. C. SOL. IN GEMIN.
C. XIV. C.
D. XIII. C.
E. XII. AG. VEDIORI
F. XI. N.
G. X. TVB. FER. VOLCA.
N
H. IX. Q. R. C. F.
A. VIII. C. FORTVN. PRIN. IN. COL.
B. VII. C.
C. VI. C.
D. V. C
E. IIII. C.
F. III. C.
G. PR. C. XXXI

H. K. IVN. IVNONI
N.
MONET.
A. IV. F.
B. III. BELLON. IN. CIRC. FLAM.
C. PR. HERC. MAGN. CVSTO
DIO FIDIO IN
COLLE
D. NON.
N.
E. VIII. N.
F. VII. N.
G. VI. N. MENTI IN CAPITOL.
H. V. REST. N. RESTAE.
A. IV. N.
MART MILIT
B. III. MART. N.
C. PR. N.
D. EID. FERIAE. IOVI.
E. XIIX. N.
F. XVII. Q. S. I. F.
G. XVI. C.
H. XV. C.
A. XIV. C.
B. XIII. SOL. IN CANCRO
C. XII. C. SVMMAN. AD. CIRC. MAX.
D. XI. C.
E. X. C.
F. VIIII. C.
G. VIII. C. FORTIS. FORTVNAE
H. VII. C.
A. VI. C. SOLSTITIVM. CONFECT.
B. V. C.
C. IV. C.
D. III. C. QVIRINO IN COLL.
E. PR. C. XXX.

In Civitate Aquilæ, alterum fragmentum vetustissimi Kalendarii. Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

(Vide expressum in adnexa Tabula B.)

In Civitate Aprilia,
alterum fragmentum vetustissimi Kalendarii
Illyst Antonius Antonius Agustinus.

F K. IVL. N
G VI. N FER. EX S. C. QVOD ARA
H V. N PACIS AVG. IN CAMP
A IV. NP MART. CONSTITV. PAR
B III. POPLIF. NP SI NERONE. ET VARO COS
C PR. FERIAE IOVI
LVDI AD OLI. IN COMIT
D NON LVDI
E VIII. N. LVDI
F VII. N. LVDI
G VI. C. LVDI
H V. C. LVDI
A IV. NP LVDI PER. QVOD EO
DIE C. CAES. EST NATVS
B III. C. LVDI IN CIRCO
C PR. C.
D EID. NP
E XVII. C. MERK. DII SALIENSIS
F XVI. C. MERK.
G XV MERK. DII SALIENSIS
H XIV LVCAR. NP
A XIII. C. LVDI VICTOR. CAES.
DIVI IVL. COMIT.
B XII LVCAR. NP

B K. AVG. NP. FERIAE
EX S. C. QVOD
IMP. CAESAR DIVI F. REMPVBLIC
TRISTISSIMO PERICVLO LIBERAT
F. IV. C.
G III C.
H PR. C.
A NON. F. SALVTI IN COLLE
B. VIII. F.
C. VII. C.
D. VI. C.
E V NP SOLI INDIGETI IN COLLE
QVIRINALE
FER. Q. R. DIT. C. CAES. C. F.
PHARSALI DEVICIT
F. IV NP FER. QVOD EO DIE ARAE
CERERI MATRI ET OPI AV
GVSTAE EX VOTO SVSCEPTO
CONSTITVTAE SVNT CELTICO
ET LONG. COS
G III C.
H C. HERCVLI INVICTO AD CIR
CVM MAXIM. VENERI VICTRICI
HONORI VIRTVTI ET FELICI
TATI IN THEATRO MARMO
REO
A EID. NP FERIAE IOVI
B. XIX. F. DIANAE. VORTVMNO IN
AVENTINO. CASTORI POL.
LVCI IN CIRCO FLAMINIO
C. XIX. C.
D XVII C.
E. XVI. PORT. NP FER.
PORTVNO AD PONTEM AEMI
LIVM
F. XV. C. DIVO IVLIO AD FORVM
G VI N F. P. DIES TRISTISSIMI
H

D. K. SEPTE. N. IOVI TONANTI IN
CAPITOLIO
E IV NP FER. EX. S. C. QVOD EO
DIE IMP. CAES. DIVI F. AV
GVSTVS APVD ACTIVM VI
CIT SE. ET TITIO COS.
F. III NP FER. ET SVPPLIC. SALVT
OMNIA PVLVINARIA QVO
RVM EO DIE CAES. DIVI F.
VICIT IN SICILIA CENSORI
NO ET CALVIS COS.
G PR. C. LVDI ROMANI MAGNI
CCM MIL.
H NON F
A VIII. F. LVDI
B. VII. C. LVDI
C. VI. C. LVDI
D V. C. LVDI
E IV. C. LVDI
F III C. LVDI
G PR. N. LVDI
H EID. NP FER. EX. S. C. Q. E. D. NEPA
RIA CONSILIA QVAE DE SALV
TE TI. CAES. LIBERORVMQ. E
IVS ET ALIORVM PRINCIPVM
CIVITATIS DEQ. P. R.
A XIIX.
B XVII
C. XVI. C. LVDI IN CIRCO
D XV. NP. LVDI IN CIRCO FER EX S. C.
Q. E. DIE DIVO AVGVSTO HONO
RES CELESTES A SENATV DE
CRETI SEX. AD SEX. COS.
E. XIV. C. LVDI IN CIRCO
F XIII C. LVDI IN CIRCO

B K OCTOB N
FIDEI IN CAPITOLIO
C. VI F
D. V. C.
E. IV. C. IPIVNTVM CERERIS
F III C. LVDI DIVO AVGVSTO
ET FORTVNAE REDVCI
COMITI
G PR. C. LVDI
H NON. F. LVDI
A VIII. F. LVDI
B. VII C. GENIO PVBLICO FAV
STAE FELICITATI MI
NER. VICTR. IN CAPI
TOL. APOLL
C. VI C. LVDI
D. V MED NP. LVDI
FER. IOVI
E IV. AVG NP LVDI IN CIRCO
FER. E. S. C. Q. E. D. IMP
CAES. AVG EX TRANSMAR
PROVINC. VRBEM INTRA
VIT ARAQ. FORT. REDVCI
CONSL. P.
F. III FONT NP
FERIAE FONTI
G PR EN
H. EID NP
A. XVII. F
B XVI C
C XV C. LAND AD THEATR.
MARCELLI
D XIV ARM NP
E XIII

A K NOV. F.
B. IV F
C. III C.
D. PR. C.
E NON. F.
F VIII. F LVDI
G VII C. LVDI
H VI. C. LVDI
A V. C. LVDI
B IV. LVDI
C. III. FONT. NP. FERIAE FONTI
D. PR. C.
E. EID. NP
F XIIX. F. EQVORVM PROBATIO
G XVII F. LVDI IN CIRCO
H. XVI. C. LVDI IN CIRCO
A. XV. C. LVDI IN CIRCO
B XIV C. FER K
C XIII C

G K. DEC. NP
NEPTVNO FESTATI AD
CIRCVM
H IV N.
A III. N.
B PR C
C. NON F.
D. VIII. F.
E. VII C.
F. VI. C. TIBERINO IN INSVLA
G V. C
H IV C.
A III. AG. IN NP
B PR EN CONSO IN AVENTINO
C EID NP
D XIX. F.
E. XIIX. CONS NP FER CONSO
ARA FORTVNAE REDVCI
M. DII VICESI.
F. XVII. C.
G XVI SAT NP FER. SATVRNO
SATVRNALIORVM
H XV. C
A XIV OPAL NP. FER
OPIO CALAIORVM
B XIII C. MINERVA IN AVENTINO
C XII C SVMMANO AD CIRC.
MAXIM
D XI C
E X. C.
F IX. C
G VIII. C. FORTI FORTVNAE
TRANSTIBER. AD MIL
LIAR. PRIM. ET SEXT
H VII C
A VI. NP FER. EX S. C. QD. CAE
SAR AVGVS
FILIV
ALIS

AND
RI
NVPTIA
IONE
AESAR
NVRCTVS EST
ODIODI

Haec omnia erant effigies duo Kalendaria illud in Aprilia reperta penes Ophidium Sicolo Venerio. M... Rufo ... Rufo ... Rufo

PONTIFICES, SACERDOTES, ALIIQUE SACRORUM MINISTRI.

CLASSIS III.

PONTIFICES.

1 *Saſſinæ, in Cathedrali. E ſchedis Jacobi Valerii.*

SEX. TESTIO SEX. F.
PVB. MONTANO CAESIO
SABINO EQVO PVBLICO
AED. PONTIFICI FLAMINI
TRAIANI PATRONO MVN
PLEBS VRBANA H. R. I. R.

Siglas H. R. I. R. interpretor *Honore recepto impenſam remiſit*. Quippe in more fuit, ut Civitates, Coloniæ, Municipia, Patronis ſuis egregiè ſuo munere functis, & bene de ſe meritis Statuæ honorem decernerent, ad quam conficiendam, & dedicandam (quod non ſine apparatu, & conviviis peragebatur) *Impenſâ* non levi opus erat. At qui moderatiores erant, Statuæ quidem honorem gratum habebant, at minime ſinebant, ut *Impenſa* ære publico fierent. Obvia ſunt moris hujus exempla in antiquis lapidibus, quorum non paucos habes in hac mea Collectione. Infra verò occurret hæc alia formula: *Remiſſâ collatione*, quippe interdumquiſque privatus conferebat portionem pecuniæ ad opus illud.

2 *Ex Cl. P. Montfauconio.*

ΔΗΜΗΤΡΙ
ΩΙ ΑΡΧΙ
ΕΡΕΙ
ΕΤCΕΒΕCΤΑΤΩΙ
ΑΡΧΕΛΑΟC

Ideſt;

Demetrio
Pontifici
Piiſſimo
Archelaus.

3 *In Vico* Treſques. *Miſit Bimardus V. Cl.*

FLAVIVS PONTIFEX
MAXIMVS SORORI
PIISSIMAE

Nondum didici alium fuiſſe *Pontificem Maximum* in Occidente præter Romæ adlectum. Quæi ergo heic habemus alterum, & quidem in ignobili loco? Ad hæc nomen Sororis deſideratur, quod veteres adſcripſiſſent. Num ergo pro MAXIMVS legendum MAXIMAE?

4 *In* Pelpit *agri Obulconenſis in Hiſpania, apud Alphonſum Gonzalez. E ſchedis P. Cattanei.*

P. RVTILIVS. P. L. MENELAVS
INCOLA EX DD. MVNICIP.
MVNICIPI PONTIF. D. S. P.

Ex DD. ita explicandum reor, ut *Publius Rutilius Publii Libertus Menelaus ex Decreto Decurionum* creatus fuerit *Incola, Municeps*, & *Municipii Pontifex*. Is verò *de ſua pecunia*, vel *de ſuo are poſuit* hoc monumentum.

5 *Spoleti, in Sanctæ Mariæ Genitricis. E ſchedis Minervii.*

C. NAVILLIO. C. F
PONTIFICI III

Ideſt *Tertium* Pontifici: erant enim Pontifices Perpetui; erant & Quinquennales, fortaſſis & annuales.

6 *Auguſtæ Taurinorum, in viridario Regio. E ſchedis meis.*

V. F.

P. CASTRICIVS. Q. F. SECVNDVS PONTIF. D. AVGVSTI
II. VIR. AVG. POLENT. SIBI ET VICCIAE POLLAE MATRI
Q. CASTRICIO CAM. PATRI. Q. CASTRICIO. Q. F.
MAXIMO FRATRI CASTRICIAE PRIMIGENIAE LIB
CVRA M. CASSII. LIB. AVG. PROBI

Scilicet, ut ſupra innui, Auguſto inter Deos relato, vel viventi, Pontifices decreti fuere. Attamen una tantùm. Inſcriptio apud Gruterum pag. 321. 6. viſitur, in qua offendis *Marcum Fabium Probum Pontificem Perpetuum Divi Auguſti*. Dedit hanc Gorius inter Donianas pag. 112., ſed confuſam cum alterâ plane diversâ. Is legit PONTIFEX. AVG. BAG. VI. VIR. In fine habet: M. CASSI. SEVERI. AVG. PR..... Occurrit heic *Polentia*, olim Ligurum Civitas.

1 *Bergomi.*
E ſchedis meis.

NTIO. SEX. F. VOL. ALPONIAE. M. F. SECVNDAE
IO. M. F. VOL. MACRO PONTIFICI
M. F. VOL. MONTANO IIII. VIR

Habes heic tres viros *Voltinia* Tribui adſcriptos. At Cœleſtinus Capuccinus Part. I. Hiſtor. Bergomat. Inſcriptionem hanc ita legit, & quidem rectius:

.....NTIO. SEX. F. VOT. ALPONI
.....AE. M. F. SECVNDAE
.....IO M. F. VOT. MACRO PONTIFICI
.....M. F. VOT: MONTANO IIIIIVIR. IIII VIR

In ſchedis meis vidiſti VOL. heic autem VOT. Alios verò lapides idem Auctor producit, in quibus ipſe legit VOT., quod *Voltinia* Tribui Bergomates forent adſcripti. Sed tam ſæpe Tribum Voltiniam per VOL. deſignatam vidi, ut ſuſpicio mihi oborta fuerit, VOLT. ſcriptum fuiſſe in antiquis monumentis, & ex oſcitantia exſcriptorum obtruſum nobis fuiſſe VOT. Attamen quum & hujus lectionis exempla quædam apud Gruterum occurrant, judicium contineo, rem tantùm innuens, ut diligentius in poſterum Marmora inſpiciantur.

2 *Parentii*
in Hiſtria.
Miſit Comes Franciſcus Brembatus
Bergomas.

A SISENNAE
ATILI TAVRI PONT
ONIA SIBI ET ISIAE
FELICI

3 *Aquilejæ.*
Miſit Comes Franciſcus Beretta Utinenſis.

C. APPVLEIO. C. F. TAPPONI
PONTVFICI
SEPSTINIA VXOR

4 *Romæ,*
Ex P. Lupo e Soc. Jeſu.

ΕΝΘΑΔΕ
ΚΕΙΤΕ ΙΟΥ
ΛΙΑΝΟϹ ΙΕΡΕΥϹΑ
ΡΧΩΝ ΚΑΛ
ΚΑΡΠΙΕΙΩΝ ΤΙ
ΟϹ ΙΟΥΛΙΑΝΟ
Υ ΑΡΧΙϹΥΝ
ΑΓΩΓΟΥ

Ideſt:

Heic
Jacet Ju-
lianus Ponti-
fex Cal-
carpiorum, Fi-
lius Juliа-
ni Archiſy-
nagogi.

Sermonem heic eſſe de homine Judæo, *Archiſynagogi* vox indicat. At quid ſit ΚΑΛΚΑΡΠΙΕΙΩΝ, & an Populus ſit, & an diſtinguenda voces ſint, ita ut *Carpiorum* heic mentio fiat: ignorare me fateor.

5 *Ibidem,*
in Vinea Attii Arcionis.
Ex Ligorio.

DIS. MANIBVS. SAC.
P. IVNIVS. P. F. COLL.
ARTORIVS
IVNIAE. SANCTISSIM
FEMINAE. ET
P. IVNIO. P. F. COLL.
SECVNDINO
PONTIF. MINORI
FECIT

Eſt in aliis quoque Inſcriptionibus apud Gruterum, & Reinelium mentio *Pontificum Minorum*.

6 *Ibidem,*
in Sancti Laurentii extra muros.
Ex Donio.

PONTIFICI MAIOR
AE. EIVS. PARENTIB.
SSIMIS. FILIAE. ET. HERE
NINIA. ET. CATVLA

Alios *Pontifices Majores* habes in Theſauro Gruteriano.

1 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex eodem.

VIVS. SEPTIMIVS. HERMOGENES
PONTIF. LL. TRIB. COP.
OB. EXIMIVM EIVS ERGA SE IN OMNIBVS
HONOREM

Ideſt *Pontifici Laurenti Lavinatis*: cujus muneris multa eſt mentio in hoc etiam Libro.

2 *Ibidem,*
apud Franciſcum Ficoronium V. Cl.

IVLIA
L. PISONIS PONTIF
AEMILIA HELPIS
MERENTI FECIT

3 *Ibidem,*
in baſi, in qua ſuperſunt crura alicujus Statuæ.
Ex Donio.

ΦΛ. ΖΕΝΩΝ ΑΡΧΙΡΕΥΣ
ΚΑΙ ΔΙΑΣΗΜΟΣ ΑΦΡΟΔΙΣΙΥΣ

Ideſt:

Flavius Zeno Pontifex,
Et Diaſemus Aphrodiſienſis.

Pro ΑΡΧΙΡΕΥΣ ſcribendum ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. Non unam Civitatem *Aphrodiſiam* agnovere veteres. In quanam ex iis Pontifex fuerit *Zeno* iſte *Diaſemus*, ſtatuere non facile poſſis. *Diaſemus*, inquam. Non enim vocabulo iſto ſignificari alter Homo mihi creditur, ſed alterum Munus, quo qui apud Aphrodiſienſes fungeretur, *Diaſemus* appellaretur, hoc eſt *Illuſtris*, ſive *Perfectus*. Ita apud Romanos *Perfectiſſimus* honoris titulus fuit.

4 *Ibidem.*
in Foro Agonali.
Ex Donio.

CAECILIAE. MA
TRI PIISSIMAE
FVRIVS
OCTAVIANVS
COS. PONTIF. FIL

COS. PONTIF. fortaſſe *Conſulum Pontifex.*

5 *Aquilejæ in S. Felicis.*
Miſit Canonicus Berteli.

SYNTROPHVS
SISENNAE
TAVRI PONTIF
VILICVS

REX SACRORUM, & SACERDOTES.

6 *Romæ,*
in ædibus Archiepiſcopi Neapolitani
tabula marmorea in gyrum circumciſa.
E ſchedis Ambroſianis.

Poſt Reges exactos Romæ inſtituta fuit *Rex Sacrorum*, ut Regum loco ſacra publica faceret, atque præeſſet ſacrificiis, Pontifici tantùm Maximo ſubjectus. Muneris hujus ſacri mentionem habes apud Halicarnaſſeum Dionyſium, Gellium, & Macrobium. In unico Gruteriani Theſauri Lapide pag. 1087. num. 8. ejuſdem occurrit memoria. Quare huic noſtro non leve pretium ſtatuendum. Ubi verò ad Imperatores translata eſt res Romana, ſenſim deſiit umbraticus iſte Rex.

7 *In Vico Novoli*
agri Florentini,
in Sancti Chriſtophori.
Ex Gorio V. Cl.

AEDILI. IIII VIRO
PONTIFICI
REGI SACRVM
C. MVRRIVS
EVCHARISTVS
PATRONO. B. M.

Ideſt *Regi Sacrorum.*

1 *Romæ, apud Ficoronium.*

P. AELIO. TIMAEO
SACERDOTI IVSTITIAE
P. AEL. STRATONICVS
PATER DVLCISS.

Rara Inſcriptio, utpote quæ nobis exhibet nuſquam antea viſum *Sacerdotem Juſtitiæ*, ſive Athenæ. Si hanc protuliſſet Ligorius, eam protinus rigidus quiſquam Cenſor ad impoſturas amandaſſet. Atqui Marmor antiquum, vividum, Romæ apud Clariſſimum Ficoronium adhuc ſpectandum ſe præbet.

3 *Mediolani, in Sancti Ambroſii. Miſit P. D. Petrus Gratioli, e Congregatione Sancti Pauli.*

P. ALBVCI. P. F. PA[illegible]
SAC. AV[illegible]
ITEM. ALBVCI. SABINI
ITEM. ALBVCI. ACHILI

Hunc *Sacerdotem Auguſti* fuiſſe reor.

4 *Romæ, in Portu Romano. Ex* P. *Montfauconio.*

D . M
L. FABRICI. L. F. PAL
CAESENNI. GALLI. EQ. ROM
PONTIF. L. L. SCRIB. AEDILIC
OMNIBVS. HONOR. IN. COST. F
ITALICVS. P. DIGNISSIMO

Ideſt *Pontifici Laurentum Lavinatium*. Pro IN COST. legendum ſuſpicor *in Colonia Funſi*.

5 *Montauri, in Hiſpania. E ſchedis* P. *Cattanei.*

SACERDOTI
MODIA RVSTICVLA MATER

6 *In Caſtello Sancti Angeli. Ex Ligorio.*

M. POPILIVS. M. F. OVF. LVPER
CVS. SACERD. D. SOLIS INVICT.
MITHR. ET LVNAE AETERNAE
VOT. SVSCEP. L. M.

Ibi effigies Latonæ puerperæ cum duobus Geniis facem præferentibus. De *Sole Invicto Mithra* aliquid in Claſſe I. innui. Ezechiel Spanhemius V. Cl. hanc Inſcriptionem protulit in Notis ad Cæſares Juliani.

2 *Ibidem, in Vinea Moncistta. Ex Boldetto.*

A. CAECILI. A. L. OLIPOR
CN. CAECILIAE SILONIS
CAECILILIAA. A. ET. CN. L. ASIA
A. CAECILI. A. CN. L. ALEXANDRI
POLLA. CAECILIA. SPVRIE
A. CAECCILI. A. F. PAL. RVFI
T. SVLPICI. T. F. CAECILI. SAC. ISID. CAPITOLI
PORCIA. T. L. RVFA. SAC. SVLPICI CAPITOLI
T. PORCIVS. T. F. COL. MAXSIMVS
T. SVLPICIVS. T. L. PRIMVS
C. VALERIVS. C. L. F. HILARCVRVS
Q. LOLIVS. QESTOR. RVFVS
D. AVRELIVS. D. L..... SEELLR.
H M E NON. SEQ.

Cujus culpâ, ignoro: habes hèic quædam nomina feminarum, ac virorum male deſcripta. Cæterum ſe nobis ſpectandum in hocce catalogo exhibet *Titus Sulpicius Sacerdos Iſidis Capitolinæ*. Tertulliano hinc lux accedet, cujus verba ſunt in Apologetic. Cap. 6. *Serapidem, & Iſidem Capitolio prohibitus, ideſt Curiâ Deorum pulſus, Piſo, & Gabinius Coſ. non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum abdicaverunt* &c. *His vos reſtitutis ſummam majeſtatem conſuliſtis.*

7 *Romæ, in Villa Corſinia. Ex P. Montfauconio.*

ΑCΙΔΟC ΑΡΧΙΕΡΗΟC ΔΙ
ΑΝ ΚΑΤΤΟΤ ΤΙΕΑ ΜΙΘΡΟΤ
ΑΟΤΚΙΟΝ ΑΘΑΟΘΕΤΗΡΑ ΠΑ
ΤΡΗC CΜΤΡΝΗC ΕΡΑΤΙΝΗC
ΕΤΓΕΝΙΑΝ CΟΦΙΑΙCΙ ΚΕΚΑC
ΜΕΝΟΝ ΕΞΟΧΟΝ ΑΝΔΡΩΝ
ΑΤCΟΝΙΟΝ ΔΑΠΕΔΟΝ ΒΩΜ
ΟC ΘΟΔΕ ΣΗΜΑ ΤΕ ΚΡΤΠΤΕΙ
Ο ΚΕΙΝΗCΑC ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
Η ΑΛΛΟΝ ΕΚ ΤΟΤ ΤΑΦΟΤ
ΑΠΟΔΩCΕΙ ΔΗΜΩ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΔΗΝΑΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚCΧΙΛΙΑ

Hoc eſt:

Aſidis, Sacerdotis (ſeu Pontificis)
Inclyti Mithræ Filium
Lucium, Certaminum Præfectum Patriæ Suæ Smyrnæ Amabilis,
Qui Nobilitatem Generis Sapientiâ ſuâ Exornavit, Præſtantiſſimum Virorum,
Auſonium Solum, atque hæc Ara
Et Monumentum Tegunt.
Qui Moverit Aram hanc,
Aut Aliquid quidpiam Ad Sepulcrum ſpectans,
Solvet Populo Romano
Denariorum Quinque Millia.

Digitized by Google

1 *Romæ,*
apud Julium Porcarium.
Ex Ligorio.

L. PAPIRIANVS
PLACIDVS
SAC. SOLI
DONVM DEDIT
S. P. P. P

2 *In Oſtroch*
in Dacia.
Miſit Apoſtolus Zeno V. Cl.

MARTI. AVG.
PRO. SALVTE. IMP.
CAES. M. ANTONI
GORDIANI PII
FELICIS. AVG.
M. ANTONIVS
VALENTINVS
EQ. R. DEC. M. APVL.
SACERDOS ARAE
AVG. N
CORONATVS DAC
III D.D.

Gruterus pag. 57. num. 5. hanc dedit, ſed mancam. Prætereaque legit M. ANTONINI GORDIANI: quem errorem communem cum aliis non ſemel vidi, quum tamen certum ſit, Gordianis Auguſtis *Marcs Antonii* nomen fuiſſe. Neque tamen id excuſatione caret, nam Capitolinus ipſe in ſenioris Vita ſcribit: *Tantum autem Antoninos dilexit, ut filii quoque, ut multi dicunt, Antonini, ut plerique autem aſſerunt, Antonii nomen adſcripſerit.* Hanc in rem multa congeſſit Clariſſ. Eques Michael Angelus Georgius Vicentinus in Gordiani Marmore illuſtrato. Rurſus verò Gruterus eamdem Inſcriptionem, veluti rem diverſam, protulit pag. 89. num. 11. ibique pro *Marti Auguſto* legit *Matri Auguſtæ*; & excidere paſſus eſt VALENTINVS. Nunc integram & expurgatam habes. Erat *Valentinus* iſte *Decurio Municipii Apuli* in Dacia, ſimulque *Sacerdos Aræ Auguſti Noſtri Coronatus Tertium.* Tam rara eſt apud Latinos prærogativa hæc *Sacerdotum Coronatorum*, ut hoc unum exemplum hactenus emerſerit. Sed alterum accipe in Inſcriptione ſubſequenti.

3 *Hiſpelli,*
in Palatio Publico.
Miſit Hyacinthus Vincioli,
Juriſconſultus Clariſſ. Peruſinus.

C. MATRINIO AVRELIO
C. F. LEM. ANTONINO. V. P.
CORONATO. TVSC. ET. VMB.
PONTI. GENTIS. FLAVIAE
ABVNTANTISSIMI. MVNERIS. SED. ET.
PRAECIPVAE. LETITIAE. THEATRALIS. IN. COL.
AEDILI. QVAESTORI. DVVMVIRO
ITERVMQ. Q. I. D. HVIVS SPLENDIDISSIMAE
COLONIAE. CVRATORI. R. P. EIVSDEM
COL. ET PRIMO. PRINCIPALI. OB. MERITVM
BENEVOLENTIAE. EIVS. ERGA. SE
VRBS. OMNIS. VRBANAE. FLAVIAE
CONSTANTIS. PATRONO
DIGNISSIMO
I.X.X.L.M.PP

Hunc eumdem lapidem antea ediderant Richius, & Dondola. Immo Fabrettus quoque ipſum protulerat pag. 105. Verum ille, ſive quod ſchedis parum exactis fuerit uſus, ſive quod illud CORONATVS inſolens nimium ſibi videretur, quum nullum ejus veſtigium in Indice Gruteriano, & Reinefiano occurrat, ac ſi de nomine vitiato ageretur, ſubſtituit CORRECTORI. Et ſane munus *Correctorum Tuſciæ, & Umbriæ* in antiquis monumentis non ſemel offendas. Attamen certum certiſſimumque deinceps futurum eſt, in Hiſpellate marmore, eoque ſine dubitatione legitimo, ſcriptum fuiſſe CORONATVS, uti præter exemplum accuratiſſimi Abbatis Ferdinandi Paſſerini Hiſpellatis ad me miſſum, monuit me Cl. Vir Hyacinthus Vinciolus, qui Inſcriptionem hanc ex autographo deſcribendam, me rogante, curavit. Itaque *Coronatus* tum *Daciæ*, ut ſupra vidimus, tum hoc *Tuſciæ, & Umbriæ*, nihil aliud mihi creditur fuiſſe, niſi *Stephanephorus* Græcorum, in eorum monumentis ſæpe recurrens. Non ii vulgares Sacerdotes, neque in uno Templo concluſa eorum auctoritas, ſed per univerſam Provinciam extendebatur. Non in Sacrificiis tantùm, facriſque Æbibus Coronam deferebant (quod cunctis, aut plerisque Sacerdotes facere conſueverunt) ſed etiam extra Templa, & in reliquis publicis actibus. Eorum quoque, ut opinor, fuit, ſolemnibus Provinciæ Ludis præeſſe. Eorumdem Ludorum mentionem habes in hac ipſa Inſcriptione. Perpetua tamen non erat ejuſmodi dignitas, ſed ad Quinquennium, aut ad Annum unum conferebatur. Ceterum *Matrimus* noſter egregiis muneribus in *Colonia Urbana Flavia Conſtante* Hiſpellate functus eſt, & *Quatuorvir Jure Dicundo* præcipue fuit, & *Curator* atque *Patronus* ejuſdem Coloniæ, immo etiam *Primus Principalis*: quæ appellatio alibi nondum ſe mihi obtulit. Hujus lapidis mentio infra recurret. Claſs. XXV.

1 *Patavii,*
apud Carolum Patinum V. Cl.

ΑΤΡ. ΤΡΤΦΑΙΝΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΕΣΚΕΤΑΣΕ
ΤΟ ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ ΗΡΩΟΝ ΑΤΤΗ ΚΑΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΣ
ΑΤΤΗΣ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΟΙΣ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΙΩ ΜΕΛΙΤΙΝΩ ΜΕ
ΤΑ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΟΜΟΙΑΣ ΚΑΙ ΤΕΚΝΩΝ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΠΑΜ
ΦΙΛΟΥ ΜΟΝΟΥ ΩΝΗΣΑΜΕΝΗ ΤΟ ΚΑΙΝΟΝ ΑΝΓΕΙΟΝ ΠΡΟ
ΚΟΝΝΗΣΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΣΩΛΑΡΙΟΥ ΜΗΔΕΝΟΣ ΕΧΟΝ
ΤΟΣ ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΕΤΕΡΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΙΝΟΝ ΑΝΓΕΙΟΝ
ΤΕΘΗΝΑΙ Η ΜΟΝΗΣ ΤΗΣ ΤΡΥΦΑΙΝΗΣ ΟΜΟΙΩΣ ΜΗΔΕ ΕΙΣ ΤΟ
ΕΤΕΡΟΝ ΑΝΓΕΙΟΝ ΤΟ ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ ΜΗΔΕ ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙ
ΤΟ ΗΡΩΟΝ ΩΣ ΕΑΝ ΤΙΣ ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΑ ΤΟΛΜΗΣΗ ΠΟΙΗΣΑΙ
ΑΠΟΤΕΙΣΕΙ ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΣΙΠΤΑΛΗΝΗ ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΙΣ
ΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ
ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ ΤΟ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΙΣ ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΝ ΑΠΟΤΕΘΕΝ
ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΑΙΛ. ΒΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΡΙΤΟΥ

Ideſt :

Aurelia Tryphena Alexandri (filia) *Inſtauravit*
Avitum Hoc Sepulcrum Sibi , Et Heredibus
Suis , Et Libertis , Et Antonio Melitino Una
Cum (ejus) *Uxore , Similiter Et Cum Filiis Eorum , Et Pamphilo Uni . Quum Verò Ipſa Emerit Vas Novum Proconneſium* (ſitum) *Juxta Solarium , Nulli Alii Fas*
Erit In Illud Novum Vas
Inferri , Niſi Uni Tryphenæ , Similiter Neque In
Aliud Vas Avitum . Neque Licebit Alienare
Monumentum Hoc . Quod Si Quis Contra Hoc Facere Auſus Fuerit ,
Perſolvat Matri Deûm Sipylenæ Denariorum Duo
Millia Et Quingentos . Hujus Inſcriptionis
Aſſervatur Exemplum In (publico) *Archivo , Repoſitum*
Sub Ælio Bione Stephanephoro , Menſe Tertio .

Illuſtravit Inſcriptionem hanc, Smyrnâ advectam, Patinus ſpiſſis notis, etiam ſupra meritum. Nihil enim rarum exhibet. *Magneſie ſub Sipylo* monte mentionem infra videbis Claſſ. XV. Smyrna quoque ibi ſita, unde nomen accepit Templum *Matris Deûm Sipylenæ*, cujus etiam meminit Reineſianus lapis pag. 87. *Stephanephorum* hîc habes, Sacerdotem videlicet *Coronatum* : quod munus illuſtre fuit in diverſis Aſiæ urbibus , neque ignotum Italiæ , ut nuper vidimus.

1 *Romæ,*
in domo Nobilium della Valle.
Ex Ligorio.

L. ANTESTIO. L. F. HOR
XANTHO
SACERD. D. SOL. INVIC
VIX. ANN. LVIIII. D. XIIX
L. ANTISTIVS. L. F. CAPPADOX
FABRICAVIT. IN TESTAMEN
IN FR. P. III. LAT. P. IIX.

Fuit hic *Sacerdos Dei Solis Invicti* Mithræ.

2 *Brixiæ.*
Misit N. V. Julius Antonius Averoldus.

MINERVAE
MOEVIVS
MARTIALI
SAC. AVG
V. S. L. M.

Legendum MARTIALIS *Sacerdos Augusti.*

3 *Romæ,*
in Via Ostiensi,
ad Sancti Pauli.
Ex Ligorio.

DIS. MANIBVS
IVLIAE. ARVINAE
L. IVLIVS. L. F. QVIRINA
RVLLIANVS
SACERDOS. CERER
PIL. MARM. FEC
ET. SIBI

Pilam marmoream licent tibi accipere pro Columna. Columnarum quippe usus fuit in sepulcris. Mihi est heic *Urna*; nam *Pila* nomine donata quoque fuere Vasa concava, & præcipue Mortaria, in quibus fruges pinsantur.

4 *Apud Buthrotum in Epiro.*
E schedis meis.

ΦΑΑΒΙΟC
ΑΘΗΝΑΓΟ
ΡΑC ΙΕΡΕ
ΤC ΑΦΡΟΔΙ
ΤΗ ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ

Ideſt:

Flavius
Athenagoras Sacerdos Veneris Posuit

5 *Besutii,*
in agro Mediolanensi,
in Sancti Alexandri.
E schedis meis.

V. F. C. CASSIVS BASSVS MAG. ID
SACERDOS ROMAE
ET SIBI ET ADIVTOR. AT. MAG. ID
SACERDOTI ROMAE ET AVG

Hanc dederat Reinesius Class. V. num. 3. sed mancam. Quod doleo, ne ego quidem omnino sanam exhibere possum. MAG. ID. Reinesio est *Magnæ Idææ*, ideſt *Cybeles*; quæ *Magna Deum Mater Idæa*? At ista Inscriptio sepulcralis est, aliamque interpretationem poscere videtur. Mihi MAG. potiùs creditur *Magister*, nam inter Sacrorum Ministros non raro occurrunt *Magistri*. ID. fortasse est *Isidis Deæ*. Erant apud veteres, qui simul variis ministeriis addicebantur, ita ut hic eodem tempore *Sacerdos* Deæ *Romæ* esse potuerit, & *Magister* alterius Deæ. Apud Gruterum habemus *Magistrum Arcerna*, *Magistrum Feroniæ* &c. Reinesius legit ET ADIVTAE MAG. Vitium ibi credo; sed non minori fortasse laborat exemplum, quo ego sum usus. Denique Reinesius habet SACERD. ET AVG. Suppletum vides marmor in exemplo meo, ubi legitur SACERDOTI ROMAE ET AVGVSTI: quo Sacerdotio alios viros functos habet in Thesauro Gruteriano, atque etiam feminas.

6 *In Oppido Civitatis Laviniæ.*
Ex Clarisi. P. Vulpio Societatis Jesu.

MEMORIAE AETERNAE
M. THORI M. F. PRIMIGENI SACERDOTIS
IVNONI REGINAE SISPITAE ET
THORIAE BALBILLAE FILIIS PIISSIMIS FECIT
SEX. THORIVS. L. F. BALBVS IN FRONTE
PED. XIV. IN AGR. PED. XVII.

De Templo *Junonis Reginæ Sospitæ*, cui in Latio celebre nomen fuit, multa habet doctissimus P. Vulpius in Latio antiquo. Legendum heic foret IVNONIS.

1 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis Alexandri Albani.
Exſcribendum curavit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

D. FABIO. D. FILIO. PALAT.
FLORO VER .....O
SACERDOT.....CTRE
IVDICIO MAIESTATIS EIVS
ELECTO ANVBIACO PRIMA
DEC. LAVR. VIC. AVG. QVATVOR VIRO
NAVICVLARIO V. CORPOR
LENVNCVLARIORVM OST
HONORIBVS AC MVNERIB
OMNIB. FVNCT. SODALI
CORP. VI. REGION. COL. OST
HVIC STATVAM FLAVIVS
MOSCHILVS VCISIACVS
HVIVS LOCI MEMOR EIVS
SANCTIMONIAE CASTITAT.
TESTAMENT. SVO CONSTITVI
AB HEREDIB. SVIS IVSSIT
PATRONO MVNDITIARIO
B . M
L. D D D. P

OB HONOREM QVO DIE SACERDOT
DEDICAT. XV.....
TER ET SEMEL
COS
LOCVS DATVS A IVLIO
FAVSTINO PONT. VVLK
...AE SAE PAR PERMISIT
ACT.....FL. MOSCHIL....
SVB QQ. C. P
Q. VETVRI FIRMI FELICIS
SOCRATIS ET
L. FLORI EVPREPETIS
OB CVIVS DEDICATIONEM
DEDIT DECVRIONIBVS ✻ III
CVM OFFICIO BASILICES

Vtinam licuiſſet mihi Marmor ipſum intueri, & iſta exſcribere. Vereor enim, ut ſatis accurate hauſta ad me venerint. *Anubiacus* creditur mihi Sacerdos ſacris operans in Templo *Anubis*. Neque enim in Ægypto tantùm, ſed & Romæ colebatur Anubis. Lucanum audi Lib. 8. ita canentem:

Nos in Templa tuam Romana accepimus Iſin,
Semicanesque Deos.

Poſtremo hoc nomine ſignificatur *Anubis*. Spartiano quoque teſte in Peſcenio Nigro Commodus Auguſtus Romæ inter ſacra Iſidis *Anubim portavit*. Præterea heic habes *Julium Fauſtinum Pontificem Vulcani*. Sunt heic & alia ad eruditionem ſpectantia, quæ temporis parcus prætereo.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

In antica parte lapidis.

D . M
AELIANVS. FLAVIANVS ACCOMME.....
SACERDOTI. VII. VIRVM EPVLONVM
AVRELIA HERACLIA. CONIVNX. F.
...SIBI. FECERVNT. SIBI. ET. SVIS

In averſa parte lapidis.

D . M
AGILI. FILIO. BENEMERENTI. QVI
VIXIT. ANN. XIIII. D. XXX. FECERVNT
AGILIS. ET. SVLPICIA. VICTORINA. PA
RENTES. SIB. ET SVIS. LIBERTABQ
POSTERISQ EORVM

De *Septemviris Epulonum* nihil a me Lector exſpectet. Res apud alios in meridie poſita.

1 *Romæ,*
Ex Malvaſia.

FILIVS. HERENNIAE
MARCIANES. P.ª AELIO
SACERDOTI ET VLPIAE
TROPHIMAE COCESSIT
DONAVITQVAE LIVERTIS
LIBERTABVQ. POS. AEOR.

2 *Piſauri ap. Paſſerios.*
Ex Cl. V. Hannibale de Abatibus Oliverio.

D . M
AELIAE TREBA....
P. AELIVS. DI....
ET. P. AEL. I....
SAC. BAC.....

4 *Neapoli,*
apud Januarium de Andrea.
Ex Johanne Vignolio.

IVSSV
IOVIS OPTIMI MAXIMI
DAMASCENI
SACERDOTES
M. NEMONIO M. F. PAL
EVTYCHIANO
SACERDOTI HONORATO
EQVO PVBLICO. AB
IMP. ANTONINO AVG.
PIO. P. P
ADLECTO. IN. ORDINEM
DECVRION. PVTEOLANOR.
AEDILI
M. NEMONIVS CALLISTVS P.
SACERDOS REMISSA
COLLATIONE

5 *In ſcaturigine Aquæ Albulæ*
Viâ Tiburtinâ.
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

PROCVLVS SACERDOS
M. D. M. IGIAE SAC. AD
AQVAS ALBVLAS D. D

Magna Deûm Mater Cybele heic appellatur IGIA, ideſt *Sanitatis conſervatrix*. Apud Sponium pag. 95. habetur Inſcriptio poſita *Aquis Albulis*, quòd Strabone teſte, *variis morbis remedium præbeant*. Sponianam Reinesium antea protulerat pag. 193. & quidem correctiorem.

Jovis Damaſceni mentio eſt in Inſcriptione Gruteriana pag. 20. num. 2. Hic Puteolis colebatur.

3 *Romæ,*
in ædibus Matthejis.
E ſcbedis Ptolomeis.

ΔΙΟΝΤCΟΤ. ΙΕΡΕΙC
ΘΕΟΙC ΤΟΙ-C ΕΠΙΚΕΙΜΕ
ΝΟΙC ΑΤΕΠΕΙΡΗ ΙΕΡΑ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΙΔΙΟC ΕΡΩC
ΟΤΒΕΙΝΙΑ ΠΑΤΔΕΙΝΑ
ΑΜΟΤΡΗΝΑΙ ΟCΜΙΑC
ΙΟΤΔΙΟC ΜΑCΚΔΙΟΝ

Ideſt:

Bacchi Sacerdotes
Diis Adjacenti-
bus..... Sacra
..... Poſuerunt
Ælius Eros,
Ubinia Paulina,
Amurene Oſmias,
Julius Maſclion.

At nimis, ut opinor, infeliciter deſcripta fuit Inſcriptio hæc.

Trepiæ in Calabria.
E Gualterio.

LETIAE. P. F. A
LEIAE. AVR. NA
SACERD. AVG. SP

6 *Romæ,*
in Vinea Coſmi Medici, niſi ſit Medicei.
Ex Ligorio.

L. VOLVSIO. HIMERO
SCRIB. LIB. AQ.... DEC
SACERDOTI GENII. N. CENS
PHYLIS. CONIVGI ET PATRONO
DE. SV. LOCO. DATO. EX. D. D

Fortaſſis ibi ſcriptum N. CAES. ideſt *Noſtri Ceſaris*.

1 *Romæ,*
ad Pontem Ceſtium trans Tiberim.
Ex eodem.

L. IVNIAE. SVAVIAE
L. IVNIO. SVAVIO. SACER
QVIRINALI. VIX. AN. XXV
M. V. D. VIII. HOR. VII.
L. IVNIVS. L. F. PAL. BAR
BANIVS. SACER. PALAT
FECIT. ET. SIBI

Sacerdos Palatinus idem mihi creditur, atque Sacerdos *Domus Auguſtæ*, aut qui ſacris operabatur in Palatio Auguſtorum.

2 *Ibidem,*
in urna,
prope Sancti Pancratii.
Ex Donio.

AEMILIAE
PROCVLAE
C. AEMILIVS
SACERDOS
D . D

5 *Butkroti.*
E ſchedis Barberinis Cyriaci miſit N. V. Abbas Pompejus Compagnonius.

ΦΛΑΒΙΟC
ΑΘΗΝΑΓΟΡΑ
ΙΕΡΕΤ
ΑΦΡΟΔΙΤΗC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΘΡΑCΩΝ
ΠΕΛΛΗΝΕΥC
IMP. MV. OTACINIVS

Ideſt:

Flavius
Athenagoras
Sacerdos
Veneris
Sacravit.
Thraſo
Pelleneus.
Imp. Mu. Otacinius.

Thraſo iſte Civis *Pellenes* fuit, Civitatis videlicet in Achaja, & Peloponneſo ſitæ. Sed quid ſibi velint poſtremo Latina verba IMP. MV. OTACINIVS non aſſequor. Si forte Imperatoris, aut Imperatricis alicujus facta eſt mentio, nihil mihi ſuccurrit, niſi *Imperatrix Marcia Otacilia* Philippi Auguſti conjux. Sed vitiata potius hæc ſuſpicor, aut irrepſiſſe huc ex altera diverſa Inſcriptione,

3 *Romæ,*
in pectore imaguncuiæ Ægyptiacæ.
Ex eodem.

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΤCΙΝ ΘΕΟΥ
CΕΡΑΠΙΑΟC ΟΥΙΒΙΟC
ΙΕΡΕΥC. ΑΝΕΘ.

Ideſt:

Ex Imperio Dei
Serapidis Vibius
Sacerdos Poſuit.

4 *Teleſiæ.*
Ex eodem.

C. MANLIVS. CHAPITO
SEVIR. AVG. SACERDOS
LIBERI
MANLIVS. TERTIVS. MAN
LIVS. NICOLAVS. SACER
S. E S. LIBERI
MANLIA. C. L. TYCHE

Lego in quinctâ, & ſextâ lineâ SACERDOTES.

6 *Alcantaræ.*
E ſchedis Ramberti
apud Canonicum Bertoli.

CN. PONTIO SAECO
AVF. CELER. ET
CORNELIA
FLAVINA S
ACERDOTES AT
IVTORIO PAREN
TV. IMP. ANTO
D. N. TI. ETTINE
IO SACERDOTE

Accuratiori deſcriptore hæc indigebat; neque enim vitiis carere mihi creditur.

7 *Romæ,*
in Urna cineraria.
Ex Donio.

M. FERIDIO. M. F
QVIR
CALPVRNIANO
M. CALPVRNIVS
PRISCVS
SACERDVS. D. S. I
M. D. D

Ideſt: *Sacerdos Dei Solis Invicti Mithræ dedit, donavit*, ſeu *dicavit.*

1 *Apud Archithcam, Acarnaniæ Civitatem. E ſchedis Barberinis Cyriaci, miſit Abbas Compagnonius.*

ΑΦΡΟΔΙΤΑΣ. ΑΡΙΣΤΟΔΑΣ. ΑΓΕΜΑΧΟΥ. ΓΟΡΓΙΑΣ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΣ. ΦΙΛΙΣΤΙΩΝ
ΜΑΧΑΤΑΣ. ΣΩΚΡΑΤΕΟΣ. ΣΑΤΥΡΟΣ. ΝΙΚΑΡΧΟΥ
ΑΡΙΣΤΙΩΝ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΣ ΝΙΚΑΡΧΟΥ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ΑΤΤΙΚΙΣΚΟΥ
ΦΙΛΙΑ ΚΛΕΩΝΟΣ
ΣΩΣΤΡΑΤΑ ΣΩΠΑΤΡΟΥ

Ideſt:

Veneris (Sacerdotes) *Ariſtodas Agemachi, Gorgias Andronicus, Seleucus, Philiſtion Machatas Socratis, Satyrus Nicarchi, Ariſtion Andronicus, Ariſtus Micarchi, Ariſtarchus Lyciſci, Philia Cleonis, Soſtrata Sopatri.*

Fortaſſe ſcripturn ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ, ut in altero marmore infra. In ſchedis meis præponitur vox ΔΙΙ, ideſt *Jovi*: quod & ſenſus poſcebat.

2 *Extra Romam, in vinea Laureti Rapalli. Miſit P. Gimanni Prior Benedictin.*

DIS. MAN
VALERIAE
SPECVLAE
SORORI. POPILLI
PELAGIONIS
SACERDOTIS

3 *Capuæ, e regione Ædis Sanctorum Apoſtolorum, ſub effigie Deæ Cybeles. Ex Donio.*

VIRANVS. AMPLIATVS. ARCHIGALLVS. M. D.

Notum eſt, *Gallos* appellatos fuiſſe *Sacerdotes Matris Deûm* evitatos. Eorum Pontifex *Archigalli* nomine donatus, itidem famoſus evaſit.

4 *Romæ, in Collegio Patrum Societatis Jeſu. Miſit P. Contucius Contucci Muſeo Kircheriano Præfectus.*

LALI PVBLICI
SACERDOTIALIS
CINERIBVS. LOCVS
AVONIA. APHRODISIA
CONIVGI. BENE
MERENTI. FECIT

Erat iſte Servus *Publicus* alicujus Collegii Sacerdotalis, ut opinor.

SACERDOTES FEMINÆ.

5 *Pentomæ in Marſis. Miſit Illuſtriſſ. Corſignanus Epiſcopus Venuſinus.*

ACCIA
SACERDOS
VENERIS
MODIA
SACERDOS
VENERIS

6 *In vico Kamaris, olim Pænion. Miſit N. V. Joſeph Bimardus.*



Ideſt:

. . . . . Neges Pontificis Ælii Juliani, Et Summæ Sacerdotis Ophilliæ Zoticæ Filiæ Ophillii Zotici.

Novimus quidem Sacerdotes Feminas, earumque exempla paſſim proſtant. At Feminas *Pontifices*, five *Summas Sacerdotes*, antiqui ignoraſſe videntur. Nihilominus in Marmore Smyrnenſi apud Reinefium Claſſ. 2. num. 68. memoratur ΝΥΜΦΙΔΙΑ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ, ſcilicet *Nymphidia Pontifex*, five *Summa Sacerdos*. Ita fortaſſis appellatæ mulieres, quibus erat Maritus *Pontifex*, aut quas Sacerdotiſſis præerant. Vide infra *Caracyliæ* titulum, nam & ipſa ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ appellatur.

1 *Epheſi*,
ad fornicem XLII. Aquæductus.
E ſchedis D. de la Condamine *hauſtam miſit Bimardus V. Cl.*

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΑΝΤΩΝΙΑΝ ΙΟΥΛΙΑ
ΝΗΝ ΤΗΝ ΙΕΡΕΙΑΝ
ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΘΥ
ΓΑΤΕΡΑ Μ ΑΝΤΩΝΙΟΥ
ΒΑΡΟΥ ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙ ΦΑΔΙΑΣ ΤΕΡΤΥΛΛΑΣ
ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑ
ΣΤΗΣΑΝΤΩΝ ΟΣΠΟ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ
ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ
ΚΑΙ ΑΙΛΙΟΥ ΚΑΙ Ο
ΠΙΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΩΣ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ

Ex verſione Bimardi.

Senatus Populuſque
Honoravit
Antoniam Juliam
nam Summam Sacerdotem
Dianæ, Filiam Marci Antonii
Vari, Auguſti Amantis,
Et Flaviæ Tertullæ,
Honoris Titulum Erigentibus Oſpo....
Metrodori Filio
Prytaneo
Et Ælio O.....
pio Scribâ Populi.

2 *Romæ*,
in Sancti Pauli extra Urbem.
Miſit P. D. Petrus Paulus Ginnani
Prior Benedictinus.

D . M
SEPVLCRVM. SIVE
EPOTAFIOLVM. AELIA ANTICONA SAC
ERDOS. M. D. I. VIBA IPSA SIB
I. ET EPVLONIO FELICISSIMO EM. V
MARITO DVLCISSIMO ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE
EORVM
FECIT

Sacerdos Magnæ Deæ Idææ, ideſt Cybeles, fuit *Ælia* iſta *Anticona*, quæ *Epitaphiolum* illud ſibi ac Marito ſuo fecit. Pro EM. V. legerem E. M. V. ut ſit *Egregiæ Memoriæ Viro*, niſi dubitatio ſupereſſet, per illud V. ſignificari *Vivo*, aut *Fronti*, ita ut reſtituendum foret ITEM V. Duas hinc inde Pateras, quibus uti ſolebat Sacerdos iſta in ſacrificiis, inſculptas in hoc marmore fuiſſe reor.

3 *Tiburi.*
Ex Donio.

CAESONIAE. LVCILLAE
MATERTERAE SANC
TISSIMAE. ET FELICISSI
MAE. SACERD
DIVI TITI. FLAVI. AVG.
C. CAESONIVS RVFINIANVS
V. C. D. D

Dubius ſum an de Sacerdote femina agatur heic. Referri enim poſſunt verba illa *Sacerd. Divi Titi. Flavi. Aug.* ad *Rufinianum* nepotem *Ceſoniæ* hujus *Lucillæ*. Sacerdotes mares *Divi Titi* jam novimus. Non ita feminas.

4 *Brixiæ*,
apud N. V. Julium Antonium Averoldum.
Miſit ipſe.

D . M
CAECILIAE PROCVL
SACERD. XV. VIRALI
L. ACVTIVS
CAECILIANVS ALVMNVS
ET. P. ACILIO SVRO NVTRI

Sæpe *Quindecimviros Sacris faciundis* memoratos videmus in antiquis marmoribus; quorum fuit Sibyllinos Libros conſulere, & Sacrificia indicere, quoties publica res poſcebat, Diique immortales ex illorum ore præcipiebant. At feminam *Sacerdotem Quindecimviralem* nullus fortaſſe lapis præter hunc nobis exhibuit. Sed quæ femina *Quindecimvir*? Abhorret & ipſum nomen. Attamen nihil heic repugnans, nihil peregrinum, ſi mulierem ipſam ſumamus pro *Sacerdote Quindecimvirûm*: neque enim Quindecimviri ipſi *Sacerdotis* nomen & munus gerebant.

5 *Romæ*,
extra Portam Caſtelli.
Ex Ligorio.

FAVSTAE. VERISSIMAE
SACERD. VENER. FEL.
VIXIT. ANN. CIII.
L. FAVSTVS. L. F. ANNIANVS
SACERDOS. CORP
DENDROFOROR
BEN. MERITAE. FECIT

Feminæ huic *Sacerdoti Veneris Felicis* poſitus fuit titulus ab Anniano *Sacerdote Corporis Dendrofororum*.

1 *Ancyræ.*
Ex P. Montfauconio.

ΚΑΡΑΚΤΑΣΙΑΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ
ΑΠΟΓΟΝΟΝ ΒΑ
ΣΙΛΕΩΝ ΘΗΓΑ
ΤΕΡΑ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΩΣ ΓΥΝΑΙ
ΚΑ ΙΟΥΛΙΟΥ ΣΕ
ΟΥΗΡΟΥ ΤΟΥ ΠΡΩ
ΤΟΥ ΤΩΝ ΕΛΛΗ
ΝΩΝ ΤΠΕΡΡΑ.....

Ideſt:

Coracyleam,
Sacerdotum Feminarum Primam,
Ortam E Regum Sanguine, Filiam Metropolis, Uxorem Julii Severi Primi Inter Græcos Super ..... (Civitas honorat.)

Animadvertendum hæc præcipue, illuſtrem hanc Feminam appellari Θυγατερα (Θυγατερα ubi neſcio marmorarius-ne, an Typographorum ſit mendum) τῆς Μητροπολεως, ideſt *Metropolis filiam*. Scilicet Reſpublica Ancyrana illam honoris cauſsa in Filiam adoptaverat. Non ergo mirere, ſi poſt complura Sæcula idem factum videas a ſapientiſſima Venetorum Republica.

3 *Mediolani,*
apud Archintos Comites.
Exſcripſi.

I. O. M
CAESIA. P. F.
MAXIMA
SACERDOS
DIVAE
MATIDIAE

Non Auguſtæ tantùm Divorum catalogo additæ. Eo crevit adulatio, ut Sororibus etiam, & Nepotibus idem honor fuerit collatus. *Matidiæ* mater fuit *Marciana* Trajani ſoror. Apud Gruterum pag. 1088. num. 11. commemoratur *Lepidia Potilla Sacerdos Divæ Fauſtinæ, & Divæ Matidiæ Auguſtæ.*

4 *Sabloneta.*
Miſit Dionyſius Sancaſſanus Medicus.

DECIMIA. G. F. CANDID
SACER. M. D. DELFICAM
CVM LARIBVS ET
CERIOLARIS ET N XXX

Decimia illa *Sacerdos Magnæ Deæ*, dono dedit Templo *Delphicam*, ideſt, ut opinor, Coronam, ſeu potius menſam. Porphyrionem audi ad Horatii Lib. I. Serm. Satyr. 6. *Menſa*, inquit, *marmorea, quam vocant Delphicam. Ceriolaria* fuere *Candelabra*. In poſtrema linea ſyllaba ET ſuperfluit, aut depravatus eſt locus. Fortaſſis ibi AER. legendum, ſcilicet *æreis numero triginta.*

2 *Brixiæ.*
Ex Oct. Rubeo.

EQVO PVBLICO. DECVRIONI
VERONAE TRIDENTI.... PROCILLAE
CVI ORDO BRIXIANORVM

CLODIAE.... PROCILLAE
SACERDOTI DIVAE PLOTINAE
SEX. VALERIVS POBLICOLA PRISCILLIAN.
FILIVS

Ad hos ipſos Valerios Brixianos ſpectat altera Inſcriptio in Theſauro Gruteriano pag. 480. num. 5. poſita *Sex. Valerio Sex. Fil. Fab. Poblicolæ Vettiliano.* Notiſſimum eſt, ex quo Imperatores cœpti ſunt referri in Deos, ſeu Divos, ejuſdem quoque honoris participes fuiſſe Auguſtas: ac proinde etiam Auguſtalibus Templa, & Sacerdotes feminas fuiſſe conſtitutas. *Plotinæ* Trajani uxori hujuſmodi decoræ minime earum.

5 *Megaræ.*
E ſchedis Ambroſianis.

ΑΓΑΘΗ.ΤΥΧΗ.
ΑΗ.....ΚΑ
ΦΑΥΣΤΕΙΝΑΝ.ΦΑΥΣΤΕΙΝΟΥ
ΙΕΡΕΑΝ.ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ.ΣΩΤΕΙΡΑΣ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ.ΕΝΕΚΕΝ.ΚΑΙ.ΦΙΛΟΤΕΙ
ΜΙΑΣ

Ideſt:

Quod Bene Vertat.
.....
Fauſtinam Fauſtini (filiam)
Sacerdotem Dianæ Servatricis,
Pietatis Cauſsâ Et Honoris (Civitas honorat.)

1 *Romæ,*
apud Antonium Denie Architectum.
Miſit Ignatius Maria Como Neapolita.

FLAVIAE
AMMIAE
SACERDOTI
CERERIS
OB HONOREM
CERIMONIORVM
HONESTISSIME
PRAEBITORVM
DECRETO ORDINIS

Animadverte *Cerimoniorum*, ſcilicet Ritum Sacrorum, pro *Cerimoniarum*, & quidem ſine Diphthongo.

2 *Cordubæ,*
E ſchedis P. Cattanei.

IVLIA. M. F. LAET.
SACERDOS DIV
AVGVSTAE

4 *Epheſi,*
ad forniceam XLV. Aquæductus.
E ſchedis D. de la Condamine *eductam miſit Bimardus.*

ΟΥΛΠΙΑΝ ΕΥΟΔΙΑΝ ΜΟΥ
ΔΙΑΝΑΝ ΤΗΝ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΟΥ
ΔΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΟΔΙΑΣ ΕΓΓΟ
ΝΗΝ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΔΙΟΝ
ΣΟΥ ΓΕΝΟΣ ΕΚΟΥΣΑΝ ΑΝ
ΘΕΝ ΙΕΡΕΙΩΝ ΚΑΙ ΚΟΣΜΗΤΕ
ΡΩΝ ΑΔΕΛΦΗΝ ΟΥΛΠΙΑΣ
ΣΤΡΑΤΩΝΙΚΗΣ ΚΟΣΜΗΤΕΙΡΗΣ Ε
ΤΕΛΕΣΑΣΑΝ ΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ
ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΑΝΑΛΩΜΑΤΑ
ΠΟΙΗΣΑΣΑΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΓΟΝΕΩΝ

Ex Verſione Bimardi.

Ulpiam Euhodiam Mudianam, Sacerdotem Dianæ, Filiam Mudiani Et Euhodiæ, Neptem Stratonis, Et Proprium Genus Deducentem . . . . . A Sacerdotibus (Dianæ) *& Ornatoribus, Sororem Ulpiæ Stratonicæ Ornatricis, Quæ Meſteria Suſcepit, Omneſque Sumtus Contulit Per Parentes* (Suos)
(Populus honorat.)

3 *Patavii,*
apud Carolum Patinum.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΣΜΥΡ. ΜΑΓΝ
ΟΥΛΠΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ ΟΥΛ. Θ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ
ΕΡΩΤΙ
ΟΥΡΑΝ

Ideſt:

Populus
Smyrnenſium Magneſiorum.
Ulpia Marcellina, Ulpii Filia,
Sacerdos Maxima
Veneris Cæleſtis.
Amori
Cæleſti.

Inſcriptionem hanc illuſtravit Patinus, uti & Anaglyphum, in quo ſpectatur effigies *Marcellinæ* ipſius, & Ara Cupidinis alati, tibiam inflantis. Subſunt geminæ puellæ, quarum altera Ciſtam tenere videtur, altera inſtrumentum quaſi triangulare geſtat, quod *Siſtrum* nonnulli ſunt interpretati, ſed a Siſtro alienum præſtare poſſumus *Veneris Uraniæ*, ſive *Cæleſtis* frequens memoria eſt apud Pauſaniam, Herodotum, aliosque Græcos Scriptores. Sunt & lapides eidem dicati apud Gruterum, & Reinesium. *Smyrna*, & *Magneſia*, Urbes conterminæ, & fœderatæ in Aſia.

5 *Ticini,*
in domo Palearium.
Miſit P. D. Gaſpar Berettus Monachus Benedictinus.

PETILIA Q. F.
SABINA
SACERDOS
MINERVAE
V. S. L. M
ADIVVANTE
M. CLAVDIO
FIRMO

1 *Juvenatii.*
Miſit Johannes Bernardinus Tafurius Neritinus.

D. M. S
PETILIAE Q. F. SECVNDINAE
SACERDOTI MINERVAE. VIX
ANN. VIIII. M. VII. D. XVIII. OB
INFATIGABILEM PIETATEM EIVS MESSI
A DORCAS. MAT. INFEL. FIL
B. M. P

Mancum lapidem hunc dedit Gruterus pag. 317. num. 6. Atque hinc diſce, Sacerdotio donatas fuiſſe teneras quoque puellas.

2 *Romæ,*
in Sepulcro Libertorum Liviæ Auguſtæ.
Ex edit. curâ Eminentiſſ. Cardinalis de Polignac.

MAENALVS		PHILEMATIO. AVG. L.
PEDISEQ.		SACERD. A. BONA
DEC.		DEA. MATER. MAENALI

De *Bona Dea* aliquid in Claſſe I. indicavi.

3 *In Civitate Sancti Germani.*
E ſchedis meis.

POMPEIAE
CN. F. PHOEBE
SACERDOT
DIVARVM
D. D.

DIVARVM, ideſt *Auguſtarum*.

4 *Veronæ,*
in Muſeo publico.
Ex Marchione Maffejo.

C. VERONIVS
CARPVS
VI. VIR. CL. MAI
VERONIAE
TROFIME SACER
MATRIS DEVM
MATRI
SANCTISSIMAE
ET VERONIO PRIMO

Obſcuræ ſunt ſiglæ illæ CL. MAI. Liceat nunc interpretari *Claudialis*, & *Majalis*, ſi *Majæ* cultus fuit Veronæ. Sed de *Severis* infra.

5 *Reperta prope Coloniam Agrippinam.*
Miſit Bimardus V. Cl.

DEAE SEMELAE ET
SORORIBVS EIVS
DEABVS OB HONOREM
SACRI MATRATVS
REGINA PATERNA
MATER NATA ET
FACTA ARAM PO
SVIT
SVB SACERDOTA....
SERANIO CATVLLO
PATRE

Mater Sacrorum in Reinefiana occurrit V. 14. Itaque *Matres* appellatæ in Colonia Agrippina Sacerdotes feminæ, *Semelen*, aliaſque cum ea Deas miniſterio ſuo colentes. *Nata* Mater dicitur, ut puto, quod Sacerdotem Patrem haberet, ac propterea jus ad Sacerdotium. *Facta*, quod ſuo tempore Sacerdotium inierit. SACERDOTA.... quaſi *Sacerdotabus*. Sed SACERDOTE videtur ibi ſcriptum.

1 *In Monte Drepani in Sicilia. E Gualterio.*

ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΤΙΤΙΕΛΟΥ ΑΠΠΕΡΑΙΟΣ
ΤΑΝ ΑΔΕΛΦΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΑ
ΜΙΝΥΡΑΝ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ ΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΑΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ

Ideſt :

Diodorus Titieli (filius) *Apperæus*
Sororem Suam Taminyram Artemonis Sacerdotem
Veneris Cæleſtis
(honorat.)

Appæa Oppidum Lyciæ. De *Veneris Cæleſtis* cultu exſtant epigrammata.

FLAMINES, & FLAMINICÆ.

2 *In Vico Sancti Innocentii in Sabaudia. E Guichenonio.*

ABR. FLAMEN TEMPLVM
T. IPSIVS ORNAMENTISQVE

3 *Agendici Senonum, hodie* Sens, *lapis effoſſus Anno Ch.* 1736. *Miſit Bimardus.*

M. AEMILIO NOBILI
FLAMINI AVG. MVNE
RAR. OMNIB. HONORIB

Forraſſe MVNERATO. Si *Muneratio* legas, nomine hoc donati fuerunt, qui Munus, ſive Spectaculum Gladiatorium Populo exhibebant.

5 *Spoleti. Ex Ligorio.*

M. AVRELIO. M. F. MAECIA
AVRELIANO. II. VIR. Q Q
ET. FLAM; MARTIAL
PROC. PECVN. PVBL
M. ENTRONIVS. M. F. SVC
VARIVS. IIII. VIR
POTEST. IIII VIR. QVINQ.
H. V. D

4 *Veronæ, in Muſeo publico. Ex Marchione Maffejo.*

C. AFRICANVS
C. F. CAPITO
FLAMEN

6 *Gratianopoli, in Vis Sancti Jacobi. Ex Marchione Maffejo.*

T. CASSIO
MANSVET
FLAMINI VIR. B
SCRIB. AEDIT
II. V. IVR. DIC
CASSIA ALTIA
PATRVELI

7 *Tarenti, in Sancti Cataldi. Miſit Petrus Polidorus V. Cl.*

FVSCO
MAG. AVGVST
FLAMINI. SALLENT
PROV. P.

Magiſter Auguſtalis, & *Flamen Salentinus* fuit *Fuſcus* iſte, cui *Provincia* monumentum *poſuit*. De *Salentinis* Populis perquam notis nihil eſt, quod ego quidquam adferam.

1 *Cutari,*
Ex Bonfanto.

Q. GABINO A. F. QVIR
RECEPTO
IIII. VIRO. IVR. DIC
QV. II. EQ. PERPETVO
FLAMINI DIVOR. AVG.
EX CONSENSV PROVINC

GABINIO ſcriptum in Marmore puto.

2 *Prope Noviodunum*
in Helvetia.
Miſit Bimardus.

C. IVL. C. F. VOLT
SEMATO
II. VIRO ITERVM
FLAMINI AVG
L. IVL. CAPITO AMICO
OPTIMO

3 *Romæ,*
apud Baptiſtam de Anagnia.
Ex Ligorio.

DIS MANIBVS
LAELIAE FELICITATAI
FEMINAE. PIISSIMAE. SANCTISSI
MAE. ET. LAELIAE. PRIMIGENIAE
FIL. P. LAELIVS. IANVARIVS
FLAM. MART. CONIVGI. BEN
MERITAE. FECIT

Flaminum Martialium ſupra, atque in aliis Lapidibus mentio occurrit.

4 *Noviodoni.*
Miſit Bimardus.

C. LVCCONI CO
TETRICI. PRAEFECT.
ARCEND. LATRO
PRAEFECT. PRO II. VIR
II. VIR. BIS. FLAMINI
AVGVST

Hic quidem *Præfectus arcendis Latronibus* fuit, quod officium perquam rarum fuit. At quid poſtea ſignificat *Præfectus Pro II. Vir.* quum ſubſequatur II. VIRO? Num legendum PRAEF. PROVINC.? At veteres conſueverunt apponere nomen Provinciæ.

5 *Brixiæ,*
in Secretario Cathedralis.
Ex Oſt. Rubeo.

ET MEFIVS FLAMEN FLORAL

7 *Tarenti,*
in Sancti Cataldi.
Miſit Petrus Polidorus.

Q. VERR. IIII. VIR. DIVI
AVG. FLAMINI IVR.
DIC. PERPETVO
EX CONSENSV PROV

Ante IVRE DICVNDO deſideratur IIII. VIRO, aut II. VIRO.

6 *Compluti in Hiſpania.*
E ſchedis P. Johannis Baptiſtæ Cattanei.
& Farneſiis.

C. NONIO
C. NONI FIL
QVIR. CRESCENT
MAG. FLAMIN
ROMAE ET AVG
D . D
C. NONIVS SINCERVS
PATRI

Magiſtrum Flaminum hic habes munus in ſacris, cujus rara, aut nulla eſt mentio in aliis fixis. Tibi tamen liceat legere *Magiſtro Flamini*.

8 *In Civitate Pemenſi.*
Miſit P. Alexander Berti
e Congregatione Clericorum Matris Dei.

PRIMIGEN. M. VETTIVS. MARC
ADVMENVS.....OMANVS
FLAM. MARTIALIS. VERCVRIVS

1 *Mutinæ, in Arce. Exscripsi.*

D . M
T.VETTIVS.T.F.POL.NEPOS MILIT
II.VIR.Q.Q.FLAM.DIAL.SIBI ET
LIB
SANCTISSIMAE CVM QVA PER MVL
BENE VIXIT TV
SVMVS MORTALES IMMORTALES NON SVMVS
PRAESVMPTIO NOSTRA HAEC EST VAS
VICTVROS CREDIMVS
SIC ERGO TV MORTAL. SECVRAM IAM NVNC
CASVS NOSTRI HAEC FACERE RELIN
MORTEM VIVERE SEMPER SO
AGENTES SANI AD SVPEROS HO
QVIA VIVERE N

Cui Tribui adscripta fuerit Mutinensis *firmissima, & splendidissima Populi Romani Colonia*, uti eum Tullius appellat, hinc fane discimus. Scilicet *Pollia*. Idem testantur Inscriptiones geminæ, in Thesauro Gruteriano exsidentes pag. 520. num. 2. & 521. num. 3. Quare est, qui nos adhuc fervetur lapis positus *P. Vettio. P. Fil. CAM. Sabino Mag. Mun. Raven.* quem Gruterus dedit pag. 486. num. 7. is non Civis Mutinensis, sed hospes ibi vitâ functus credendus est. Ludovicus Vedrianus noster illud CAM. *Camillo* interpretatur. Exploratum habet Eruditus quisque, significari per eum vocem breviatam, *E Tribu Camilia*. Neque *Magister Municipii Ravennatis* mihi creditur *Publius Vettius* ille *Sabinus*; sed *Magister Munerum Ravennatium*, aut *Muneris Ravennatis*, scilicet *Ludorum*, qui *Ravennæ* celebrabantur. Ceterum *T. Vettius Nepos* in hoc marmore fuit, ut videre, *Duumvir Quinquennalis*, *Flamen Dialis*. De quo postremo perquam illustri munere, & in Provinciis rarissimo, multa dederunt Eruditionis Romanæ Cultores.

2 *Narbone, E schedis P. Montfauconii. Misit Bimardus.*

VSVLENO VEIENIO
II. VIRO. FLAMINI PRIMVM
PLOCAMVS

3 *Nemausi, E schedis Guirani, in Bibliotheca Cæsarea.*

D. M.
AEMILIAE. L. F.
TITIAE FLAMINICAE
AVG. T. P. I

4 *Extra Romam. Ex Malvasia.*

ANIAE L. F. PLARIAE
VERNAE PRISCILLAE
FLAMINICAE
MAN. ATILII. C. LAMONIS CON
D Ꝺ D
PVBLICE

ANIA pro ANNIA. Quarta linea non uno errore fœdata mihi creditur. MAN. fortasse pro *Manii*. Sed literis MV. prænomen hoc scribi consuevit. Ad hæc quum addendum foret, cujus loci *Priscilla* foret *Flaminica*, suspicari liceat, pro MAN. fuisse MVN. in marmore, scilicet *Municipii* alicujus, cujus mentionem quæ subsequuntur depravata verba, ut puto, nobis eripuere.

5 *Mutinæ, circa Cathedralem. Exscripsi.*

D M
APPEIENA. C. F. PHILV
MENE. FLAM. MVT
SIBI. ET. P. TITIO. SABI
NO. MARITO. VIVA
POSVIT

6 *In agro Sentinate. Misit Eminentissimus Passionеus S. R. E. Cardin.*

AVIDIAE. C. F. TERTVLLAE
FLAM. MATRI MVNICIPAL
ORDO. VI. VIRAL.
OB MERITA EIVS

7 *Cercinæ, in agro Florentino. Ex Gorio.*

CASPIA
TERTVLLI
FLAMINAV
AN
L.CAPONIVS
ILIAL.M
ARIMINAI PRO
AVIAL
MARCIAL.CASP
CATINA PROBVS
L.A.ARAM

1 *Laude Pompeja.*
E ſchedis Valerii, & Cyriaci.

CATIA. M. F. PROCVLA
FLAMINICA T. F. L
PETRONIA. T. F.
CATIANA F. I.

2 *Mazarae in Sicilia.*
E Gualterio.

CLEMENTINAE
SORORI
FLAMINI
SENATORIS IN
VIXIT. ANN. III.

3 *Nemauſi,*
E ſchedis Guirani,
in Bibliotheca Cæſarea.

FLAMINIC. AVG.
CASVRII VITI
FVL VLAE
ATRIVS DOMITIVS
ALYPVS
VXORI OPTIMAE

4 *In Oppido Martos*
in Hiſpania.
E ſchedis P. Cattanei.

IVLIAE. C. F. LAETAE ET FLAMINICAE
DOMVS AVGVSTAE
L. MAECIVS NATIVOS CONSOBRINAE
PIISSIMAE ERGA SE

5 *Auguſtae Taurinorum,*
in Sancti Stephani.
Miſit Comes Caiſſottus
Præſes Senatus.

D M E OCTAVIAE ELPIDIAE FLAMINIC	M M ELPI OCTAVI ANVS

6 *Calari.*
Ex Bonfonio.

D . M
TITIAE FLAVIAE
BLANDINAE
FLAMINICAE
PERPETVAE DD.
AERE CONLATO
VICVS. MARTIS
ET. AESCVLAPIS

Interpretor *Flaminicæ perpetuæ Dearum*, ideſt *Auguſtarum*.

AUGURES, HARUSPICES, VESTALES, SALII.

7 *Romæ.*
Ex Malvaſia.

D . M
C. CAECILIO. C. F. PALATINA
PLOTINVS AVGVR
CAECILIAE ET LVCIAE
CONIVG. SANCTISSIM
PIISSIM. ATQVE FIDELIS
FECIT ET SIBI

Non unum mendum tolle, ſcribendo: C. CAECILIVS &c. CAECILIAE C. F. LVCIAE &c. FIDELI.

8 *Tiburi.*
Ex Donio.

AESCVLAPIO SANCTO
SERVATORI. ET. HY
GEIAE. SACRVM. PRO
SALVTE. ANTONINI. AVG
PII. FELIC. INVICT.
L. AVRELIVS. KALATINVS
AVGVR. D. S. INVICT. M
VOTO SVSCEPTO

Augur iſte fuit Dei Solis Invicti Mithræ.

9 *Fundis,*
in Sanctæ Mariæ.
E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius.

D . M.
T. FL. GEMINO. Q. Q. AVGVRI
DIGNO QVI VIXIT MECVM
ANNIS XXV. AVR. ZOSIM
F. B. M

10 *Arimini,*
apud Sanctimoniales Sanctæ Mariæ.
E ſchedis meis.

C. GALERIVS P. F. VITALIS
DVO. VIR. QVINQVENN.
AVGVR. D. P. S. LOCO SVO

1 *Romæ*, *in Via Lavicana. Ex Donio.*

ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΚΘΟ
ΝΙΟΙΣ
Μ. ΑΤΡΗΛΙΟΣ ΣΑΤΤΡ
ΑΠΕΛΕΤ. ΣΕΒΑΣΤ
ΑΤΓΟΤΡ

Ideſt:

Dis Manibus.
Marcus Aurelius Satyrus, Libertus Auguſti, Augur.

5 *Saxoferrati*, *apud Nicolaum Perottum Archiepiſcopum Sipontinum. Ex Donio.*

M. COCCEIVS
AVGVR. SODAL
VRB. VI. VIR. TVRMA
PALAT. TRIVMPHALIS
HONORATVS. PATRON
VETVSTATE. CONLA

T.F.LEM.SECORINVS
D.QVINQ.AVGVR.
RIAM.SOLO.PRIVATO
IA.FECIT

Utraque Inſcriptio in eodem loco; ſed nihil rei videtur eſſe uni cum altera.

2 *Peruſiæ*, *apud Nob. V. Cæſarem Meniconium. Ex Donio.*

A. LVSIVS. AMARANTI
VI. VIR. ET. AVGVR
SIBI. ET. LVSIAE. EPHYRAE

3 *Nemauſi. Ex March. Maffejo.*

D M
C. MARII ONESIMI
IIIIII. VIR. AVG
HARVSPICI PVBLI
CO
PATRI OPTIMO
FILIA POSVIT

4 *Romæ*, *in horto Silvii Aromatarii. E ſchedis Ambroſianis, & ex Donio.*

D . M
HELIO. AFIN.
PVB AVG.
SEXTIA. PSYCHE
CONIVGI. B. M

In hoc Sepulcrali lapide viſuntur inſculpti Juvenis, & Puella junctentes manus ſuper Ara, ubi tres Paues impoſiti, lignum videlicet Matrimonii initi per *Confarreationem*. Juvenis finiſtrâ volumen tenere videtur. In utroque latere duo Genii alati: infra Sphinges Tripodibus inſiſtentes. Apud Gruterum pag. 1087. num. 7. altera Inſcriptio legitur, poſita ab hiſce Conjugibus *Vivenie Filia*, ubi *Helius* iſte *Afſianus* appellatur *Publicus Augurum*, ideſt *Servus* Augurum. Ita quoque legendum in hoc Lapide:

6 *Florentiæ*, *apud Principem Corſinum. Ex Gorio.*

FELIX. PVBLICVS
PAL. FVRIANVS

AVGVR BARBIAE
CONIVGI. SVAE. POSVIT

Gruterus quoque hanc dederat, ſed non ſatis accurate deſcriptam pag. 303. num. 3. Eo autem lubentius hanc iterum ſiſto ante Eruditorum oculos, quo plus eam mihi conſideranti obſcura continere videtur. Doctiſſimus Gorius breviatam vocem PAL. exponit *Palatina Tribu*. Non ſubſcribo. Extra conſuetum locum Tribus hæc adnotata fuiſſet. Quod plus eſt, agi hoc de Servo opinor. FELIX nomen eſt Servi. PVBLICVS idem eſt atque Servus *Publicus*: quippe, ut non ſemel monui, fuere Servi Publici Coloniarum, Collegiorum, Sacerdotum &c. Quamquam, ſi quis contendat non deſiiſſe Libertos, *Publici* appellatione donatos, qui Collegia inſervirent, me is contradicentem non eſt habiturus. Itaque meâ ſententiâ hoc legendum eſt AVGVRVM, aut AVGVRALIS, ita ut is fuerit Servus *Publicus Augurum*. In Gruteriana Inſcriptione pag. 1087. num. 7. uti vidimus, occurrit *Helius Aſſinianus Publicus Augurum*. Neque mihi negotium facceſſunt interpoſitæ voces PAL. FVRIANVS. Quod *Paſſarii* Servus, aut Libertus antea is fuerit (nam conjuncta hæc lego) is PALFVRIANVS dicitur: cujuſmodi nominum exempla non pauca habes inter Servos, & Libertos Liviæ Auguſtæ. Præſto quoque nobis eſt Gruteriana Inſcriptio pag. 603. num. 6. ubi memoratur *Fortunatus Publicus Sulpicianus Curionalis*. Uti notum Eruditis, *Curiones* Sacerdotum genus fuere. Eorum ſervus erat Fortunatus iſte.

1 *Pisis*,
apud Nobb. Roncionos.
Ex Card. Norisio, & Gorio.



Mire vitiatam dederat Gruterus pag. 444. num. 1. Eamdem protulit & Reinesius pag. 760. sed adhuc mendis respersam. Nativum ei tandem vultum reddidere magnus Card. Norisius, sed præcipue Clariss. Gorius. *Severinus* ille *Augur*, aut, ut ego arbitror, *Augustalis Pisis* fuit, *Curator Calendarii Florentinorum*. Lego in principio: *Mettia Januaria hic adquiescit, Conjux Benemerita*, vel *Conjugi Benemerenti*.

2 *Patavii*,
in Sanctæ Justinæ.
Ex Com. Sertorio Urfato V. Cl.

3 *Romæ*.
E schedis meis.

D . M
L. CESENNI SOSPITIANI
EX ORDINE AVRISPIC. IX.
VIX. AN. XXV. PARENTES
FILIO OPTIMO
AVRISPIC. pro ARVSPICVM.

4 *Dianii*,
in Hispania.
E schedis meis.

L. HILARIO ARVSPICI
CARCILLA IVNIA
VXOR
MARITO OPTIMO

5 *Clusii*.
Ex Gorio.

C. BAEBIVS
L. F
ARRESPEX
Pro ARVSPEX.

6 *Romæ*,
in Sanctæ Mariæ in Transtiberim.
Ex Donio.



7 *Eugubii*.
Ex eodem.

L. VETVRIVS
RVFIO
AVISPEX. EXTISPICVS
SACERDOS
PRIVATVS

Idem prope fuit *Avispex Extispicus*, atque *Aruspex*, & *Augur*. Ejus nempe munus fuit, ex *Avium* volatu, cantu, aut pastu, atque ex observatione *Extorum* futura prædicere. Hinc natum *Auspicium*.

8 *Neapoli*,
apud Principem Cellamaris.
Ex Vignolio.

D . M
D. IVNIO. D. F. CLAV
CERTO SACERDOTI
ET ARVSPICI. PVBLICO
EX GENERE SACERDO
TVM CREATO FRA
TRI PIENTISSIMO

Desideratur nomen Fratris, qui Titulum hunc posuit.

9 *Tarracone*,
in platea de las Raquetes.
E schedis Farnesiis.

D . M
L. FLAVIO HARVSPICI
CARCILLI
IVNIA VXOR
MARITO OPTIMO

Carcillum hic videtur locus, ubi *Lucius Flavius Haruspicem* agebat.

1 *Romæ in lapide quadrato semiruto.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

Nomina Augurum.

M. ATILIVS RVFINVS
SEX. SALVIVS SENILIS
C. AVTRONIVS MAXIMVS
L. TITVLEIVS FELIX
P. VALERIVS FESTVS
M. IVLIVS MAXIMINVS
C. IVLIVS VERVS
L. VALERIVS VERECVNDVS
CANIA LAIS
L. CALVIVS CLEMENS
T. MANVCIVS VITALIS
M. PVBLICIVS HISTER
M. SOLETIVS OPTATVS
C. LOLLIVS CONSTANS
M. TAMMIVS PVDENS
C. IVLIVS RIPANVS
Q. VALERIVS FIRMVS
C. DOMITIVS VICTOR
M. SEXTILIVS MAXIMVS
Q. VALERIVS CAPITO
L. DONNIVS PROBVS
C. IVLIVS PHILETVS
L. CANINIVS SVPER
M. VALERIVS SECVNDVS
CLAVDIA HELPIS
L. VALERIVS SECVNDVS
M. HERENNIVS CAPITO
C. VALERIVS GRATVS
Q. RABILLVS MANSVETVS
M. CAECILIVS RVFFVS
A. AQVILIVS PHILETVS
L. NAEVIVS PROCVLVS
L. CASSICIVS HOMVNCIO
L. CAVILLIVS RVFVS
C. VERATIVS PRIMVS
C. SALVSTIVS AMANDVS
L. MVLVIVS COMMODVS
L. LOREIVS EXORATVS
P. LOREIVS PROCVLVS
L. SACIDIVS THALLVS
P. VALLIVS SVCCESSVS
L. CLAVDIVS CASSIANVS

E schedis Fontaninianis hæc hausit Comes Beretta Eruditionis antiquæ egregius cultor. Heic autem habes, ut opinor, *Collegium Augurum*, ex aliis lapidibus notum. Animadverte, duas etiam Feminas inter eos recenseri.

2 *Romæ,*
E schedis meis.

CAMPIAE SEVERINAE. V. V. MAX. SANCTISSIMAE
CVIVS SINCERAM PVDICITIAM
SENATVS COMPROBATAM
AETERNA LAVDE PVBLICE CVMVLAVIT
P. VETVRIVS CALLISTRATVS V. E
SVFFRAGIO EIVS FACTVS PROC. RAT. SVMM.
PRIVAT. BIBLIOTHECARVM. AVG. N.
ET PROCVRATOR EIVS

Infra inter Consulares ad Annum Christi 240. alterum habebis elogium ipsius *Campiæ Severinæ Virginis Vestalis*. Romæ eodem Vestali *Publius Victorius Callistratus Vir Egregius*, hoc memoratus, creatus fuerat *Procurator Rationalis Summæ*, aut *Summarum privatarum Bibliothecarum Augusti nostri*: quod munus addendum est Officiis Domus Augustæ.

3 *Tiburæ,*
in Valle Fluminis.
Ex Ligorio.

SQVATERIAE. PRISCAI
VIR. VESTAL. MAX. SANCTISSI
MAI. PVBLIA. DECRIAN
SOROR. VV. CVSTOD
CVRA. AGENT. INPEN
PVBL. P.
CVRANT ♁
L. CLAVIRIVS. L. F. BESTIA
SACERD. MATR. D. M. ID
D. FERIDIVS. D. F. TVBVRTIVS
CVM. SABINA. C. F. HERENNIA
TITVL. VS ♁

4 *Romæ,*
in testudine Sanctæ Mariæ Rotundæ
Ex eodem.

VIDERENT CAPITOLIVM
VESTALES. CAERE. DEDVXIT
QVI RITVS SOLLEMNES. NE
RENTVR. CVRAI. SIBI. HABVIT
VENERATA. SACRA ET. VIRGINES

Cære olim celebre Oppidum, & Municipium Etruriæ. Illuc Sacrorum tædæ Lib. V. Gallis Romam oppidentibus, *Vestales* ipsæ receperunt. De *Caritibus* quoque Livius Lib. 7. Cap. 22. scribit: *Conversique ad delubra Vestæ, ibi supplicium. Flammam, Vestaliumque ab se caste, ac religiose cultum invocabant.* Vide Gruterum pag. 492. 7.

1 *Romæ,*
in Musæo Eminentissimi Cardinalis Albani.


GENTILIS VIVVS
LIBERTIS LIBERTA
BVS POSTERISQVE EORVM
HOC MONVMENTVM SIVE LOCVM SI
QVIS VENDERE VEL DONARE VOLVERIT
VIRGINIB. VESTALIBVS H·S XX
POPVLI ROMANI IN
II. IN AGRO PED. XIII

2 *Romæ,*
in Collegio PP. Societ. Jesu,
in Lamina æreâ cum foramine
in latere.
Missit P. Contuccius Contucci.

CALPVRNIAE
PRAETEXTAT
V V
MAXIM
IMMVN

Idest: *Virgini Vestali.*

3 *Romæ,*
in Foro Portæ Papiæ.
Ex P. Mabillonio.

SEX. SEXTILIVS SEX. F. PAPIRIA
FVSCVS. FLAMEN ROMAE ET DIVI
CLAVDII IIII. VIR. I. D. PONTIFEX. AVGVR.
SALIVS GRAT. D. D. PRAEFECT. FABR. DED.

Salios, nobile Sacerdotum genus, quia e Patriciis tantummodo electum, Eruditi satis norunt. *Sextilius* iste *Fuscus* appellatur SALIVS *Gratuitus Divorum*, ut ego interpretor, idest *Augustorum*. Spartiano teste, Caracallæ Augusto, post mortem *Templum Salii*, & *Sodales Antonini* constituti fuerunt: quo honore non caruisse credendi sunt alii Imperatores. Et quemadmodum in antiquis Lapidibus occurrunt *Sacerdotes*, & *Augustales Gratuiti*, ita fas est arbitrari, *Salios* quoque nonnullos *Gratuito* cooptatos olim fuisse.

4 *Romæ.*
E schedis Ambrosianis.

PATRICIO SALIO C
STLI TIB. IVDIC. QVÆ
PRAET. CANDIDAT

5 *Tiburi,*
in Sancti Petri Carmelitarum.
Ex P. Lupo Soc. Jesu.

APP. I
L
IIII. VIR
IIII. VIR
ITERVM
SALIVS C
TRIBVNVS
FANI HER
SVO EX

6 *Brixiæ,*
in Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Ex Rubeo.

C. VIRACIO
LONGINO
VI. VIR. VERONAE
ET SALIO. ET
QVINTAEQVINCTIAE. P. F.

7 *Romæ,*
prope P. Salariam.
Ex Donio.


T. SEXTIVS. T. F. V
M. VIBIVS. OVE
SECVNDVS. LVO
VESTINVS
AFRICANI. CON
FILIVS. SALIV
HADRIANALIS IT
PRAETOR. INCO
CAESARIS. LAVR
PROVINCIAE. AF.
T. SEXTIVS. MAGI
PATRI

8 *Tarracinæ,*
in basi.
Ex eodem.

Q. POMPEIO. Q. F.
QVIR.....ONI
SOSIO PRISCO....
SALIO. COLLIN
TARRACINEN
DECRETO
DECVRIONV
PATRON

De *Saliis Colinis* tritam eruditionem aliunde petas velim.

RELIQUI SACRORUM MINISTRI.

1 *Romæ,*
ad ripam fluvii Almonis.
Ex Donio.

AELIE. RECEPTAE
TYMPANISTRIAE
M. D. M. I

Ideſt: *Magnæ Deûm Matris Idææ*; quo nomine donata Cybele. Notum eſt, in ejus Sacris pulſata fuiſſe *Tympana*. Hinc diſcimus, non Sacerdotes tantùm mares, ſed & feminas eumdem ſtrepitum edidiſſe.

3 *In Oppido Carapellis*
Sanctis Severini.
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

CALVIDIA. T. F. SECVNDA
QVINCTIA SEX. F. SECVNDA
CASNASIA Q. L. RVFA
CASNASIA Q. L. SPERATA
SPERATA MVNATIDIA
SER. VENERI D. D
MAGIS VENE

4 *Romæ,*
in Sanctis Silveſtri;
in pluribus fragmentis.
Ex Ligorio.

L. IVNIVS. L. FILIVS
CVMINVS. LIB. THREPTO
MAXIMO. RECTORVM. MI
NISTR. APOLLINIS. ADLECTO
OMNIA. DAPHNE
OPTIMO

Male compacta hujuſmodi fragmenta. In penultima linea legendum videtur COMINIA DAPHNE; ſenſus tamen adhuc claudicat.

6 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis
Alexandri Albani.

D. LAELIVS BALBI L.
SATVR. VIATOR
VII. EPVLON

Septemviri Epulonum genus Pontificum fuere, quorum munus erat Epulare Sacrificium facere, atque Epulis Ludorum publicorum præeſſe. Inter nobiliora eorum Collegium numerabatur. *Lælius* iſte *Satur*, illorum *Viator*, famulus, ſeu Miniſter fuit ad ipſorum mutum.

2 *Tridenti.*
Miſit Jacobus Tartarottus,
Civis Roveretanus.

MAG
CASSIA MARCELLA
IVVENTIA MAXSVMA
FIRMIDIA MODESTA
NVMONIA SECVNDA
MIN
IVVENTIA SECVNDA
MANNEIA PVPA
LOREIA PRIMA
ETTIA SECVNDA

Uti olim apud Ethnicos fuere *Magiſtri* inter viros Sacerdotes, aut Sodales, alicui Numini dicatos, nempe qui primum locum in eorum Collegio tenebant, ſive potius delecti erant ad erudiendos reliquos in ſacris; ita etiam inter Sacerdotes feminas, ve*l* Cultrices alicujus Deæ, fuerunt *Magiſtræ*. Priores in hoc lapide mulieres eodem munere fungebantur. Subſequentes quatuor *Miniſtræ* erant.

5 *Romæ,*
in columella,
ad Sancti Urbani
extra Portam Capenam.
Ex Donio.

ΕΣΤΙΑΙ ΔΙΟΝΤΣΟΤ
ΑΠΡΟΝΙΑΝΟΣ
ΙΕΡΟΦΑΝΤΕΣ

Ideſt:

Veſtæ Bacchi
Apronianus
Hierophanta.

Hierophantæ Sacerdotum genus fuere, qui Myſteria Eleuſinia potiſſimum præerant, & initiatos ad ſacra Myſteria introducebant. In aliis quoque Sacris *Hierophantæ* occurrunt.

7 *Tergeſte,*
Ex P. Irenæo della Croce.

EX RESPONSO
ANTISTITVM
PROSPOLOIS
C. LVCANVS SEVERVS
PRO
L. LVCANO FILIO

Antiſtites appellati Sacerdotum primarii. At quid eſt hæc PROSPOLOIS? Ne Deos puta, quibus ſolutum ſit pro Filio Votum: προσπολος Græcis eſt *Miniſter* ſeu *Famulus*. Miniſtri quoque Deorum nuncupati fuere προσπολοι. Num ergo indicatur hæc donum Miniſtris alicujus Templi oblatum?

1 *Carthaginæ, apud Johannem Vincentium Capomazium. E schedis meis.*



Eruditus Lector minime indiget, ut a me discat, *Orgiophantas* proprio vocabulo appellatos fuisse Bacchi Sacerdotes. At quidnam hoc indicent Palma, & Canis, eorum erit, quibus otium suppetit, inquirere.

2 *In Epiro, apud Arechtheam Acarnaniam. E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.*

ΣΩΤΗΡΙ ΔΙΙ ΑΦΡΟΔΕΙΤΑΙ
ΜΑΝΤΙΣ
ΒΙΟΣ ΑΓΑΣΙΔΑΜΟΤ
ΑΤΑΛΗΤΑΣ
ΑΜΙΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΤ
ΚΑΡΙΞ
ΦΙΛΙΣΤΩΝΟΣ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΤ
ΕΙΡΟΣ
ΣΟΣΤΡΑΤΑ ΕΟΠΑΤΟΤ

Ideſt:

Servatori Jovi Aphroditæ.
Vates
Bius Agaſidami.
Auletas
Amitius Apollonii.
Carix
Philiſtonus Polyſtrati.
Irus
Soſtrata Eopati.

In ſchedis Cyriaci legitur

ΕΙΡΟΣ
ΣΟΦΟΚΛΕΙΣ.
ΟΙΝΟΧΟΤΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ.

Ideſt:

Irus
Sophocles.
Pincerna
Apollonius.

Nomine *Aphroditarum*, ut ſupra monui, ad alteram Inſcriptionem productam ex eodem Epiri loco, intelligo Miniſtros Templi Veneris, potius quam Cives *Aphroditæ* alicujus Civitatis: multas enim Orient habuit. Hinc autem enumerantur varii in ſacris Miniſtri. ΜΑΝΤΙΣ ideſt *Vates* primum tenet locum. Capitolinus in M. Antonino: *Fuit in eo Sacerdotio, & Præſul, & Vates, & Magiſter.* Appellatus autem Μάντις, ſeu Vates, qui vaticinabatur, & futura prædicere credebatur, aut qui Carmina pangebat, aut etiam in ſactis canebat. Romanorum Augures, aut *Haruſpices* reſpondebant *Vatibus* Græcorum. ΑΤΑΛΗΤΑΣ erat *Tubicen* Sacrorum. Hujuſmodi Muſicorum multa eſt mentio apud Græcos Scriptores. ΚΑΡΙΞ, ſive ΚΗΡΙΞ *Cerix*, genus fuit ſacrorum Miniſtrorum, de quibus loquitur Pollux Lib. I. Cap. primo, & præcipue Lib. VIII. Cap. nono; & profecto Pauſanias in Atticis, ut alios omittam. *Præcones* ſonare Latine videntur. ΕΙΡΟΣ, ſive *Irus*, corruptum nomen puto. Fortaſſe ſcribendum ΙΕΡΟΣ, ideſt *Sacer*, ſive *Sacerdos*. Si Cyriaci lectionem amplecteris, mentionem quoque *Pincernæ* habes, quod in ſacris eorum uſus frequens fuerit, & *Jovi* potiſſimùm, Tullio teſte, *Pocula miniſtrarentur*.

3 *Romæ, Miſit Ficoronius.*

AGATHEMERI
AEDITVI

De *Ædituorum* officio vide infra.

4 *Sardis in agro. Ex Thoma Smitho.*

ΜΑΡ. ΑΤΡ. ΑΙΜΕΙΔΙΟΝ ΤΟΝ
ΑΞΙΟΔΟΓΩΤΑΤΟΝ ΑΣΙΑΡΧΗΝ

Ideſt:

M. Aurelium Æmilium
Summe Laudabilem Aſiarcham.

Aſiarchæ fuerunt principes Sacerdotum ab univerſitate Civitatum Aſiæ delecti, quorum curæ potiſſimum commendata erant Sacra, Ludi, Certamina, & reliqua Populi Spectacula.

1 *Romæ.*
E ſchedis meis.

ΧΤΖΙΚΗΝΩΝ. ΙΕΡΟΠΟΙΟΙ. ΚΑΙ. ΜΤΣΤΗΡΙΩΝ. ΕΤΣΕΒΕΙΣ
ΕΠΙ. ΑΝΤΙΓΕΝΟΤΣ. ΤΟΤ. ΕΡΜΑΓΟΡΟΤ
ΙΠΠΑΡΧΕΩ
ΣΑΜΟΘΡΑΚΕΣ. ΕΠΙ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΡΙΔΗΛΟΤ
ΙΧΟΣ. ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΣ. ΑΡΙΣΤΕΩ
ΞΕΝΟΣ. ΦΙΛΟΞΕΝΟΤ
ΛΙΤΑΙ. ΕΤΣΕΒΕΙΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΑΓΑΛΟΤ. ΘΕΡΣΙΩΝ. ΗΡΟΓΕΙΤΗΣ
ΚΤΒΕΡΝΗΤΗΣ. ΜΗΝΟΦΙΛΟΤ

Ideſt:

Cyzicenorum Hieropoei, & Miſteriorum Pii Cultores
Sub Antigene (Filio) *Hermagoræ*
Hipparcheo
Samothraces Sub Rege Aridelo.
Hichus Parmeniſcus Ariſteo.
Xenus Philoxeni (Filius.)
Cultores Pii Aſclepiadis
Agali, Therſion Herogites,
Cybernetes Menophili (Filius.)

Hieropœorum nomen *Sacrificulos*, ſeu *ſacrificia facientes* nobis ſonat. Hi apud Græcos Magiſtratum conſtituebant, Pollucе teſte, ex decem viris conſtantem. Eorum fuit Haruſpicibus adſtare, & curare, ut Sacrificia ſecundùm leges peragerentur. De iis etiam meminit Demoſthenis Scholaſtes. Poſt *Cyzicenos Hieropœos* ſubſequuntur in Inſcriptione *Samothraces*. Quomodo hi ſimul jungantur, non facile intelligimus. Quippe *Samothracia* Inſula pars eſt Thraciæ ad Occidentem; *Cyzicum* verò Civitas Myſiæ fuit, Thraciæ quidem proxima, ſed ad Orientem. Aut ergo Cyziceni Hieropœi Samothracium vota ſoluturi ſe contuliſſe videntur; aut Cyzicum deducta Samothracum ſacra ibi per Sacerdotes Samothraces adminiſtrabantur. Celeberrima ſanè in Oriente fuerunt *Samothracum* ſacra, eorumque Cærimoniæ *ſanctiſſimæ* appellat Plinius lib. 36. Cap. 5. Templum eoque nobiliſſimum iis fuit, magno Populorum concurſu honoratum. Sequitur *Sub Rege Aridelo*. Non hunc Regem puto Samothracibus, aut Cyzicenis dominantem, ſed quidem *Regem Sacrorum*, qualem antea vidimus apud Romanos, & quali etiam uſi olim fuerunt Athenienſes, uti Ariſtoteles Lib. 7. Politicorum, Demoſthenes in Oratione contra Nœram, Pollux, & alii prodiderunt.

2 *Delphis,*
in Templo Apollinis.
E ſchedis Alexandri Marchionis Capponii.

ARISTAGORA
PRINCIPE IN DELPHIS
CVSTODIAE RVRALIS
AD TEMPLVM SACRVM
CVRANTIBVS
POLEMARCHO ALEXAMENO ET DAMONE

E Græco converſa in Latinum videtur Inſcriptio hæc. Nam Principe eſt Ἀρχοντος. Hinc autem diſcimus, fuiſſe Delphis *Archontes* præfectos *Cuſtodiæ rurali*.

3 *Mazuriæ,*
in urna.
Miſit Ignatius Maria Como.

. . . . . .
VIRO. CLARISSIMO. SACRORVM
CVRATORI. CONSVLARI
MARI PRO.

Curatores Sacrorum, aut *Templorum* perquam raro in antiquis lapidibus occurrunt. Non ii Sacerdotes, ſed qui Religionis intuitu curabant, ut nihil Sacris deeſſet, & ſplendor, & cultus ſervaretur, aut augeretur in Templis. Parum fortaſſe diverſi ab *Ædituis* fuerunt. Vitium minime deeſt in vocibus poſtremis.

4 *Romæ,*
in Villa Medicea.
E ſchedis Franciſci Ptolomei.

C. AEMILIO. C. F. FAB
ANTONINO
EQVITI ROMANO
Q. Q. PATRONO MVNICIPII
OMNIB. HONORIB.
HONESTE PERFVNCTO
CVR. FANI. HERC. VICT
PONTIFICI

Aurelio Victore teſte Romæ in Foro Boario fuit *Ædes Herculis Victoris*. At Inſcriptio hæc ad Municipium quoddam ſpectat, in quo pariter *Herculis Victoris Fanum* exiſtebat, cujus Curator erat *Æmilius* iſte *Antoninus*. Fortaſſis ad *Aquinum* pertinet lapis, ubi *Hercules Victor*, uti fidem facit Gruterianum marmor pag. 315. num. 8. colebatur.

1 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

DIS MANIBVS
.....AVG. LIB. BATHYLLVS. AEDITVS. TEMPLI. DIVI AVG.
ET DIVAE AVGVSTAE. QVOD. EST. IN. PALATIVM
IMMVNIS. ET. HONORATVS

Unicuique Templo fuit erat *Ædituus*. Nobis nunc appellatur *Sagristano*. Animadverte *in Palatium* pro *in Palatio*; sicuti AEDITVS pro AEDITVVS, quum tamen specket Inscriptio ad meliora tempora Linguæ Latinæ. At vox *Ædituus* (nisi sit descriptoris mendum) marmorarii officiantis tribuenda.

2 *Ibidem,*
in Palatio Farnesio.
Ex Cl. V. Francisco Blanchinio.

COSMVS. AEDITVVS. MATRIS. D. M. IDAEAE
ANTIOCHO. SACERDOTE. ANNIS. XII. EIVSD. LOCI
AB. IMP. AVGVSTO. GRATIS. MANVMISSVS OL
SVPRA. SVNT. H-S. N. L. DONATIONIS. CAVSA. MANCIP

Perfectior, quàm quæ apud Gruterum habetur pag. 308. num. 9. Inobservatum minime dimitte illud *Ab Imperatore Augusto Gratis Manumissus*. Si *Cosmus* ille *Gratis*, ergo non deerant, qui vel ab ipsis Augustis Libertate donabantur, sed felicitatem hanc procurante Reginâ Pecuniâ. Proinde quod tot Augustorum Liberti in antiquis monumentis occurrant, non continuo eorum Libertas tribuenda est Dominorum Liberalitati, & Caritati.

3 *Romæ,*
in Vinea Poggiana.
Ex Ligorio.

M. IVNIO. M. F. IANVARIO. AVG.
LIB. AEDITVO. AEDIS. MART. ANN. XX.
M. IVNIVS. M. F. SALVIANVS. SACERDOS
TIT. FEC.

4 *Romæ,*
apud Cardinalem Massjum.
Ex eodem.



Cur verò Serpens, spiris suis sepulcralem columnam cingens, appositus fuerit, divinandi artem callentibus explicandum relinquo.

5 *Romæ,*
prope hortos Sallustianos.
Ex Donio.

VENERI
HORTORVM SALLVSTIANORVM
C. SALLVSTIVS DRVDVS
AEDITVVS. DD.

6 *Romæ,*
prope Ædem Beatæ Mariæ
in Schola Græca,
ubi Ara maxima Herculis Victoris
exstitisse creditur.
Ex eodem.

P. VECTIVS P. L.
PHILOLOGVS
AEDIT. V. S. L. M.

7 *Romæ,*
in horto Lælii Gratiani.
Ex eodem.

A. OSTIENSIS
ASCLEPIADES
AEDITVS. CAPITOLI
SIGNVM. MARTIS
CORPORI FAMILIAE
PVBLICE
LIBERTORVM
ET SERVORVM
D. D

1 *Romæ,*
in hortis Ludovisiis,
E sepulchris Ptolomeis.

M. FICTORIO M. F.
SYNHISTORI CVR
AEDITVOM. CASTORIS
ET POLLVCIS
XVI
AEDITVI
CASTORIS ET POLLVCIS
POST MORTEM
H. C.

Huic uni lapidi debemus munus *Curatoris Ædituorum*: Quod verò heic se nobis offerant *XVI. Ædituı* Fani *Caſtoris*, & *Pollucis*, id ſane peregrinum videatur. Sodalitium fortaſſe fuit Templo alli inſerviens.

2 *Civitellæ ad Arnum,*
apud Sotios.
Miſit Rodulfinus Venuti V. Cl.

PRILEROS
QVI. PRAEFVIT. TEMPLO
ARNAE
STATIA CHARITE
FORTVNAE D. D.

Suum & huic lapidi pretium futurum eſt, quod nobis ignotum antea prodat Templum *Fortunæ Arnæ*, ſitum videlicet ad ripas Fluminis Arni. *Prileros* hic memoratus ex nomine ſe prodit Servum, ſed uti *Coſmus* in præcedentibus Servile quidem nomen præferebat, quum tamen Libertus foret, ita factum de *Phileroto* iſto opinor, qui Ædituum egiſſe & ipſe videtur.

3 *Florentiæ,*
apud Nob. V. Carolum Strozzium.
Ex Montfauconio, & Gorio.

HI. DEI. NOTA
OS
QVAE. DEAE NILO
VDICA
XANDRIA. CVI. FLOS
VM. IVVENTAE
ARCARVM. NOTA. SVSTV
NVIDA DITI
ΔΕ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. ΚΟΡΗ ΠΡΟΠΟ
ΛΟC ΔΙΟΝΤΣΟΤ
CΤΟΦΟΡΟΣ ΤΕ ΘΕΑΣ ΝΕΙΛΩΤΙΔΟC
ΕΙCΙΔΟC ΑΓΝΗC
ΙΚΟCΙ. ΔΙC. ΠΛΗΡΩCΑCΑ ΧΡΟΝΩ
ΚΕΙΤΑΙ. ΑΤΚΑΒΑΝΤΩΝ

Ideſt:

Alexandria Puella, Famu-
la Bacchi,
Et Ciſtophora Deæ Nilotidis
Iſidis Puræ,
Bis Viginti Impleto Tempore
.....Jacet Annis.

Quæ heic appellatur *Bacchi famula*, Ædituı in Templo Liberi fuiſſe videtur. Antonius Salvinius V. Cl. ſuſpicatus primo legendum eſſe in Græcis literis ΚΙΣΤΟΦΟΡΟΣ, deinde ſtatuit, ΠΑΣΤΟΦΟΡΟ: ibi eſſe reſtituendum, quaſi *Alexandria puella fuerit Thalamifera, quæ Iſidem in tabernaculo collocatam geſtaret, & circumferret*. Mihi adhuc probabilius videtur, *Ciſtophora* ibi eſſe legendum: de quo munere in ſubſequenti Inſcriptione aliquid innuam.

1 *Romæ.*
Misit P. Joseph Blanchinius Presbyter Oratorii Romani, V. Cl.

Memoratur hæc eadem Ædes (extra Romam, ut opinor, sita) in Gruterianâ Inscriptione pag. 111. num. 1. spectante ad *Quintium Cæcilium Apollinarem Fanaticum de Æde Bellonæ Pulvinensis*. Sic appellata, ut puto, fuit Bellona, quod in illa Æneæ emissa statua *Pulvino*, seu *Pulvinari* suppolito inniteretur cubito. Adhibebantur autem *Cistæ in* sacris iis, in quibus Ethnicorum superstitio latere credebat, seu potius fingebat, Mysteria, & arcana, Populo minime revelanda. Hinc apud Tibullum Lib. I.

Et levis occultis conscia Cista sacris.

Ita Apulejus Lib. XI. Metamorph. *Forebatur ab alio Cista secretorum capax, genius celans operta magnifica Religionis.* Sed bene cessit, quod Clemens Alexandrinus in Admonit. adv. Gentes mysticas ejusmodi Cistas reclusit, earumque arcana nobis ipse verbis revelavit. *Quales autem sint Cistæ eorum mysticæ? Oportet enim Sacra eorum revelare, & arcana enuntiare. Annon ea sunt Sesamides, & Pyramides, & lana bene laborata, hâcque multis distincta umbilicis, latisque pugillis, & Draco orgium Bacchi Bassaris? Avium mala Punica, atque etiam corda, ferulæ, & hederæ, & præterea placentæ, & papaveræ? Hæc sunt eorum Sancta.* Potissimùm verò in Bacchi Orgiis, atque in Isidis, & Cereris sacris usurpata fuit Cista, ut Eruditi viri jamdiu animadverterunt, satisque prodit præcedens Inscriptio, in qua appellari mihi creditur *Alexandria* puella *Cistofora Deæ Isidis*. Frustum ipsius *Cistæ* exprimit hoc marmor, ex quo discimus, *Bellonæ* quoque suos fuisse *Cistophoros*, qualis utique nobis repræsentatur *Lartius* ille *Antbus*; simulque discimus exstitisse *Ædem Apollinis Argentei* in conterminis locis.

1 *Venetiis,*
apud Nobiles Emos.
Miſit P. Alexander Berti Lucenſis
e Congregatione Matris Dei.

ΑΡΧΕΔΑΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΤΟ Δ ΑΓΑΔΜΑ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΤΠΕΡΤΕ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΚΑΝΗΦΟΡΟΥΣΗΣ ΔΩΡΟΘΕΑΣ
ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΙΣΙΔΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟΥ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ ΕΠΙ
ΜΕΛΗΤΟΥ ΔΕ ΤΗΣ ΝΗΕΟΥ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ

ΔΙΟΝΤΣΕΟΔΩΡΟΣ ΚΑΙ ΜΟΣΣΧΙΩΝ
ΚΑΙ ΑΔΑΜΑΣ ΟΙ ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΙ
ΖΑΚΟΡΕΤΟΝΤΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΟΣ ΕΠΟΛΟΥ

Ideſt :

Archelaus Dionyſii (filius) *Marathonius Simulaerum Hoc*
Poſuit Pro Se, Et Uxore
Et Filiis, Caniſtra Geſtante Dorotheâ
Ipſius Filia Iſidi, Sacerdote Exſiſtente
Demetrio (filio) *Demetrii Anaphlyſtio, Curatore Verò Templi Dionyſio* (filio) *Demetrii*
Anaphlytio.

Dionyſodorus, Et Moſſchion
Et Adamas (filii) *Adamantis, Athenienſes,*
Æditui Munus Gerente Marathone Epoli (filio.)

Dorotheæ, quæ heic appellatur Κανηφόρος, ſive *Caniſtrum gerens*, aut *Caniſtrigera*; fortaſſis eadem fuit atque *Ciſtophora*: quod officium in ſacris perquam familiare præcedens Inſcriptio nobis oſtendit. Infra inter Conſulares videbis aliquot Fratrum Arvalium Faſtos. Ibi in Columna Tertia *Pueri vicinati* (ideſt pallioli, aut flammei quadam ſpecie amicti ſive tecti) *cum Publicis* (ideſt Collegii Servis) *ad aram retulerunt; dein .... Canipas contigerunt* &c. Vox *Canipa* idem ſignificare videtur, atque Græcorum Κάνεον ſeu Κάνουν, ſcilicet *Caniſtrum*, *Ciſta*. Tullius verò Virgines, quæ Athenis ſacra Cereris in Ciſta ferebant, *Canephoras* appellatas & ipſe teſtatur. Ejus verba ſunt Oratione VI. in Verrem: *Manibus ſublatis Sacra quædam more Athenienſium Virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant: Canephoræ ipſæ vocabantur.*

2 *Romæ,*
in Vinea Cardinalis Carpenſis.
Ex Ligorio.

D M
SEXTIAE SATVRNINAE
C. SEXTI. DAPHNI. ET ☿
SEXTIAES. SATVRNINAE
FIL. Q. VIX. AN. VI. M. VII.
DIEB. XIIII. ING. FR. PVBL.
DIV. FAVST. IVNIOR.

Hunc Lapidem Lipſius vidit, & exſcripſit; ſed poſtrema fortaſſe omiſit, uti tenebricoſa. Ex eo dedit Gruterus pag. 818. num. 6. Vide an heic legendum ſit *Interemtus Frater*, *Publicius* (ideſt Famulus) *Divæ Fauſtinæ Junioris*, videlicet in *Elo* eidem ſacratâ. Anno Chr. 192. Conſul fuit *Fauſtus Junior*. Num Annus iſte heic ſignatus?

3 *Extra Romam,*
ad Sanctii Pauli.
E ſchedis meis.

EPIGONE FECIT SIBI. ET
CAESINIANO. PVBLICO PONTIFICI
ET A. MEMMIO. ROMANO. F. SVO
LIB. LIBERTABVSQVE SVIS POSTQ. EORVM

Et heic habes *Publicum*, ideſt *Servum*, *Pontificum*; ita quippe ibi ſcriptum puto, non verò PONTIFICI.

1 *Paganicæ,*
in agro Aquilano.
Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

NORVM
VICARIO
CVLTORES
DEI PVBLI
CI POSVE
RVNT. D. M. S

Cultores Deorum Sodalicia quædam apud Ethnicos fuere, in honorem alicujus Dei inſtituta, qualia fortaſſe nos habemus, ſed veræ Pietatis, in honorem Sanctorum. Pro PVBLICI lego PVBLICE. Siglæ D. M. S. videntur *Deo Magno Serapidi*. Sed mihi potius viderur Inſcriptio Sepulcralis, quemadmodum ſubſequens, & legendum *De Marſupio Suo*, aut aliquid ſimile.

2 *Venafri.*
Miſit Ignatius Maria Como.

D. M. S
CVLTORIBVS
SATVRNI
IN AGR. P. IIII.
IN FR. P. IIII.

Scilicet commune Sepulcrum ſibi parabant, ejuſmodi Sodales *Cultores* Deorum. Præcedens quoque poſita videtur alicui Sodali a reliquis *Cultoribus*.

3 *Prope Tudertum,*
apud Fratres Capuccinos.
Miſit Franciſcus Comes Campelli.

CVLT HERO
FRONTONI
AR. C. VI.

Legendum reor HERC. Scilicet *Cultores Herculis* titulum ſcripſerunt *Frontoni Arcario*; niſi mutilum ſaxum conjecturas quaſque rejiciat.

4 *Fulginii.*
Miſit V. Doctiſs. Juſtinianus Paliarinus.

D. M.
TVTILIAE
LAVDICIAE
CVLTRICES
COLLEGI
FVLGINIAE

De fide iſtius marmoris dubitatum fuit. Cur, nondum intelleo. Situ teſte, ac lapidibus, olim quoque ſplendebat *Crustæ Fulginia*. *Collegia* verò hujuſmodi *Cultorum* e ſequentibus ſaxis confirmantur.

5 *Venafri.*
Miſit Ignatius Maria Como
V. N. Neapolita.

D. M. S
CVLTORES
COLLEGI
P. ROMES

ROMES Græco more pro *Romæ*. Ibi proinde fuiſſe videtur *Collegium Cultorum Panthei*, aut quid ſimile. Dubito tamen, an ſatis emendata ad me venerit Inſcriptio hæc; Quei enim Venafri cultores Panthei Romæ?

6 *Reate.*
Ex Ligorio.

LOC
CVLTORVM HERC. RESP.
SVB. QVADRIGA
IN F. P. XXX.
IN AGR. P. XXV.
HVIC LOCO
Q. OCTAVIVS. COMMVN.
T. FVNDILIVS. QVARTIO
IN F. P. XIIII. IN. AGR. P. XXI.
DONAVERVNT

Vide Gruterum pag. 88a. num. 12. qui mutilum dedit hoc marmor. Nimirum Locus hic erat, ubi *Cultores Herculis Reſponſalis*, aut *Reſpiciunis* tumulabantur. *Reſponſalis*, qui *Reſponſa* dabat. Hunc ipſum Lapidem exſcriptum mihi etiam miſit Clariſſimus Vir P. Joſeph Blanchinus Presbyter Oratorii Romani. *Sub Quadriga*, ſignum puto ad monumentum illud a ceteris diſtinguendum.

7 *Præneſte.*
Ex Gorio.

P. ACILIO. P. F. MEN
PAVLLO
IIIIII. VIR. AVG. Q. COL
AED. II. VIR.
FLAMINI DIVI AVG
CVR. ANNONAE
CVR. MVNERIS PVBLICI
CVR. KAL
CVLTORES IOVIS
ARKANI.
REGIO MACELLI
PATRONO DIGNISSIMO
L. D. D. D

Jupiter Arkanus heic primùm emergit. Verùm fuerit ne ita appellatus, quaſi Abditus, & Inviſibilis ſit, an quod in Arce, aut in Sacrificiis a notitiâ vulgi remotis colereiur, decernere in promtu non habeo. Vide Feſtum, ubi de *Arcano ſermone* agit.

8 *Romæ,*
in Vinea Caroli Cremonæ.
Ex Donio.

BRVTIVS HONORA
TVS.CVLTOR.EX.VOTO
D . D

Cultum Deo *Brutius* ille *Honoratus Cultor Votum* ſuum ſolverit, non liquet. *Jovis* tamen conſeo, cujus ſymbolum eſt Aquila ibi ſculpta ſtans ſuper Fulmen.

9 *Venafri,*
Miſit Ignatius Maria Como.

COLLEGIVM
CVLTORVM
BONAE DEAE
CAELESTIS

1 *Celejæ,*
apud Martinum Lederer.
Ex P. Duellio Canonico Regulari.

MERCVRIO AVG. IVLIVS LVCIFER SAC ET
CVLTOR EIVS TITVLVM CVM SER. T. D.

VIATOR GAETVL	I	MAXIMVS VIATORI	S
AVITVS MAGN	I	MAXIMVS TERT	I
SPECTATVS SEXT	I	IVLIVS SECVND	I
SECVNDINVS SECVND	I	ALILIVS FIRMV	S
FINITVS MAGN	I	CASSIVS SENILI	S
CRESCENS NERTOMAR	I	SECVNDIN MAXIM	I
MAXIMVS QVINT	I	PRESENS RESPECT	I
CALVINIVS MARTIALI	S	SATVRNIN VIATORI	S
AEMILIVS SPECTATV	S		
CALVINIVS MARTIALI	S		
AVITVS SECVND	I		

Hos omnes *Cultores Mercurii Augusti* fuisse arbitror. Sunt heic nonnulli Cognomine destituti, qui se agnoscendos præbent ex nomine Patris.

2 *Augustæ Taurinorum.*
E Guichenonio.

V. P.
Q. VEIQVASIVS
Q. L. OPTATVS
SACRORVM CVLTOR

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

CVLTORIBVS
FABRORVM
LOCVS. D.
A. M. FVLVIO
MARCELLO

Collegia Fabrûm, sive *Fabrorum* sæpe memorata videas in antiquis saxis. *Cultores* heic appellari *Sodales* ipsos arbitror, Collegium illud constituentes.

4 *Parisiis,*
apud Monachos Benedictinos S. Germani.
Ex P. Montfaucônio.

COLLEGIVM
SILVANI REST
ITVERVNT. M
AVRELIVS AVG
LIB HILARVS
ET MAGNVS CRYP
TARIVS CVRATORES

Nescio, sit-ne *Cryptarius* cognomen, an Cryptarum ædificator.

5 *In Ponte Latronis*
agri Calatini.
Ex Cl. V. Alexio Symmacho Mazochio,
Canonico Capuano.

D. M. S
C. TERENTIO
C. FIL. PAL
CARINO
PR. I. D. MONTIS
DIANAE. TIF
C. TERENTIVS
HYPERCOMPVS
FILIO BONO
CONTRA VOTVM

Terentius Carinus iste, ut opinor, *Præfectus* fuit *Juri dicundo Montis Dianæ Tifatensis*, ubi Paufaniâ teste Lib. I. Eliacor. fuit celebre Templum Dianæ, quæ Monti nomen dedit, aut inde accepit. Nam *Tifata* appellabatur etiam Mons; totus verò ille tractus, triginta stadiis a Capuâ distans, sacratus erat Dianæ. In Tabulis quoque Peutingerianis spectatur supra Capuam Templum *Dianæ Tifatinæ*.

1 *Vesontione.*
E Chifletio.

GEMINIA. II. IVLIA
ARAVSIENSIS. MATER
SACRORVM. HIC
ADQVIESCIT
D. IVL. PI. AVGTVS. CON. PI
ISSIMAE. ET. AVRAE
SEVERI. QVI. M. PRO. F
OBSER.

Multum heic hariolatur Chifletius, ut postrema interpretetur. Ego matrimoni, quod depravatum nimis, aut officanter exscriptum puto, inanes conjecturas ultra non addam, uno contentus, nempe videri mihi legendum: GEMINIA TERTVLLA. In quinta vero linea D. VLPIVS AVGTVS CONjugi &c. & AVREL.

2 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

ΘΕΟΙC ΚΑΤΑΧΘ
ΟΝΙΟΙC ΠΕΤΙCΙΑΙ
CΤΕΦΑΝΗΦΟ
ΡΙΑΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΠΕΤΙCΙΟC CΤΕ
ΦΑΝΟC L K

Ideſt:

Dis Manibus Petiſiæ
Stephanephoriæ Filiæ
Petiſius Stephanus. Ann. XX.

Si *Stephanephoriæ* Cognomen eſt, nil addendum eſt. Verum mihi creditur heic deſignari munus ſacrum. Nam apud Græcos Στεφανήφοροι, *Stephanephori*, ſpecies quædam Sacerdotum fuere, ob id etiam dicti, quod *Coronam* geſtarent, iique occurrunt in vetuſtis lapidibus.

3 *Romæ,*
in Vinea Montaltina.
E ſchedis meis.

MENNIAE
QVARTAE
SACRORVM
PATRONAE
BENEMERENTI
CYPERVS L

4 *Mutinæ,*
apud Sanctii Franciſci.
Exſcripſi.

M. AEMILIVS
PHOEBVS
SACRORVM. AB. ROMA
ISIDI BONVM DAT

Vide ſubſequentem.

5 *Veronæ,*
in Muſeo Publico.
Ex Marchione Maffejo.

OPILLIAE
QVINTAE
SACRORVM RO
MANIENSI. C. IVLIVS
HYMENAEVS. CON
TVBERNALI

Fabrettus V. Cl. pag. 315. hanc refert, ac legit OFILLIAE. Tum in hoc Veronenſi, tum in Mutinenſi, qui præcedit, lapide mentionem videſ *Sacrorum Romanienſium*, & *Sacrorum ab Roma*. In haſce Urbes Circulator aliquis novam aliquam Sacrorum formam importarat, quæ, ut major veneratio eis accederet, deprædicabantur veluti deducta ex aliquo Romanorum Templo. *Iſiaca* fortaſſe fuerunt; nam *Iſidi Æmilius* ille *Phœbus* donum offert. Ambo *Sacerdotes* ejuſmodi Sacrorum fuiſſe videntur.

6 *Rhodigii,*
apud Comitem Carolum Silveſtrum.
Miſit ipſe.

Q. ASCONIVS
GABINIVS. MODEST
PRAETOR. PROCOS
PRAEF. AERARI SATVRNI
DEDIT

Correctiorem do, quàm Gruteriana pag. 26. num. 2. *Præfectorum Ærarii Saturni* aliis lapides meminere.

1 *Epheſi,*
ad fornicem XXXVI. Aquæductus.
E ſchedis D. de la Condamine *hauſit Bimardus.*

M. IOTA ATP ΔIONTΣION IEPOKHPTKA KAI B AΣIAPXON EK TΩN
T ΦΛ MOTNATIOΣ ΦIΔOΣEBAΣTOΣ O ΓPAMMATEIΣ KAI AΣIAPXH
THΣ ΠPΩTHΣ KAI MEГIΣTHΣ MHTPOΠΩΛEΩΣ THΣ AΣIAΣ
KAI B NEΩKOPΩN ΣEBAΣTΩN EΦEΣIΩN ΠOΛ

Ex verſione Bimardi.

Marcum Julium Aurelium Dionyſium Sacrorum Præconem, Et Bis Aſiarcham De Suo
Titus Flavius Munatius Auguſti Amator, Scriba, Et Aſiarcha
Primæ Et Maximæ Metropolis Aſiæ
Civitatis Epheſiorum Bis Neocororum Auguſtorum (honorat.)

De *Hierocerycibus*, ſive *Sacrorum Præconibus* videndâ, quæ congeſſit *Vandale* in Diſſertat. Illuſtre munus *Aſiarcharum* apud Græcas Aſiæ Civitates fuit. Principes habiti ſunt Sacerdotum, Ludis publicis præerant, Templorum curam gerebant &c. Sunt qui unum tantummodo *Aſiarcham* ab Aſiæ Civitatibus electum contendunt, idque Pitiſcus in Lexico ſuo ſuadet. At hinc diſcimus, peculiarem ſuum Aſiarcham fuiſſe Epheſinæ Reipublicæ.

2 *In Vico* Civita di Bagno,
apud DD. Oliva.
Miſit Antonius Antinorius,
Aquilanus.

Q. ATATINO. Q. F
QVIR. MODESTO
PRAEF. FABR. BIS
TVBICINI. SACRORV
FLAMINI. ROMAE. PRAE
FECTO CLASSIS MOESIC
P. ATATINVS. FLACCVS
FRATRI OPTIMO AC PIISSIM

Tubicinem Sacrorum ex una tantùm Inſcriptione Reineſii pag. 363. noveramus. En alterum exemplum. Rariſſima quoque eſt mentio *Claſſis Mœſicæ* ad Danubium collocatæ. *Claſſis Flaviæ Mœſicæ* appellatur in Gruteriano lapide pag. 575. num. 1.

1 *Prope Victoriæ Oppidum, in Hiſpania. E ſchedis P. Cattanei.*

SEX. NVMIO. SEX. F. AVSETANOR. DECVR.
A. PRIMA IVVENTA IN. SAC. MINER. ADSCRIP.
ET OMN. RER. SACR. SCRIBAE. VIXIT AN. LXXIII.
M. VII. DIE. IX. SEX. ET. P. FILII PATRI
PIENTISS.

Auſetani incolæ fuerunt *Auſæ* Civitatis in Hiſpania Tarraconenſi nunc *Vich* de Oſſuna.

2 *Romæ, apud Franciſcum Mazzantum. E ſchedis Ptolomeis.*

M. VALERIVS. M. L
CHRESIMVS
VESTIAR. AB. AEDE CERER.

Dubius ſum, ſit-ne *Valerius* iſte *Chreſimus* dicendus *Veſtiarius*, inſerviens Ædi Cereris, ejuſque Miniſtris veſtes conficiens; an qui officinam poſuerat apud eamdem Ædem. Primum veri ſimilius.

3 *In Vico* les Pennes, *tribus a Maſſilia leucis. Ex Mõto D. Præſidis* de Mazaugues. *Miſit Bimardus.*

MATRIS. DEVM. MAGNAE. IDEAE
PALATINAE EIVSDEM RELIGIONIS APPARITOR
CAIVS IANVARIVS

Vide Gruterum pag. 28. num. 3.

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Malvaſia, & Margarino.*

D. M
T. FLAVIO CITTVRSO. PA.....
SODALES BALLATORES
CYBELAE. BENEME
RENTI. FECERVNT

Recte *Sodales Cybelæ* hic nobis ſeſe offerunt: hujuſmodi quippe Sodalitiis fuera in uſu fuere. At illud BALLATORES ſphalma exſcriptoris videtur, niſi ſit a Græco Βαλλω, & *Gallos*, aut *Corybantas* ſignificet.

5 *Romæ. E ſchedis Antonii Scotti Canonici Tarviſini.*

IMP. CAESARI
VESPASIANO AVG. PONT. MAX.
TR. POT. VIII. IMP. XXVII. P P.
COS. VIII. DES. VIIII. CENSORI
CONSERVATORI CEREMONIARVM
PVBLICARVM ET RESTITVTORI
AEDIVM SACRARVM
SODALES TITII

Mutilam dederat Inſcriptionem hanc Gruterus pag. 243 n. 7. & turſus pag. 270. num. 2. Mutilam quoque habes inter Donianas pag. 127. De *Sodalibus Titiis* Sodalicium ſacrum conſtimentibus, & quidem *Sacerdotibus*, a *Titio Tatio* inſtitutis, loquuntur Tacitus Lib. I. Annalium, & Lib. II. Hiſtoriarum. Poſita autem fuit Inſcriptio hæc Anno Chriſti 76.

Romæ:
Ex Ligorio.



In priſci ævi monumentis occurrunt *Pontifices Quinquennales*, *Flamines Quinquennales* &c. Videntur memorati in iſto Lapide Miniſtri delecti pro ſecundo Quinquennio. Attamen fieri etiam potuit, ut *Luſtrum* ſignificaret hoc in loco *Luſtrationem*, ſeu expiationem Urbis, aut Exercitus, quæ variis de cauſſis in uſu apud Ethnicos fuit. Sacrificium verò illud Minervæ ſive Palladi factum, in reliquis Aræ lateribus ſubſequentia Anaglypta exhibet.

1 *Alia duo latera ejusdem Aræ quadrangularis formæ.*

2 *Romæ, in Hospitali Sancti Johannis Lateranensis. Ex Ligorio.*

D. M
HERMETIAE
SENNIANO
PVBLICO. PON
TIFICVM. PIA. FOR
TVNATA. CONI
VG. B. M. FECIT

Hermetias iste, sive *Hermes Æsemianus*, sive A. F. *Anti Vitus Semianus*, erat *Publicus*, ideſt Servus, seu potius Libertus *Pontificum*, eorum ministerio, sive servitio addictus, quamquam minime Servus. Protulit etiam hunc lapidem Donius ex schedis Manutianis. Ibi tantum legitur in fine FORTVNATA COIVX.

3 *Ibidem, in Musco Kircheriano. Missit P. D. Gabriel Scarmagli, Monachus Benedictinus.*

DIS MANIBVS
CLAVDIAE
ANTONIAE
LIB. LACHNE
PHILIPPVS RVSTIAN
PVBLICVS AB
SACRARIO
DIVI AVGVSTI
CONIVGI CARISSIMAE
FECIT ET SIBI

PVBLICVS, ideſt Servus, sive inferviens Sacrario Divi Augusti. Non is tamen Servilis conditionis videtur, si revera ei duo Nomina tribuuntur, & præcipue quod Libertam Conjugem habeat.

1 *Fulginii,*
apud Euſtbium Eremitam.
Ex Ligorio.

DIIS. MANIBVS
Q. ATILIO. Q. F. ROM
CORNELI....
KALATORI. SACERDOTII
TITIALIVM. FLAVIALIVM
PROC. AVG. IN. COLON.
ASCVLANOR
VIX. ANN. XXXXVIIII
M. X. D. XV. H. IIX

Similem Inſcriptionem cum pari titulo attulit Gruterus pag. 304. num. 9. *Calatores* in ſacris erant, qui Pontifices, & Sacerdotes convocabant, & Populum monebant, ut opere abſtineret dum Feſtis publicæ erant, aut Sacra deducebantur.

2 *Ex Begero.*

Q. CAELIO
FEROCI
KALATORI SACERDOTI
TITIALIVM FLAVIALIVM
STVDIOSO
ELOQVENTIAE
VIXIT ANNIS XV
MENSE I. D—EBVS XIV
FILIO OPTIMO AC
REVENTISSIMO
M. GAVIVS CHARINVS

FRATRES ARVALES.

Inſigne fuit apud Romanos Collegium duodecim *Fratrum Arvalium*, utpote quod a Romulo inſtituram fuit, qui *ſe duodecimum Fratrem appellavit inter illos*, uti memoriæ prodidit Plinius Lib. 18. Cap. 2. Sacra faciebant, ut Arva redderent fructum. Alias etiam publicis de cauſſis ſacrificabant: quod ex Faſtis eorumdem conſtat, quorum fragmenta apud Gruterum, & ubertus in hac ipſa Collectione meâ proſtant. Quod nunc diſcimus, vel ipſi Cæſares, & Auguſti, ad exemplum Romuli, honori ſibi ducebant huic ipſi Collegio nomen ſuum dare. Id conſtabit ex Marmore exſtante in Muſeo Albano, & ex aliis Romæ in uno eodemque loco effoſſis, atque a Clariſſ. Gorio inter Doniana editis.

3 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis Alexandri Albani.
Miſit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

NERONI CAESARI
GERMANICI CAESARIS. F.
TI. CAESARIS AVGVSTI N.
FLAMINI AVGVSTALI
SODALI TITIO. FRATRI ARVALI
FETIALI QVAESTORI.
EX S. C.

Agitur heic de *Nerone Cæſare Germanici Cæſaris Filio*, quem Tiberius Auguſtus, Sejano curante, e medio ſuſtulit.

4 *Ibidem,*
in ſuburbano Fabricii Galletti.
Ex Donio.

IMP. CAESARI
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. FIL. DIVI
NERVAE. NEPOTI
TRAIANO. HADRIANO
AVG. PONTIF. MAXIM
TRIB. POT. II. COS. III.
FRATRI ARVALI

Poſitus fuit lapis Anno Chriſti 119.

5 *Ibidem,*
Ex eodem.

IMP. CAESARI. DIVI
HADRIANI. F. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. NEP
DIVI. NERVAE. PRON
T. AELIO. HADRIAN. ANTONIN
AVG. PIO. PONT. MAX. TRIB. POT. II
COS. II. P. P.
FRATRI ARVALI

Dicatum fuit hoc elogium Anno Chriſti 139.

6 *Ibidem.*

IMP. CAESARI. DIVI. ANTONINI
PII. FIL. DIVI. HADRIANI
NEPOTI. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. PRONEPOTI
DIVI. NERVAE. ABNEPOTI
M. AELIO. AVRELIO
ANTONINO. AVG P. P.
TRIB. POT. XVI. COS. III
FRATRI. ARVALI

Pertinet Inſcriptio hæc ad Annum Chriſti 162. aut 163.

1 *Romæ.*

IMP. CAESARI. DIVI. ANTONINI
PII. FIL. DIVI. HADRIANI
NEPOTI. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. PRONEPOTI
DIVI. NERVAE. ABNEPOTI
L. AELIO. AVRELIO. VERO
AVG. TRIBVNIC.
POT. III. COS. II
FRATRI. ARVALI

Ad Annum Chriſti 163. ſpectat hic lapis.

2 *Ibidem.*

IMP. CAESARI. L. SEPTI
MIO. SEVERO. PERTINACI
AVG. P. M. TRIB. P. III
IMP. IIII. COS. II
ARABICO. ADIABENICO
FRATRI. ARVALI

Poſitum fuit hoc Epigramma Anno Chriſti 195.

. . . .

3 *Ibidem.*

IMP. CAESARI. L. SE
PTIMI. SEVERI. PII. PER
TINACIS. AVG. ARABICI. A
DIABENICI. PARTHICI
MAXIMI. FILIO. DIVI. M
ARCI. ANTONINI. PII
GERMANICI. SARMATICI
NEPOTI. DIVI. ANTONI
NI. PRONEPOTI. DIVI. HA
DRIANI. ABNEPOTI. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. ET. DIVI. NERVAE
ADNEPOTI. M. AVRELIO. ANTO
NINO. AVG. TRIB. POTEST. II
PROCOS. FRATRI. ARVA
LI. S.

Anno Chriſti 199. aut 200. *Caracalla* Auguſto dicatus fuit hic lapis. Alios Auguſtos in hoc ipſo Opere inter *Fratres Arvales* enumeratos offendes, ita ut jam intelligere poſſis, quantum a vero abſcefferit Reinefius, qui in notis ad Inſcriptionem CLVII. Claſſis Primæ ſui Syntagmatis, Gruterianam Inſcriptionem pag. 1085. num. 1. ubi Gordianus Auguſtus FRATER ARVALIS appellatur, emendandam cenſuit, quaſi Imperatorium dignitatem dedecet *mentio Magiſtratuum*, quos Imperator privatus geſſerit. Atqui jam manu tangis, vel poſt Imperium arreptum honori ſibi duxiſſe Auguſtos, in ampliſſimum Collegium *Fratrum Arvalium* cooptari.

ALII ORDINES SACERDOTUM ET SODALIUM.

APOLLINARES, MERCURIALES, MINERVALES, HERCULANII, CLAUDIALES, HADRIANALES.

4 *Mutinæ, in Turri Cathedralis. Exſcripſi.*

C. ALBIVS. C. L. PHILODAMVS
APOLLINARIS. SIBI. ET
C. ALBIO. C. L. CASVLONI
C. ALBIO. C. L. INGENVO
C. ALBIO. C. L. CLARO
LIBERTIS. FIERI. IVSSIT

Cajum Albium, qui *Apollinaris* vocatur, ſubdubitans opinatus fuit Sertorius Urſatus Patavinus, vir de Antiquitate bene meritus, *Sacerdotem Apollinis* fuiſſe. At ſine hæſitatione id ſtatuendum. Mutinæ præcipue nomenclatura iſta invaluit, uti ſubſequentia exempla oſtendent. Quod minime animadvertit Scaliger, in conjectaneis huc Cæſianos, inter *Sacerdotes* minime recenſuit *Apollinares*. Sed uti reperimus alibi Sodales *Flaviales*, *Auguſtales*, *Titiales*, *Hadrianales*, *Antoniales*, *Fauſtinianos*, *Herculianos*, *Mercuriales*, *Claudiales* &c. ita Mutinæ Sodales *Apollinares* inſtituti fuere. Et fortaſſis etiam in aliquot aliis Urbibus iidem Sacerdotes pari nomine ornati occurrent. Inter marmora Feſtinea Malvaſiæ pag. 40. viſitur hoc epitaphium. *C. Vibrenus Suavis APOL. Sibi & Vibiæ C. L. Jucundæ uxori. . . . Vibreni, & Vibiæ Lib. Caliti.* Sed quia ſaretur Malvaſia, cippum illum ad Samodiam fluvium fuiſſe antea effoſſum, ſpectare etiam poteſt Inſcriptio eadem ad Mutinenſem virum, quippe antiqui fines Mutinenſis agri ad Samodiam uſque, immo & ultra, protendebantur. Alteram Inſcriptionem, adſervatam Mutinæ, profert Gruterus pag. 442. num. 5. Hæc autem inſcripta fuit *L. Nonio, L. F. APOLLINARI Decurioni Mutinæ*. Nomen autem *Apollinaris* tranſiiſſe ibi videtur in Cognomen, ſive Agnomen, uti factum etiam vidi de *Martiali*, *Mercuriali*, *Flaviali*, *Auguſtali* &c.

5 *Ibidem, extra Cathedralem. Exſcripſi.*

C. EGNATIVS. PRIMIGENIVS
APOL. SIBI. ET. SVIS
M. HELMONIVS. ATTICVS. AP. SIBI
ET. ELONIAE. HECATE. VXORI. ET
M. HELMONIO M. F. TAVRO. FILIO
LIBERTIS. LIBERTABVS. V. F

Dederat Gruterus non ſine mendis pag. 869. num. 8. AP. ideſt *Apollinaris*.

6 *Ibidem, ad Sanctæ Fauſtini extra Urbem. Exſcripſi.*



1 *Mutinæ,*
ad Sanctli Faustini.
Ex Ludovico Vedriano.

M. NOVANVS. M. L
PRINCEPS. APOL. SIBI. ET. SVIS
M. NOVANVS. M. L
AVCTVS CONLIBERTVS

2 *Ibidem.*
in Turri Cathedralis.
Exscripsi.

C. SALVIVS. C. L AVCTVS. APOL	SALVIA. C. F. PRIMA FECIT
V P. PLOTIVS. P. L. VRBANVS APOLL	V SOSIA. Ↄ. L AMARYLLIS

Non satis accurate descriptam protulerat Gruterus pag. 887. num. 7.

3 *Nejani,*
ad usum aquæ Lustralis.
Ex Malvasia.

D . M
L. AVIDIVS
L. L. PHILOGENES
MERC. ET. AVG. VIX. AN. LXV
FILI. PIIS. PATRI

MERC. ET. AVG. ideſt *Mercurialis* Sacerdos, ſimul & *Auguſtalis* fuit *Avidius* ille *Philogenes*. De *Auguſtalibus* vide infra.

4 *Nolæ.*
E ſchedis meis.

L. SATTIO. L. L. PHILEROTI
MAGISTRO MERCVRIALI
ET AVGVSTALEI
NOLAE. ET DAERIAE. Ↄ. L
RVFAE VXORI ET L. SATTIO
L. L. AMPLIATO
EX TESTAMENTO L SATTI
L. L. PHILEROTIS

5 *Aſtæ in Pedemontio.*
E Gaichenonio.

P. LAETILIVS. P. L. POL. HILARVS SPVRI
MAGISTER MINERVALIS
NAEVIA. Ↄ. L. ALMVRIS
CLVSIA. Ↄ. L. TOPIA

6 *Cunii.*
E ſchedis Nicolai Pacediani.

C. FVLVIVS. C. L. PHILOLOGVS
MAG. MINERVALIS. PVLFEMIA
T. F. SABINA VXOR
C. FVLVIVS. C. F. POL. SABINVS

7 *Tiburi.*
E ſchedis meis.



CVR
AED. VRB. VI. VIR.
HERC. AVG.
TIBVR. PATRONO
S. C

HERC. AVG. ideſt *Herculanio*, aut *Herculano Auguſtali*, uti ſubſequentes Inſcriptiones legendum monebunt. Ita Tiburi appellari Sacerdotes, aut Sodales Herculis, qui ibi colebatur, niſi potiùs Commodus Auguſtus, qui ſub Herculis figura irridendum ſe præbuit hiſce Sacerdotibus, aut Sodalibus originem, ac nomen dedit. Apud Gruterum pag. 1097. num. 7. *P. Mummio* dicitur HERCVLANVS AVGVSTALIS. Ibi legendum *Herculanii Auguſtales*, arbitratus eſt doctiſſimus Gorius ad Donianas Inſcriptiones.

8 *Ibidem,*
in Abbatia Sancti Clementis.
E ſchedis meis.

TI. CLAVDIO
SALVIANO
HERCVLANO
AVG. GRATIS
CREATO
DVPLICARIO

Duplicarius Militem prodit; at non raro videas viros Sacris adſcriptos, Civilibus, ac Militaribus muneribus functos fuiſſe.

1 *Extra Tibur,*
in Sanctæ Mariæ de Horto,
in sepulcro corroso.
E schedis meis.

C. SEXTILIVS. V. V. ℘. TIBVRTIVM. VOL. L. ALPHENATIVS
LIB. EPHEBVS IIII. K. SEPTEMBRES. F.
HERCVLANIVS COGNITA PETITIONE
AVGVSTALIS ET BASIM MARMO
CVRATOR HERCVLIS ET AVGV
AVCTORITAS PER
VM. C. SEXTILIVS SA
PHEBVS NON. HOD
EXORNATVS. S. ET
HENES AVRO HERC
IACERE GRATE EXT
QVOQVE NOMINIS
SVBSCRIPTIONE LO
ACILIVS VE
EXEQV. TVB
EN SVE
AVILLA ET
ARPENDO
ATTIVS

Hujusce Inscriptionis particulam tantummodo ediderat e Pighio Gruterus pag. 315. num. 5.

2 *Dertosæ.*
E schedis Ambrosianis.
Misit etiam amicus Bimardus.

M. SALLVSTIO
FELICI PEREG
RE. DEFVNCTO
SODALES
HERCVLANI

3 *Bononiæ,*
in Sanctæ Margaritæ.
E schedis Jacobi Valerii.

MEMORIAM
P. CORNELII SATVRNINI
MAGISTRALIS
CORNELIA PRIMA VXOR
EX INDVLGENTIA COLLEG
SIGNVM. LIBER. BASIM
CAVLAS. D. D

Manca habetur apud Gruterum pag. 67. num. 5. Quid heic sint *Caulæ*, petis? Septa sive Cancelli fuerunt, quibus circumcingebatur *Signum*, ideſt Simulacrum *Liberi*. Servius in Vergilium teſtis: *In sacris Ædibus, & in Tribunalibus septa, quæ turbas prohibent, Caulas vocamus*. Ita ovium septa appellata *Caulæ*.

4 *Beneventi.*
E schedis meis.

D. M. S
A. VIBIO IANVARIO
CLAVDIALI AVGVSTALI
CVR. MVN. DIN. VN
VS AVLIS VIBII
IVSTINVS
IVSTIANVS
IANVARIVS
FILI. PATRI. BENEM. F

Heic quidem habemus *Curatorem Muneris*, ideſt Ludi, sive Spectaculi Gladiatorii. Sed quid corruptæ illæ voces ſignificent DIN. VNVS AVLIS, divinat qui poteſt.

5 *Bononiæ,*
apud Comitem Malvasiam.

M. CLODIVS
MIL. SABINVS
VI. VIR CLAVDIAL
SIBI ET
COERANE
TYCHE LIB
Q. Q. V. P. XXII.

Ideſt *Quaquaversum Pedes XXII.* Pro MIL. lego M. L.

1 *Tusculi.*
Misit Alexander Marchio Capponius.

M. GAVIO. T. F. VEL
APPALIO MAXIMO
C. V.
SODALI HADRIA
NALI. LEG. PRO.
NARBONENSIS
Q. AVG.
GAVIVS FORTIS LIB
ET. PROC. OB MERI
TA EIVS

2 *Avellini,*
in Palatio Principis.
Misit Ignatius Maria Como.

C. ARRIVS. C. LIB
CORYMBVS. AVG
CLAVD. EX. TESTAM
EIVS ARBITRATV
HERENNIAE. RESTITV
TAE. VXOR. OPTIMAE. ET
VRBANI. LIB. L. D. D. D

3 *In Vico Avio*
Dioecesis Tridentinae.
Misit Jacobus Tartarottus
Erud. V. Rovereianus.

L. AVFILENVS
ASCANIVS
VI ϕ VIR ϕ II.
CLA. ET AVG.
SIBI ϕ ET
CATIAE. T. F.
RHODE
VXORI

Animadvertit doctissimus Tartarottus, Hieronymi viri eruditissimi Frater, *Aufileni* cuiusdam mentionem haberi apud Catullum in Epigram. *ad Quintio, & Cælio*, qui cuidam etiam *Aufilenæ* bina epigrammata dicavit. *Catia* quoque gens Veronæ exstitebat. Ceterum *Ascanius* iste simul fuit *Secundum Sevir Claudialis*, & *Augustalis*, ita ut videantur diversa fuisse Collegia Sodalium Claudialium, atque Augustalium. Sed præcessit alter lapis positus *Januario Claudiali Augustali*.

AUGUSTALES.

4 *Brixiæ,*
ad Sanctli Barnabæ.
Ex Oct. Rubeo.

P. ACILIO
ELIODORO
VI. VIRO AVG. P.
ACILIVS HELE
NVS. FRATRI
PIISSIM.

Jam complura marmora produxi, in quibus AVGVSTALES, & SEVIRI AVGVSTALES occurrunt: quæ postrema appellatio per AVG. compendii caussa exprimi consuevit. Sæpe etiam muneris, seu dignitatis istius mentio recurret in progressu Operis; vix enim aliud reperias, quod aut eruisse queserint, aut facilius impetrarint eorum temporum homines, quam *Augustalitatis*, ut ita dicam, splendidum nomen: ita ut non Romæ tantum, sed per quaslibet Romani Imperii Urbes, Italiæ potissimum, multiplicatos *Augustales* immanem in numerum arbitrari liceat, quam & Liberis locus inter eos foret. Adulatio præcipue in caussa fuisse videtur. Nam uti Reinesius, & Cardinalis Norisius in Cenotaphiis Pisanis diligentissime animadverterunt, nihil aliud fuerunt *Augustales*, nisi *Sacerdotes* primo in honorem Augusti, tum reliquorum Cæsarum, in Divos relatorum, instituti. Tacitus non uno in loco rem memoriæ prodidit: Ii Collegium, five Sodalicium constituebant. Hinc *Sodales Augustales*. Nuper dedi *Claudialem Augustalem*, hoc est Sacerdotem in honorem Claudii Augusti electum, nisi fuit duo diversa munera. Idem animadvertere potuisti de *Sodali Hadrianali*. Sacerdos fuit & ille, qui Divi Hadriani Augusti sacra curabat. *Sodales* quoque *Antonianos*, five *Antoninianos* supra vidimus, in honorem Caracallæ Augusti institutos. Idem dic de *Flavialibus*. Ejsmodi autem Augustalium Collegio primates Sex præerant, appellati propterea *Seviri*: quod nomen sæpissime in priscis Lapidibus occurrit. Præterea quum Augustalium numerus nimium excrevisset, differimen inter eos invaluit; alii quippe appellati fuerunt *Seniores*, ceteri *Juniores*. Utrique turmæ sui præerant *Seviri*, *Magistri* etiam, ut est nonnullorum opinio, nuncupati. Atque uti erant olim Feminæ Sacerdotes, ita Feminæ *Augustales* interdum leguntur in Lapidibus. Plura in hanc rem minime congeram: atque hæc pauca adnotasse licuerit, ut Lectori caussam intelligat, cur peculiarem Syllogem Marmoreum, in quibus *Augustalium* fit mentio, inter Sacra retulerim. Eorum tamen nomen recurret etiam in aliis elogiis infra describendis. Neque enim omnia recensere hoc congruum duxi.

1 *Querii*
in Subalpinis,
apud Proſperum Baldum
Ex Donio.

T. AEBVTIO . T. L
LEONAE
VI. VIR. ET. AVG
I. ARR. F. ET. INDVSTRIAE
H. I. R. I

Optandum foret, ut accuratius deſcripta fuiſſet Inſcriptio hæc.

3 *Æſerniæ*,
ad Sanctis Nazarii.
Miſit P. Alexander Berti Lucenſis,

V. F
AESERNINA SINICHII F
SIBI ET
M. AESERNINO AMPLIXIO SEVIRO AVG
CONIVGI SVO ET AMPLIATO. ET SILVI.....
ARIS PVBLICIS. FRATRIBVS. SVIS
EXPERTO. PVBLICO. FILIO. SVO

4 *Romæ*,
apud Marſilium Gothifredum,
ubi habitabat Cardinalis Corteſius.
Ex Ligorio.

D . M
AGRIAE
AGATHE
P. OSTIENSIS. THALLVS
TVTOR. SEVIR. AVG. ET
AGRIA. TRYPHOSA. HEREDES
DE SVO. FECERVNT
B . ET . SI . BI . M

Vide Gruterum pag. 446. num. 6. Legendum in fine *Benemerenti*, *& ſibi*, literis conjunctis.

5 *Nurſiæ*,
in Villa Sabellorum.
Miſit Hyacinthus Mannius I. C.

C. AETRVSCVS
P. F. QVI ..... VI VIR
AVG

7 *Mediolani*,
in ædibus Archintorum.
E ſchedis meis.

ANCHARIO. C. F. OVF. AVGVSTALI
VI. VIRO DECVRIONI III. L. AT
TILIVS. HERMES QVARTVS. C. L
SECVNDVS C. L. ANCHARIVS
DIADVLENVS. C. ATTILIVS PA
PHRIDIVS ..... COMMVNIS

2 *Mediolani.*
E ſchedis Cicereji.

D. M
AEMILIVS
NASONIS L.
LITVS
VI. VIR. ET AVGVST
SIBI ET AEMILIAE

Quotieſcumque in antiquis elogiis ſe mihi objicit (& fæpe quidem ſe objicit) *Sevir*, *& Auguſtalis*, ea ſemper ſuboritur interrogatio, cur ſi *Auguſtalium* primores ſive præfecti, *Seviri* appellabantur, illud ET interponatur, cujus vis eſt, ut *Sevirum* ab *Auguſtali* diverſum munus intelligamus. Attamen inſigni Judici ejuſmodi ſtudiorum Cardinali Norifio interrogatio hæc nullum faceſſit negotium; nempe is nihil dubitans ſtatuit, unum idemque fuiſſe VI. VIR. ET AVGVSTALIS, atque VI. VIR AVGVSTALIS: quod pariter frequens eſt in veteribus marmoribus ac monumentis. Magni viri auctoritas ſatis nobis eſſe deberet, ut conquiſeremus. Attamen accuratius in hanc rem inquirendum duco. Certe tot notiones affluunt, ut nondum ſublata ſuſpicio videatur fuiſſe in Municipiis *Sevirum* Magiſtratum inſignem ab *Auguſtalitate* diſtinctum.

6 *Cremonæ*,
apud Caraffinios.
Miſit Franciſcus Arifius.

MEMORIAE
L. ALFI SEVERIANI
VI. VIR. ET AVG
ARAM
D. S. P. R
ALFIVS HILARVS

Ideſt; *De ſua pecunia reſtituit*, aut *refecit*.

8 *Brixiæ.*
Ex Rubeo.

Q. ANTVLEIVS
SOTERICHVS
VI. VIR. AVG. SIBI ET
ANTVLEIAE VXORI
CARISSIMAE ET
ANTVLEIAE MACRINAE
MATRI. ET
ANTVLEIAE MARTIAL

1 *Interamnæ, nunc* Terni. *Ex Angelonio.*

DIIS MANIBVS
L. APPVLEIO
EPAPHRODITO SEVERO
AVGVSTAL. L. APPVLEIVS
EPAPHRODITVS FILIVS
PATRI PIISSIMO ET SCAEFEIA
NEBRIS VXOR BENEMERENTI

Pro SEVERO ſcribe SEVIRO.

2 *Montagnanæ, in agro Patavino. Miſit Apoſtolus Zeno.*

T. ARETIVS. T. L
APIOLVS IIIIII VIR
IDEM AVGVSTALIS
SIBI ET
ARETIAE MODES
TAE LIB. SVAE ET
T. ARETIO PROCVLO
SPVRIO MODESTAE
LIB. FIL
V. F
H. L. S. H. N. S

Ideſt: *Vivens fecit. Hic locus ſepulturæ heredes non ſequitur.* Animadverte SEVIR IDEM AVGVSTALIS, par alteri formulæ SEVIR ET AVGVSTALIS.

3 *Florentiæ, apud Senatorem Bonarotam V. Cl. Ex Gorio.*

ATTILIA. SEVERA
SIBI ET
L. SATTIO. CRETICO
VIRO. SVO
SEX VIR
MAG AVG

Sattius iſte *Creticus* fuerat *Sevir Magiſter Auguſtalis.*

4 *Brixiæ. Ex Vinaccefio.*

Q. ATILIVS. Q. F
FAB
SCAEVA
IIIIII. VIR. AVGVST. AED
SIBI ET
CLASSE VII.

Vox breviata AED. heic eſt *Ædicula*, ſcilicet Hypogæum; aut Hypogæi pars, ubi loculi & ollæ cinerum collocabantur. Apud Reinef. Inſcrip. CXII. Claſſis Scarte exhibet AEDICIAM CVM VINEA &c. Pro *Ædificium* cenſet eruditus ille vir ita ſcriptum. Veri mihi videtur ſimilius legendum AEDICVLAM, aut AEDICLAM. Demum in hoc *Atilii Scævæ* marmore habes in fine & CLASSE VII. Dum errore careant hæc verba, deſignatum puto ordinem ſeptimum inter *Columbaria* (e multis enim ordinibus ea conſtare ſuevêrunt) in quo collocanda erat olla, ejuſdem Atilii cineres complexura.

5 *Senitii, in Sancti Petri. E ſchedis Ambroſianis.*

T. ATTICO
DOMITIAE
AVG. LIB
IV. VIR. AVG.
DOMITIVS SOLLERS
VI. VIR. AVG
ATTICVS DOMITIAE AVG.
S. S. Q. P. P.

Domitiæ Auguſtæ, hoc eſt Domitiano Imperatori nuptæ, *Atticus* iſte *Libertus* fuit. Ita quo tempore in vixerit ex illius Patrona dignoſcimus; quod & accidit in aliis Auguſtorum Libertis. Duos autem Seviros Auguſtales heic habes, Atticum ipſum nempe, & *Domitium Sollertem*, qui lapidem hunc poſuiſſe videtur.

6 *Apud Gadez. E ſchedis Farneſiis.*

L. BAEBIVS HERMES
IIIII VIR AVGVSTALIS
ANN. LIII. ET. S. H. S. E
L. BAEBIVS. HERMA LIB
OPTVMO PATRONO
DED

Vide Gruterum pag. 373. num. 3. Ideſt *Annorum LIII. & ſemis hic ſitus eſt.*

7 *Spoleti, in Palatio publico. Miſit Sancaſſanius.*

BERIENA C. F. PRIMA SIBI ET
L. VESERIO L. F. CLEMENTI
FILIO. SVO. ET
C. FVLLONIO.....IVSTO
VI. VIR. AVG.....S

1 *In Turri Cathedralis Valvenſis.*
Miſit Illuſtriſſ. Petrus Antonius Corſinianus, Epiſcopus Venuſinus.

Q. CAECILIO
Q. F. PAL. OPTATO
VIX. AN. II. ME. VI
Q. CAECILIVS. Q. ET. VII. L
HERMES. SEVIR. AVG
ET. LICINIA. REPENTINA
PARENTES. PIISSIMI. POSVER
Q. CAECILIVS. Q. F. PAL
PELINVS. FRATRI

Caecilius iſte *Hermes*, *Quinctii & Septimi Libertus* appellatur. Hinc diſce, *Septimum* fuiſſe Prænomen. Habes etiam Hermetem Patrem *Libertum*, ejus vero Filium Libertinum Ingenuum, jam in Tribum *Palatinam* cooptatum.

2 *Auguſtæ Taurinorum.*
E Guichenonio.

M. CAELIVS
M. F. TRASO
VI. VIR. AVG
CORNELIAE. P. F
QVARTAE. VIX
A. XXXXV.
L. CAELIO. M. F.
GALLO. A. XXVII.
M. CAELIO. M. F.
CAM. PRAESENTI
A. XXXV.

Pro VIX. lego VX. ideſt *Uxori*.

3 *Lugduni.*
Ex Scipione Marchione Maffejo.

D. M.
Q. CAPITONI PROBANI
SENIORIS DOMORVM
IIIII VIR AVG. LVGDVNI
ET PVTEOLIS
NAVICLARIO MARINO
NERIVS ET PALAEMON
QVOD SIBI VIVVS INSTI
TVIT POSTERISQ. SVIS
ET SVB ASCIA DEDICAV

Recte adnotavit Glariſſ. Maffejus; DOMORVM nihil aliud heic eſſe niſi DOMO ROMA: qua phraſi in uſu fuit Patriam ſuam déſignare. Rarum videri poſſit, eumdem *Capitonem Lugduni*, *& Puteolis Auguſtalem* fuiſſe. Magis quoque rarum videatur, hunc ſimul *Auguſtali* Sacerdotio functum, & *Navicularium*, ſive *Nauclerum* egiſſe. Sed iſta minime dedecebant mores eorum temporum; præterquam quod fieri poteſt, ut is aliquo tempore Auguſtalitatis munus deferrit, deinde navim quampiam mercaturæ cauſſâ curarit. Familiare eſt in antiquis elogiis officia omnia, quibus homines perfuncti identidem fuerant, in unum conferre.

4 *Nemauſi,*
ad Cœmeterium Hoſpitalis.
Ex eodem Maffejo.

D. M
T CARENTII
DAPNI
IIIIII VIR AVG
CARENTIA LAIS
ET CARENTIVS
FORTVNATVS
PATRONO
OPTVMO

5 *Brixelli ad Padum*
ſub porticu Abbatiæ Sancti Geneſii.
E ſchedis meis, & Valerii.
Bonaventura Angelus ponit hunc lapidem Parmæ, in ædibus Zobulorum.

Q. CASSI
ELPIDOPHORI
VI. VIR. AVG.
METELLVS RES
TVTVS FRAT. ET
SPVRIAE. FIR
MINAE QVAE
VIXIT ANN. XIII.
MENS. V. DIES. XV.
FILIAE PIISSIMAE
ET SIBI

6 *Cremonæ,*
in ædibus Caraffinorum.
Miſit Franciſcus Ariſius Conſervator Ordinum Cremonæ.

D C. CASSI THALLI M
VI. VIR. ET. AVG.
COMI

7 *In Vico Avio*
Diœceſis Tridentinæ.
Miſit Jacobus Tartarottus.

T. CATIVS. T. L
DOCIMVS
VI ♦ VIR ♦ AVG
SIBI ET
CLVVIAE. M. L
PETA
VXE

1 *Extra oppidum Francavillam agri Uritani, in Altari Eccleſiæ. Ex Donio.*

D M
P CERELLIANVS
P. L. ASYNCRITVS
AVGVSTALIS
V. A. XXIIII. H. S.
P. CERELLIANVS
ASYNCRITVS. PATER
FILIO. PIENTISSIMO

2 *Patavii. Ex Urſato.*

P. CHARM
SOSTHE
MEDIC
IIIIII. VIR. AVG
SIBI ET
ANCHAR

6 *Fani. Ex Donio.*

C. COSSONII. C. F. CAPREOLI
IIIIII. VIR. AVG. ET. COSSONIAE
C. LIB. IONICAE. PARENTIB.
IN. EXEM. PIISS. CASTA. FIL

7 *Auguſtæ Taurinorum. E Guichenonio.*

V. F
COSSIA. L. F
QVINTA
SIBI ET
SIGIMNIO
VIRO SVO
ET. M. CIMMIO
CLEMENTI
VI. VIR. AVGVST
FILIO SVO
IN FR. P. XXI. IN. AGR.
P. XXX

Utrobique legendum aut *Siginnio*, aut *Cimmio*.

3 *Bæzæ in Hiſpania. E ſchedis P. Cattanei.*

SACRVM IOVI
CLAVDIVS G...FLAVIVS
AVGVSTALIS CORIDON
LIB. OB HONOREM...VIRATVS

Confuſa hæc mihi videntur. Neque cohærent *Claudius*, & *Flavius*. Hic ſenſus exſculpi inde poteſt: *Corydon C. Claudi Flavii Libertus Auguſtalis, ob honorem Seviratus, Jovi* gratam refert. Quare hinc intelligis, *Seviratum* in Auguſtalium Sodalitio munus fuiſſe a multis expetitum atque illuſtre.

4 *Reate, in Sancti Maronis. Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.*

D. M
TI. CLAVDIO TI.
LIB. VI. VIR. AVG.
PATRI OPTIMO
P

Aliquid deſiderari videtur, nempe nomen ſervile Patris, itemque nomen Filii.

5 *Cobreæ in agro Ferrarienſi. Ex Hiſtoria Ferrarienſi.*

S. I. M.
TI. CLAVDIVS. TI. F. ROM
PANSIENVS. VI. VIR
AVGVSTALIS. V. S

Primas figlas lege: *Soli Invicto Mithræ*; aut ſi mavis: *Sacrum Iſidi Matri*: vel ſi magis placet: *Sacrum Junoni Magnæ*.

8 *Brixiæ, in ædibus Andreoli Gambaræ. E ſchedis Farneſiis.*

SOLI DEO
INVICTO
EX VOTO SEX DVCIVS
VALENTIO VI VIR. AVG

9 *Hiſpelli, in Palatio publico. E ſchedis Ferdinandi Abbatis Paſſarini.*

T. EPIDIVS. T. L. AVCTVS
VI. VIR. AVGVST.

1 *Salerni,*
in Cathedrali.
Misit Ignatius Maria Como Neapolita.

T. ESTIO ELPHIDIANO VIRO AVG. QQ.
T. ESTIVS ELPHIDIANVS PRISCVS
ET. PRISCIANVS. ET. FELIX FILII HEREDES
PATRI DVLCISSIMO

Pro VIRO ſcriptum heic fuerit SEVIRO. *Eſtius* enim iſte *Elphidianus* appellatur *Sevir Auguſtalis Quinquennalis*: nam quamvis occurrant *Seviri Perpetui*, plerumque tamen ad Quinquennium Sevirii creabantur.

2 *Ceperani,*
in Templo maximo.
Miſit P. Alexander Berti Lucenſis
e Congregatione Matris Dei.

C. ETRO. BOLLIO
D. POTEST. II VIR
AVG. PR. FABR

Mendis non caret hæc Inſcriptiuncula. Lego AED. POT. ideſt *Ædilicia Poteſtate Duumviro*, *Auguſtali*, *Præfecto Fabrûm*.

3 *Æſerniæ,*
in Cathedrali.
Miſit idem.

L. ENNIVS. L. L. FAVSTILLVS. SEVIR
AVG. PATRONVS. COLLEGI. CVI. TOTVM
HERCVL. GACILLANI
V. F.

Habemus heic *Eminæ Lucii Libertum Fauſtillum Patronum Collegii* Auguſtalium, qui & ipſe *Auguſtalis* & *Sevir* fuit. Mendoſum eſt CVI TOTVM. Fortaſſe legendum QVI TORVM HERCVLIS GACILLANI VIVENS FECIT. In Lectis componebantur Deorum ſimulacra. *Hercules Gacillanus* in cujuſpiam Familiæ privatâ Æde cultus fuiſſe videtur. Erunt tamen, qui ſuſpicentur, pro GACILLANI legendum eſſe GALLICANI.

4 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Epiſcopo Hadrienſi.



5 *Parentii*
in Hiſtria.
Miſit Comes Franciſcus Brembatus Bergomas.

CN. FLAVIO
SECVNDO. VI. VIRO
CN. FLAVIVS EROS
VI. VIR MAGISTER
AVGVSTALIS FECIT

6 *Parmæ in domo Joh. Bajardi.*
E ſchedis meis.

P. FLAVIVS. P. ET. L. L
EVNVS MAG
AVGVST. SIBI
ET P. FLAVIO. P. L
FRONTONIO ET
FLAVIAE. P. F. INGENVAE
ET POMPONIAE PRIMIGENIAE
IN FR. P. XV.
IN AGR. P. XV.
F I

In ſchedis Ramberti apud Canon. Bertolum FRONTONI.

7 *Foropopilii.*
E Vecchiazzano.

FVLONIA. L. F
TERTVLLA SACROR
ISIDIS
LOCVM DEDIT
C. TELEGENNIO
SPERATO SACERDOTI
VI. VIR. AVG
TELESTINIS EIVS
POSTERISQVE
EORVM

TELESTINIS EIVS peregrina vox. Num derivata e Græco Τελεστὴς, ita ut *Teleſtini* fuerint *Initiati* Myſteriis Iſidis? Locus ſepulturæ ad hoſce etiam extenditur, atque ad eorum Poſteros.

1 *Reate,*
in Sancti Jacobi.
Misit erudit. vir Antonius Antinorius Aquilanus.

T. FVNDILIO VI VIRO AVG. MAGVS AVGV
STALIS PATRONO ET Q. PERPETVO OPTI
ME MERITO HIC ARCAE AVGVSTALIVM
SE VIVO H-S X̄X̄ DEDIT VT EX REDITV
EIVS SVMMAE DIE NATALI SVO IIII. K.
P. Q. BR. IN PVBLICO PRAESENT. ET
OB DEDICATIONEM STATVAE DECV
RIONIBVS ET VI VIRIS ET IVVENI
BVS SPORTVLAS IN POPVLO EPV
LVM DEDIT

Pro MAGVS depravatâ voce lego MAGIS. scilicet *Magistro Augustali*, aut *Magistrii Augustalis Patrono*, aut *Magistrorum Augustalium*. Obscuræ sunt illæ siglæ (fortasis etiam corruptæ) IIII. K. P. Q. BR. Attamen præcipi reor, ut *Quatuor Rosarum Pondo Quotannis Præbeantur In Publico Præsentanda*. Heic autem habes distinctos *Decuriones*, *Seviros*, & *Juvenes*. Postremi ad Collegium Augustalium spectant & ipsi. Q. PERPETVO, videlicet *Quinquennali Perpetuo*, quod certe extra normam est.

2 *In agro Sentinate,*
in Sancti Petri de Scuzano.
Misit Eminentissimus Cardinalis Passionæus.

C. FVLLONIO C. FIL. LEM VERECVNDO AEDILI
C. FVLLONIO C. F. LEM PRISCO AEDILI
C. FVLLONIVS HONORATVS AVGVSTALIS FILIIS PIISSIMIS L. D. D. D

3 *Tarracone.*
E schedis Farnesiis.

D . M
MAE. HELTAEO
VI. VIR AVG
MAE. FABIANVS
PATRI BENEMEREN
TI FECIT

Breviata vox MAE. heic videtur Prænomen, sive MAEVIVS, sive MAETIVS, sive MAESIVS.

4 *Arretii,*
penes Johannem Hieronymum Baccium Equitem.
Exscripsi.

P. HELVIO ARRETI
NO
SEX VIR AVG

5 *In Sanctæ Mariæ de Aurago*
Brixianæ agri.
E schedis Farnesiis.

HODOIVS
VI VIR AVG
SIBI ET
LIBERTIS
LIBERTABVSQ
SVIS

Vinaccesius habet HODOTVS.

6 *Mediolani.*
E schedis Valerii.

V. F
IALEIA
CLARA
SIBI ET
VIRO SVO
M. NOVELLIO. P. F
VI. VIR. ET AVG

7 *In agro Reatino.*
Ex Ligorio.

D . M
IVLIAE. FELICITATI. MVLIERI. OPTIMAE
C. IVLIVS. SILVIVS. VI. VIR. AVG.
CONIVGI. BENEMERENTI. ET. SIBI. FECIT
L. ALBIVS. RESTITVTVS. V. A. XXV.

1 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Bibl. Cæsar. atque ex Marchione Maffejo.

IIIIII VIR AVG
ET DECVRIONI
ORNAMENTAR
IVLIO AEMILIO
ANICETO ET
IVLIAE THEOPHILE
V. S. P

Insuetam hanc formulam DECVRIONI ORNAMENTAR. explicat Clariss. Maffeius, *Ornamentis tenus, ac si Decurio Honorarius, ut loquimur, nuncuparetur.* Nemausensium propria est haec dicendi formula, ut constat ex altera apud Reinesium Class. VI. num. 41. ubi *C. Fulvinus* dicitur *Decurio Ornamentar.* Quum verò in antiquis lapidibus commemorata sæpe videamus *Ornamenta Decurionatus*, & *Ornamentis Decurionum honoratus*, *donatus* &c. subortri dubitatio potest an item significaverit, atque *Decurio Ornamentarius*. Cette a vero abscessisse viteas Sponium, qui pag. 238. Miscell. Erud. Antiquit. quum in altera Nemausensi offendisset VRNAMENTARIVM, eum *Urnarum* figulum censuit. Vide infra Inscriptionem *L. Lalii Marulli.*

2 *In oppido Tignii, in Piceno.*
Misit Dionysius Sancassanius.

IVLIVS EROS
VI. VIR. AVGVST ↀC
ↀC GRATIS. FACTVS
POSVIT

Ex non paucis lapidibus constat, honores in Municipiis & Coloniis non sine pretio, certe non sine multis impensis, puta Epulis, Sportularum &c. acquisitos fuisse. Propterea qui ad Decurionatum, aut Augustalitatem gratis, atque impensis ob eorum merita remissis, consequebantur, honoris causâ hoc adnotarum in suis elogiis volebant. Excise literæ fortasis exhibebant A DEC. ideſt *a Decurionibus*. Invenimus enim in Gruteriana pag. 405. num. 5. *Fossum a Decurionibus Augustalem fassum*. Vide & sequentem Inscriptionem, in qua habes *C Julium Severum Augustalem Gratuitum*. In Gruteriana lapide pag. 1073. num. 6. legimus *Pecuniâ solutâ ob honorem Seviratus*. Supra quoque vidimus *Sacerdotem Gratuitum*.

3 *Ridiccioli, in agro Brixiano.*
Ex Octavio Rubeo.

C. IVLIO PAVLINO
ANDRAGATHO
VI. VIR. AVGVST.
GRATVIT
C. IVLIVS AQVILINVS
PATRI

4 *Romæ, in Via Latina.*
Ex Ligorio.

C. IVLIVS	TI. CLAVDIVS
IVCVNDVS	VITALIS
VI VIR AVGVSTAL	FECIT. SIBI. ET
FECIT SIBI ET	TETTIAE. HOMONOEAE
LIBER. LIBERTABVS	CONIVGI
POSTERISQ. EORVM	LIBERTIS LIBERTABVS
IN F. P. XVI	POSTERISQ. EORVM
	IN AGR. P. XXV.

HOC MONVMENT. COMMVNI ES CVM. TI. CLAVDIO VITALE

Videlicet *Communi est*. Vide Gruterum pag. 470. num. 3. qui incompletam refert hanc ipsam Inscriptionem.

1 *Lograti,*
in agro Brixiano.
E ſchedis Farneſiis.

X. IVNIVS
VALENTINI F
VI VIR IVN

X. pro DECIMVS prænomen hoc animadverte, uti & *Sevirum Juniorum*. Erant enim & *Sex primi* inter Augustales *Juniores*.

2 *Romæ,*
apud Proſperum Mandoſium Equitem.
Ex Canonico Boldetto.

D. M
L. IVNIVS. L. F. IIIIII. VIR. AVG
LIVIA MANLIA. B. V. P

3 *Hiſpali.*
E ſchedis P. Johannis Baptiſtæ Cattanei.

L. IVNIO. L. F. M. N. L.
PRON. GAL. RVFO. IIII. VIR.
POT. AVG. QVATTVORVIRA
P. D. TEST. MVNERI
EDEND. CAVS
EQVITES. ROMA. AVREIS
CC. ONTA DD

Mendoſam nemo non agnoſcat. Scribendum fortaſſis eſt *Sevirali Poteſtate Auguſtali*, aut *Auguſtali*, *Quatuorvirali Poteſtate donato*, aut *deſignato*. Hic autem *Junius Rufus* videtur *Teſtamento* reliquiſſe *Equitibus Romanis aureos CC. ..... Muneris* (ideſt publici Ludi, ſpectaculive) *edendi cauſſâ*.

4 *Nemauſi.*
E ſchedis Ambroſianis.

L. LAELIVS
MARVLLVS
IIIIII. VIR. AVG. ET
DECVR. ORNAM.
V. S. P

Vide ſupra in ſimili Inſcriptione Nemauſenſi eamdem formam dicendi.

5 *In Vico* Bolognano
Comitum de Arco.
Miſit Jacobus Tartarottus.

SEXTO LAELIO PRIMIGENIO VI VIR AVG
ET LAELIAE RESTITVTAE PATRIAE
PRISCHIA PARENTIBVS PIENTISSIMIS

Vocabula PATRIAE & PRISCHIA, corrupta puto. Fortaſſe *Priſcilæ* pro PRISCA.

6 *In Via Prænestina.*
Ex Donio.

DIS MANIBVS
A. LIVIO
CHRYSEROTI
SEVIRO. AVGVST. QVINQ
AGATHANGELVS
ONESIMVS
CALLISTVS
CARPVS
HIBERVS
PATRONO BENE
MERENTI

7 *Piſis,*
E ſchedis Nicolai Pacediani.

L. LOLIVS. L. L
LIB. COMMODVS
SIBI ET
ASINIO CHRYSIPPO
AVGVSTALI AM
OLVSENO ET VI.
BVTIAE
ALBINAE P
EBIAE AM
IN. AG. P
IN F. P

L. L. LIB. ideſt *Luciorum Libertus*.

8 *Corſinii,*
in Sancti Alexandri.
E ſchedis meis.

LVCCEIAE. C
L. FORTVNA
TAE. C. LVCCE
IVS. C. L
CAPRIVS
SEVIR. AVG
CONIVGI
B M
P

1 *In oppido Sanctæ Euphemiæ, agri Brixiani. Ex Rubeo.*

L. LVCRETI
EPHORI VI. VIR.
AVG. AMICO CARISS.
ET STATIAE VERAE
CONIVGE HVIVS DOMNAE
MEAE SANCTISSIMAE ET
AMICAE CARISSIMAE HS
ARAM POSVIT
ET ROSAS
AVRELIVS TIMARCVS
AETERNVM

Antiquiſſimus eſt uſus donandi mulieres illuſtres titulo *Domna*, quod contractum fuit ex *Domina*. Inde natum Italicum noſtrum *Donna*. Exemplis parco. CONIVGE pro CONIVGI, Marmorarii error videtur; ſed *Conjuge* pro *Conjux* uſurpata etiam olim fuit.

2 *In Urbe Teatina. Ex Donio. Miſit quoque P. Alexander Berti Lucenſis.*

L. MAMILIVS
L. L. FAVSTVS. SEV. AVG
MAMILIAE. ACTAE. VXORI
L. MAMILIO. L. F. ARN. MODESTO
SELECTO ET DECVRIONI
VIVOS. SIBI. ET. LIBERTIS. SVIS. FECIT
L. MAMILIO. EPINICO. SEVIR. AVG
L. MAMILIO ACTIO
CALLITYCHENI
L. MAMILIO. FAVSTO
L. MAMILIO. EVTYCHO
MAMILIAE. PYRALLIDI

Dederat hunc lapidem Reinesius, ſed imperfectum Claſs. VI. num. 113. SELECTVS, ideſt *Judex Selectus e Decurionibus*: quod munus in aliquot Gruterianis marmoribus habes.

3 *Beneventi, apud Sanctimoniales Sancti Petri. E ſchedis Ambroſianis.*

P. MARCIO ALBANO
AVGVSTALI
ETRITIA SP. F. CLEMENS
VIRO ET SIBI ET
P. MARCIO PILADI
SECVNDO ET
MODESTO

4 *Tergeſte. E ſchedis meis.*

T. MARCIVS SECVNDVS
IIIIII. VIR. AVG
MARCIA. T. L. QVARTA
VXOR

5 *In oppido* Martos *in Hiſpania. E ſchedis meis.*

P. MARTIVS EPAPHRODITVS
AVGVSTALIS. H. S. E. S. T. T. L
IN. FR. P. XV.
IN. AG. P. XXIIII.

Sigla, ut minus peritis gratum faciam, ſignificant: *Hoc Situs Eſt. Sit Tibi Terra Levis.*

6 *Viterbii, in Sancti Agnelli. E ſchedis Capponiis.*

MERENNA VITELLIA. L. F
AVGVSTALIS SVRRINENSIVM
FECIT. SIBI. ET. ANNIAE. CAECILIAE
CONIVGI. BENEMER.

Certum eſt, a Viro poſitum eſſe hoc epigramma. Quare *Merenna Vitellia* ſuſtineri non poteſt. Et quamvis legas *Merenna Vitellio*, adhuc L. F. inſueto loco poſitum eſt. Quinam verò Populi fuerint *Surrinenſes*, & hoc mihi ignotum. Pagus aut Vicus fortaſſis nomine ſito ſignatur. E *Sutrium* eſt *Sutrinus*, non *Sutriuenſis*.

7 *Sulmone, ad Portam bonorum Hominum. E ſchedis meis, & ex Donio.*

D. M. S
P. OCTAVIO
P. L. PARDO
SEVIR. AVG
ET. P. OCTAVIO
ATTICIANO
FILIO PIENTISSIMO
OCTAVIA ATTICILLA
ET SIBI
P. OCTAVIO. P. F
EVMENIANO. SCRI
SVLP.

Donius in penultima linea legit EVTVCIANO.

8 *In Villa Bajana agri Spoletini. E ſchedis Severi Minervii.*

C. OBELIO
C. LIB. AEQVALI
COM
VI VIR
AVG

1

Veronæ,
in Musco publico.
Ex Marchione Maffejo.

Q. OCTAVIO
Q. L. POB. PRIMO
VI VIRO AVG
SAC IVVEN
OCTAVIA TIGRIS PAT
CONIVGI B M ET SIBI
V F
QVAERERE CONSVEVI SEMPER NEQVE PER
DERE DESI.....NVNC AB VTROQVE VA
CO DECASAPAV.....VOLVIT HIC MEA
COMPOSITO REQVIESCVNT OSSA SEPVLCRO
...LABOR A PVERO QVI MIHI SEMPER ERAT
NVNC LABOR OMNIS.....CVRAEQVE MO
LESTE NEC SCIO QVID NVNC SIM NEC SCIO QV
....PARVA TAMEN NOSTRO REMANENT
SOLACIA FACTO VIVENT QVI....VIVI QVIA
DON....VVNTVR VIVITE FELICES QVIBVS
EST FORTVNA.....

Sex tantùm priores lineas dederat Gruterus pag. 444. num. 6. Quæ sequuntur, apud Ligorium quoque vidi, sed non adeo accurate descripta, uti apud Clariss. Maffejum.

2

Flumii, nunc Fiume,
in Carniola in Templo majori.
Descripsit Canonicus Bertoli.

CN. OFARIO
VETTIDIANO
SECVNDO
II. VIR. IVR. DC
SAC. AVG
FRATRI
.....

3

Cephaledii,
in Sicilia,
in Templo majori.
Accepit a Clariss. Mongitore
N. V. Ignatius Maria Como Neapolita.

OPPIVS VALEN. AVG. II.
ET IN DIE OPTATA
P. ANNIO ATIMETO

Dubius fum, iſte-ne fuerit *Auguſtalis Secundum*, an pro II. ſcriptum ſit SIBI. Peregrinum quoque ſapit formula hæc IN DIE OPTATA.

4

In Santiæ Scholasticæ,
agri Aquilani.
E ſchedis meis.

T. OPSTVRIO
FACILI SEVI
RO. AVG. LIB.
LIBERTAE. PA
TRONO. BENE
MERENTI. DE
SVO POSVE
RVNT

Ideſt *Liberti* & *Libertæ*.

5

In Civitate Sidoniæ,
in Sancti Petri.
E ſchedis Ambroſianis.

Q. PAPIO. Q. L.
NATALI. VI. VIR.
AVG.
INSTACIDA. POENA
CONIVGI. CARISS.
ET SIBI

F

1 *Mediolani, apud Archintos. E ſchedis meis.*

M. PETRONIVS
PHILOMVSVS
VI. VIR. SEN. AVG.
SIBI ET
SECVNDINAE
SECVNDI. FIL.
VXORI. KAR.
ET SVIS

VI VIR. SEN. ideſt *Sevir Seniorum*, aut *Senior*. Erant enim Auguſtales *Juniores* a *Senioribus* diſtincti, ut non ſemel dixi.

2 *In Via Prænestina. Ex Donio.*

PIGNONI
CONLIBERTAE ET CONIVGI
BENEMERENTI
A. LIVIVS CALLISTVS
SEVIR AVGVSTALIS QVINQ
D . M
A. LIVI CALLISTI SEVI
RI AVGVSTAL IDEM QVINQ
D . M
ACILIAE DEVTERAE FILIAE
EORVM NATVRALI

Poſtrema ſaltem cum ſuperioribus minime conjungenda videtur.

3 *In Caſtro Prætorio, agri Aquilani. E ſchedis meis.*

C. PLVTIO. C. L
ET
C. PLTIO. C. L
GENAGRO
VI. VIRIS. AVG

4 *In Montebuſo, agri Paterni. E ſchedis meis.*

T PVLIO. T. F
LICINIO IIII I
VIRO AVG
ALBIA CLYMENE
SIBI ET
VIRO
V. F

5 *Vicentiæ, in Sancti Georgii. E ſchedis Valerii, & ex Marzario.*

L. PVTINIVS. L. L
VITALIS IIII I. VIR
AVGVST. PVTINIAE. L. L
CHIONI. T. F. I

6 *Briziæ. Ex Oct. Rubeo.*

T. QVINCTIVS
T. L. DAPHNVS
VI VIR. AVG. T. F. I

8 *In oppido Gordiani Siculi in Marſis. E Phœbonio.*

C. RVTILIO. C. F. PAL. GALLICO
ORDO AVGVSTAL. PATRONO
OB MERITA PATRIS ET IPSIVS

Singularis eſt Inſcriptio iſta, quod ibi ORDO AVGVSTALIVM diſerte memoretur. Remeſianus lapis Claſſ. X. num. 13. ubi legitur *Collatione facta Ordinis ejuſdem Municipi, & Auguſtalium, & Vicanorum*, nondum nobis hunc Ordinem exhibuerat: quippe ibi *Ordo* ad Decuriones tantum ſpectare videtur.

7 *Corſinii, in Sancti Pelini. E ſchedis Ambroſianis, & Donio.*

RVTILIAE. C. F
PAVLINAE. SEVIR
AVGVST. PATRONAE
OB MERITA
PATRIS
ET IPSIVS P.

Ideſt: *Sevirs Auguſtales*. Poſtrema ſigla P. hoc eſt *Poſuerunt*. Patronatus deferebatur etiam feminis, uti ex aliis exemplis elucet, quæ huc adducere ſuperfluum puto.

9 *In Villa Caſtri Prætorii agri Aquilani. E ſchedis meis. Miſit etiam Antonius Antinorius.*

L. RVTILIVS. L. L
PHILARGYRVS. SCAEVA
VI. VIR. AVGVSTALIS
RVTILIAE. L. L. LAIDI
L. RVTILIO. L. L. DIOGENI
RVTILIAE. L. L.... ME
RVTILIAE. L. L. EVCHE
P ..... O
ARBITRATV. L. RVTILI. ET
PHILEMONIS. ET P. FVFICI

1 *Brixellì, extra Sanctì Geneſii. E ſchedis Valerii.*

SALLVSTIA. M. L. APICVLA
SIBI ET Q. GAVIO. Q. L. PRIMO
FILIO. VI. VIRO. ET. AVGVSTALI
D. D. GRATVIT
T. F. I

Ideſt *Auguſtali Decreto Decurionum gratis electo*

2 *Ronchi, in agro Veronenſi. E ſchedis meis.*

C. SOLLONIO
V SENECIO
VI. VIR AVGVSTAL

3 *Interamnæ, nunc* Terni. *Ex Angelonio.*

D . M
TAMINIORVM
SATVRNINI
ERASTI SIMILIS
C. FIRMINIVS PEREGRIN
VI. VIR. AVG
RVSTIA PROBA MATER
T. RVSTIVS ADELPHVS
VI. VIR. AVG. FRATER

4 *Tiburi. Ex Donio.*

M. STATILIO. M. F
CLAVD. ATIENO
VI. VIR. AVG
IIII. VIRO. VIARVM
VIXIT. ANN. LXVII
M. IX. D. XV
CLAVDIA. STATILIA
SABINA. VX

Ideſt *Quatuorviro Viarum curandarum.*

5 *Interamnæ. Ex Angelonio.*

C. TIFANIVS. C. F. CLV.
PR. PIL. QVINQVENN. AVGVR
TESTAMENTO FIERI
IVSSIT DE H-S ⅭⅭ ⅭⅭ
ⅭⅭ ⅭⅭ
AVGVSTALIBVS

6 *In agro Aſtenſi. E ſchedis Nicolai Pacediani.*

D . M
TERENTINORVM CELIANI
ET SATVRNINI FILIORVM
PIISSIMORVM Q. TERENTINVS
TROPHIMVS SEX-VIR AVGV
PATER OPTIMVS SIBI ET
BITONIAE MESSI FILIAE
CONIVGI SANCTISSIMAE

7 *In Tremeſine agri Brixiani. E Vinaccefio.*

TICESIA PRISCVS
VI. VIR. AVG. BRIX. SIBI. ET
VERAE PRIMVLAE CONIVGI
CARISS. ET. C. ATEST. SERVAND.
ET. C. ATEST. SEVER. PARENT
B. M

Ideſt *Caja Ateſtina Severa*. Vide Prænomen Feminæ tributum, & nomen Filii a paterno diverſum, niſi mendum adſit.

8 *Mazzi in agro Brixiano. Ex Octavio Rubeo.*

L. TRVTINO
PROBVS
EX VOTO
DEO DONVM
DEDIT
VI. VIR. AVG
BRIX

Oborta quidem mihi ſuſpicio fuit, potuiſſe Deo LIBERO TRVTINO Donum hoc offerri a *Probo* iſto *Severo Auguſtali Brixiano*. Eam tamen abjeci, quamquam exoticum nomen ſit *Lucius Trutino*. Sed quinam hic Deus? Templum, in quo donarium poſitum fuit, id ſatis indicabat.

9 *Reate, in Sanctæ Mariæ. Miſit Antonius Antinorius.*

D . M
D. VALERIO MARTIALI
Q. POMPILIVS HONORATVS
VI. VIR. AVG. PATRI PIISSIMO
POSVIT

1 *Interamnæ.*
Miſit N. V. Ferdinandus de Viccomitibus de Cittadinis.

L. VALERIO MAGNO
L. VALERIVS PROCLVS
L. VALERIVS AEVARISTVS
V. ANNOS VI. AVGVSTAL
P P

2 *Porcunæ*
in Hiſpania.
E ſchedis P. Cattanei.

M. VALERIVS. M. F
CERIALIS ANN. XII
PIVS IN SVIS. H. S. E. S. T. T. L
M. VALERIVS. M. L. TERTVLLVS
VI. VIR. AVG. ANN. LVII. S. T. T. L

3 *Mediolani,*
in Sancti Stephani.
E ſchedis meis.

P. VALERIO. P. LIB. PALAT.
TACITO
VI. VIRO SENIORI ET
AVGVSTALI

4 *In Sancti Zenonis,*
agri Regienſis.
Ex Fulvio Azzario.

L. VERGILIO. L. F
.....
DIALI
L. HERENNIVS
IANVARIVS
VI. VIR. AVG
AMICO OPTI
MO

5 *Nemauſi.*
E ſchedis Ambroſianis.

D . M
C. VETTII HELIS
IIIIII. VIR. AVG. ET
VETTIAE SERVANDAE
VXORI
VIVI SIBI POSVERVNT

6 *Tergeſte.*
Ex P. Irenæo della Croce.

C. VIBIVS
VALENS
VI. VIR. AVG. T. F. I
EX HS. XX.

7 *Venafri.*
Miſit Ignatius Maria Como Neapolitanus.

Q. VIBIO. Q. L. ANTEROTI
AVGVSTALI
VIBIAE Q. L. EVCVMENE
VIBIAE. Q. L. PRIMIGENIAE
VIBIAE. Q. L. EROTINE

8 *Ibidem.*
Miſit idem.

M. VOLCIO SPERATO
AVGVSTALI ET
VOLCIAE QVINTAE.....
VOLCIA. M. F. SPERATA
FILIA FECIT

1 *Vicentiæ.*
Ex Marzario.



Ideſt: *Titulum*, aut *Tumulum Sibi Teſtamento Fieri Juſſit.*

Barcinone,
in Sancti Pauli in campo.
E ſchedis meis.



3 *In Abbatia Canonicorum Urbini prope* Acqualagoſa.
Miſit Eminentiſſimus Paſſioneus.



Hæc ita ſuppleri propemodum poſſe puto.

C. *Meſſio. C. Liberto*
Zoſimo
SEVIRo *Auguſtali, Heic*
FORO *Semproni Orna-*
MENTIS *Decurionalibus Ab*
. . . . . (mendoſa hæc ſuſpicor, neque audeo legere
CAPITIBVS MERCATORVM) *Honorato*
DECVRIonet *Et Plebs Urbana*
Ob Merita
(ſubauſi *Statuam Poſuit.*)
HIC IN DEDICATIONE *Decurioni-*
BVS SINGulis *Seſtertios Duodecim, Plebi*
Epulas Dedit Et
VISceratione*m*.

Suetonius in Julio Cæſare Cap. 38. inquit: *Adjecit Epulum, & Viſcerationem*, hoc eſt carnium immolatarum largitionem. Singularis mihi creditur in lapide iſto *Viſcerationis* mentio.

4 *Florentiæ.*
apud Ædiles Eccleſiæ Metropolitanæ.
Ex Gorio.

M . . . . . TA . . . . . .
MISI . L . . . . . VPILIA . . . . . .
AVGVSTALIBVS EPVLVM. ET. PLEBI. VRBANAE. IN. SINGVLOS. HOM.

5 *Spoleti,*
ad Sancti Concordii.
E ſchedis meis.



6 *Puteolis.*
Miſit Johannes Bernardinus Taſurius
Neritonenſis.

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI
F. DIVI. IVLI. N AVGVST. PONTIF.
MAXIM. COS. V. IMP. VIII. TRIB
POTEST. XXXII. AVGVSTALES
REI PVBLICAE RESTITVIT

Ideſt Anno Chriſti 30.

JUvat heic addere Dissertationem Cl. V. Dominici Georgii, ubi pleraque digesta habeas ad Archigallos Antistites Magnæ Deûm Matris spectantia. Eidem occasionem præbuit effigies hominis in marmore sculpti, nuper effossa, sub qua Archigallum exhiberi vir doctissimus censet, multâque eruditione evincit. Dissimulare nolo, fuisse ex amicis meis quemdam Romæ degentem, cui visa est effigies illa Mulierem referre, uberumque vestigia in ejus pectore prominere. At qui Gallos novit eviratos, femineumque vultum prætulisse, facile ejusmodi suspicionem abjiciet.

Dominici Georgii interpretatio veteris Monumenti in agro Lanuvino detecti, & in Ædes Capitolinas nuper inlati, in quo effigies ARCHIGALLI Antistitis Magnæ Deûm Matris exprimitur, ad Marchionem Alexandrum Gregorium Capponium Sacri Palatii Apostolici Forerium majorem.

Long. P. 5. Unc. 4., Lat. P. 5. U. 4.



CL. V. DOMINICI GEORGII DISSERTATIO.

Occasio & scribendi ratio.

EN tibi, ALEXANDER GREGORI, vir præstantissime, & eximie antiquitatis cultor, singulare vetustatis monumentum, haud indignum certe Capitolinis ædibus, nuper Sanctissimi Domini nostri CLEMENTIS XII. PONT. MAX. munificentia, tuaque summa cura, ac studio exornatis, statuis inibi, inscriptionibus, anaglyphis, & priscis virorum illustrium imaginibus dispositis, & affabre collocatis; quo magis deinceps æternæ Urbis majestas non modo eruditos homines, sed convenas etiam, exteraque gentes allicere, & in sui admirationem perrrahere possit. Accipe igitur ex me, quando marmorea tabula, de qua sum disceptaturus, eruta fuerit, & quid item præferat.

I.

Marmorea tabula Archigalli *effigie, verumque figuris insculpta, ubi eruta; & quando in Capitolinas ædes translata.*

DEtecta est in agro Lanuvino A. D. MDCCXXXVI. quingentos ferme passus a Cynthiano oppido ad Appiam viam, dextrorsum Velitras petentibus, in ipsis agri Lanuvini finibus, vineaque Canonicorum Lanuvinorum, dum fundi cultor altius terram moliretur. Vidimus nos tabulam illam eodem illo anno sub finem Aprilis mensis, simul ac illius fama pervulgari cœpit, & paullo post quam in villam Lanuvinam, olim Antonini Augusti, nunc Sforziæ Ducis Sforziæ, viri nobilissimi, in cujus ditione Lanuvii, & Cynthiani oppida sunt, devecta fuisset, dum una cum Josepho Renato Imperiali S. R. E. Cardinale amplissimo, Patronoque meo, Cynthiani tunc versarer, quo per dies aliquot idem Cardinalis fecesserat, ut a curis, quibus in summa licet senectute, integris, ope divina, corporis animique viribus, pro Apostolica Sede vacare solebat. paulisper conquiescerem. Vera id quidem tum de illius firma, prosperaque valetudine; at hujus anni initia, heu quam mihi infausta, & luctuosa! nam christissimus Cardinalis morbo correptus, brevi dierum intervallo ereptus nobis est, & die XV. Januarii pie obiit. Sed quoniam perpetua quadam vitæ felicitate, & admirabili virtutum fama usus, dum annos octoginta quinque, menses octo, & dies septemdecim expleviset, naturæ satisfecit, meo potissimum incommodo, detrimentoque dolendum est. Hanc veniam, ut spero, justo dolori meo dabitis, lectores humanissimi, hanc a vobis peto, ac interim in lineam redeo. Postquam igitur tam præclarum monumentum conspeximus, statim in mentem venit ipsi Cardinali, e re penitioris antiquitatis fore, si illud delinearetur, atque incisum, eruditorum orbi communicaretur; archetypum vero tabulam in Museum Capitolinum, posteritatis ornamento futuram, inferretur. Ac Romam quidem reversus Cardinalis, Sanctissimo Domino nostro Clementi XII. id in primis significavit, tecumque egit, ut hæc nova cimeliis Capitolinis accessio fieret. Tua igitur opera, tuoque demum hortatu factum est, ut eruditorum votis Dux Sforzia, in cujus manus devenerat tam insigne monumentum, humaniter obsecundaret, & ad posteritatis memoriam, in Capitolinis ædibus asservandum hisce ferme diebus, nempe mense Februario hujus anni 1737. tradiderit. Tu vero memoratum monumentum in atrio superiori earundem ædium collocari fecisti, ac typum, qui initio hujus meæ disceptationis visitur, rem gratam antiquitatis amatoribus facturus, æri incidendum curasti. Hæc præmittenda duximus, antequam monumenti hujus interpretationem aggrederemur; nunc ei manum admoveo.

II.

Galli & Archigalli, sacerdotes Deæ Cybelæ; cur ita vocati. Eorum facies partim virilis, partim feminea.

EXhibet autem præ ceteris hæc marmorea tabula (quam hieroglyphicam ex insculptis signis appellare mallem) imaginem exstantem quidem, sed loculamento receptam, quæ, ut reor, effigies est Antistitis cujusdam Magnæ Matris Deûm Cybeles, seu Idææ, cujus sane Deæ summos sacerdotes, *Archigallos*, minores vero, *Gallos* a veteribus appellatos, nemo nescit. Origo nominis ducitur a Gallo fluvio Phrygiæ, si Ovidium, Plinium, Festum, Herodianum, Dionem Chrysostomum, & Stephanum Byzantinum audimus: quod quidem Jo: Gerardo Vossio de Idololatr. Gentil. lib. I. cap. XX. Et in Etymologic. verb. *Gallus* verosimilius videtur, licet repugnantem Ifaacum filium in notis ad Catullum immerito habeat. Si vero inquiras, unde conjiciam, hunc Archigallum esse: ex habitu oris, ceterisque in marmore insculptis symbolis, rem patere, ajo. Videsne faciem prope femineam, simulque virilem, ut hæreas mas ne sit, an femina (ita facies utrumque sexum indicat) commixtumque aliquid ex mare & femina, intuentes judicare videantur, feminam tamen esse potius credant? Adeo verum est, quod de his sacerdotibus Prudentius Christianus poëta veterrimus cecinit: Hymn. de S. Romano vers. 1073.

Medium retentus inter alternum genus;
MAS *esse* CESSAT *ille*, NEC FIT *femina.*

Multo vero ante eadem de Atty ex poëtis ethnicis Ovidius, dira in Ibin imprecatus: In Ibin. vers. 452.

Attonitusque feces, ut queis Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.
Deque viro FIAS NEC FEMINA, NEC VIR,
ut Attys:
Et quatias molli tympana rauca manu.

Et de *Gallis* sacerdotibus, ex christianis scriptoribus Lactantius lib. I cap. XXI.: *Abillo genere sacrorum non minoris infamiæ judicanda sunt nobilia illa sacra, quorum alia sunt* MATRIS DEUM, *in quibus homines* SUIS IPSI VIRILIBUS *tirunt; amputato enim sexu,* NEC VIROS SE, NEC FEMINAS FACIUNT.

III.

Galli, & Archigalli, Gallæ, Semiviri, Semimares, & Spadones, *ob exſecta virilia, dicti. Delectus dies, quo ſacerdotio initiabantur, & exſecabantur.*

PRobe noſti præterea, *Gallos*, & *Archigallos* in honorem abſciſſi *Attinis* fuiſſe eviratos, ſemineumque cultum & inceſſum, ornatumque ſimulaſſe: eapropter a veteribus paſſim *ſemiviros*, & interdum *ſemimares*, ac *ſpadones* appellari. Congeram ea de re eorundem teſtimonia, quorum aliqua profetam, alia indigitabo. Varroni primus locus detur, (Fragmenta Varronis pag. 550.) e quo Nonnus hæc ſumpſit:

Tibi tympana non inani ſonitu Matris Deum
Tonimus: tibinos modos, tibi nunc SEMIVIRI
Teretem comam volantem jactamus tibi GALLI.

Varroni Catullum ſubnecto, qui bujuſmodi ſacerdotes per contemptum, ob exſecta virilia, *Gallas* vocat non ſemel in Galliambo; ac ita canit:

Agite ita ad alta GALLÆ, *Cybeles nemora ſimul.*

Mox:

Rapidæ ducem ſequuntur GALLÆ *pede propero.*
Itaque ut domum Cybellæ tetigere laſſulæ,
Nimio e labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Ita etiam Hephæſtio Alexandrinus L. Veri Auguſti præceptor luſit in Græcis verſibus, qui Latine hoc modo redditi ſunt:

GALLÆ *matris montanæ, thyrſos amantes ſequaces;*
A quibus arma quatiuntur, & ærea crotala.

Nec prætermittendus, ad *ſemiviri* vocem quod attinet, maximus poëtarum Virgilius Æneid. IV. verſ. 215., apud quem legas:

Et nunc ille Paris cum SEMIVIRO *comitatu*
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur.

Quin Turnus Æneam, cum quo pugnam erat initurus, *Semivirum Phrygem* appellat; ita enim ad haſtam, quam manu tenebat, Turnus loquitur: (Æneid. XII. verſ. 97.)

. . . . . *da ſternere corpus,*
Loricamque manu valida lacerare revulſam
SEMIVIRI PHRYGIS.

Id autem nominis Phrygibus inditum, ex cultu Deæ Cybeles apud eos, & ex effeminatis *Gallis*.

Ovidius vero in Faſtorum libris Lib. IV. verſ. 180. Gallos *ſemimares* appellat:

Ibunt SEMIMARES, *& inania tympana tundent,*
Æraque tinnitus ære repulſa dabunt.

Addo his Senecam Epiſt. CVIII., cujus hæc ſunt verba: *Quidam ad magnificas voces excitantur, & tranſeunt in affectum dicentium, alieres vultu & animo, nec aliter concitantur, quam Phrygii ſalent tibicinis ſono* SEMIVIRI, *ex imperio* (Archigalli) *furentes.* Audi & Juvenalem Satyr. VI. verſ. 511.

. . . . . *Ecce furentis*
Bellonæ, Matriſque Deum chorus intrat, & ingens
SEMIVIR *obſcæno faces reverenda minori;*
Molita qui rupta ſecuit genitalia teſta.
Jam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia veſtitur bucca tiara,
Grande ſonans.

Martialis item de *Gallis*, eiſque eviratis ſæpiſſime. Unum ejus locum pono, Lib. IX. epigram. IX. cetera indigitabo (a), quoniam faſtidio eſſem, ſi ea ſingillatim in medium afferrem. En porro verſus, quibus illos, *ſemiviros* appellat:

Curetes texere Jovem crepitantibus armis,
SEMIVIRI *poterant qualia ferre* PHRYGES.

Mitto nunc Apulejum, cujus verba alio loco apponam. His accedat Lampridius, qui narrat, Imperatorem Elagabalum, ut Matris Deûm ſacris initiaretur, virilia ſibi devinxiſſe: *Juſſerat autem*, inquit, c. VI. *caput inter* PRÆCISOS FANATICOS, & GENITALIA *ſibi devinxit, & omnia fecit, quæ* GALLI *facere ſolent: ablatumque ſanctum numen* (nempe ſimulacrum Cybeles) *in penetrale Dei ſui tranſtulit*. Eviratio fiebat Samia teſta, ut paullo ante ex Juvenale didicimus. Cur id? Cauſam affert Plinius his verbis: *Samia teſta, Matris Deum ſacerdotes, qui* GALLI *vocantur, virilitatem amputant: nec aliter citra perniciem, ſi M. Cælio credimus, qui linguam ſic amputandam objecit gravi probro*. Fiebat ad tibiæ cantum, ut ex Lucretio, Lib. II. verſ. 620., Ovidio in Ibin, verſ. 453., ac Tibullo Lib. I. eleg. IV. colligitur.

Dies quoque exſectioni virilium ſtatuta erat. Julianus Imperator Oratione V. quam habuit eo tempore, quo contra Perſas profectus, per Phrygiam iter fecit, ac Peſſinuntem deflectens, Matris Deûm delubra veneratus eſt, ut ex Ammiano Lib. XXII., reſtitutiſque tum illius ſacris, *Callixenen* Antiſtitem præfecit, quod ipſemet Julianus Epiſt. XXI. teſtatur; Julianus, inquam, in ea oratione multa habet de myſteriis Matris Deûm, deque *Semideo Atti*. Mox: *Hæc ſunt*, inquit, *regis Attidis comploratu ac lamentis interim celebratæ fugæ, receſſiones, ſubtractiones e medio, & in ſpelunca latebræ. Quod vel tempus ipſum ſatis indicat, quo illa omnia geruntur. Etenim ſacram arborem ſuccidi illa ipſo die ferunt, quo Sol* SUPREMAM ÆQUINOCTIORUM APSIDEM *attigit; altero die tubarum clangore perſtrepunt: tertio ſacra & arcana Galli meſſis putatur*. Ad quem locum Dionyſius Petavius ſcribit, nil aliud ſe putare, quam illo die exſecari quempiam ſolitum, qui inter *Gallos* adſcriberetur. Indicat Auguſtinus Lib. VII. de Civit. Dei cap. XCVI.: *Huic monſtro nec Jani monſtroſitas comparatur. Ille in ſimulacris habebat ſolam deformitatem: iſta in ſacris deformem crudelitatem. Ille membra in lapidibus adlita; hæc in hominibus perdita*. Ad hanc exſectionis diem alludit Juvenalis Satyr. II. verſ. 510., dum ait:

Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
Libertas, & crine ſenex fanaticus albo
Sacrorum Antiſtes, rarum ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusque magiſter.
Quid tamen exactum: Phrygio QUOS TEMPUS ERAT JAM
More SUPERVACUAM CULTRIS ABSCINDERE CARNEM?

(a) Vide lib. II. epigram. XLV. lib. III. epigram. XXIV. & LXXXI. lib. VIII. epigram. LXXV. lib. XI. epigram. LXXII. LXXV. lib. XII. epigram. XLVI. lib. XIII. epigram. LXIII. lib. XIV. epigr. CCVIII.

Apud Romanos VIII. Kal. Aprilis feſtum in honorem Matris Deûm celebrari ſolebat, quod HILARIA vocabatur; de quo vetera Kalendaria, Macrobius Saturnal. Lib. I. Cap. XXI., Herodianus Lib. I., Lampridius in Alexandro Cap. XXXVII., Vopiſcus in Aureliano Cap. I., & Damaſcius apud Photium Cod. CCXLII. Celebrabantur autem *Hilaria* poſtridie ejus diei, qun ſanguis mittebatur, qui erat IX. *Kal. April.* Hinc ad eum diem in Kalendariis vetuſtis adnotatur: *Sanguen. Dies Ægyptiacus.*

I V.

Semivirorum, & his ſimilibus nominibus Galli a rerum ſacrarum ſcriptoribus appellati.

AT poëtis, profaniſque auctoribus præſertim dimiſſis, ne fabulas nobis vendidiſſe videantur, ad rerum ſacrarum ſcriptores, ſanctoſque Eccleſiæ patres, nos convertamus, e quibus eadem de *eviratis Gallis* audiemus. Principem concedo locum Actis genuinis S. Symphoriani martyris Æduenſis, martyrio affecti c. A. D. 180. ubi hæc decerpſi. (Ruinart. Act. Martyr. pag. 71. edit. Pariſ.) Symphorianus, quod *Berecynthiæ* (quæ eadem eſt ac Cybele Deum Mater) ſimulacrum in Æduis adorare noluiſſet, detinetur, ac judici dicenti: *Niſi* MATRI DEÆ *ſacrificaveris, hodie te dilaniatum omnibus pœnis, capitalis ſententiæ damnatione proſternam*, reſpondit: *At nunc non in idoli hujus cultu portentoſam attende ſuperſtitionem veſtram, quod tu ad opprobrium, & exitium tuum venerabis: in cujus ſacris* EXCISAS CORPORUM VIRES CASTRATI ADOLESCENTES, *infauſtæ imagini exultantes, illidunt, & exſecrandum facinus pro grandi ſacrificio ducitis, ſacrilegi ſacerdotes, ut quod immane ſcelus eſt, religionis prætextu veletur. Ubi perſtrepentes buxos, & tibias, fanatici furoris inflati inſanis, ubi cymbala pulſat Corybantes.* Hæc de *Gallis*, ac ſacris Cybeles Acta habent, quorum verba fuſius protuli, ut facilius res nunnis perciperetur. Prodeat nunc S. Cyprianus, qui in epiſtola ſecunda ad Donatum hæc ſcripſit: *Evirantur mares, honor omnis, & vigor ſexus, euervati corporis dedecore mollitur, pluſque illic placet quiſquis virum in feminam fregerit.* Lactantius diſputans, Lib. I. Cap. XVII., quibus de cauſis hæc eviratio fieret, hanc ſubjicit rationem: *Deum Mater*, inquit, *& amavit formoſum adoleſcentem, & eundem cum pellice deprehenſum, exſectis virilibus*, SEMIVIRUM *reddidit: & ideo nunc ſacra ejus a* GALLIS *celebrantur.* Julius item Firmicus de errore profanarum religionum *Gallos* his nobis verbis adpingit pag. 9. 10.: *Deinde*, ait, *cum ſic ſe alinos a viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu, vocant Deam ſuam, ut nefario repleti ſpiritu, vanis hominibus quaſi futura prædicant. Quod hoc monſtrum eſt, quodve prodigium?* NEGANT SE VIROS ESSE, ET SUNT; MULIERES SE VOLUNT CREDI, *ſed aliud qualiſcumque qualitas corporis confitetur.* Appoſite autem de his *ſemiviris* & *ſpadonibus* non uno in loco Prudentius poëta chriſtianus. Is enim turpem *Gallorum* exſectionem deridet in hymno de S. Romano verſ. 1066., his verſibus:

Aſt hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciſo mitigans ab inguine:
Offert pudendum SEMIVIR *donum Deæ;*
Illam revulſa maſculini (a) ſeminis
Vena, effluenti paſcit auctam ſanguine.

(a) al. *germinis.*

Idem de his abſciſſis in libris contra Symmachum Lib. II. verſ. 49.

Hæc ſi non ita ſunt, edatur, cur ſacra vobis
Ex tabulis ceriſque Poetica fabula præſtet?
Cur BERECYNTHIACUS PERDIT TRUNCATA SACERDOS INGUINA.

Audi eundem Lib. II. contra Symmachum, verſ. 862., *Gallos*, ſpadones appellantem:

. . . . . *Megaleſius hinc* SPADO *diris*
Incenſus furiis cæca ad reſponſa vocatur.

Item alio loco Hymn. de S. Romano verſ. 200.

Per multa Matris ſacra plorandus SPADO.

Adde nunc de hujuſmodi eviratis, eorumque impudicis moribus diſſerentem S. Auguſtinum in libris de Civitate Dei Lib. II. Cap. VII.: *Quanto melius*, inquit, *& honeſtius in Platonis templo libri eius legerentur, quam in templis dæmonum* GALLI ABSCIDERENTUR, *molles conſecrarentur, inſani ſecarentur, & quidquid aliud vel crudele, vel turpe, vel turpiter crudele, vel crudeliter turpe in ſacris talium Deorum celebrari ſolet?* Idem præterea in iiſdem libris Lib. VI. Cap. VII. num. 3.: *Sacra ſunt Matris Deum, ubi Attys pulcher adoleſcens ab ea dilectus, & muliebri zelo abſciſſus, etiam* HOMINUM ABSCISORUM, QUOS GALLOS VOCANT, *infelicitate deploratur.* Denique in iiſdem libris iterum Auguſtinus Lib. VII. Cap. XXIV. num. 2.: *Itane ad hæc relata, & hunc finem habentia, tympanum, turres*, GALLI, *jactatio inſana membrorum, crepitus cymbalorum, conflictio leonum, vitam cuique pollicentur æternam? Itane propterea* GALLI ABSCISSI *huic Magnæ Deæ ſerviunt* &c. Mox vero: *Et Attys ille non eſt commemoratus, nec ejus ab iſto interpretatio requiſita eſt, in cujus dilectionis memoriam* GALLUS ABSCIDITUR. Ibidem paullo poſt, Cap. XXVI. turpitudinem ſacrorum Magnæ Matris his verbis infectatur: *Itemque de* MOLLIBUS *eidem Matri Magnæ contra omnem virorum, mulierumque verecundiam conſecratis, qui uſque in hoſternum diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, inceſſu femineo per plateas vicoſque Carthaginis, etiam a populis unde turpiter viverent, exigebant, nihil Varro dicere voluit, nec uſpiam me legiſſe commemini.* Et paucis interjectis, habet: *At vero iſta Magna Deorum Mater etiam Romanis templis* CASTRATOS *intulit, atque iſtam ſævitiam, moremque ſervavit; credita virtus adjuvare Romanorum*, EXSECANDO VIRILIA VIRORUM. Deinde ſubjicit: *Verum illud quod de* ABSCISORUM *conſecratione Mater Deorum coli meruit, non poëtæ confinxerunt, ſed horrere magis, quam canere maluerunt.* Hactenus Auguſtinus. Obiter quoque S. Ambroſius *Gallorum* improbitatem his verbis perſtringit in libris de Virginibus Lib. I. Cap. IV.: *Quid de ſacris Phrygiis loquar? in quibus impudicitia diſciplina eſt, atque utinam ſexus fragilioris?* Hæc, inquies, tam celebrata *Gallorum* eviratio, & ab antiquiſſimis uſque temporibus a poëtis, hiſtoricique repetita, fabulis ne potius, quam fidei aptior eſt? De hujuſmodi apud Orientem amputatione in viris, ex ſacris litteris docemur; quapropter, ſine piaculo de ea re dubitare non licet. In libro Deuteronomii Cap. XXIII. 1. hæc leguntur: *Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Domini.* Joſephus hoc

Deutoronomii interdictum referens, his verbis explicat (Antiquit. Lib. IV. Cap. VIII. num. 40.) : *Spadones*, in Græco vero Josephi textu Τμηίας, *abhorreantur, & eorum fugiatur congressio, quibus erepta sit virilitas, & generationis fructus, quem Deus hominibus ad generis nostri incrementum tribuit. Abigantur autem tanquam qui liberos peremerint, & antequam sint, id sustulerint, quod causa eorum fuisset: perspicuum enim est, eos, cum effeminata sit ipsorum anima, in idem etiam corpore mutatos esse.* An vero hujusmodi *spadonibus* interdictum esset, ne in templum Domini ingrederentur, an in atrium templi, an connubia cum mulieribus Ismaëlitis oe celebrareot, an demum a regimine, & magistratibus Israëlitarum hac lege arcerentur, adeondi ea de re Interpretes. Nobis satis est, abscissorum *Gallorum* antiquitatem ex sacris quoque litteris indicasse.

V.

Galli, *mores, incessum, & ornatum feminarum simulabant.*

HI *spadones* non modo mores turpium feminarum, sed ut mortalibus illuderent, gratique Magoæ Deæ essent, earum gestum incessumque, & ornatum simulabant, ut ex addocto paollo ante S. Augustini loco liquet. Hinc factum, ut *molles*, & *effeminati Galli* non raro appellentur; & qui ita semioas imitarentur, *incessu perfluo femineam mentiri* ab Apulejo dicuntur, Lib. XI. pag. 244. edit. Jo. Pricæi. Lubet nunc persequi reliqua capitis, & corporis ornamenta, quæ in nostro ARCHIGALLO visuntur.

VI.

Mitra Archigalli.

CApillos mitra pressos tenet. Appositе in rem hanc Servius Grammaticus ad Æneid. IV. vers. 616. *Quibus*, inquit, *effeminatio crimini dabatur, etiam* MITRA *iis adscribebatur*. Apulejus Lib. VIII. pag. 270. de *Gallis* sacrigerulis Deæ Syriæ, seu Cybeles: *Die sequenti variis coloribus indusiati, & deformiter quisque formati, facie cænosæ pigmento delita, & oculis obunctis graphice, procedunt*: MITELLIS, *& crocotis, & carbasinis, & bombycinis injecti*. Mitra, ut cuivis notum, fuit ornamentum capitis feminarum: Italis *cuffia* dicitur. Ea usi viri effeminati, & Phryges, quos notare ajuot Virgilium Æneid. IV. vers. 616. & mitram mollitiei signum esse, diserte monet Prudentius (de pugna animi vers. 358.) his versibus:

Ut MITRA *cæsariem cohibens aurata virilem,*
Combibat infusum crocco religamine nardum.

Subtilis erat mitra, ideo Catullus de Ariadna Carm. LXIV. vers. 63. 68.

Non flavo retinens SUBTILEM *vertice* MITRAM

Et mox:

Sed neque tum MITRÆ, *neque tum fluitantis amictus*
Illa vicem curans.

Propertius apte ad rem nostram Lib. IV. Eleg. VII. vers. 62.

Qua munerosa fides; quaque æra rotunda Cybeles,
MITRATISQVE *sonant Lydia plectra* CHORIS.

VII.

Velum supra mitram Archigalli.

VElum supra *mitram* quadratum, tenue ac textile, post humeros, pone terga descendens, sacerdotum velamen est, seu integumentum, quod ii sacra facturi io capite gestare solebant. Hoo autem, *flammeum*, seu *flameum*, *rica*, *suffibulum* appellabatur. *Ricam*, & *suffibulum*, velamen capitis seminarum esse ferunt. Varronis locus tritissimus est Lib. IV. de ling. Lat. *Rica*, *a ritu*, *quod Romane ritu sacrificium feminæ cum faciunt, capita velant*. Vide de voce *Rica*, aliisque synonymis Vossii Etymologicon, & Andream Dacerium ad Festum, ut alios præteream. Ideo, mea opinione, velum io hac tabula post humeros rejectum est, ut *Archigalli* facies, ac ornamentum capitis spectari possint. Si enim scalptor velum supra caput revolvisset, ut mos erat sacrificantium, omnia ferme ornamenta capitis contexisset.

VIII.

Archigalli corona describitur.

ARchigallus corona, tribus orbiculis ioterdistincta, imaginibus, seu thoracibus, ut puto, Deorum cælatis, redimitus est. Sacerdotes omnes, quin & singuli sacrificantes, coronati, & vittati, & insulati erant, quod cuivis, vel leviter erudito, patet. Vide ea de re docte differentem Carolum Paschalium in libris de Coronis Lib. IV. cap. XIII. pag. 244. Terni coronæ insunt orbiculi, alter in media fronte, duo reliqui circa tempora, dextera, lævaque. Quæ media fronte protome visitur, nullum supra caput integumentum habet, duæ aliæ, Phrygia tiara, ni fallor, ornatæ sunt. Ex qua vero materia corona constet, marmor indicare non potest, an scilicet *laurea*, *myrtea*, *argentea*, aut *aurea* fuerit. Lucem tamen maximam hæc accipit ex simillima corona, quam in capite gestat simulacrum Cistophori ædis Bellonæ Pulvinensis, Romæ anno Domini MDCCXXIX. erutum, quod erudite noper illustravit Antonius Franciscus Gorius in Obletvationibus ad antiqua monumenta præmissa Donianis Inscriptionibus Tab. VII. pag. LX. & seqq. ab eo vulgatis. Coronam porro hujus Cistophori *auream* fuisse, ex *auro fabrefacto*, & in folia attenuato, ita ut lauream coronam exhiberet, censet ibidem vir eruditus; a qoe insuper docemur, coronam illam gemmis tribus, seu orbiculis intextam, tria Deorum capita insculpta referre: in quam rem perspicuum Suetonii locum in Domitiano profert Cap. IV., qui ita habet: *Certamini* (quinquennali) *præsedit* (Domitianus) *crepidatus, purpureaque amictus toga Germanica, cavite gestans* CORONAM AUREAM *cum* EFFIGIE JOVIS, *ac* JUNONIS, MINERVÆQUE, *assidentibus Dialis sacerdote, & collegio Flavialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat & ipsius imago*. Hæc ubertim satis sunt ad morem intexendi coronis sacerdotum thoracidas, seu orbiculos, in quibus Deorum vultus cælati essent, demonstrandum. Dii a Phrygibus culti, aut saltem qui aliquid cum Matre Idæa commune habeot, mihi videntur, qui in corona Archigalli inciti sunt; ex Phrygio capitis ornatu, & ex symbolis Matris Deum, quæ in hac tabula designantur. In ara votiva reperta prope Lugdunum, celebrem Galliarum civitatem, sub annum Domini MDCCIV. quæ a viris eruditis tum illustrata fuit, memoratur *Taurobolium Matris Deum Magnæ Idææ*, quod factum fuit ex imperio

ejuſdem Matris Deum pro ſalute Imperatoris *Antonini Pii*, *Sacerdote Q. Sammio Secundo ab XV. viris oceabo*, *& corona exornato*. Viri eruditi, qui eam inſcriptionem A. D. 160. dedicatam, diſceptationibus exornarunt, cenſent *oecabi* nomine, a Græcis orto, *armillas* circa brachium *aureas*, & *pretioſas* venire. Ita enim inter ceteros vir dignitate & doctrina eminens Philippus a Turre Antiſtes Adrienſis, cujus memoria in benedictione ſit. His, & *corona Q. Summium* (licet ſacerdotes omnes coronati, ſacris operarentur) donatum fuiſſe putat, honoris ergo, quod tum primum Lugdunum myſteria Taurobolica inlata eſſent.

IX.

Inaures Archigalli.

E Summo capitis ornamento ad aures oculos convertamus. Inaures, *baccæ* ſimiles, quæ lobo aurium infixæ ſunt, duæ *margaritæ* eſſe poſſunt, quia *baceis* lauri ob globoſam figuram ſimiles erant. De his locutum volunt Prudentium poëtam, (Hamartigen. verſ. 264.) dum ait:

. . . . . *Nec enim contenta decore*
Ingenito, externam mentitur femina formam:
Ac veluti artificis Domini manus imperfectum
Os deſerit, quod adhuc rei exigat, aut hiacynthis
Pingere ſculptilibus redimitæ frontis in arce,
Colla vel ignitis fincera incingere ſertis,
AURIBUS *aut gravidis* VIRIDES SUSPENDERE BACCAS.

Vide, ſi lubet, ea de re Thomæ Bartholini opuſculum de Inauribus veterum pag. 56.

X.

Archigalli monile.

QUi circa collum *Archigalli* ornatus eſt, duorum anguium orbe, gemmam ſummo ore tenentium effarmatus, haud abſimilis ab eo eſt, qui e collo Ciſtophori Bellonæ apud Gorium pendet, niſi quod torques Ciſtophori laxior, ab extremo collo ad pectus prope papillas devenit: neque ſerpentum, ſed duo catellorum capita ore gemmam mordent. In noſtro vero marmore collum tantummodo complectitur, nec longe abit ab ea monilis ſpecie, de qua Iſidorus Origin. lib. XIX. cap. XXXI. *Hoc etiam* (monile) *&* SERPENTUM *dicitur, quia conſtat ex amphoreis quibuſdam* AUREIS, *gemmiſque variis in modum ſtellæ ſerpentis.* Ciſtophori torquem, *aureum* fuiſſe contendit Gorius, quod nos de noſtro quoque monumento haud abnuimus, quum proprie ſit monile ſerpentinum, quod *aureum* fuiſſe tradit Iſidorus.

XI.

Ejuſdem Archigalli monile baccatum.

POſt lobum utrarumque aurium globuli quidam duplici ordine connexi in *Archigallo* conſpiciuntur, qui ad ima latera perveniunt. *Monilis* & hæc ſpecies eſt. De hujuſmodi monili locutum ferunt Virgilium, Æneid. lib. I. verſ. 654. dum canit:

. . . . . *colloque* MONILE
BACCATUM, *& duplicem gemmis auroque coronam.*

Silius Italicus lib. VIII. verſ. 534. de ejuſcemodi monili:

Hic Phrygiam veſtem, & BACCATUM induta MONILE.

Quidam ſcribi volunt *bacatum*; quod nos non moramur. Lampridius in Alexandro Severo Cap. XLI., ſtatuiſſe hunc Imperatorem tradit: *matronas regias contentas eſſe debere uno reticulo, atque inauribus, & BACCATO MONILI, & corona cum qua ſacrificium facerent.* Monile baccatum etiam in Ciſtophoro Bellonæ apud Gorium viſitur, ſed ab ipſa corona non poſt aures dependet. De femineo gemmarum ornatu in *Archigallo* jam ſatis.

XII.

Archigallorum veſtes quæ.

AD illius veſtes nunc convertatur oratio. Extima veſtis, qua indutus eſt *Archigallus*, nullo ſubligaculo circa lumbos conſtricta eſt, ſed paullo laxior, & brachia contegit. Quæ fuerint *Gallorum*, & *Archigallorum* veſtes peculiares, non ita obvium, ac apertum eſſe mihi videtur. Muliebres fuiſſe conſentiunt omnes; at utrumne coloris, an verſicolores, fericæ, lineæ, aut ex lino, non eſt omnino certum. Si Luciano credimus, (De Dea Syria) *Galli* non ſolum muliebri veſte utebantur, ſed ea erat *tota candida*: ſummus autem ſacerdos, nempe *Archigallus*, *purpuream veſtem gerebat*, & *aurea tiara* redimitus erat. Archigallus Phryx Matris Deum Romæ, de quo Dionyſius Halicarnaſſæus Lib. II. pag. 91., & ex eo Euſebius in libris Præparationis Evangelicæ Lib. II. Cap. VIII., *ſtola verſicolori* indutus, circumcurſabat Urbem. Ex his collegere nonnulli, *Archigallos*, muliebri indumento, eoque purpureo uſos eſſe. Apulejus *Gallis*, at non æque ſingulis, *tunicas albas* tribuit: *Quidam*, inquit, TUNICAS ALBAS, *in modum lanciolarum quoquo verſum fluente purpura, depictas, cingulo ſubligati, pedes luteis induti calceis, Deamque ſerico contectam amiculo mihi gerendam imponunt.* Quin & ipſe Apulejus alio in loco, veſtem, qua indutus eſt, dum ſacris Deum Matris initiabatur, his verbis deſcribit Lib. XI. pag. 256. *Et humeris* (Apuleji) *dependebat, pone tergum, talorum tenus, pretioſa ehlamyda, quaqua tamen viſeres*, COLORE VARIO *circumnotatis inſignibus animalibus.* At idem paullo ante Lib. XI. pag. 245. pompam ſacrorum Matris Magnæ minute delineans, hæc habet: *Tunc influunt turbæ ſacris divinis initiatæ, viri feminæque omnis dignitatis, & omnis ætatis*, LINTEÆ VESTIS *candore puro luminoſi: illæ limpido tegmine crines madidos obvolutæ, hi capillum deraſi funditus, vertice prænitentes: magnæ religionis terrena fidera, æreis & argenteis, immo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Sed* ANTISTITES, *ſacrorum proceres illi*, CANDIDO LINTEAMINE *cinctum pectorale, adusque veſtigia ſtrictim injecti, potentiſſimorum Deum proferebant inſignes exuvias.* Hujuſmodi igitur ſacris initiati, tam viri, quam feminæ, pompam ſacrificii comitantes, lineis veſtibus induti erant. Ipſi quoque *ſacrorum Antiſtites*, nempe *Archigalli*, lintea veſte oblonga, non laxa, ſed conſtricta, ſimulacra Deûm geſtabant, ad ſacrificium profecturi. Apulejum cum Dionyſio Halicarnaſſæo ad *Archigalli* veſtes ſacrificales quod attinet, conciliare arduum mihi eſt. Gerardo Voſſio, Idolol. Lib. II. Cap. LIII., Dionyſii auctoritate permoto, creditum eſt, *Gallorum* veſtes *multicolores* fuiſſe, ac de eadem verſicolori veſte locutum Fulgentium in Mythologia Lib. III. Cap.

V., dum ait : *Ideo & multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit* ; sed hæc de Cybele ipsa a Fulgentio tradi in notis ad Catullum pag. 167. 168., satis liquet. Isaacus Vossius filius in ea sententia erit, *Gallos*, ubi primum exfecti fuissent, furentes huc illuc discurrisse, & in quamcumque feminarum veitem in ædibus, in quas divertebant, incidissent, ea usos esse. Recte ne id Vossius, alii disjicient. A corruptis *Gallorum* moribus, eorum quoque vestitis minus casta habita apud veteres. Tritum illud Varronis in Eumenidibus :

Nam quæ venustas hic adest gallantibus ?
Quæ CASTA VESTIS ?

XIII.

Orbiculus circa pectus Archigalli, & cur ab iis gestatus.

VEstibus *Archigalli* sub pectus inhærer orbiculus, in cujus area inter antas januæ, forte templi cujusdam, visitur protome Phrygio integumento ornata, quæ dextræ manus digitis prope os appositis, silentium indicere videtur, ne arcana Deum Matris evulgarentur : qua de re plura qui cupit, adeat Barnabam Brissonium in libris de Formulis, & sollemnibus populi Romani verbis, Lib. I. pag. 5. 6., ex quibus satis fit decerpere Virgilianum illud Æneid. III. verf. 111.

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra,
Idæumque nemus : hinc fida silentia sacris.

Fuit id in more institutoque sacerdotum Matris Deum, quoties stipem emendicarent, ac sacra facerent, ut imagunculas orbiculis inclusas pectore tenus vestibus affigerent. De hoc more illustris est apud Dionysium Halicarnassæum locus, Lib. II. pag. 91., quem iisdem pene verbis exscripsit Eusebius in libris Præparationis Evangelicæ Lib. II. Cap. VIII. : *In Magnæ Matris Idææ sacris*, inquit Dionysius, *Romani Prætores quotannis Romano ritu victimas cædunt, & ludos faciunt : sacerdotio autem ejus funguntur vir, & mulier genere Phryges, eamque per Urbem circumferunt, & Magnæ Matri stipem cogunt, Metragyrtarum officium obeuntes pro more suo*, IMAGINES IN PECTORE *gestantes, tibiis carmina canentes in laudem Magnæ Matris, tympanaque pulsantes : Romanorum indigenarum nullus talia audieret.* Hæc Dionysius, quem pedibus manibusque sequitur Eusebius, dum ait : *Ejus* (Cybeles) *tamen sacerdotio vir ac mulier Phryges ambo funguntur, qui totam civitatem circumeunt, singulis mensibus stirem more suo hinc inde corrogantes*, IMAGUNCULAS PECTORI ALLIGATAS GESTANTES, *tympanaque pulsantes, quos sequens multitudo, materna carmina ad tibiam modulata circumsonat. At e Romanis indigenis nemo, vel Matri stipem emendicans, vel incentione tibiarum affectus, ac versicolore stola indutus, obervat Urbem, nullaque populi lege, nullo Senatus consulto celebranda Phrygio ritu Matris orgia suscipit.* Simulacrum *Archigalli* hujusmodi orbiculis supra vestes circa pectus insignitum, luci donavit vir clarissimus Bernardus Montfauconius in magnis Antiquitatum voluminibus Tom. I. pag. 14., ubi Dionysii locum produxit.

Orbiculus ibi circa pectus *Archigalli*, insculptam habet templi faciem, in qua *Cybele* media est inter *Jovem*, & *Mercurium*. Alia item imago Laberiæ Felicitæ sacerdotis Magnæ Matris, ab eodem Montfauconio Tom. II. pag. 42. vulgata, numinis cujusdam, puta *Jovis*, effigiem ad pectus suspensam tenet. Porro simulacrum *Archigalli* a Montfauconio editum, licet manibus & capite injuria temporis absciss, eximium tamen antiquitatis monumentum ei visum est. Redeo in viam. Ex Dionysio igitur, & Eusebio percipimus, cur *Galli*, & *Archigalli* vestibus imagunculas infuerent, quod scilicet stipem Matri Deum conquisituri, ejus mysteria præferrent ; at interdum ipsius simulacrum asino imponentes, in quæstum ducerent. Hi æruscatores a Græcis *Metragyrtæ*, & quandoque *Menagyrtæ*, quod singulis mensibus illud ministerium obirent, appellantur. Hujusmodi quæstus derisus non solum a christianis, sed ab ipsis ethnicis scriptoribus. De eo enim Tertullianus Apologet. Cap. XII. : *Majestas quæstuaria efficitur. Circuit caupones religio mendicans.* Item : *Non sufficimus & hominibus & Diis vestris mendicantibus opem ferre.* Minutius Felix : *Nudi cruda hyeme discurrunt. Alii incedunt pilenti, scuta vetera circumferunt, pelles* (a) *cædunt, mendicantes vicatim Deos ducunt.* S. Augustinus loco antea a nobis allato, *Gallos* per plateas vicosque Carthaginis oberrasse scribit, ut a populis, unde turpiter viverent, exigerent. E profanis scriptoribus primus fit Cicero, apud quem ex lege XII. Tabularum hæc producuntur verba : (De Legibus Lib. II.) *Præter Idææ Matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.* Ad quæ Cicero : *Stipem sufbulimus, nisi eam, quam ad paucos dies proprium Idææ Matris excepimus. Implet enim superstitiosæ animos, & domos exhaurit.* Magnam liquidem anri argentique vim a populis hos præstigiatores emunxisse, docent hi Lucretii versus Lib. II. verf. 624.

Ergo cum primum magnas invecta (Deum Mater) *per urbes*
Munificat tacita mortales muta salute :
Ære atque argento sternunt iter omne viarum,
LARGIFICA STIPE DITANTES, *pingunque rosarum*
Floribus, umbrantes matrem, comitumque catervas.

Apulejus Lib. VIII. pag. 170. *Gallum*, improbum metragyrtam definit : *Unum de triviali populorum fæce, qui per plateas, & oppida cymbalis, & crotalis personantes*, DEAMQVE SYRIAM *circumferentes*, MENDICARE *compellunt*. Idem alio loco : *Ad istum modum vitato duplici periculo die sequenti rursus* DIVINIS OFFICIIS *onustus cum crotalis, & cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam.*

XIV.

Semen papaveris, & oleæ ramus in manu dextra Archigalli.

MAnu dextra *Archigallus* semen *papaveris*, & *oleæ* ramum gestat. Papaver unum e symbolis est Deæ Cybeles. Prostant nummi jampri-

(a) al. *pelvet.*

dem a viris doctis evulgati, in quibus viſitur Mater Deum inter duos leones ſedens, ac ſiniſtra manu tympanum, dextra *papaver* tenens. (a) Ramus *oleæ* aſpergillum eſt luſtrationibus deſtinatum. Virgilius de Corynæo Æneid. VI. verſ. 230.

Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo FELICIS OLIVÆ
Luſtravitque viros.

Aſpergillum hujuſmodi manu tenet *Ciſtophorus* Bellonæ apud Gorium. Ramus oleæ fuit præterea ſymbolum ſupplicum, & deprecantium.

X V.

Caniſtrum fructibus refertum. Flagrum Archigalli. De hujuſmodi flagris illuſtris Apuleji locus.

MAnu ſiniſtra *Archigallus* caniſtrum, ſeu corbem fructibus variis conſertim plenam tenet, inter quos nucleus pineus. Hæc porro donaria ſunt Matri Deum, frugum omnium parenti oblata. Pinea nux in caniſtro, ſatis etiam demonſtrat, ſymbola hujus hieroglyphici ad Deum Matrem ſpectare. *Pinus* Cybeli ſacra erat, quæ de re fuſius ab aliis, & præſertim a Jo. Gerardo Voſſio in libris de Theologia Gentili, Lib I. Cap. XX. & Lib. V. Cap. XLVIII. Quotannis pinus arbor, ſtata die deferebatur in templum Cybeles, certo ritu, de quo Arnobius ooo ſemel. Deferebatur autem XI. *Kal. Aprilis*; quæ dies in Kalendariis veteribus ſignatur: *Arbor intrat*. Qui pinum deferebant, *Dendrophori* appellati, ab ea arbore deferenda ita dicti, ut Voſſius ubi ſupra, & Philippus a Turre Antiſtes Adrienſis io explicatione Taurobolii Lugdunenſis adnotavit. Supra caniſtrum, *manubrium* affabre elaboratum conſurgit, e quo ſuperne dependent tres veluti ſimiculi, ſatis longi, quibus identidem taxilli innectuntur. Flagrum eſſe id cuiquam videbitur; ſed quanam materia, ferrea ne, an nervea, an oſſea, incompertum eſſet, niſi Apulejus hoc ipſiſſimum flagrum nobis deſcripſiſſet. Audiamus ejus verba, Lib. VIII. pag. 172. 173. Poſtquam præmiſit, quo ritu *Galli* ſimulacrum Deæ circumtuliſſent, & cultris brachia vulneraſſent, ſubdit: *Unus ex his vaticinatione clamoſa, conficto mendacio, ſemetipſum inceſſere atque criminari cœpit, quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid; & inſuper juſtas pœnas noxii facinoris, ipſe de ſuis manibus expoſcere. Arrepta denique* FLAGRO, *quod* SEMIVIRIS *illis proprium geſtamen eſt*, CONTORTIS TENIIS LANOSI VELLERIS PROLIXE FIMBRIATUM, ET MULTIJUGIS TALIS OVIUM TESSELLATUM, *indidem ſeſe* MULTINODIS *commulſat ictibus; mire contra plagarum dolores præſumptione munitus. Cerneres, profecto gladiorum*, ICTUQUE FLAGRORUM, *ſolum ſparcitis ſanguinis effeminati madeſcere*. Mox narrat, hos *Gallos*, ubi *tandem fatigati, vel certe ſuo laniatu ſatiati, pauſam carnificinæ dedere*, ſtipem æris, & argenti a *multis certatim* offerentibus ſinu excepiſſe, vini quoque cadum, ac cetera edulia, & in ſacculos *huic quæſtui* deinduſtria præparatos, congeſſiſſe. Poſtremo narrat hos improbiſſimos *Gallos* necem ipſi Apulejo, pag. 175. flagri ictibus intentare cœpiſſe! *Deaque*, inquit, *vehiculo meo ſublata, & humi repoſita, cunctis ſtramentis me renudatum, ac de quadam quercu deſtinatum*, FLAGRO ILLO PECUNIS OSSIBUS CATENATO, *pene ad extremam confecerant mortem*. Quam peculiaria, & egregia nos docent producta bucuſque Apuleji verba! Et quam mire noſtrum monumentum illuſtrant! Diſcimus, cui uſui flagrum hujuſmodi deſtinatum eſſet; diſcimus illud *Gallorum* ſacerdotum *proprium geſtamen* fuiſſe; diſcimus ejus formam; nam chordulæ illæ prolixæ confectæ erant ex pelle pecuina; *tali*, ſeu *taxilli*, qui *chordulis* inſerti erant ex corio ovium item erant; ac *oſſa pecuina* ab Apulejo appellantur. Videt & noſtrum monumentum ab Apulejo, & Apulejum a noſtro monumento lucem maximam accipere? Hactenus enim Apuleji locus a nobis allatus, viris eruditiſſimis obſcurus viſus eſt, neque recte ab iis perceptus. Protulerunt illum Juſtus Lipſius de Cruce Lib. II. Cap. III., Thomas Bartholinus de Cruce §. XII., Laurentius Pignorius Magnæ Deum Matris Idææ, & Attidis initia pag. 6., & alii: ſed Lipſius ex conjectura, flagrum, de quo Apulejus, inſitis talis, aut oſſiculis exaſperatum fuiſſe putat, oeque quo pacto hi taxilli inſiti eſſent, ſcire potuit. De flagri forma filet, ut & Bartholinus. Egregium quidem locum Lipſius attulit ex libro contra colores, Plutarcho adſcripto, ubi de flagro taxillato, quo *Galli* utebantur, mentio fit: *Nec qui liberæ* (verba ſunt apud Plutarchum) *verberationis egeat, ſed* FLAGRI ILLIUS TAXILLATI, *quo* GALLOS *aliquid offendentes in ſacris Magnæ Matris coercent*. Pignorius, flagrum ex diſciplina *Gallorum* eſſe cenſuit, permotus Apuleji loco, itemque ex Ovidiano illo Faſtorum Lib. IV. verſ. 341.

Exultant comites (Galli) *furioſaque tibia flatur,*
Et ferium molles taurea terga manus.

Item ex Juvenali Satyr. VI. verſ. 491.

. . . . . *Taurea punit*
Continuo flexi crimen, facinuſque capilli.

Hic *Taurea* ex opinione Pignorii ſubſtantive ponitur, & pro flagro ex bubulo tergore accipitur. At hæc ad Apuleji locum enodandum nil pertinent.

X V I.

Gallorum *horrida flagellatio*.

TAm immaniter autem crebris flagrorum ictibus in ſe *Galli* ſæviebant, ac ululatibus furentes fremebant, ut hæc horrori eſſent adſtantibus. Iſaacus Voſſius in notis ad Catullum pag. 225. notat, in thyaſis Bacchi, & Cybeles, cantui & harmoniæ inſerviſſe iſtiuſmodi flagellorum ſtrepitus: ac tam grandibus *Gallos* uſos eſſe flagellis, ut tubæ inſtar ſonarent; a Græcis *maragnas* appellari a gravi, quem edunt, ſono. De horrido flagellorum ictu, ululatuque *Gallorum*, hi verſus Mæcenatis exſtant apud Fortunatianum Grammaticum:

(a) Vid. Spanhem. de Præſtantia & uſu numiſm. antiq. Diſſert. VIII. pag. 625. edit. an. 1671. & Diſſert. XI. pag. 290. 291. edit. an. 1717.

Ades, o Cybele, fera montium Dea
Ades, & ſonante tympano quate flexibile caput,
Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

Apud Ægyptios, in ſacris Magnæ Deæ, teſte Herodoto in Euterpe Lib. II. Cap. XL. pag. 105. flagellatio, dum ſacrificium adolebatur, a ſacrificulis omnibus adhuc jejunis fiebat: *dum ſacrificium ardet*, inquit, *omnes ſe ipſos verberant. Poſteaquam vapulaverint, dapes ex ſacrificii reliquiis proponuntur.* In urbe autem Buſiri, paullo poſt idem ſcribit Herodotus Cap. LXI. pag. 113. *Verberantur poſt ſacrificium cuncti & cuncti, multa ſane hominum millia: quo autem verberentur, non eſt mihi fas dicere. Sed ex omnibus præcipue hoc faciunt Cares, qui Ægyptum incolunt: adeo quidem ut gladiis quoque frontes concidant. Ex quo facto datur intelligi eos hoſpites eſſe, non Ægyptios.*

XVII.

Galli *brachia cultris & ſecuribus lacerabant.*

NEc latera ſolum flagris cædebant, ſed brachia cultris, & ſecuribus feriebant, & morſibus muſculos impetebant. Quo ritu hæc laniena fieret, nos in primis docet Apulejus Lib. VIII. pag. 172.: *Brachiiſque ſuis humero tenus evacuatis, attollentes* IMMANES GLADIOS AC SECURES, *evantes exiliunt, incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium: nec paucis percurſatis caſubis, ad quandam villam Britini perveniunt, & ab ingreſſu primo, ſtatim* ABSONIS ULULATIBUS *conſtrepentes*, FANATICE *pervolant. Diuque capite demiſſo, cervices lubricis intorquentes motibus, crineſque pendulos rotantes in circuitum, & nonnunquam* MORSIBUS *ſuos incurſantes* MUSCULOS, *& poſtremo* ANCIPITI FERRO, *quod gerebant, ſua quiſque brachia diſſecant.* Huc ſpectat Commodiani Poëtæ Inſtruct. XVIII. chriſtiani verſus:

Aut cum dorſa ſua (Galli) *allidunt ſpurca* BIPENNE.

Huc etiam ſpectant Prudentii verſus: (Hymno de S. Romano verſ. 1061.)

CULTRUM IN LACERTOS *exerit* FANATICUS,
SECTISQUE *Matrem* BRACHIIS *placat Deum.*
Furere ac rotari jus putatur myſticum.
Parca ad ſecandum dextra fertur impia:
Cælum meretur vulnerum crudelitas.

Chriſtianos Poëtas Martiali prætuli Lib. XI. epigram. LV., apud quem leges:
Alba minus ſævis LACERANTUR BRACHIA CULTRIS:
Cum FURIT *ad Phrygios enthea turba modos.*

Statius item Thebaid. Lib. X. verſ. 160. huc alluſit:

Sic PHRYCA *terrificis genitrix Idæa* CRUENTUM
Elicit ex advris, CONSUMPTAQUE BRACHIA FERRO
Scire vetat: quatit ille ſacras in pectore pinus
Sanguineoſque rotat crines, & vulnera curſu
Examinat.

Seneca præterea in Agamemnone Act. III. verſ. 586.

Non ſi molles imitata viros
Triſtis LACERET BRACHIA *tecum,*
Quæ turritæ turba parenti
Pectora rauco concita buxo
FURIT, *ut Phrygium lugeat Attin.*

Ad tibiæ Phrygiæ ſonum in furorem agi conſueviſſe notat Lucianus in Nigrino: *Sicut tibiæ Phrygiæ ſonum qui audiunt, non omnes in furorem aguntur; ſed qui Rheæ ſacrati, addictique ſunt; illi reminiſcuntur eo ſigno affectus.*

XVIII.

Gallorum *falſa vaticinia, & conficta mendacia.*
Bellonæ *quoque ſacerdotes* bipenne *lacertos feriebant, & vaticinabantur.*

DUm furore iſtiuſmodi concitabantur *Galli*, vaticinari ſolebant; ſed *conficto mendacio*, ut Apulejus ipſe præſtigiarum hujuſmodi apprime conſcius fatetur. Nota & hæc fraus *Gallorum* & *Archigallorum* vaticinantium chriſtianæ religionis Apologiſtis, qui idcirco eorum vaticinia irridebant. *Archigallum* enim deridet Tertullianus, quod Romæ dum de M. Aurelii incolumitate Romani ſolliciti, vaticinium *Archigalli* ejuſdem expoſcerent, hic dum immanibus ictibus lacertos impetereet, vivere adhuc M. Aurelium commentus eſt, cum aliquot diebus ante obiiſſet. Tertulliani verba demus Apologet. Cap. XXV. *Itaque majeſtatis ſuæ in Urbem collatæ grande documentum noſtra etiam ætate propoſuit, cum* M. AURELIO *apud Sirmium Reipublicæ* EXEMTO *die* XVI. *Kalendarum Aprilium*, ARCHIGALLUS *ille ſanctiſſimus* DIE IX. KALENDARUM EARUNDEM, *quo ſanguinem impurum*, LACERTOS *quoque* CASTRANDO, *libabat pro* SALUTE IMPERATORIS *Marci* JAM INTERCEPTI, *ſolita atque imperia mandavit.* Vide eundem ibidem Cap. XXIII. & in Libro de Reſurrectione carnis Cap. XVI. Ad *Gallorum* figmenta reſpexit etiam S. Ambroſius Lib. II. contra Relationem Symmachi, dum ait: *Unde igitur exemplum, quod currus ſuos ſimulato Almonis in flumine lavat Cybele? Unde* PHRYGII VATES, *& ſemper inviſa Romanis non æque Carthaginis numina.* Habes modo, cur *Galli*, & *Archigalli* flagris ſe inciderent, cur cultris brachia ferirent. Prudentius item adverſus Symmachum, verſibus a nobis ſupra allatis, ubi de *Gallis ſpadonibus* teſtimonia protulimus, hoc idem de furioſis *Gallis cæca reſponſa* reddentibus deſignavit. In vetuſtis porro lapidibus exempla ſuperſunt de *Archigallorum* vaticinatione, nam apud Gruterum pag. XXX. 2. legitur:

ANTONIANVS. PONTIFEX. PERPETVVS
IN. HONOREM. DOMVS. DIVINAE &c.
EX. VATICINATIONE. PVSONI. IVLIANI
ARCHIGALLI &c.

Hic autem lapis, ex conſulibus ibidem adnotatis exaratus eſt A. D. 184. Dio Caſſius demum ſcribit Lib. XLVIII. pag. 383. : *Appio Claudio, C. Norbano Coſs.* nempe A. V. 716. *cella Romuli, quam in ea Pontifices ſacrum feciſſent, incendio abſumpta eſt : ſtatua Virtutis, quæ ante portam quondam ſtabat, in faciem decidit : ac quidem* FURORE *Matris Deum* CORREPTI, *iraſci populo Divum Auxerunt. Eius rei cauſa libri Sybillini ſunt inſpecti, ac ex iis reſpondere Quindecemviri, ſuccenſere Deam populo, ſimulacrumque eius eſſe ad mare deportandum : id quum fieret, Dea... quum adhuc a mari abeſſet, a terra in id progreſſa eſt : ac. aliquando ibi morata, vix tandem rediit.*

Mos etiam fuit, ut hoc inſuper adnotemus, Bellonæ ſacerdotibus feminis, maſculiſque, lacertos bipenne ferire, & dum ſanguis effluëret, vaticinari. Tibullus Lib. I. eleg. VII. verſ. 50.

. . . . . *ſic magna ſacerdos*
Eſt mihi divino vaticinata ſono.
Hæc ubi Bellonæ motu eſt agitata, nec acrem
Flammam, non & amans verbera torta timet.
Ipſa BIPENNE SUOS *cædit violenta* LACERTOS
Sanguineque effuſo ſpargit inulta Deam.
Sternat Iarus præſtes ferus, ſtat ſaucia pectus,
ET CANIT EVENTUS, *quos Dea magna monet.*

Hinc Juvenalis Satyr. IV. verſ. 123.

. . . . . *ſed ut* FANATICUS *æſtro*
Percuſſus, BELLONA, *tuo* DIVINAT *& ingens*
Omen habes, inquit, magni clarique triumphi.

Idem Satyr. VI. verſ. 511.

. . . . . *Ecce furentis*
Bellonæ, Matriſque Deum chorus intrat &c.

De Bellonæ ſacerdotibus furentibus, hæc tradit Lactantius Lib. I. Cap. XXI. : *Alia* (ſunt ſacra) *Virtutis, quam eandem Bellonam vocant ; in quibus* IPSI SACERDOTES, *non alieno, ſed* SUO CRUORE *ſacrificant. Seſtiis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes, currunt, efferuntur, inſaniunt.* Vetus quoque inſcriptio Gruteriana pag. CCCXIII. 1. habet :

Q. CAECILIO. APOLLINARI
FANATICO. DE. AEDE. BELLONAE
PVLVIN. &c.

Jacobus Gutherius Lib. I. Cap. V. pag. 29. , qui in libris de jure Manium hanc attulit inſcriptionem, monet, *fanaticos* quoque dictos ſacerdotes, qui circa fana verſabantur, & reſponſa reddebant, quod comprobat ex leg. 1. §. *Idem Vivianus* Digeſt. de Ædilit. edict. *Idem Vivianus ait* (legis verba ſunt) *quamvis aliquando quis circa fana bacatus ſit, & reſponſa reddiderit, tamen ſi nunc hoc non faciat, nullum vitium eſſe.*

Ad alia quæ in marmore ſcalpra ſunt me confero. In ſuperiori ejuſdem parte ad oram utrinque appenſi ſunt duo veluti orbes, ſeu pelves, minori quidem forma in dextro lapidis latere, majori vero in lævo. Hæ orbiculares figuræ *cymbali*, & *tympana* ſunt, ni fallor, quæ in ſacris Cybeles adhiberi ſolebant, & a *Gallis* pulſabantur, & quatiebantur.

X I X.

Cymbala in ſacris Matris Deum pulſata.

CYmbala apud veteres fuere ſemirotundi quidam, & concavi pelves, qui concuriebantur, ut ſonum ederent, ideoque foliis *aceſabulis*, quæ rotunda, & concava ſimul ſunt, comparantur. Eorum materia ut plurimum ex ære fuit. Binaerant, adeoque, ut ſonum concinnum efficerent, invicem inter ſe confligebantur. Huc facit Statius Thebaid. VIII. verſ. 221.

. . . . GEMINA ÆRA SONANT, *Idæaque terga,*
Et moderata ſonum vario ſpiramine buxus.

Iſidorus in libris Originum Lib. III. Cap. XXI. *cymbala* ita deſcribit : *Cymbala & acetabula quædam ſunt, quæ percuſſa invicem ſe tanguntur, & ſonum faciunt. Dicta autem cymbala, quia cum ballematica ſimul percutiuntur. Ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.* Hinc ea *pulſari, quati*, & *ſonare* dicebantur. Pater autem, errare eos omnes, qui putarunt, *cymbala* veterum non diſſimilia fuiſſe ab Italorum, Hiſpanorumque *cymbalis*; qua de re adeundus Fridericus Adolfus Lampe., ſeu Lampadius Lib. II. Cap. XXVI. pag. 158., in eruditis libris de Cymbalis veterum, & præſertim de uſu cymbalorum frequentiſſimo in ſacris Magnæ Matris, cui præfer Pignorium in libris de Servis Lib. I. Cap. XIII., & Lib. II. Cap. III. pag. 83. & ſeqq.

X X.

Tympana in ſacris Cybeles.

TYmpanum definiente Iſidoro, Lib. III. Orig. Cap. XXI., fuit : *Pellis, vel corium ligno ex una parte extenſum. Eſt enim pars media ſymphoniæ in ſimilitudinem cribri. Tympanum autem dictum, quod medium eſt ; unde & margaritum medium tympanum dicitur, & ipſum, ut ſymphonia, ad virgulum percutitur.* Interdum manibus impellebatur. Iſaacus Voſſius ad Catullum pag. 226. ſcribit, tympana antiquitus conſtrui conſueviſſe ex circulo, ſeu potius cylindro concavo ligneo, & ex pelle quæ inducebatur, & inſuper e circulis ſeu tintinnabulis æreis, oram undique ambientibus. Ea & minora, & majora, ex eorum varia magnitudine erant. Formam eorundem ex antiquis monumentis exhibet Pignorius, (de Servis pag. 87.) Vide item de tympanorum forma Suidam, verbo *Tympanum*. Nil apud veteres frequentius, ubi de Cybele mentio eſt, quam de tympanis a *Gallis* pulſatis. Selectiora loca vide apud eundem Pignorium. Nos unum, aut alterum proferemus. Catullus in Galliambo :

Tympanum, *tubam*, *Cybele*, *tua*, *mater*, *initia*.

Phœdrus item eleganter (Lib. IV. Fab. I. al. Lib. III. Fab. ult.)

GALLI *Cybeles circum quæſtus ducere*
Aſinum ſolebant, *bajulantem ſarcinas*.
Is cum labore & plagis eſſet mortuus,
Detracta pelle, *ſibi fecerunt tympana*.

XXI.

Tibiæ in iiſdem ſacris.

ELatere item marmoris ad lævam *Archigalli* duo muſica inſtrumenta viſuntur, quorum alter rectum, & oblongum in ſummo apice *Linguam*, ſeu *ligulam* habet; alterum vero in ima parte recurvum eſt, & litui formam præſefert. Utrumque inſtrumentum *tibiam Phrygiam* deſignat, cujus uſus in ſacris Magnæ Deûm Matris frequentiſſimus. Ea de re vide Gaſparem Bartholinum de Tibiis veterum Lib. II. Cap. VIII. pag. 113. & ſeqq. Phrygia tibia duplici nomine a duplici illius forma vocabatur; nempe *dextra*, quæ & *recta*; & ſiniſtra, quæ item *curva* & *inflexa*, quod ejus codon in ima parte e cornu inflexo eſſet. Hæc etiam *lituus* aliquando dicta, quod litui inſtar eſſet. De hujuſmodi tibiis præter Gruterianum lapidem, pag. XXVII. 5., adi eundem Bartholinum Lib. I. Cap. V. pag. 25. & ſeqq., apud quem ſpiſſiſſima Poëtarum teſtimonia occurrent. Nos eorum aliquot excerpſimus, & huc tranſtulimus. Lucretius de ritu ſacrorum Deæ Cybeles Lib. II. verſ. 618.

Tympana tenta ſonant palmis, *& cymbala circum*
Concava, *rauciſonoque minatur cornua cantu*,
Et Phrygio ſtimulat numero CAVA TIBIA *mentes*.

Tibullus Lib. II. Eleg. I. verſ. 85.

. . . . . *ſed tuba jocoſa*
Obſtrepit, *& Phrygio* TIBIA CURVA *ſono*.

Ovidius de Ponto Lib. I. Epiſt. I.

Ante Deûm Matrem CORNU *tibicen* ADUNCO
Cum canit.

Idem in Faſtis Lib. IV. verſ. 180., ubi de feſto Matris Deûm die V. Aprilis apud Romanos agi ſolito:

Proximus INFLEXO BERECYNTHIA TIBIA CORNU
Flabit, *& Idææ feſta parentis erunt*.

His præmittendus forte erat Catullus, qui in Galliambo Carm. LXIV. verſ. 19.

. . . . . *ſimul ite*: *ſequimini*
Phrygiam ad domum: *Cybeles Phrygia ad nemora Deæ*,
Ubi cymbalum ſonat voce, *ubi tympana reboant*,
Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,

Idem in Epithalamio Thetidis, & Pelei, de ſacris Bacchi, Carm. LXV. verſ. 261.

Multi rauciſonis efflabant cornua bombis,
BARBARAQUE *horribili ſtridebat tibia cantu*.

Barbara tibia hic eſt *Phrygia*, ut in notis ad hunc locum cenſet Iſaacus Voſſius. *Tibiam* porro in ſacris Matris Deum, ut plurimum fuiſſe *buxeam*, docent eruditi, quum apud Virgilium hæc de Phrygibus ſint Æneid. X. verſ. 617.

O vere Phrygiæ, *neque enim Phryges*! *Ite per alta*
Dindyma, *ubi aſſueti biforem dat tibia cantum*.
Tympana vos BUXUSQUE *vocant Berecynthia Matris*
Idææ . . . . .

Apud Ovidium quoque *buxea* eſt tibia Matris Deûm, Metam. Lib. XIV. Fab. XII. verſ. 536.

Sanctæ Deûm genitrix tinnitibus æthera pulſi
Æris, *&* INFLATI *complevit murmure* BUXI.

Vide, ſi lubet Plinium Lib. VII. Cap. LVI., & Lib. XVI. Cap. XXXVI., qui de tibia obliqua, ac geminis tibiis apud Phryges, & de calamo *lævæ*, ac *dextræ tibiæ* meminit.

XXII.

Ciſta myſtica.

AGmen claudet ciſta undique clauſa cum operculo acuminato, non longe a tibiis ſcalpta. Hæc eſt ciſta myſtica ſacrorum Matris Deûm. De ea ciſta in ſacris ejuſdem Matris Idææ, ante Deæ ſimulacrum præferri ſolita Apulejus Lib. XI. pag. 264. *Per barbaros*, inquit, *ab alio* (Gallo ſacerdote) CISTA SECRETORUM *capax*, *penitus celant opera magnificæ religionis*. De ciſta myſtica in Deorum ſacris, pleni ſunt eruditorum libri, adeo ut pudeat, quidquam de ea nunc in medium afferre. Vulgatiſſimum tamen in rem hanc Clementis Alexandrini locum præterire non poſſumus, ut intelligamus, quid huic ciſtæ ineſſet, meritoque ethnicæ religionis præſtigia irrideamus: *Quale autem ſunt*, inquit Admonit. ad Gent. pag. 14., *ciſtæ eorum myſticæ*? *Oportet enim ſanctas eorum revolvere*, *& arcana enunciare*. *An non ea ſunt ſiſamides*, *& pyramides*, *& lana bene elaborata*, *libaque multis diſtincta umbilicis*, *ſaliſque pugilli*, *& draco orgium Bacchi Baſari*? *An non mala Punica*, *atque etiam corda*, *ferulæ*, *& hæderæ*, *& præterea placenta*, *& papaveræ*. *Hæc ſunt eorum ſanctæ*. Ex illuſtri Clementis Alexandrini loco, quid ciſta myſtica eſſet, jam tenemus. Verum de *Gallis* & *Archigallis* plus æquo te diſtinui, & fortaſſe uſque ad nauſeam. Dabis tamen veniam antiquitati, quod de his tam frequenter meminerit.

XXIII.

Cur effigies in hoc monumento ſculpta, Archigallus dicenda ſit.

AT inquies; cur effigiem, quæ in hoc monumento comparet, *Archigalli* potius eſſe, quam *Galli* cenſuiſti? *Gallos* ſacerdotes in marmore, ac tabulis exprimi potuiſſe non abnuo, ſed quum viderim, quæ nobis hactenus ſuperfuere monumenta marmorea, veteſtaſque inſcriptiones, ad *Archigallos* pertinere, in eam veni opinionem, ut effigies, quæ in noſtro hoc monumento exſtat, *Archigalli* potius, quam *Galli* ſit. Litterati lapides magni theſauri Gruteriani, pag. XXX. 2., & CCCVIII. 7., de *Archigallis* tantum, non de *Gallis* meminere. In Ligorianis item lapidibus in Ardeatino, proximo Lanuvino, olim repertis, editiſque dudum apud Joſephum Rochum Vulpium e Societate Jeſu in Veteri Latio Lib. IX. pag. 208.: L. ANTONIVS L. L. MARTIALIS ARCHIGALLVS M. D. M. ID. Item: M. ANTONIVS M. L. CALLISTRATVS SACERDOS ARCHIGALLVS SACRANOS MATRI D. MAGNÆ IDÆÆ legitur. In Donianis denique inſcriptionibus noviſſime vulgatis habetur Claſs. IV. num. 5.: VIRANVS AMPLIATVS ARCHIGALLVS M. D. Nec ignoramus ſolo *ſacerdotis* nomine, at raro, in antiquis lapidibus, Matris Deûm ſacerdotes tam viros, quam feminas venire, ut apud Gruterum pag. CCCVIII. 6. 8. 11., Reineſium Claſs. I. pag. 240., & in Donianis Claſs. I. num. 23. 27., ut ſexcentos alios veteres ſcriptores omittamus. Scimus etiam, imagines ſacerdotum Deæ Cybeles, quæ pictura antiquitus effingebantur, *Archigallorum* plerumque fuiſſe. Plinius de Parrhaſio Lib. XXXV. Cap. X.: *Pinxit*, inquit, *&* ARCHIGALLUM, *quam picturam amavit Tiberius Princeps: atque ut auctor eſt Deciis Eculeo*, LX. *ſeſtertiis æſtimatam, cubiculo ſuo incluſit*. Denique clariſſimus Montfauconios, ſtatuam muliebri veſte indutam, & imagunculam Deæ Cybeles ante pectus præferentem, *Archigallum*, non *Gallum* appellavit. Quidni & mihi non licuerit protomen in tabula noſtra marmorea elaboratam, *Archigallum*, non *Gallum* appellare, ac ſimul affirmare, ſummo *Gallorum Antiſtiti* hoc monumentum poſitum fuiſſe? Quæri etiam poteſt, cujus conditionis eſſent, qui in collegium ſacerdotum *Gallorum* cooptabantur. Si quis homini ſenſus pudoris ineſt, honeſtos quidem a tam turpi ſacerdotio abhorruiſſe, credere par eſt. Ex viliſſima populorum fæce fuiſſe teſtantur Halicarnaſſæus, Juvenalis, Euſebius, & Apulejos; quin & inſcriptiones veteres, *Archigallos*, quorum nomina nobis ſervarunt, ex Libertorum genere extitiſſe demonſtrant. Nunc intra ſepta me recipio. Excipe igitur, vir clariſſime, lubenti animo hæc qualiacumque a me de *Gallis*, & *Archigallis* adnotata, meque amare perge.

Romæ Kal. Martiis A. D. MDCCXXXVII.

AUGUSTI, CÆSARES, AC REGES.

CLASSIS IV.

1 *In Oppido S. Agathæ Regni Neapolitani. Ex Matthæo Ægyptio.*

C. IVLIO C. F. CAESARI
IMP. TRIVMVIRO R. P. C.
PATRONO
D. D.

Quænam sit *Respublica* hæc *C.* decernere nescio. Catatina, Capuana, sive Campana, aut aliâ quæpiam, heic mihi latet.

5 *In Vico Vellaji agri Feltrini, in ædibus Tomitanorum fragmentum. Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.*

IVL. CAES.
S. T. L.
AD VSV
P. P.

Spurius lapis fortassis est. Etiam si germanum velis, nullum tamen inde commodum sensum excalpis.

6 *Neriti. Misit Johannes Bernardinus Tafurius.*

IMP. D. OCTAVIO
DIVI CAES. FIL. AVG.
PONTIF. MAX.
IMP. X [illegible] COS
TRIB. P. [illegible] XXVII
ORDO E [illegible] VS
MVNIC
BONI F.
P. P.

Fatetur Clariss. Tafurius, desiderari nunc lapidem ipsum, Neritinis tamen jamdiu notum, descriptumque fuisse. Vereor ego, ne fucum & illi, & nobis quisquam fecturum sperarit. Augusto *Octavii* nomen minime tribui in publicis monumentis consuevit. Eumdem quoque appellatum videas *Divi*, aut *Divi Juli Filium*, non vero *Divi Cesaris*. Qui verò elogium efformavit, dedità operâ numeros veluti excessos omisisse videtur, ne in Chronologiam peccans, falsi protinus insimularetur.

2 *Brixiæ in Foro. E Vinaccesio.*

IVLIVS CAESAR PONTIFEX.

3 *Brundusii in Hospitio prope Templum Metropolit. Misit P. Scarfo Mon. Basilianus V. Cl.*

C. IVLIO CAESARI
PONT. MAX.
PATRI PATRIAE

4 *Ephesi ad fornicem XLI. Aquæductus. E schedis D.* de la Condamine *hausit Bimardus V. Cl.*

ΠΟΛΕΙΣ ΑΙ ΕΝ ΤΗΙ ΑΣΙΑΙ ΚΑΙ Ο
ΚΑΙ ΤΑ ΕΘΝΗ ΓΑΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΓΑΙΟΥ
ΤΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΤΗΣ
ΤΟΝ ΤΟΝ ΑΠΟ ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΕΙ
ΤΗΣ ΘΕΟΝ ΕΠΙΦΑΝΗ ΚΑΙ ΚΟΙΝΟΝ ΤΟΥ
ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΥ ΒΙΟΥ ΣΩΤΗΡΑ

Ex Versione Bimardi.

Civitas Asiæ Et O .....
Et Gentes Cajum Julium Caji
Filium, Cæsarem, Pontificem Maximum, Et Imperatorem, Ac Iterum Consulem, (Genius) *A Marte Et Venere*
(Ducentem) *Præsentem Deum, Et Communem Humani Generis Servatorem*
(Honorant.)

Circiter Annum U. C. 706. ante Christum 47. posita hæc Inscriptio videtur ab adulatoribus Græcis, apud quos familiare fuit deducere a Diis Genealogias illustrium Virorum, nedum Regum, & Principum.

7 *Tarenti, in Sacello Sancti Cataldi. Misit Ignatius Maria* Como, *Nob. Neapolit.*

OCTAVIO. AVG. SACR.
TARENT. ORD. MEM.
BENEF. D. D. S.

Iterum dico: *Octavium Augustum* nulla antiquorum marmora retulerunt. Quare & de hujus lapidis vetustate suspicari licet.

1 *Salonæ fragmentum.*
E schedis Giganti.

DIVI AVG. MAX. TR. P.
COS. ITE.
AESALONITA P. DOLA

Nullius usus est.

3 *Albucinæ,*
in oppido agri Fabrianensis,
apud Monachos Camaldulenses,
Misit P. D. Angelus Fiacchi Monach. Camaldul.

AVG. SACRVM
GABINVS TRIB. MIL. CVR. VIAR.
PROVINC. AFRIC. PAT. MVN. P. S. F.

PAT. MVN. ideſt, ut opinor, *Patronus Municipii pecunia ſua fecit.*

4 *Tergeſte.*
Ex P. *Irenæo* della Croce.

IMP. CAESAR.
DIVI. F. AVGVSTO
PONTIF. MAXIM
TRIB POTEST. XXXII.
COS. XIII. P. P. SACRV

Ideſt Anno Ch. 10.

8 *In Monte Caſino.*
E ſchedis meis.

IMP. CAESARI
DIVI. F. AVGVSTO
COS. XI. IMP. VIII.
TRIBVNIC. POTESTAT. III.
P. RVBRIVS. M. F. MAELARBA.

Ad Annum U. C. 731. ante Æram Chriſti 22. pertinet hæc Inſcriptio.

Romæ
in Porta Pavia.
Ex Mabillonio V. Cl.

IMP. CAESARI LIVIAE DIVI F.
AVGVSTO DRVSI F. PONTIF. MAXIMO
VXORI CAESARIS AVG. COS. III.
IMP. III. TRIBVNIC. POTEST. VIII.
PATRI PATRIAE AVG. XV
VIR. S. F. VII. VIR. EPVLON. COS. XIII.
IMP. XVII. TRIB. POTEST. XXX.

Sunt geminæ inſcriptiones in unam contractæ, & confuſæ, aptatis hinc inde conjunctiſque marmoreis fragmentis, quæ fortaſſis in eodem ſitu locoque effoſſa fuere. Itaque ſic lege:

DIVI F. AVGVSTO
PONTIF. MAXIMO
COS. III. IMP. III. TRIBVNIC. POTEST. VIII.
PATRI PATRIAE AVGVRI
XV. VIR. S. F. VII. VIR. EPVLONVM.

Illa duo S. F. ſignificant *Sacris Faciundis*. Vide infra Tiberium ſacris hiſce muneribus functum. Altera vero pars ſic ſe habet:

LIVIAE DRVSI F.
VXORI CAESARIS AVG. COS. XIII.
IMP. XVII. TRIB. POTEST. XXX.

Sed utrobique vitiatæ ſunt Notæ numericæ.

5 *Mantuæ.*
E ſchedis Pacchiani.

IMP. CAESAR
AVGVSTVS
POTESTAS
M. APPVLEIVS
IVSSV EIVS

Quamquam POTESTAS de Principibus, & Magiſtratibus uſurpatum inveniamus, hæc tamen Inſcriptio manca videtur. Anno U. C. 733. *M. Appullejus* Conſul proceſſit. Fortaſſis huc ille eſt.

6 *Theronis in Sicilia.*
E Gualterio.

IMP. CAESARI
DIVI. F.
AVGVSTO. P. P.
MVNICIPIVM

7 *In agro Illicitano prope Alicantum.*
E ſchedis meis.

AVGVSTO
DIVI. F.
C. MAECIVS
C. F. CELER
DEDIT
DEDICAVIT

9 *Romæ.*
Ex Donio.

SALVO AVG
FELIX
MATERNVS
CVM FILIIS

Hunc lapidem exhibeo veluti poſitum imperante *Auguſto*. Sed formula SALVO poſteritatibus Sæculis uſitatior, ſeritus natum furtaſſis indicat.

10 *Nemauſi.*
E ſchedis Guirani
in Cæſarea Bibliotheca.

IMP. CAESAR
DIVI. F. AVG. PONTIF
MAXVMVS COS. XII
COS. DESIGNAT. XIII
IMP. XIIII. TRIBVNICIA
POTESTATE XX

Indicatur hæc Annus U. C. 750. Ante Æram Chriſti 3.

11 *Ibidem.*
Ex eodem.

IMP. CAESAR
DIVI F. AVG. PONTIF
MAXVMVS COS. XII
COS. DESIGNAT. XIII
IMP. XIIII. TRIBVNITIA
POTESTATE XIIII.

Hæc etiam ſcribendum, ut ſupra, TRIB. POT. XX. idem quippe Annus eſt, atque ſuperior. In variis cippis Milliaribus occurrit Inſcriptio, mutato dumtaxat numero Milliarium.

1 *In columna, ad oſtia Boſpori. Ex Thoma Smitho.*

AVGVSTO CAESARI
L. CL. ANNIDIVS
LE. CLA. I PONTO

Poſtrema linea medico indiget. Fortaſſe LEG. ideſt *Legatus*, Provinciæ *Ponti*, ſcriptum ibi fuit.

2 *Auguſtæ Prætoriæ, apud Capuccinos. Miſit Excellentiſs. Comes Caiſſotus Præſes Senatus Taurinenſis.*

IMP. CAESARI
AVGSTO *ſic*
PONTIFICI MA
COS. XIII. TRIB. PO
XXIII
PAT. P

Dicatum hoc elogium fuit Anno Primo Æræ Chriſtianæ, aut præcedenti.

3 *In Iſſa Inſula Delmatiæ, ad Imaginem Auguſti. E ſchedis Cyriaci miſit Abbas Compagnonius.*

DIVVS. AVGVSTVS. PATER
PROVIDENT

4 *Reate. E ſchedis Vaticellianis. Miſit P. Joſeph Blanchinius Presb. Orat. Rom. V. Cl.*

D. M
DIVO IVLIO CAE
SARI AVG. VRBIS
ET ORBIS HERO PO
STVMVS. X VIR
SCRIBA AEDITVVS
EIVS TEMPLI. SACRVM
CONDIDIT VNICO
BENEMERENTI

Spurium hunc titulum eſſe mihi perſuadeo ex literis D. M. & VRBIS ET ORBIS HERO. Neque *Divum*, neque tempora illa decent ejuſmodi formulæ.

5 *Delphis. E ſchedis Cyriaci.*

ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΑΜΦΙΚΤΤΟΝΩΝ
ΛΕΥΚΙΟΝ. ΙΟΥΛΙΟΝ . . . . . ΙΟΥΛΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΥΘΙΩ

Ideſt:

Commune Amphictyonum
Lucium Julium . . . . . Julium
Cæſarem Auguſtum Apollini
Pythio.

Supple *commendat*. Intermixta huic puto ſphalmata deſcriptoris. Legendum videtur ΛΕΥΚΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΝ, hoc eſt, *Lucium Julium Cæſarem Auguſti Filium*.

6 *Nolæ, in Sancti Apoſtoli. E ſchedis Pacedianis.*

C. CAESARI AVGVSTI F.
COS. PRINCIPI IVVENTVTIS

7 *In Eubœa. E ſchedis meis.*

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ

Ideſt:

Cajus Cæſar
Imperatoris
Cæſaris
Auguſti filius.— — — —

Heic habes, Auguſto regnante *C.* pro Sigma uſurpatum.

8 *Athenis ad Petriam. E ſchedis meis.*

Ο ΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΥΙΟΝ ΝΕΟΝ
ΑΡΗ

Ideſt:

Populus
Gajum Cæſarem
Auguſti
Filium Novum
Martem.

Supple *honorat*. Appellatus *C. Ceſar* adoptivus Auguſti filius *Novus Mars* ab eorum temporum adulatione, quemadmodum infra videbis, *Julium*, ſive *Lunam* Auguſtam *Cererem* epitheto donatum.

9 *In Templo Pedevenæ agri Feltrenſis. Miſit Comes Franciſcus Brembatus Bergomas.*

L. CAESARI. AVG. F.
DIVI N
AVG. COS. DESIG
PRINCIPI IVVENTVTIS

AVG. in tertia linea ſignificat *Auguri*. Spectat Inſcriptio ad Annum Urbis Conditæ 753. ante Chriſtum 1. Pro *Lucio* tamen ſcribendum eſt *C.* ſcilicet *Cajo*, ſeu *Gajo*, illius fratre, qui revera Conſulatum geſſit Anno Primo Æræ Chriſtianæ. Sed ignotum eſt, *Cajum* in *Augurum* Collegium fuiſſe invectum. Quare dum germana ſit Inſcriptio, opinari liceat, *Lucium* quoque deſignatum fuiſſe Conſulem, ſed aut morte intervenente, aut aliam ob cauſſam nequaquam Conſulatum iniiſſe.


image
not
available

1 *Celani,*
pro foribus Sancti Benedicti.
E schedis Ambrosianis.

TI. CLAVDIVS. NERO. PATER
TI. CAESARIS. AVG.
ALFIDIA. M. F. MATER AVGVSTAE

Mutius Phœbonius in Historia Marforum memoriæ prodidit, exsistere in Urbe Marforum Valeriâ colossum muliebrem, in cujus basi legitur : ALFIDIA MATER AVGVSTI. Heic autem MATER AVGVSTAE occurrit. Utraque Inscriptio suspicione falsi laborare mihi creditur.

2 *Romæ,*
in Ædibus Marchionis de Maximis.
E schedis Ptolomeis.

TI. AVGVSTO
IVLIAE AVGVSTAE
SACR
L. POSTVMVS PRISCVS
MENSOR
D. S. P.

3 *Nonæ in Delmatia,*
in Sanctæ Mariæ.
E schedis Farnesiis.

TI. CAES. DIVI. AVG. F.
AVGVSTVS PONT. MAX. IMP
TRIB. POTEST. XVIII
COS. DESIG. TERT.

Spectat epigraphe ad Annum Christi 17.

4 *Orsovæ in Servia.*
E Comite Marsilio.

TI. CAESARE AVG. F
AVGVSTO IMPERATO....
PONT. MAX. TR. POT. XXX.
LEG. IIII. SCYTHIC. V. MACED.
. . . . . .
. . . . . .

Anno Christi 28. aut 29. posita fuit Inscriptio hæc a duabus Legionibus, Scythicâ nempe Quartâ, & Macedonicâ Quintâ.

5 *Arimini,*
in Latere uno Pontis.
E schedis Farnesiis, & Ambrosianis.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONTIFEX. MAXIM. COS. XIII.
IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P

In alio Latere. DEDERE

TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. DIVI. IVLII. N. AVGVST. PONTIF.
MAXIM. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXII.

Hanc ipsam antea dedere Apianus, Panvinius, & Gruterus pag. 160. num. 2. Rursus eamdem profero, sed emendatior em n Notis Chronologicis Augusti. Prima Inscriptio indicat Annum Ch. 14. emortualem Augusti ipsius, qui tamen, ut Nummi n s docent, scribendus foret IMP. XXI. Altera indicat Annum Ch. 21. quo Tiberius Consul Quartùm processit.

6 *Apud Pontem de Pinos in Hispania.*
E schedis Farnesiis.

TI. CAESARI DIVI AVG. F. DIVI. IVLI
N. AVGVSTO PONT. MAX. TRIB
POTES. XXVIII. COS. IIII. IMP. VIII
AVGVRI. XV. VIR. S. F. VII. VIR. EPV
LONVM. T. PAPIRIVS SEVERVS

Spectat Marmor ad Annum Christi 25. aut ad subsequentem. Erunt, quibus minùm videatur, Tiberium heic appellari *Augurem, Quindecimvirum Sacris Faciundis, & Septemvirum Epulonum*; & potius suspicabuntur inversum ordinem Inscriptionis fuisse, titulosque istos cum T. Papirio conjungendos. Verùm hæc aliis videbuntur nequaquam dedecere versatilem, atque adulatorium animum Tiberii. *Hadrianus* quoque, Spartiano teste, *per Latina Oppida Dictator, & Duumvir fuit.* Sed & Nero Claudius, quum Cæsar esset, *Sacerdos cooptatus in omne Collegium* dicitur in Nummis, & Marmoribus. Augustos alios in Classe III. vidisti *Fratrum Arvalium* Collegio nomen dedisse. Vide etiam infra Septimium Severum.

7 *In Insula Eubœa.*
E schedis meis.

TIBEPIOC KAICAP
ΘEOT CEBACTOT
TIOC CEBACTOC

Ideſt :

Tiberius Cæsar
Divi Augusti
Filius Augustus.

1 *Anderæ in Ægypto, quæ quondam Tentyris. Misit Bimardus.*



Ideſt :

. . . . . .
Et Imperatoris Tiberii Cæſaris Auguſti, Divi Auguſti Filii . . . . . Serapione Prætore.

2 *In Ponte Tagi apud Alcantaram. Ex Donio.*

TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F.
AVGVSTVS PONTIF. MAX. TRIB
POTEST. XXVII. . . . . .

Ideſt Anno Ch. 27. aut 28.

3 *Corcyræ. E ſchedis Apoſtoli Zeni Montfauconius.*

Η ΠΟΛΙΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΤΙΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΤΙΩΝΟΝ
ΤΠΑΤΕΥΟΝΤΑ ΘΕΟΙΣ

Ideſt:

Urbs Germanicum Cæſarem Tiberii Cæſaris Filium Auguſti Cæſaris Nepotem Conſulatum gerentem, Diis

Subaudi *commendat*. Spectat Inſcriptio ad Annum Chriſti 12. aut 18. iis quippe Annis Germanicus Conſulatum geſſit.

4 *Lacedæmone. E ſchedis meis.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΤΙΟΝ ΑΠΟ ΠΡΟΓΟΝΙΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
Η ΠΟΛΙΣ

Ideſt:

Germanicum Cæſarem Divi Auguſti Filium pro more Majorum Benefactorem Civitas

Subintelligendum eſt *honorat*. Pro ΘΕΟΥ legendum TIB. ideſt *Tiberii* Auguſti filium. Nullus dubito, quin ad præcedentis formam hæc etiam effomata fuerit.

5 *Nemauſi. E ſchedis Guirani, in Bibliotheca Cæſarea.*

6 *In Civitate Bovini. Ex Johanne Vignolio.*

GERMAN
TI. AVG. F
COS. II
IVLIAE
MAMMEAE
MATRI AVG

Qualis a Vignolio prodit hic lapis, a me exhibetur. Sed male in unam coaluerunt duæ diverſæ Inſcriptiones. Altera *Germanicum* Tiberii filium adoptivum reſpicit, qui Anno Chriſti 18. Conſul II. proceſſit. Altera ad *Juliam Mammeam* Auguſtam, matrem Alexandri Severi Auguſti pertinet.

7 *Prope Ariobrigam in Aragonia. E ſchedis P. Cattanei.*

GERMANICO DRVSI F. SACRVM. C.
HVEGO QVI IN GERMANIA IN LEG. II.
SVB EO III. IMP. A MILITIBVS APPELLAT.
MILITAVERAT IN CELTIB. REVERS. P.

Parum ſapit Sæculi illius mores, ac ſtilum Inſcriptio iſta. *Cajus Huego* recentium poteſt, quum veterum Hiſpanorum nomen ſonat. Dubitari etiam poteſt, an *Germanicus* tertium Imperator fuerit. Et cur *Cæſaris* appellatio omiſſa?

8 *In Parochiali Ronii, in Valle Camonica agri Brixiani. Miſit V. Cl. Paulus Gilardus Canonicus Brixianus.*

DRVSO TI. AVG. F.
DIVI IVLI PR. SODALI AVGV
POT. II. XV. VI. CIVITAS

Ex marmore exciditſe puto DIVI AVG. NEP. quum ſubſequatur DIVI IVLI PRonepoti. *Druſus* infra dicitur *Sodalis Auguſtalis Tribunitiæ Poteſtatis II.* (quam ipſe iniit Anno Chriſti 23.) & *Quindecimvir* facris faciundis. Quæ *Civitas* ei ſtatuam erexiſſe videtur, *Brixia* excogitari poteſt, niſi Populis Camunis ſua fuit Civitas, de qua nihil veteres habent.

1 *Moguntiæ.*
E schedis meis.

IN MEMORIAM DRVSI GER
MANICI

2 *Cordubæ,*
in quodam vase.
E schedis P. Cattanei.

C. CAESAR AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS.
CN. ATEI. FLAC. CN. POMP. FLAC. II. VIR. Q. V. I. N. C.
SAL. AVG.

Scribendum in hoc marmore reor II. VIR. QVINQ. ideſt *Duumviri Quinquennales*, qui elogium hoc Cajo Caligulæ Auguſto poſuerunt.

3 *Romæ,*
fragmentum penes Eminentiſs. Cardinalem Alexandrum Albanum.
Miſit Franciſcus Maria Otterius Marchio V. Cl.


AE DRVSILLAE
SACRVM
RVBELLIVS C. F. BLANDVS
DIVI. AVG. TR. PL. PR COS
O COS PONTIF

Juliæ Druſillæ, quæ Soror Caji Caligulæ Auguſti fuit, Inſcriptio hæc poſita videtur. Reliquæ ſuperſtites literæ ad ipſum Caligulam referendæ mihi creduntur.

4 *In Oppido Aſpavia Hiſpaniæ Baticæ.*
E ſchedis P. Cattanei.

DRVSO IVLIO
CAESARI
CLARITAS IVL
D D

Colonia *Claritas Julia* nunc *Attubi* a multis creditur, ſive *Aſpavia*.

5 *Auguſtæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Miſit Excellentiſs. Caiſſottus Præſes Senatus.

IN HO.....
TI. CLAVDII DRVSI. F. CA.....
PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DE.....

Spectat ad Annum Chriſti 42.

6 *Ravennæ.*
Ex Julii Guaſtavini ſchedis.

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAESAR. AVG.
GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT.
II. COS. DESIG. IIII. IMP. III. P. P. DEDIT

Pro IIII. ſcribe III. Pertinet & iſta ad Annum Chriſti 42.

7 *Cartimæ in Hiſpania.*
E ſchedis Farneſiis, & meis.

TI. CLAVDIO CAESARI AVGVSTO
PONTIFICI MAX. TRIB
POTEST. XIII. IMP. XXVII. CONS
V. P. P. CEN. VESTINVS. RVSTICI. F. X.
VIR. ET RVSTICVS F. D. S. P. DD.
CVIVS BASIS CVM VETVSTATE CORRVPTA
ESSET IN VICE EIVS VIBIA RVSTICANA
NVRVS NOVAM RESTITVIT

Cenſtinus habent ſchedæ P. Cattanei. *Cenſ. Veſtinus* ſchedæ meæ. Poſita Inſcriptio Anno Chriſti 53. vel 54.

8 *Romæ,*
in Sancti Salvatoris.
E ſchedis Ambroſianis.

.....MANICO. CAESARI TI. CLAVDIO.....
..... I. F. AVG. N. AVG. GERMA.....

9 *Falironæ in agro Firmano.*
Miſit P. Philippus Camerinius Presb. Oratorii Camerinenſis.

..... SI. F. CAESARI AVGVST.
..... MANICO
..... RIB. POTEST. III. COS. III. IMP. III. P. P.
NOMINE FILI ET SVO TESTAMENTO FIERI IVSSIT
ADIECTA PECVNIA FACIENDVM CVRAVIT

1 *Augustæ Taurinorum, apud Pingonios. E Guichenonio.*

CHIRONI SATVR. F. HYPPOCENT.....
T. CLAVD. CAES. LVDIS SAECVL.....

Suppositicium fœtum si suspicer, aut credam, nemo mihi succenseat.

3 *In Civitate Teatina. Misit Johannes Bernardinus Tafurius Neritonensis.*

TIB. KLAVDIVS
CAESAR
AVG. GERM. PON. MAX.
TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI.
CONS. IIII. P. P. CENSOR

4 *Romæ, e regione Cloacæ Sanctæ Luciæ. Ex Donio.*

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR

Spectat hic lapis ad Annum Christi 49. uti ad eumdem Annum pertinet & altera Inscriptio supra descripta.

6 *Montori in Hispania. E schedis P. Cattanei.*

CLAVDIO CAES.
AVG. GERMANICO TR
POT. III. COS. III. PONT. MAX
P. P.
L. AEMILIVS. GAL. ET
L. AEMILIVS. F. CVR.

Ideſt Anno Christi 43.

8 *Vindobonæ, in Bibliotheca Cæsarea. Ex Marchione Maffejo.*



Fragmentum hoc ad Tib. Claudium Augustum spectat, qui unus *Imperator XXVII.* renuntiatus fuit.

2 *Apud Thebas in Bœotia. E schedis meis. Misit etiam e schedis Cyriaci Nob. V. Abbas Compagnonius.*

Ο ΔΗΜΟC
ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΚΑΙCΑΡΑ CΕΒΑCΤΟΝ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

Ideſt:

Populus
Tiberium Claudium
Cæsarem Augustum
Germanicum Imperatorem

Subaudi *honorat*.

5 *In Ponte fluvii* De Aguilar *in Hispania. E schedis* P. Cattanei.

TI. CLAVDIO. D. F.
CAESARI. AVG.
GERMANICO PONTIF
MAXIMO
TRIB. POT. IMP
P. P. CENSORI
L. CORNELIVS. L. F.
D. D. S.

Si in prima linea marmoris hujus D. F. *Drusi Filii* interpretari licet, ad Claudium Augustum lapis spectat. Sed peregrinum sapiunt ejusmodi figlæ.

7 *Mediolani, lapis Anno 1683. effossus ante Portam Monasterii Sancti Ambrosii. Misit P. D. Petrus Gratioli e Congregatione S. Pauli.*

TI. CLAVDIO
DRVSI F. CAESARI AVG
PONT. MAX
TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI
COS. III. COS. DESIGN
P. P.
VICVS VENERIVS

In Notis Chronologicis est aliquod vitium. Scribendum videtur COS. IIII. DESIGN. V. ut sit Annus Christi 50.

1 *In Sancti Germani Civitate. E schedis meis.*

NERONI
CLAVDIO
CAESARI AVG.
GERM. PONT. MAX.
TRIB. POT. XIII. IMP.
IIII. COS. IIII. P. P.
L. STENIVS. SILVANVS
EX. TESTAMENTO

Spectat hæc Inscriptio ad Annum Christi 66.

2 *Romæ, in Porta Papia. Ex Mabillonio.*

CAESARI I. CAESARI DRVSO IVLIO
TI. CLAVDIO. AVGVSTI F. AVGVSTI F.
GERMANICI F. DRVSI GERMANICI F.
DIVI. NEPOT. AVG. PRONEPOT. NERONI
GERMANICO PONTIF. COS. AVGVRI COS.
DESIGN. GERMANICO IMPERATORI
PRINCIPI IVVENTVTIS

Heic omnia confusa. Si una est Inscriptio, plures respicit: sed ita ut nescias, quænam pars spectet ad *Drusum*, quænam ad *Germanicum*. *Tiberius* etiam *Claudius* Drusi filius locum sibi heic poscere videntur. Postrema certe pars nobis exhibet *Neronem* nondum Augustum, *Consulem Designatum*, ac *Principem Juventutis*.

3 *Ibidem, effossa in Sancti Altarii. Missit P. D. Didacus de Revillas Abb. Hieronym. Mathematices Professor in Sapientiæ Gymnasio.*

.....
.....ONI H MAXIMO
.....AVII. IMP. III. COS. IIII.
C. AVILLIVS LICINIVS
TROSIVS SCRIB. LIBR
AEDIL. CVRVL. CVR. II.
DEVOTVS NVMINI
MAIESTATIQVE EIVS

Quasi hæc spectare possit ad *Neronem* Augustum, atque ad Annum Christi 60. ei locum heic feci. Sed cuinam Augusto tribuenda revera sit, ignoro. Formula quoque DEVOTVS &c. Secula posteriora tutius indicat. In Thesauro Gruteriano, pag. 170. num. 3. altera Inscriptio legitur ab hoc ipso *C. Avillio* posita, ubi is CVRATOR. SCHOLARVM appellatur. Et apud Ligorium, a quo eadem refertur, nuncupatum vidi Avillium CVRATOR. SCRIB. Ligorianam lectionem confirmatam ab isto lapide animadvertis.

4 *Cæcinæ in agro Lunensi, in ædibus Moreschiorum in tabula marmorea. Ex Gorio.*

DIVAE. POPPAEAE. AVGVSTAE. IMP. NERONIS. CAESARIS. AVGVST.
L LICINIVS. L. F. GAL. GLAVCVS. LVCRETIANVS. FLAM. ROMAE
ET. AVG. II. VIR. IV. P. C. SEVIR. EQ. R. CVRIO. PRAEF. FABR. COS. TR. MILIT
LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF. PROLEGAT. INSVLAR. BALIARVM. TR. MIL.
LEG. VI. VICTRICIS. EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP. NERONIS
QVOD BALIARIBVS VOVERAT ANNO A. LICINIO NERVA COS. II. VIR
A VFETO VEGETO ET Q ABVRIO NEPOTE VBE VELLET PONERE. V. COMPOS
POSIT IOVI IVNONI MINERVAE FELICITATI ROMAE DIVO AVG.

In læva parte ejusdem Tabulæ.

IMP. NERONI. CLAVDIO. DIVI. CLAVDI. F. GERM
CAESARIS. N. TI. CAESARIS. AVG. PRO. N. DIVI. AVG. AB. N.
CAESARI. AVG. GERM. P. M. TR. POT. XIII. IMP. XI. COS. IIII.
L. LICINIVS. L. F. GAL. GLAVCVS. LVCRETIANVS. FLAM. ROMAE. ET. AVG. II. VIR
IIII. P. C. SEVIR. EQ. R. CVRIO. PRAEF. FABR. COS. TR. MIL. LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF. PROLEG.
INSVLARVM. BALIARVM. TR. MIL. LEG. VI. VICTRICIS. EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE
IMP. NERONIS. QVOD. BALIARIBVS VOVERAT. ANNO. A. LICINIO NERVA II. VIR. A. VFETO
VEGETO. ET. Q. ABVRIO. NEPOTE. VBE. VELLET. PONERET. VOTO COMPOS POSIT IOVI
IVNONI MINERVAE FELICITATI ROMAE DIVO AVGVSTO

Insignis hæc Tabula, cujus editionem debemus diligentiæ Clarissimi Gorii, eo pluris nobis facienda est, quo rariores sunt Inscriptiones ad Neronem furiosum Augustum spectantes: ejus quippe monumenta post mortem dejecta, & nomen fere ubique e publicis faxis abrasum. Positus fuit hic lapis Anno Christi 66. Præcedenti *Poppæa Augusta* Neronis uxor e vivis sublata fuerat, atque inter Deos relata. Hinc illi DIVAE POPPAEAE nomen. Anno Ch. 65. A. LICINIVS NERVA Consul proceſſerat: eodemque Votum a *Lucretiano* ille conceptum, completum postea fuit Anno Christi 66. quo elogium hoc marmore inscriptum videmus. Præter alia munera, *Consulatum* etiam gessisse videtur LVCRETIANVS iste: sed nullum illius vestigium in Fastis occurrit, ita ut, si quidem revera Consul fuit, suffectum credere cogamur. Almelovenius Anno Ch. 52. nobis exhibet Consulem (an bonis tabulis nescio) *M. Licinium Crassum Mucianum*. Ejus nomen accedit ad *L. Licinium Glaucum Lucretianum*, de quo hic Lapis agit. Itidem Consulatum gessit Anno Ch. 64. *M. Licinius Crassus*. Baleares Insulæ itidem in altero Lapide Gruteriano BALIARES appellantur. *Patronus Coloniæ Lunensis* fuisse ille videtur. Sed aliunde non constat. *Colonæ* honorem delatum fuisse Civitati illi: atque adeo P. C. aliter interpretari juvat; fortasse *Quatuor-vir Potestate Censoria*, aut potius II. VIR. IV. DIC. hoc est *Duumvir Jure dicundo*. Reliqua illius munera prætereo.

1 *In Æolia.*
E ſchedis Vallicellianis hauſit
P. *Joſeph Blanchinius Presb. Orat. Rom. V. Cl.*

Ο ΔΗΜΟΣ
ΝΕΡΩΝΑ ΙΟΥΛΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ ΠΑΙΔΑ
ΘΕΟΥ ΝΕΟΥ ΓΕΡΜΑ
ΝΙΚΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΑΙΟΛΙ
ΔΟΣ ΚΑΡΠΟΦΟ
ΡΑΣ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑΣ

Ideſt :

Populus
Neronem Julium
Cæſarem Filium
Dei Novi Germa-
nici Cæſaris
Et Deæ Æoli-
dis Fructifi-
ræ Agrippinæ

Verbum quodpiam ſubaudi, puta, *honorat*. Græcorum adulatio jam nullum limitem agnoſcebat. Ad Neronem Inſcriptio pertinet, qui ſibus *Novi Dei*, ſeu potius *Divi Germanici* appellatur (quo nomine *Claudius Auguſtus Germanicus*, aut *Germanicus* Avus maternus deſignatur) & *Deæ Æolidis Agrippinæ*. Ita Deos tunc unuſquiſque pro ſuo arbitrio ſibi efformabat.

2 *Antiquariæ in Hiſpania.*
E ſchedis Farneſiis.

IMP. CAESARI
VESPASIANO AVGVST
PONT. MAX. TRIB
POT. VIII. IMP. XIIX
COS. VIII. P. P.
L. PORTIVS SABELLIVS II VIR
PEQVNIA SVA D. D. D

Inſcriptio hæc eſt emendatior Gruteriana pag. 243. num. 6. Spectat ad Annum Chriſti 77.

3 *Auguſtæ Taurinorum,*
in viridario Regio.
E Guichenonio.

IMP. CAESAR VESPAS
IANVS AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIB. POTESTAT. COS.
III. COS. DESIGN. IIII.

Poſitus fuit lapis Anno Chriſti 71.

4 *Vindobonæ,*
in Palatio Cæſareo.
Miſit Pius Nicolaus Garellius Eques
& a Conſil. Cæſar.

IMP. VESPASIANO
CAESARI AVG.
PONTIF. MAXIMO
TRIB. POTEST. X.
IMP. XX. COS. VIIII. P. P.
C. DOMITIVS
FLORVS
T. F. I.

Anno Chriſti 79. hoc elogium Veſpaſiano dicatum fuit.

5 Vilchez *in Hiſpania*
in Ædicula Salvatoris.
E ſchedis Ambroſianis & Farneſiis.

TIT. CAESARI. AVG. F.
VESPASIANO IMP.
PONT. TRIB. POT. VI.
COS. DES. VI. CENSORI
D. D

Pertinet ad Annum Chriſti 76.

6 *Neapoli.*
Miſit Ignatius Maria Como Patricius Neapolita.

ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
[illegible]ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Ι
ΟΣ ΥΠΑΤΟΣ ΤΟ Η. Ο ΤΕΙΜΗΤΗΣ
ΟΘΕΤΗΣΑΣ ΤΟ Γ. ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ
ΣΤΜΝΕΣΟΝΤΑ ΑΠΕΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ

Ideſt :

Titus Cæſar Veſpaſianus
Auguſtus
Tribunicia Poteſtatis X.
. . . . Conſul VIII. Honoratus
Nomothetes III. Gymnaſiarcha
. . . . . Reſtituit.

In ancipiti manet ſenſus. Hæc tamen ſatis produnt, a Tito Auguſto, vel ſub eo, Gymnaſiarum Ludum, ſive Scholam Neapoli fuiſſe reſtitutam.

1 *Apud Thebas in Bœotia.*
E ſchedis meis.
Miſit etiam e ſchedis Barberinis Cyriaci Nob. V. Pompejus Compagnonius Abbas.

ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΙΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΘΕΟΝ CEBACTON
ΟΤΕCΠΑCΙΑΝΟΝ
Η ΠΟΛΙC

Ideſt:

Imperatorem
Titum Cæſarem
Divum Auguſtum
Veſpaſianum
Civitas (honorat.)

2 *Valentiæ Edetanorum.*
Miſit Cl. V. Joſeph Bimardus.

I. IMP.
VESPASIANO. AVG
VESPASIANI. F. CONSER
VATORI. PACIS. AVG.

3 *Triventi,*
in ædibus Blaſiorum.
Miſit P. Alexander Berti
E Congregatione Matris Dei.

IVLIAE AVGVS
T. FIL.

Ea eſt *Julia Sabina*, Titi Auguſti filia, quam Domitianus patruus abduxit, infano illius amore captus.

4 *In Vico Illuro Cataloniæ.*
E ſchedis Farneſiis & Capponiis.

IMP. DOMITIANO
CAESARI
AVG. GERMANICO
L. MVNICIVS. QVIR. NOVATVS. ET
L. MVNICIVS. QVIR. AVRELIANVS
TI. COR NER. TEM.....
II. VIR. CONSTITVTI
D. P. P. D. D.

Ideſt: *De propria pecunia dederunt dedicarunt*, aut *Decreto Decurionum*. Vide Gruterum pag. 243. num. 4.

5 *Savariæ in Dacia.*
Ex Comite Marſilio.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F.
..... AVG. PONTIF. MAX. TR.
POT. IMP. II. COS. VIII. DESIGNAT
VIIII. P. P.

Domitiani expeditionem Dacicam memorat Statius. Ejus nomen poſt mortem e lapide erafum vides. Speciat Inſcriptio ad Annum Chriſti 82.

6 *Cordubæ,*
en las Ollerias.
Deſcripſit P. Johannes Baptiſta Cattaneus.

D. N. IMPERATOR CAESAR
DIVI VESPASIANI AVGVSTI
.....
GERMANICVS PONTIFEX
MAXIMVS TRIB. POT.
VIII. IMP. XXI.
COS. XV. CENSOR PERPETVVS

Pertinet hic lapis ad Annum Chriſti 90.

7 *Aſturicæ.*
E ſchedis Farneſiis.

IMP. NERVAE CAES
AVG. PONT. MAX
TRIB. P. P. P. COS. III
.....ASTVRIC.....
MIL.....
II.

Poſitus fuit cippus hic, ut puto, Milliarius; ſeu Miliarius, Anno Chriſti 97.

8 *Narbonæ.*
Miſit Bimardus.

IMP
CAESARI. DIVI. NERVAE. F
TRAIANO. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. II
*Iuli*ANVS IIIIII VIR. AVG. DE SVA MEDIOCRITATE
*Teſta*MENTO. FIERI. PONIQ. IVSSIT

Ad Annum Chriſti 58. pertinet lapis iſte.

1 *Apud Mitylenem.*
E schedis Vallicellianis, missit Cl. P. Joseph Blanchinius Presbyter Oratorii Romani.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΝΕΡΟΤΑΙ ΤΡΑΙΑΝΩ
ΚΑΙΣΑΡΙ ΑΡΙΣΤΩ
ΣΕΒΑΣΤΩ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ
ΔΑΚΙΚΩ ΠΑΡΘΙΚΩ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Ideſt :

Imperatori
Nervæ Trajano
Cæſari Optimo
Auguſto Germanico
Dacico Parthico
In Gratiarum Actionem Donum.

2 *Aquilæ,*
ſuper janua Sanctæ Julianæ, literis ſemipedalibus, & elegantiſſimis.
E ſchedis meis.

IMP. CAESAR. NERVA. TRAIANVS
OPTVMVS. AVG. GERMAN. DACICVS

3 *Auximi.*
E ſchedis Martioli Sanctii.
Miſit etiam Fridericus Paulus Ponticellius.

..... NERVAE. F. NERVAE
..... O. PONTIFICI. MA
..... MP. VI. COS. V.
..... NIFICENTIAM. SVAM
..... SVBOLEMQ. ITALIAE
..... IT. MVNICIPIVM
.....
.....

4 *In Civitate Juvenatii.*
Miſit Johannes Bernardinus Tafurius V. Cl.

IMPERATOR CAESAR
DIVI NERVAE F.
NERVA TRAIANVS
AVG. GERM. DACIC.
PONT. MAX. TRI. POT.
XIII. IMP. VI. COS. V.
P. P.

Conveniunt Notæ iſtæ in Annum Chriſti 109.

5 *Anconæ,*
apud Baldum Feretinum.
Ex Ligorio.

IMP. NERVAE
TRAIAN. AVG. GER
PONT. MAX. TRIB. POT
COS. IIII P. P
NOMINE PVERORVM
PVELLARVMQVE
EX. S. C. PVB.
D. D

Conſul Quartum proceſſit Trajanus Anno Chriſti 101. Hanc heic *Pueros* Alimentarios & *Puellas*, de quibus aliquid innui in Claſſe VI. *Oper. Publicor.*

6 *Nicææ in Bithynia.*
E ſchedis Farneſiis.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΝΕΡΟΤΑ ΤΡΑΙΑΝΩ
ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ
ΔΑΚΙΚΩ ΚΑΙ [illegible]ΣΤΝΚΛΗΤΩ
ΚΑΙ ΔΗΜΩ ΡΩΜΑΙΩΝ

Ideſt :

Imperatori Nervæ Trajano
Cæſari, Auguſto Germanico
Dacico, & ..... Senatui
Populoque Romano.

7 *Sarzanæ,*
E ſchedis meis.

PLOTINAE AVGVST. IMP. CAES. NERVAE TRAIANO. AVG. GERM DACICO. PONT. MAX. TR. POT. IX. COS. V. D. D. MARTIA NAE AVG

Anno Chriſti 105. effarmata fuit Inſcriptio. *Plotina* Trajani uxor, & *Martiana* ſoror, alteri ſimili Inſcriptioni adduntur apud Gruterum pag. 247. num. 6.

8 *Celejæ,*
apud PP. Capuccinos.
Ex P. Duellio Canonic. Regular.

IMP. DIVI. NER. F. NERVAE TRAIAN. CAESARI
AVG. GER. DACIC. PONT. MAX. TRIB. POT. P. P.
COS. V.
GRVPIVS. MODERATVS. FAVNIANVS. LVCI
NVS. PRAEF. COH. VI. RAET. MIL. LEG. VII. CE.
F. CODICIL. F. I

1 *Apud Brundusium,*
in Insulæ Alphonsinæ scopulo.
Misit P. Scarso, Mon. Basil. V. Cl.

TRAIANO AVG
GERM. DAC. PONT. MAX
TRIB. POT. XII. IMP.
VI. COS. V. P P.
C. FVLVIVS HERMES LIB
EPITVCHANVS EX D. D
OB HONOREM AVG. T. A

Ad Annum Christi 109. referenda est Inscriptio, posita ob honorem *Augustalitatis* collatum huic *Epitychano*.

2 *Beneventi*
ad Portam Auream.
E schedis Ambrosinis.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE FILIO
NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG.
GERMANICO DACICO PONTIF. MAX. TRIB.
POTEST. XVIII. IMP. VII. COS. VI. P. P.
FORTISSIMO PRINCIPI SENATVS P. Q. R

Anno Christi 114. hujusmodi elogio donatus fuit Trajanus, quod emendatius hic habes, quam in Thesauro Gruteriano pag. 247. num. 5.

3 *Augustæ Taurinorum*
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Excellentiss. Comes Caissottus
Præses Senatus.

IMP. CAESARI
DIVI NERVAE F.
NERVAE. TRAIAN.
AVG. GERMANIC
DACICO
PONT. MAX. TRIB. POT. VII.
IMP. COS. V. P. P.
D. D

Ideſt Anno Christi 104. vel 105.

4 *Neapoli*
apud Johannem Baptistam Muscettam.
E schedis meis.

IMP. CAESARI
DIVI NERVAE F
NERVAE TRAIANO
OPTIMO AVG. GERM
DACIC. PARTHIC. PONT.
MAX. TRIB. POTEST. XX.
IMP. XII. COS. VI. PATRI PATR
CVLTORES IOVIS HELIOPO
LITANI BERYTENSES QVI
PVTEOLIS CONSISTVNT

Berytenses isti mercaturam, ut puto, faciebant *Puteolis*, atque illuc *Jovis Heliopolitani* cultum ea occasione invexerant. Spectat Inscriptio ad Annum Christi 117.

5 *In Urbe Teatina.*
Misit P. Alexander Berti e Congreg. Matris Dei.

IMP. CAESARI DIVI
NERVAE. FIL. NERVAE
TRAIANO. OPTIMO
AVG. GERMANICO
DACICO. PARTHICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XXIII.
COS. VI. PATRI PATRIAE
SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
OB. RECIPERATOS AGROS ET POSSESS.
QVOS. LACVS. FVCINI VIOLENT.....
.....
.....

Lacum Fucinum in Marsis Claudius, Hadrianus, aliique Augusti emittere conati sunt, ut agri ab eo occupati culturam sustinerent. Quid Trajanus molitus fuerit, ut excrescentes aquas ad pristinos fines compelleret, nobis ignotum est. Rei tantum vestigia hic habemus. Fuit autem posita Inscriptio Anno Christi 120.

6 *Cordubæ,*
E schedis P. Cattanei.

IMP. CAESARI DIVI
NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AVG. GERM
DACICO PONTIF. MAX.
TRIB. POTES. VIII. IMP. V.
COS. V. P. P.

Anno Christi 105. positam fuisse hanc Epigraphen. Notæ Chronologicæ nobis indicant.

7 *Romæ*
in exigua Ara,
apud Franciscum Brachianensem.
Ex Donio.

IMP. CAESARI
NERVAE
TRAIANO
AVG
GERMANICO. DACICO
OPTIMO
PRINCIPI

1 *Extra Puteolos, in Sacello diruto.*
E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem Danum.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE FILIO NERVAE
TRAIANO AVG. GERM. DACICO. PONT. MAX
TRIB. POT. XV. IMP. VI. COS. VI. P. P.
OPTIMO PRINCIPI
L. PLVTIVS L F PAL. PHOEBVS

Pertinet lapis ad Annum Chriſti 112.

2 *Romæ, in Via ducente ad Ædem Sancti Joſeph.*
Ex Donio.

.....
.....
POTIS .....
SENATVS SVPPLICATIONES DIS IMMORTALIBVS .....
IMP. CAES. NERVA. TRAIANO. AVG. GERM. DACIC. SENATVS ORNAMENT .....
TRIVMPHAL. DECR. STATVAMQ. IN. FORO. AVG. PONENDAM. CENSVIT

Optimo Imperatori Trajano non *Statuam* dumtaxat, ſed & *Ornamenta Triumphalia* Senatus decrevit. Illuſtre hoc etiam ſervatæ apud Senarum auctoritatis documentum, dignum plane erat, quod ad nos uſque perveniret.

3 *Epheſi,*
ad fornicem XXXVI. Aquæductus.
E ſchedis D. De la Condamine *hauſit*
Joſeph Bimardus Montis Seleuci Baro.


ΑΥΤΟΚΡΑΤ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚ
ΒΟΥ ΒΟΥ ΤΙΩΝ
ΑΝΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΣΕΒ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΔΕ ΜΑΤΙΔΙΑ
ΣΕΒΑΣΤΗΣ Η ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
Η ΕΦΕΣΙΩΝ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΝΕΩ
ΚΟΡΟΣ ΔΙΣ ΔΗΜΟΣ ΚΑΘΙΕΡΩ
ΣΑΝ ΕΠΙ ΑΝΤΥΠΑΤΟΥ Τ.
ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΦΟΥΛΒ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟΥ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥ
ΔΙΟΥ ΜΕΝΔΙΑΝΟΥ ΜΑΓΝΟΥ ΧΑ
ΡΙΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΤΟΥ
ΔΗΜΟΥ ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΑΝ
ΤΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΤΟΥ ΜΕΝΔΙΑΝΟΥ ΜΑΓΝΟΥ ΧΑΡΙΔΗ
ΜΟΥ ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ
ΝΑΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ

Ex verſione Bibardi.

Imperatoris
Cæſaris Divi Trajani Parthici Filiam,
Divi Nervæ Neptem,
Trajani Hadriani Auguſti (conjugem)
Filiam Verò Matidiæ
Auguſtæ: Auguſti Amans
Senatus Epheſiorum Et Bis Neocorus Populus Conſecraverunt, Sub Proconſule Tito Aurelio Fulvo Antonino; Decernente Tiberio Claudio Mendiano Magno Charidemo: Operi Inſtante Tiberio Claudio Mendiano Magno Charidemo, Auguſti Amatore, Et Summo Pontifice Aſiæ, Templi Quod Eſt Epheſi.

Deſideratur heic nomen *Juliæ Sabinæ*, quæ Hadriano Auguſto nupta fuit: quippe de illâ rem eſſe in hoc lapide opinor.

4 *In Sancti Laurentii in Podio.*
Ex Ligorio.

IMP. CAESAR. DIVI. TRAIANI. PARTH. .....
DIVI. NERVAE. NEPOTI TRAIANO. HAD. .....
COS. II. IMP. IX. PAT. PAT. CONSERVATORI .....
L. ANNIVS. PRAESTANTIVS. AEDEM PAVIM. ....
SIGN. TAB. AEN. .....

Pro IMP. IX. ſcribe IMP. II. Anno Chriſti 118. conſcriptum fuit epigramma. Ex ſchedis Manutianis Gorius quoque inter Donianas hanc Inſcriptionem dedit.

5 *Nurſiæ,*
in Sancti Laurentii.
Miſit Hyacinthus Nannius.

DIVI. NERVAE. COCCEI. NEP.
DIVI. TRAIA. PARTHICI. FIL.
TRAIANO. HADRIANO. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POTES. II.
COS. III. D. D.

Ideſt Anno Chriſti 119. Inſueta eſt in lapidibus COCCEI mentio.

2 *Heracleæ*,
E schedis D. de la Condamine.
Misit Bimardus.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡ
ΘΙΚΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΥΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙ
ΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Γ
ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ Γ

Ideſt:

Quod Bene Vertat,
Imperatorem Cæſarem Divi Trajani Parthici Filium, Divi Nervæ Nepotem, Trajanum Hadrianum Auguſtum Tribunitiæ Poteſtatis III.
Conſulem III. . . . . . .

Ad Annum Chriſti 119. aut 120. pertinet Inſcriptio.

3 *Puteolis*,
Miſit Ignatius Maria Como Neapolita.

MAGNO ET INVICTO
IMP. CAES.
DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX.
TR. POT. V. COS. III. OPTIMO MAXIMOQ. PRINC
P. DECRETO DECVRIONVM ET POPVLI
CONSENSV

Ad Annum Chriſti 121. vel 122. ſpectat Inſcriptio. Puteolis poſtea tumulatum fuit Hadriani defuncti corpus. Hanc etiam inter Domainas dedit Gorius.

3 *Antiquariæ in Hiſpania*,
in foro.
E ſchedis meis, & Farneſiis.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANI
PARTHICI F. DIVI NERVAE
N. TRAIANO. HADRIANO
AVG. P. MAX. TRIB P. V̄I. IMP. V̄I.
COS. I̅I̅. P. P.
M. ACILIVS. C. F. QVIR. RVGA
SING. DE SVA. P. D. D

Ideſt *Singularis Eques*, qui videlicet uno equo in militia merebat, cujus nominis frequens eſt mentio in Inſcriptionibus militaribus. Et hoc ſcribe IMP. I̅I̅. Hiſce notis deſignatur Annus Chriſti 122. vel 123.

4 *In agro Aquilano*,
ad Podium Sanctæ Mariæ.
E ſchedis meis.

IMP. CAES. TRAIANO
HADRIANO. AVG.
PONT. MAX. TRIB POT. XIIX.
COS. III. P. P.
VICANI. FORVLANI

Hoc eſt Anno Chriſti 134. vel 135. *Foruli Vici* in Sabinis meminere Strabo, Livius, & Vergilius.

5 *Romæ*,
in Ponte Sancti Petri.
Ex Mabillonio.

IMP. CAESAR. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. FILIVS
DIVI. NERVAE. NEPOS
TRAIANVS. HADRIANVS. AVGVSTVS
PONTIF. MAXIM.
TRIBVN. POTEST XVIIII. COS. III.
P. P. FECIT

Anno Chriſti 135. vel 136. *Hadrianus*, Spartiano teſte, *fecit & ſui nominis Pontem, & Sepulcrum juxta Tyberim.* Dio quoque, & alii memminerunt *Ælii Pontis*, cujus ectypon viditur in Hadriani Nummo apud Erizzium, & Stradam.

1 *Epheſi,*
ad fornicem XLI. Aquæductus.
E ſchedis D. de la Condamine hauſit
Bimardus V. Cl.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΟΣ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡ
ΘΙΚΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ
ΤΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
Η ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΕΦΕΣΙΩΝ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟ
ΚΟΡΟΣ ΔΗΜΟΣ ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ
ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΕΛΟΥΚΑΙ
ΠΡΕΙΣΚΕΙΝΟΥ ΨΗΦΙΣΜΑ
ΜΕΝΟΥ ΤΙΒ. ΚΛ. ΙΤΑΛΙΚΟΥ
ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΑΝΤΟΣ
ΤΙΒ. ΚΛ. ΠΕΙΣΩΝΙΝΟΥ

Ideſt:

Imperatoris Cæſa-
ris, Divi Trajani Par-
thici Filium, Divi Nervæ
Nepotem Trajanum Hadrianum
Auguſtum,
Auguſti Amator
Senatus Epheſiorum, Et Neo-
corus Populus, Conſecrarunt,
Sub Proconſule Peducæo
Priſcino, Decretum Ferente
Tiberio Claudio Italico,
Scribâ Populi,
Opus Curante
Tiberio Claudio Piſonino.

In quartâ lineâ pro ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ: ſcripſi ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.

2 *Athenis,*
in baſi marmorea.
E ſchedis meis.
Miſit etiam e ſchedis Cyriaci
N. V. Compagnonius Abbas.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΤΟΥ ΠΑΠΠΟΥ ΗΜΩΝ
ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ
ΚΑΙ ΠΑΣΙΠΠΟΣ ΚΑΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΚΤΕΡΓΕΤΗΝ
ΔΙ' ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ
ΠΟΛΥΟΥΧΟΥ ΚΑΡΤΙΔΑΜΑΝΤΟΣ

Ideſt:

Imperatorem Cæſarem
Trajanum Hadrianum
Olympium, Servatorem
Avi noſtri
Philemonis, Philemon,
& Paſippus, &
Apollonius
Benefactorem ſuum (ſubaudi, honorant)
Curante patre
Polyuducho Cartidamante

3 *Ibidem,*
in baſi marmorea inter ornatiſſimas columnas.
E ſchedis meis.
Miſit etiam e ſchedis Cyriaci Abbas Compagnonius.

ΘΕΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΚΕΡΑΜΙΗΤΩΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΔΙΑ ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΩΝ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ
ΙΕΡΩΝΟΣ ΤΟΥ ΜΙΩΝΙΔΟΥ ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ
ΚΑΙ ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ
ΚΑΙ ΕΥΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ. ΣΤ. ΚΟΔΡΑΤΟΥ

Ideſt:

Divum Hadrianum
Benefactorem ſuum
Ceramicorum Senatus & Populus (ſubaudi, honorat)
Per fidiſſimos in opere, & legatione fungentes viros
Hieronem filium Myonidis Hermodori,
Et Hermodorum Apollonidis filium,
Et Euandrum filium Epaphroditi
Sub Sacerdote St. Codrato.

Fuit *Ceramea oppidum Ponti.* Fuit & *Ceramus* Urbs Cariæ: Ad alterutrum ex hiſce Populis Inſcriptio ſpectat.

4 *In Vico Ghio,*
olim Ejnmi.
Miſit Bimardus.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣ
ΤΟΝ Μ ΟΥΛΠΙΟΣ
ΛΟΥΓΙΟΣ Ο ΑΙΣ[illegible]
ΙΤΕΥΣ ΑΥΤΟΥ

Ideſt:

Cæſarem Trajanum,
Hadrianum Auguſ-
tum Marcus Ulpius
Lugius (ſort. Longinus) . . . .
. . . . . Ipſius
(Honorat.)

1 *Ibidem.*
E ſchedis meis.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΟΙ ΠΡΩΤΟΙ ΘΕΟΚΟΛΟΙ

Ideſt:

Imperatorem Hadrianum
Olympium
Primi inter Sacerdotes

Supple *honorant.*

2 *Ibidem,*
ad mœnia nova.
E ſchedis meis.

ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩ ΟΛΥΜΠΙΩ

Ideſt:

Servatori
& Conditori
Imperatori
Hadriano Olympio.

Hadrianus Athenis diu ſubſtitit, eamque Urbem pluribus beneficiis ſibi obſtrinxit. Inter cetera ibi *dedicavit Jovis Olympii Ædem, & Aram ſibi*, uti Spartianus literis tradidit. Quamobrem multi ibi lapides in ejus honorem, atque hic ab ipſis Civibus poſitus videtur. *Olympii* Cognomen inde fortaſſe natum.

3 *Smyrnæ.*
Ex Thoma Smitho.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΟΛΥΜΠΙΩ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΙ

Ideſt:

Imperatori
Hadriano
Olympio, Servatori,
Ac Fundatori.

4 *Athenis,*
ad Orientalem Portam.
E ſchedis meis.
Miſit quoque e ſchedis Cyriaci
N. V. Compagnonius.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ
ΑΝΕΜΟΥ ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ
Π. ΑΙΛΙΟΥ ΚΑΙΩΛΟΥ
ΚΑΙ ΓΑΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

Ideſt:

Imperatorem Cæſarem
Trajanum Hadrianum
Auguſtum Olympium
Patrem Patriæ
Servatorem Orbis
Anemi in Cilicia
Senatus & Populus (ſupple *honorat,*)
Per Legatos
P. Ælium Cæſium
Et Gajum Alexandri filium.

Anemus Civitas nulla mihi occurrit in Cilicia: Ibi quidem, Strabone teſte Lib. 14. fuit Ἀνεμούριον ἄκρον, *Anemurium Promontorium*. Fuit & *Anemoria* in Phocide ab Homero laudata. Num pro ΑΝΕΜΟΥ ſcribendum heic ΑΝΕΜΟΥΡ. breviatum? hoc eſt *Anemurii*, vel *Anemuriæ Senatus & Populus.*

5 *Ibidem,*
Ad Ædem Hadriani.
E ſchedis meis, & Cyriaci Anconitani.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΗΣΤΙΟΙ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ
ΤΡΑΓΩΝΟΥ ΠΟΡΘΜΟΥ
ΚΑΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΑΒΙΟΥΛΕΥΤΩΝ

Ideſt:

Imperatorem
Trajanum Hadrianum
Olympium Cæſarem Auguſtum
Seſtii
Suum Servatorem
Et Conditorem (ſubaudi, *honorant*)
Legatione fungentibus
Tragono Porthmo
Et Clzudio Abiuleutis.

Seſtus Urbs ad Propontidem, uti ait Stephanus de Urbibus, celebris Civitas olim exſtitit una cum Abydo ad Helleſponti fauces. Ita Græciæ Populi certabant in exornando, ac extollendo Hadriano Auguſto ob beneficia ſibi collata, quum is Athenis moraretur. Unaquæque verò Civitas Legatos honoris cauſſâ ad eum tunc miſit. Illorum nomina expreſſa legis in hac Inſcriptione, æque ac in præcedentibus.

1 *Megaræ,*
in baſi marmorea.
E ſchedis meis, & Cyriaci Anconitani.

.....ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ.....

.....ΟΙΣ ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ ΚΑΙ ΤΡΟΦΕΑ.....,.....

.....ΟΤ ΚΑΝΔΙΤΟΣ ΤΟΤ ΚΡΑΟΤ ΚΟΙΝΤΟΣ ΑΙΣΚΡΟΝΟΣ ΑΝΕΣ

Ideſt:

..... *Cæſarem Trajanum Hadrianum* .....
..... *is Univerſæ Græciæ Legitlatorem, & Nutritorem* .....
..... *i Canditus Crai filius, Quinctus Æſeronis filius* .....

2 *Apud Mitylenem,*
in baſi marmorea.
E ſchedis Vallicellianis.
Miſit P. Joſeph Blanchinius Franciſci
V. Cl. Nepos.

ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΤΡΑΙΑΝΩ
ΑΔΡΙΑΝΩ ΚΑΙΣΑ
ΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ
ΕΛΕΤΘΕΡΙΩ ΟΛΤΜΠΙ
Ω ΚΤΙΣΤΗ ΔΙΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Ideſt:

Imperatori
Trajano
Hadriano Cæſa-
ri Auguſto
Servatori, Olympi-
o, Conditori Jovi,
In Gratiarum actionem donum.

Si revera *Jovis* nomine donatus fuit Hadrianus, inhorridum exceſſum declinarat adulatio Græcorum.

3 *Romæ,*
apud Alexandrum Rondonium.
Ex Donio.

IMP. HADRIANO
AVG. N. P. P.
M. PETRONIVS. SYRA. PROC
CVM MAMERTINO ET ANTONINO
LIBERIS
EX. ARG. P. V

Aut ſtatua Hadriano dicata fuerit, aut donarium ſacrum pro eo oblatum alicui Templo.

4 *In Vico Coronili*
agri Utrarienſis in Hiſpania.
Ex Donio.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANI
AVG. COS. VI. F. DIVI. NERVAE
COS. III. TRIB. P. II. NEPOTI. TRAIANO
HADRIANO. AVG. PONT. MAX.
TRIBVNIC. POT. XII. P. P. COS
III. MARCVS. MESSIVS. RVSTICVS
AEMILIVS. PAPVS. ARIVS. PRO
CVLVS. IVLIVS. CELSVS. SODAL....
AVGVSTAL. IIII. VIR. VIARVM
CVRANDARVM. TR. MIL. LEG. III
AVG. PR. PR. PROVINC. AFRI
CAE. TRIB. PLEB. PR. PEREGRIN
CVRATOR. VIAE. AVRELIAE
LEG. LEG. AVG. XX. V. V. OPTIMO
PRINCIPI

Dicata fuit Inſcriptio hæc Anno Chriſti 118. aut 129. Scribendum eſt NERVAE. COS. IIII. Et hæc quidem inſecta eſt ratio numerandi Conſulatus, & Annos Tribuniciæ Poteſtatis præceſentium Auguſtorum. *Celſum* hunc videmus appellatum *Prætorem Peregrinorum*. Muneris hujus bina exempla habet etiam Gruterus. Liceat aliis, hunc appellare *Prætorem Peregrinum*, dum concordi calculo ſtatuatur, ad eum pertinuiſſe jus dicere inter Peregrinos, aut inter Cives, & Peregrinos.

1 *Megaræ.*
Ex Whelero.

ΣΑΒΕΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΑΜΦΥΛΟΙ ΥΠΟ ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΝΔΙΔΟΥ ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΝΤΥΠΑΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΟΚΡΑΘΟΥΣ

Ideſt:

Sabinam Imperatricem Auguſtam, Novam Cererem, Imperatoris Hadriani Conjugem, Pamphylii (ſtatuâ honorant) *Curante Julio Candido Præſtantiſſimo Proconſule, Prætore Exiſtente ..... Æſchione* (Filio) *Damocratis.*

Junonis etiam, & *Veneris*, ac *Veſtæ* nominibus *Sabinam Auguſtam* ab antiquorum adulatione donatam videat in Nummis. *Candidus* iſte Proconſul idem, ut opinor, fuit, qui in Faſtis Conſul II. memoratur ad Annum Chriſti 105. ſub nomine *Tiberii Julii Candidi*.

2 *In Anglia in Eboracenſi Provincia.*
E Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.

IMP. CAES. T. AELIO
HADRIANO ANTONINO
AVG. PIO. P. P. VEXILLATIO
LEG. VI. VICTR. P. F
PER. M. P. III. DCLXVI.

Lhwydius V. Cl. inter Britannos cenſet, ductam fuiſſe a *Vexillatione Legionis Sextæ P. Foſſam per tot mille & ſexcentos ſexagenta ſex paſſus*. Sicla illa exponenda mihi creduntur *Legionis Sextæ Victricis Piæ Felicis*, niſi cui placeret potius *Frumentaria*. Veri autem ſimile eſt, aut Foſſam, aut Murum ductum fuiſſe per tot milia paſſuum.

3 *Cære, nunc Cervateri.*
Ex Ligorio.

IMP. CAES. T. AELIO
HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
COS. II. P. P.
CONSERVATORI
.....EMPLVM. PRO. IMMVN. PERP
.....LVSQVE CAERES
..... D. D. STATVAM. EX. AERE. P. P. DECR.
.....MPORIO. VIC.....
.....ITA. VTIQVE.....
.....CONCESSER.....
.....MERKATOR.....
.....LVDOS. VENIRE. SOLE.....
.....PROROGARI. CVM. LATI.....
S. P. Q. CAER.....

Anno Chriſti 139. Conſulatum II. geſſit Antoninus Pius Auguſtus.

4 *In* Arce Tranſmurenſi.
Ex Actis Eruditorum Lipſienſibus.

IMP. CAESARI. DIVI. HADRIANI FIL.
DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVAE. PRONEPOTI
T. AELIO. HADRIANO. ANTONINO
AVG. PIO. PONTIFICI. MAXIMO
TRIBVNICIAE. POTESTATIS
COS. III. P. P.
ALA. I. AVGVSTA. THRACVM
OPTIMO. PRINCIPI

Excidiſſe heic videtur in ſextâ lineâ nota numeralis Tribunitiæ Poteſtatis, quam poſcit Conſulatus III. aut ſcribendum in ſeptima linea COS. II. Anno ſcilicet Æræ Chriſti 139. quo Antoninus Pius Conſul II. proceſſit.

5 *Piſis.*
E ſebedis Pacediani,

.....
.....NEP
T. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. PONT
MAX. TRIB. POTEST. III. COS. III.
P. P.
INDVLGENTISSIM.

Notis hiſce Chronologicis indicatur Annus Chriſti 140. quo Antonino Pio Auguſto poſitus fuit hic lapis.

1 *In Ponte oppidi Limosani ad fluvium Tifernum.*
Ex Matthæo Ægyptio V. Cl.

IMP. CAESARI DIVI HADRIANI FIL. DIVI TRAJANI PARTHICI NEP. DIVI NERVAE PRON. T. AELIO HADRIANO ANTONIMO AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. III. COS. III.

P P

Q. PARIVS Q. F. VOL. SEVIR. OB HONOR. QVINQVEN. DE H-S. IIII. M. N. EX DD.

CVIVS DEDICAT. EPVLVM DEDIT DECVR. ET AVGVSTAL. SING. H-S. VIII. MAGIST. H-S. III. PLEBI H-S. II N.

Spectat ad Annum Æræ Chriſtianæ 140. Niſi ex accuratiſſimo viro hæc prodiiſſet, ſuſpicatus fuiſſem, pro SEVIR. ſcripsum ibi fuiſſe SEVER. nam poſt Tribum ſubſequi Cognomen aliquod conſuevit.

2 *In Caſtello Maſſacci,*
in Piceno.
Miſit P. Philippus Camerinius Camers.

IMP. CAESARI
DIVI. HADRIANI
FILIO. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVAE. PRONE
POTI. T. AELIO. HADRI
ANO. ANTONINO. AVG
PIO. PONTIF. MAX. TRIB
POT. XII. IMP. II. COS. IIII.
P. P. PVERI. ET. PVELLAE
.....ENT...RI
.....VIBIVS. ENOES. MON. PNT

Poſtremæ literæ exeſæ, divinando potius, quàm certâ ratione exſcripſæ fuerunt. Opinor ego, ALIMENTARI reſtituendum ibi eſſe. Vide ſubſequentes lapides. Et reipſa Antoninus Pius, uti ſcribit Capitolinus, *Puellas Alimentarias in honorem Fauſtinæ Fauſtinianas conſtituit*: quæ videlicet ex ærario alebantur. In honorem quoque Hadriani *Pueros Alimentarios* conſtituiſſe credendus eſt. Pertinet marmor ad Annum Chriſti 150. vel 151.

3 *Urbini,*
apud Clementem Bartholum.
E Suarefio.

T. AELI. HAD.....
ANTONINI.....
PII. PONT. M.....
TRIB. POTE.....
IMP. II. COS. IIII. P. P.
FILIO
PVERI ET PVELLAE
ALIMENTARI

Illud FILIO ſuſtineri non poteſt, niſi Inſcriptionem referamus ad M. Aurelium ab Antonino adoptatum, & nondum ad Imperium evectum. Hiſce Pueris, & Puellis alimenta præſtabat Ærarium Auguſtorum, ergo pauperes liberalium. De Hadriano Auguſto ſcribit Spartianus: *Pueris, ac Puellis, quibus etiam Trajanus Alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit.* Vide infra Claſſem VI.

4 *Seſtini,*
e regione Templi Sanctii Pancratii.
Miſit Cl. V. Dionyſius Sanctaſſamius Medicus.
Edidit & Gorius.

DIVO
ANTONINO
AVG. PIO
ALIMENTARI

5 *Romæ,*
in ſtylobate Columnæ Antoninæ.
Ex Vignolio.

DIVO. ANTONINO. AVGVSTO. PIO
ANTONINVS. AVGVSTVS. ET
VERVS. AVGVSTVS. FILII.

Inſcriptionem hanc in Columna Antonina inceunte hoc Sæculo effoſſâ, in qua Antonini Pii Deificatio viſitur, juſto Commentario illuſtravit Johannes Vignolius V. Cl.

6 *In Sancto Angelo in Vado.*
E ſchedis Farneſiis.

L. AELIO CAESARI IMP.
CAES. TRAIANI HADRIANI
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT
XXI. IMP. II. COS. III. P. P.
FILIO DIVI TRAIANI PARTHICI
NEPOTI DIVI NERVAE.....

Nummos quidem ad honorem *L. Ælii Cæſaris* ab Hadriano adoptati, exſtitere novimus. Ego nunc Lapidem profero. An autem alia præter hanc Inſcriptio ſuperſit, ignorum eſt mihi. Poſita ea fuit Anno Chriſti 137. aptaque & ipſa eſt ad ſtatuendum Annum emortualem ejuſdem Cæſaris.

1 *Pesti*
in Regno Neapolitano,
in lapide integro characteribus prægrandibus.
Misit erudit. vir Ignatius Maria Como Neapolita.

DIVI PII OB PLVRIMA BENEFICIA EIVS
ERGA PATRIAM. D. D. P. P
POPVLO POSTVLANTE

Ideſt: *Decuriones poſuere*, Subintellige *Statuam*. Aliquid peregrini Inſcriptio iſta præfert.

2 *Piſauri in Baſi Statuæ.*
Ex Hannibale de Abat. Oliverio.

DIVAE
FAVSTINAE
AVGVSTAE
D. D

3 *Romæ,*
in Hadriano.
Ex Mabillonio V. Cl.

DIVAE FAVSTINAE AVGVSTAE
IMP. CAESARIS. T. AELI. HADRIANI
ANTONINI AVG. PII. PONT. MAXIMI
TRIB. POT. IIII. COS. III. P. P.

E vivis erepta fuit *Fauſtina* Imperatoris Antonini Pii uxor Anno Chriſti 140. Monumentum hoc ei poſitum ſubſequenti Anno 141.

4 *In pariete externo*
Eccleſiæ Sancti Eliæ Pagi Sinacenſis,
ſub Parœcia Ottocenſi Diœceſis Segnenſis
in Delmatia.
Miſit Illuſtriſs. & doctiſs. Antiſtes
Johannes Antonius Benzonius,
Epiſcopus Segnæ, Modruſſæ, & Corbaviæ.

MARCO AE
LIO AVRELIO
VERO CAESARI
IMP T AELI CAESARIS
HADRIANI ANTONI
NI AVGVSTI PII PATRIS
PATRIAE FILIO DIVI HA
DRIANI NEPOTI DIVI
(ſic) TROIANI PARTHICI PRO
NEPOTI DIVI NE
RVAE ABNEPOTI
CON II DECRETO
DECVRIONVM

Poſita Inſcriptio fuit Anno Chriſti 145. Marco Aurelio Cæſari, nondum Imperatori. Eam verò Antiquitatum amantiſſimus Epiſcopus Benzonius Anno Ch. 1737. detexit, & per Cl. V. Johannem Dominicum Bertoli Canonicum Aquilejenſem ad me miſit. In Nummis appellatum videas AVRELIVM CAESAREM dumtaxat. Heic ille eſt M. AELIVS AVRELIVS VERVS CAESAR.

5 *Brunduſii,*
in Ara Sancti Demetrii.
Miſit P. Scarſò, Mon. Baſil.

PRO. SALVTE. IMP. M.
AVRELII. ANTONINI. PII.

6 *Romæ,*
in Muſeo Em. Card. Alexandri Albani.
Exſcribendum curavit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

M. AVRELIO CAESARI
COS. II.
IMPER. CAESARIS
T. AELI HADRIANI
ANTONINI AVG. PII
PONTIFIC. MAXIMI
TRIBVNIC. POTEST VIIII
IMP. II. COS. IIII. P. P. FILIO
DECVRIALES PVLLARI
ET H. V.

Poſita fuit Inſcriptio hæc in honorem *Marci Aurelii* nondum Imperatoris, Anno Chriſti 146. *Pullarii* fuere, qui Pullos ad auguria, in bello præſertim capienda, in caveis nutriebant. Ex iis variæ erant *Decuriæ*. Proinde heic habes *Decuriales*. In aliis quoque Collectionis hujus Lapidibus *Pullarii* occurrunt. Quid ſignificent poſtremæ ſiglæ H. V. divinare neſcio. Num *Haruſpices Urbani*? At ii in hoc elogio præiviſſent, puto, *Pullarii*.

7 *Seſtini,*
in Monaſterio Monialium Sanctæ Mariæ.
Miſit Dionyſius Sancaſſanius.
Edidit etiam Gorius.

IMP. CAESARI
DIVI ANTONINI
PII. FIL. DIVI. HADRIA
NI. NEP. DIVI. TRAIA
NI. PARTHICI. PRON.
DIVI. NERVAE. ABN.
M. AVRELIO. ANTONI
NO. AVG. PON. MAX.
TRIB. POT. XV. COS. III.
D. D.

Ad Annum Chriſti 161. aut 162. pertinet Inſcriptio. Gorius habet TRIB. POT. XVI.

1 *Panormi.*
E Gualterio.

IMP. CAES. M.
AVRELIO. ANTO
NINO. AVG. DIVI
ANTONINI. F. DIVI. HADRI
ANI. NEP. DIVI. TRAIANI. PARTH.
PRONEPOTI. DIVI. NERVAE
ABNEP. PON. MAX. TRIB. P. XVII
COS. III. R. P. PANHORMIT

Non fine mendis hunc lapidem e Fazellio dederat Reinesius Classe III. num. 24. Notæ Chronologicæ indicant Annum Christi 163. aut 164. quo Panormitani M. Aurelio Augusto Inscriptionem hanc dicarunt.

2 *Hydrunti.*
Misit Johannes Bernardinus Tafurius Neritonensis.

IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO AVG.
TRIB. POT. XVI. COS. III
DIVI ANTONINI FIL. DIVI HADRIANI NEP.
DIVI TRAIANI PARTHIC. PRON.
DIVI NERVAE ABNEP.
PVBLICE
D. D.

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

IMP. CAES. L. AVRELIO VERO AVG.
TRIB. POT. II COS II DIVI ANTONINI
FIL. DIVI HADRIANI NEP.
DIVI TRAIANI PARTHIC. PRON.
DIVI NERVAE ABNEP.
PVBLICE
D. D.

Utraque Inscriptio pertinet ad Annum Christi 163.

4 *Camerini,*
basis effossa Anno Christi 1733.
Misit P. Philippus Camerinus Presbyter Oratorii Camertis.

IMP. CAESARI
M. AVRELIO ANTO
NINO AVGVSTO
ARMENIACO
TRIB. POT. XVIII.
IMP. II. COS. III. PONT
MAXIMO L DDD
PVBLICE

Ideft *Locus Decreto Decurionum Datus*. Spectat lapis ad Annum Christi 164. aut 165.

5 *Belluni.*
E schedis Mariangeli Accursii.

IMP. CAESARI
M. AVRELIO AN
TONINO AVG
ARMENIACO
MEDICO PARTHI
CO MAX. PONTIF
MAX. TRIB. POT. XXI.
IMP. IIII. COS. III. P. P.
DIVI ANTONINI FIL
DIVI ADRIANI NE
POTI DIVI TRAIANI
PARTHICI PRONE
POTI DIVI NERBAE
ABNEPOTI
D. D

Hoc eſt Anno Christi 167. vel 168.

6 *Romæ,*
in Villa Caſalia.
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

.....M. AVRELIO ANTONINO
....ENIACO. MEDICO
....MAXIMO. COS. III
....VS. LIB. CVRATOR
.....SALVTARIS
....ATORVM. S. P. D. D

Collem Salutarem ego novi; an vero quiſquam illius fuerit *Curator*, nondum inveni.

7 *In Caſiliano*
agri Tudertini.
E ſchedis meis.

.....
ANTONINVS AVG
ARMENIAC MEDIC
PARTHIC MAXIM
TRIB. POT. XXIII. COS. III.
P. P.

Pertinet hoc elogium ad Annum Christi 169. vel 170.

1 *Ad* Alcalà Real, *in Hiſpania. E ſchedis Farneſius, & Donio.*

STATVE.....SAC.....
IMP. CAESARIS. TITI AE
LI HADRIANI ANTONINI
AVG. PII. ET. M. AVRELI.....
VERI CAESARIS. ET. C.... INI.....
COMMODI AVG. FILI AV.....
C. ANNIVS THRASIVS IPOLCOBVLCV
LESIS APVFACLESIS INCOLA.....
OB HONOREM SEVIRATVS.....
ET GRATVITVM AQVAE.....
VSVM QVEM SAEPE AM.....
SIMVS REDDI.....

Sive exſcriptor parum accurate literas marmoris rimatus fuerit, ſive deficientes illæ diligentiam ipſius fefellerint, ægre decernas, quis harum ſit ſenſus. Statuæ poſitæ videntur in honorem Antonini Pii Auguſti, M. Aurelii Auguſti, Annii Veri Cæſaris, & L. Aurelii Commodi. Sed mendis ſcatens lineæ quinctæ, & ſextæ. In ſeptima legendum videtur OBVLCVLENSIS (quod eſt oppidum Hiſpaniæ Baticæ.) APVFACLENSIS ignotus eſt mihi locus, & ut videtur corruptus. Donius legit POL. COIYLCVAESIS & APVLACIESIS.

2 *In maceriis Hieracapitæ Urbis in Auſtrali Cretæ orâ. Ex Donio.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣ
ΜΑΡΚΟΝ ΑΥΡΗΑΙΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ. ΣΕΒΑ
ΣΤΟΝ. ΤΟΝ. ΚΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
Λ. ΦΛ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΑΝΟΣ
ΔΩΡΙΩΝ

Ideſt:

Imperatorem Cæſarem Marcum Aurelium Antoninum. Auguſtum. Dominum Orbis terrarum Lucius Flavius Sulpicianus Dorion (ſupple *honorat.*)

3 *Ibidem. Ex eodem.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ
ΛΟΥΚΙΟΝ. ΑΥΡΗΑΙΟΝ ΒΗΡΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΑΡΜΕΝΙΑΚΟΝ
ΤΟΝ. ΚΥΡΙΟΝ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣ. Λ. ΦΛ. ΣΟΥΛΠΙΚΙ
ΑΝΟΣ ΔΩΡΙΩΝ

Ideſt:

Imperatorem Cæſarem Lucium Aurelium Verum Auguſtum, Armeniacum, Dominum Orbis terrarum, Lucius Flavius Sulpicianus Dorion (honorat.)

4 *Barcinone, in platea Portæ Angeli. E ſchedis meis.*

FAVSTINAE
AVG
IMP. M. AVRELI
ANTONINI
AVG
D . D

Ibi viſitur ſculptum caput Fauſtinæ.

5 *In Thermis Herculanis detectis in Dacia. Ex Paſchali Caryophilo.*

M. AVREL. FAVS
TINAE AVG. MATRI
AVG ET. CASTRORVM
SVB. CVRA IVL. PA
TERNI PROC
SYNTROPHVS
VIL

Ideſt *Vilicus*, ſive *Villicus*. Habes heic *Fauſtinam* Marci Aurelii Auguſti Conjugem, quæ non ſolum appellatur *Mater Auguſti* Commodi, ſed & *Caſtrorum*. Hoc præſertim cognomine donatam *Juliam Domnam* Severi Auguſti uxorem, infra patebit. Porro, uti Capitolinus in Vita M. Antonini Auguſti animadvertit, Auguſtus ille Fauſtinam conjugem *in æſtivis habuerat, ut Matrem Caſtrorum appellaret.*

6 *Romæ, in Hadrianio. E Mabillonio.*

IMPERATORI. CAESARI. L. AVRELIO VERO
ARMENIACO. MEDICO. PARTHICO.
PONTIF. MAX. TRIB. POT. IX.
IMP. V. CONS. III. P. P.

Ideſt Anno Chriſti 169.

1 *In maceriis Philippopolis.*
Miſit Bimardus.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΤΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΙΩΝ ΕΥ
ΔΙΑΜΟΝΗC Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤ
ΩΝΕΙΝ. ΚΑΙ Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΟΥΗΡΟΥ
ΑΡΜΕΝΙΑΚΟΥ ΦΙΛΙΣΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΤΑΙΕΡ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
[redacted]ΤΕΜΕΙΣΙΑΔΙ ΜΕΤΑ ΙΕΡΟΣΥΝΗΝ
[redacted]ΛΑΦΕΙΟΥ ΠΟΣΣΕΙ
ΔΩΝΙΟΥ ΕΠΙΜΕΛΕΤΕΤΟΝΤΟΣ
ΦΑΛΟΤΙΟΥ ΕΥΔΑΙΜΟΝΟΣ ΤΟΥ ΚΑΙ
ΦΑΛΟΤΙΑΝΟΥ

Ex Verſione Bimardi.

Quod Felix Fauſtumque Sit, Pro
Imperatorum Et Filiorum Perennitate *Marci Aurelii Antonini*, *Et Lucii Aurelii Veri Armeniaci*, Philiſcus *Cæſaris Marci* (Libertus) Poſuit *Artemiſiadi* (Tribui) Poſt *Sacerdotium* .... *Alphei* Poſidonii, *Curam Agente Flavio Eudæmone*, *Qui Et Flavianus*.

Bimardus legendum cenſet in ſexta lineâ ΑΠΕΛΕΥΤΕΡΟΣ, *Libertus*, & in ſeptimâ ΦΥΛΗ ΑΡΤΕΜΕΙΣΙΑΔΙ.

3 *Epheſi,*
in baſi columnæ ad Aquæductum.
Ex Thoma Smitho.

ΦΑΔΙΛΛΑΝ ΘΥΓΑΤΕΡΑ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ

Ideſt:

Fadillam Filiam Marci Aurelii Antonini Cæſaris Auguſti.

Quæ nupſit Antiſtio Burrho, & poſtea Junio Toxotio.

4 *Romæ,*
in patera argentea gemmis diſtincta,
cum effigie Fauſtinæ Auguſtæ in gemma ovalis figuræ.
Ex Donio.

ΣΑΛΒΩ ΚΩΜ
ΜΟΔΩ ΦΗΛΙΞ
ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ

Literis Græcis exarata Latina Epigraphe; ideſt:

Salvo Commodo Felix
Fauſtina.

Scilicet *Fauſtina M. Aurelii Antonini Auguſti* uxor, mater Commodi Auguſti.

2 *Narbone.*
Ex Cl. V. Marchione Maffejo.

IMP. CAESARI
DIVI ANTONINI
PII FIL DIVI HADRIANI
NEPOTI DIVI TRAIANI
PARTHICI PRONEPOTI
D. NERVAE ABNEPOTI
L. AVRELIO VERO AVG AR
MENIACO PONT MAXIM
TRIBVNIC POTESTAT IIII
IMP. II. COS. II. PROCOS
DECVMANI
NARBONENSES

Decumanos Clariſs. Maffejus interpretatur *Colonos ex decima Legione* illuc profectos. Mihi potius ſub iſto vocabulo deſignari creduntur Publicani, qui *Decumas* exigebant, ſive redimebant, uti ait Aſconius in Ciceronem. Titulus hic Anno Chriſti 164. vel 165. poſitus fuit.

5 *Venetiis,*
apud Franciſcum da Moſto *Senatorem Venetum,*
in baſi, ſupra quam Commodi Auguſti ſtatua,
cum enſite operto pelle leonina.
Deſideratur ibi brachium dexterum.
Deſcripſit & miſit Cl. V. Apoſtolus Zeno.

IMP. CAES.
L. ÆL. AVR. M. COMMODO.
ANT. P. F. MAX. AVG. SAR.
GER. BRIT. PACAT. ORB
TERR. HERC. ROM. AMAZ.
SVPER INVICTO.
PONT. M. TR. P. XVIII.
IMP. VIII. COS. VI. P. P.
S. P. Q. R.

Sed ſunt, quæ de fide Inſcriptionis hujus ſuſpicionem mihi ingerunt. Statua ſane, ut me doctiſſimus Zeno monuit, legitima, & antiqua eſt. Verùm facta minime videtur, ut ſuper illam baſim collocaretur. Ad hæc gemino prænomine L. & M. ideſt *Lucii* & *Marci* ſimul donatur Commodus: quod ſane peregrinum admodum eſt. Nam etſi in Nummis utrumque occurrat, uno tamen, non ſimul junctis, inſigniri ille conſuevit. Diphthongus quoque Æ. in voce *Ælius*, animadvertenda, quum Veteres diſtinguere, & ſejungere literas frequentius tunc ſolerent, ac ſcribere AE. Neque omittendum, punctа in fine ſingularum linearum addita fuiſſe, profectò contra morem. Denique Harduinus contendit, quæcumque marmora & numiſmata præferunt *Tribuniciam Poteſtatem Decimam octavam* Commodi Auguſti falſitate laborare. At reſpondere quiſquam poterit, tum in Nummis, tum in lapidibus modò *Lucii*, modò *Marci* prænomine, abominandum hunc Imperatorem fuiſſe donatum. Neque certum eſſe, an M. ibi *Marcum* ſignificet. Fortaſſe *Magnum* ſignificabat. Quod ubi verum foret, deſineremus mirari, cur is in tot Nummis *M. COMMODVS* ſcribatur. Decius quoque Auguſtus appellatus fuit C. MESSIVS Q. TRAIANVS DECIVS. Neque diphthongi junctis literis deſiderantur in antiquis lapidibus. Neque Harduinus ſine tabulis tantus eſt, ut falſi evincat Tribuniciam Poteſtatem XVIII. hujus Imperatoris: & præcipue quod Cardinalis Noriſius in Epiſtola Conſulari ſolide oſtenderit, collatam fuiſſe Commodo Poteſtatem hanc Menſe Auguſto Anni Æræ Chriſtianæ 175. Quum verò is ultimo die Anni 192. interfectus fuerit, neceſſe eſt, ut Decima octava Tribunicia Poteſtas ei decurreret per quatuor poſtremos Menſes ejuſdem Anni. Attamen mihi a vero abhorrere videtur, Senatum Populumque Romanum poſuiſſe Statuam, ac Titulum hunc Imperatori inviſo, ac nullâ quidem cauſâ additâ, eoque ipſo Anno, quo publica in eum odia ad ſummum pervenerant. Niſi effuſæ adulationi temporum illorum hoc aſcribas, vix concoquere poſſis ejuſmodi elogium. Sunt & alia, quæ me ab eo amplectendo abſterrent.

1 *Amaſtri.*
E ſchedis Farneſiis.

I. O. M.
PRO SALVTE ET VICTORIA
IMP. CAESARIS. M. AVRELI
L. AVRELI VERI. F. DIVI PII. NEP
DIVI HADRIANI PRON. DIVI TRAIANI
PARTH. ABNEP. DIVI NERVAE ADNEPOTIS

Heic aliquod vitium ſubeſt. Fortaſſis ad Commodum, aut ad *Septimium Severum* ſpectat Inſcriptio. Nam DIVI Pii NEP. aut Commodum, aut Severum indicat. Severus autem in Inſcriptione 265. num. 5. apud Gruterum appellatur L. VERI AVG. FILIVS.

2 *Thermis in Sicilia.*
E Gualterio.

DIVO
COMMODO
AVG
D . D
P. P

Apud Mediobarbum habentur etiam Nummi DIVO COMMODO dicati. Ad hæc notum eſt, a Severo Auguſto *Divum Commodum* fuiſſe pronuntiatum.

3 *Romæ,*
in Campo Floræ.
Ex Donio.

PRO SALVTE
IMP. CAES. AVGVSTO
M. AVRELIO. COMMODO
M. AVRELIVS. M. F. FAVO
RINVS. CVRTIA. FA
VORINA. V. S.

Paullò ſupra adnotavi, tum *Lucii*, tum *Marci* prænomine donatum fuiſſe Commodum Auguſtum in Nummis. Heic ſcribendum AVGVSTI M. AVRELI COMMODI.

4 *Ibidem,*
apud Canonicum Fedinum.
Ex Donio.

DIVOS
PERTINAX
AVG
S . C.

5 *Arimini,*
juxta Arcum Triumphalem.
E ſchedis Farneſiis, & ex Donio.

IMP. CAESARI
L. SEPTIMIO SEVERO PERTINACI
AVG. PONTIF. MAXIM
TRIB. POTEST. II. IMP. IIII.
CONS. II. PROCONSVLI. P. P
D. D. D

Spectat hæc Inſcriptio ad Annum Chriſti 194. aut 195.

6 *Cluſii.*
Ex Ligorio.

IMP. CAESARI. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTINACI. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. II. IMPERAT. IIII. COS. II. PROCOS. P. P
ORDO

Ideſt Anno Chriſti 194., aut 195. ab *Ordine* Decurionum poſita Severo Auguſto fuit hæc Inſcriptio.

7 *Juxta ruinas Viæ Sacræ.*
Ex Bellorio.

IMP. CAESARI. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTINACI
AVG. P. M. TRIB. POT. III. IMP. IIII. COS. II.
ARABICO. ADIABENICO. FRATRI. ARVALI.

Indicatur ab hiſce Notis Annus Chriſti 195., aut 196. Animadverte Severum Auguſtum in Collegio Fratrum Arvalium cooptatum: de quo videnda Claſſis III.

8 *Ardeæ.*
Ex Bellorio.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS. PERTINAX. PIVS. FELIX. AVG.
PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POTEST. IIII. IMP. V. COS. PROCOS. P. P.
ET. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. GERM. MAX
DACICVS MAX. PRINCEPS. IVVENTVTIS
LITVS. VICINVM. VIAE. SEVERIANAE. ADSIDVIS. MARIS. ADLVENTIBVS
FLVCTIBVS. AD. LABEM. RVINAE. LABEFACTATVM. AGGERIBVS
MARINI. OPERIS. IN. FVNDAMENTIS. VT. PERICVLVM
COMMEANTIBVS. ABESSET. EXTRVI. CVRARVNT

Pertinet hic lapis ad Annum Chriſti 196. quo M. Aurelium Antoninum Caracallam Severi Auguſti filium vides appellatum quidem *Principem Juventutis*, ſed Cæſaris appellatione omiſſâ. Quod tamen mihi negotium non leve faceſſit, occurrit hoc Caracalla nondum Imperator, immo ne Cæſareo quidem titulo inſignitus, nuncupatus *Germanicus Maximus*, *Dacicus Maximus*. Quei fieri id potuit? Certe dum quiſquam nodum hunc mihi ſolvat, de veritate Inſcriptionis dubitare pergam, ut miniſſime loquar.

1 *Ravennæ.*
Miſit P. D. Petrus Paulus Gunnani Prior Benedictinus.

AVG. INVICTO. IMP. CAES. L. SEPTIMIO
SEVERO. PIO. PERTINACI. DIVI. M. ANTONINI
FIL. DIVI. COMMODI. FRATRI. DIVI. ANTONINI
PII. NEPOTI. ARABICO. ADIABENICO. PONTIF
MAX. TRIB. POTEST. IIII. IMP. VIII. COS. II
PROCOS. P. P. PRO. VICTORIA. ET. REDITV
IPSIVS. RVFINVS. LIB. PROCOS. PROVINCIAE
MAVRITANIAE TINGITANAE

Ad Annum Chriſti 196. aut 197. referenda eſt Inſcriptio hæc.

2 *In Bulgaria.*
E Comite Marſilio.

IMP. CAESARI
DIVI MARCI ANTONI
NI PII GERMANICI SAR
MATICI FILIO DIVI COM
MODI FRATRI DIVI ANTONI
NI PII NEPOTI DIVI HADRI
ANI PRONEPOTI DIVI TRA
IANI PARTHICI ABNEPOTI
L. SEPTIMIO SEVERO
PERTINACI AVG. ARABICO
ADIABENICO PARTHICO MAXI
MO PONTIF. MAX. TRIB. PO
TESTAT.....X. ....COS. III.
.....PROCOS. R. P. SVA
VLP. CVRANTE
P. ANTONIO FAVSTO
LEG. AVGVSTORVM
PR. PR

Scribe TRIB.POTESTAT X. IMP. X. COS. III. Inſcriptio dicata Anno Chriſti 202. a neſcio qua Republica, ſeu Colonia Ulpia. Vide infra Inſcriptionem poſitam *Juliæ Domnæ* Severi Auguſti conjugi ab eodem forſtaſſe P. ANTONIO FAVSTO, qui ibi dicitur Q. ANICIVS FAVSTVS.

3 *Budæ,*
in Hungaria.
E ſchedis Farneſiis.

IMPP. L. SEPT. SEVERVS PIVS
PERTINAX ALANICVS ADIA
BENICVS MAXIMVS ET
M. AVR. ANTONINVS. AVGG. ET
.....
.....SPLENDIDISSIME.....
.....CVRANTE. L. BAEBIO CAE
CILIANO. LEG. AVG. PROCVRATORE

Arabicus, *Adiabenicus*, *Parthicus* in lapidibus, & Numinis Severus appellatur. *Alamicus* nuncupatum nuſquam alibi vidi. Quid ſi hoc ſcribendum ARABIGVS? Atque ita inter Domnas poſtea deprehendi, neſcio an ex conjectura reſtiturum.

4 *Romæ,*
in Aquæductu plumbeo.
Ex Vignolio.

IMP. CES L. SEP SEVERO PIO PERTIN AVG N
III ET IMP M AVRELIO ANTONINO AVG. FIL. COS

Nota Conſularis eſt Anni Chriſti 202. quo Conſules proceſſere Severus Auguſtus III. & Antoninus Caracalla ejus filius.

5 *Beggiæ,*
in Africa.
Miſit Antonius Maria Salvinius V. Cl.

.....
.....
FILIO. DIVI. COMMODI. FRATRI
IMP. XII. COS. III. P. P. ET
NERVAE. ADNEP. M. AVRELIO ANTO
NINO ET AVSPICIIS. DIVINIS. E
.....

Multa exciderunt, & extra locum ſuum vagatur illud NERVAE ADNEP. Poſita eſt Inſcriptio Severo Auguſto, & Caracallæ ejus filio, Anno Chriſti 207.

6 *Apud Thebas.*
E ſchedis meis.
Miſit etiam N. V. Pompejus Compagnonius Abbas e ſchedis Barberinis Cyriaci.

ΤΟΝ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΝΙΚΗΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
ΑΥΓΟΥΣΤΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΡΑΒΙΚΟΝ ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΕΥΣΕΒΗ ΕΥΤΥΧΗ
Η ΠΟΛΙΣ

Ideſt:

Maximum & Invictum
Imperatorem Cæſarem
M. Aurelium Severum Antoninum
Auguſtum Sebaſtum
Arabicum Adiabenicum Parthicum
Pium Felicem
Civitas

(Subaudi *honorat.*)

1 *In Thermis Herculanis detectis in Dacia. Ex Paschali Caryophilo.*

HERCVLI
PRO SALVTE IMPE
RATORVM SEVERI
ET ANTONINI F. CONSER
VATORI AVGVSTORVM
DOMINORVM NOS
TRORVM C. I. GALLV
S. C. V. LEGATVS EORVM
PR. PR. CVM SVIS
V. S. L. M

In septimâ & octavâ lineâ C. I. &c. hoc est, *Cajus Julius Gallus Clarissimus Vir.*

2 *Ibidem. Ex eodem.*

HERCVLI PRO
SALVTE IMP
M. AVREL. ANTO

Spectet-ne hæc ad *Marcum Aurelium Philosophum*, an ad *Caracallam*, negre decernas. Suspicari etiam possis, integram ad nos minime perveniſſe.

3 *Incerto in loco. E Malvasia.*

.....
SEPTIMI SEVERI PERTINACI
AVGVSTI PARTHICI ANTICI.
PROPAGATORI IMPERII
P. GAVIVS SECVNDINVS
OB HONOREM DECVRIONATVS OBLATVM
A SPLENDIDISSIMO ORDINE PAR
L. D. D. D

Scribe PERTINACIS pro PERTINACI, & ADIABENICI pro ANTICI.

4 *Beggiæ in Africa. Misit Antonius Maria Salvinius V. Cl.*

.....
.....PRONEP. DIVI TRAIANI
....I. PERTINACIS. AVG. ARAB
.....I. COS. III. ET SEPTIMIO SEVERO
....CIMVM. PROCOS. C. V. COLONIA
.....

Pro ET legendum arbitror P P. *Patri Patriæ.*

5 *In Insula Gauli. E Gualterio.*

IMP. M. AVREL. ANTONI
NI. PII. AVG. L. SEPTI
MI SEVERI. PERTI
NACIS AVG. ARABICI
ADIABENICI. PARTHI
CI. MAX. PONT. MAX
ORDO DECVRIONVM
.....IVRR...VTE...PVBLI
.....MO.....STO

Scribendum ANTONINO PIO &c. FILIO: nisi ibi fuerit *Pro Salute*, aut *Victoria.*

6 *Florentiæ, apud Nob. Virum Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

.....CAES. L. SEPTIMI SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIAB
PARTH. MAX. FILIO. ET .....
CAES. M. AVRELI. ANTONINI
.....G. PII FELICIS.....
.....

7 *Mediolani, apud Comites Archintos. E schedis meis.*

IMP. CAES.
M. AVREL.
ANTONINI
AVG.
IMP CAES. L
SEPTIMI SEVERI
PII PERTINACIS
AVG. F

8 *Cordubæ, apud Petrum Sanchez. E schedis P. Cattanei.*

IMP. CAESAR
DIVI SEVERI PII FIL
DIVI MARCI ANTONINI NEPOS
DIVI ANTONINI PII PRONEPOS DIVI
HADRIANI ABNEPOS DIVI TRAIANI
PARTHICI ET DIVI NERVAE ADNEPOS
MARCVS AVRELIVS
AVG. PARTHICVS MAXIMVS BRITAN.
MAXI. GERMANICVS MAXIMVS
PONTIFEX MAXIM. TRIBVNIC. POTEST.
.....

1 *In Civitate Atinæ.*
Suppeditavit P. Bonaventura Taulerus.

IMP. CAES. L. SEPTIMI SEVERI
PERTINACIS AVG. ARAB
ADIABEN. PART. MAX. FIL
DIVI PII ANTONINI
PRON DIVI. HADRIANI
ABNEP. DIVI. TRAIANI
ET DIVI NERVAE ADNEP
M. AVRELIO ANTONINO
AVG. TRIB. POT. III. PRO
COS. D. D. PVBLICE

Descriptori excidit DIVI M. ANTONINI NEP. Spectat lapis ad Annum Christi 200. si tamen accurate Tribunicia Potestas III. exscripta fuit. De Proconsulatu Imperatorum complures egerunt.

2 *Romæ,*
ærea tabella suspensa in Sacrario.
Ex Donio.

PRO. SALVTE
IMP. CAESARIS
M. AVRELII. SEVE
PII. FELICIS. AVG.

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio Comodillæ.
Ex Canon. Boldetto V. Cl.

..... VERO. PIO. PERTINACI	IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI
..... MAXIMO. FORTISSIMO	AVG. TRIB. POTEST. IIII. COS. DESIGNATO. PROCOS
..... TRIB. POT. VIII. IMP. XI	IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ARAB
..... IIII. PROCOSS. PP.	ADIAB. PARTH. MAX. FORTISSIMI. FELICISSIMI. FILIO
..... M. FILIO DIVI COMMOD	DIVI. M. ANTONINI. PII. GER. SARM. NEP. DIVI. ANTONINI
.... I. HADRIANI PRONEP. DIVI	PII PRONEP. DIVI. HADRIAN. ABNEP. DIVI. TRAIANI
.....RVAE. ADNEPOTI	PARTHIC. ET. DIVI. NERVAE. ADNEPOTI.
.....I. VRBI.	SACRAE REG. XIIII.

Inscriptio hæc posita fuit Septimio Severo Augusto Anno Christi 201.

Hæc verò dicata fuit Antonino Caracallæ Augusto, ejusdem Septimii Severi filio, eodem Anno Christi 201.

4 *Moguntiæ.*
Ex P. Montfauconio.

TOGITIOSO
II MARI. FI. IN
Ibi figura Equitis armati.
PRO SALVTE IMP. M AV
RELI ANTONINI
PII FELICIS
FORTVNAE REDVCI
LEG. XXII. PR. P. F. C. CENNIL
IVS. VICTOR. VET.
XXII. PR. P. F. LEG M H M NEGOT
IATOR. GLADIARIVS
TESTAMENTO SVO FIERI
IVSSIT AD HS N VIII. MIL

Clariss. Montfauconius Siglas M. H. M. interpretatur *Municipii Hujus Moguntini.*

5 *Comi,*
in hortis Episcopi.
E schedis meis.

IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO AVG. F. IMP. CAES.
L. SEPTIMI. SEVERI PII PERTINACIS
AVGVSTI ARABICI ADIABENICI. P. P.
PONTIFICIS MAXIMI TRIBVNIC.
POT. V. IMP. VIII. COS. II.
D D

Notæ Chronologicæ referendæ sunt ad *Severum* Augustum, atque ad Annum Christi 198. non verò ad *Antoninum Caracallam* ejus filium, cui aliquin posita fuit Inscriptio.

1 *In Oppido Martos in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

IMP. CAES. DIVI SEPTIMI SEVERI
PII ARABICI ADIAB. PART. MAX. BRIT.
MAX. FILIO DIVI M. ANTONINI
PII GERM. SARM. NEPOTI DIVI
ANTONINI PII. PRONEPOTI DIVI
HADRIANI ABNEPOTI DIVI TRAIA
NI. PART. ET DIVI NERVAE
ADNEPOTI
M. AVRELIO ANTONINO
PIO AVGVSTO
PARTHIC. MAX. BRIT. MAX. PONT.
MAX. TRIB. POT. XV. IMP. BIS
COS. IIII. P. P. PACATORI ORBIS
RESPVB. TVCCITANORVM
D . D .

Ideſt Anno Chriſti 213. *Tucci* Urbs Hiſpaniæ Bœticæ, & Romanorum Colonia. Ex ejus ruinis *Martos* creviſſe creditur.

3 Whitley Caſtle *in M. Britannia.*
Ex Wiſſelingio V. Cl.

IMP. CAES. LV.
BICI ADIA.
MAX. FIL. DIVI ANTONINI
SARM. NEP. DIVI ANTONINI PRON.
DIVI. HADR. ABNEP. DIVI TRAIANI
PARTH. ET DIVI. NERVAE. ADNEP.
M. AVR. ANTONINO. PIO
FEL. AVG
TR. POT. X. IMP. II. COS. IIII. EP
PRO. PIETATE. AED. E. VOTO
COMMVNI. CVRANTE
LEG. AVG.
COH. III. NERVIO
RVM G. R. POS.

Ad Antoninum quoque Caracallam ſpectat Epigramma. Pro G. R. in fine legendum arbitror C. R. ideſt *Civium Romanorum.*

2 *Romæ,*
in ædibus Chiſianis.
E ſchedis Ptolemei.

IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO PIO FELICI
AVGVSTO
NVMINI EIVS
ISSIM

Referendam eſſe Inſcriptionem hanc ad Caracallam, non verò ad Marcum Aurelium Philoſophum, cenſeo ob PII FELICIS epitheta, quibus ille ambitioſe uſus fuit.

4 *Ancyræ.*
Ex Tournefortio,
miſit Joſeph de Bimard la Baſtie
Montis Seleuci Baro.

IMP. CAESARI
M. AVRELIO
ANTONINO IN
VICTO AVGVSTO
PIO FELICI
AEL. LVCINVS V. I
DEVOTISSIMVS
NVMINI EIVS

Emendatior, quam apud Gruterum pag. 259. num. 1. Contendit Cl. Bimardus, pertinere Inſcriptionem ad *Antoninum Caracallam*, aut ad *Elagabalum*, ſuadentibus id cognominibus *Pii*, & *Felicis*. Et ſane apud Gruterum, & alios confuſa ſunt Monumenta geminorum iſtorum Imperatorum, & *M. Aurelii Philoſophi*: quod tamen accurate animadvertendum foret. Hic de re idem Bimardus erudite egit in Epiſtola ad Cl. Marchionem Maffeium de *Municipii Auguſti* in finibus Allobrogum *Monumentis*.

5 *Alexandriæ in Ægypto.*
E ſchedis D. de la Condamine *hauſit*
Cl. Bimardus.

AYTOKPATOPA KAICAPA M AYP
HAION CEOYHPON ANTΩNEINON EYTYXH EYCEBH CEBACTON
TON CΩTHPA. OAHC OIKOYMENHC
M. AYPHAIOC MEAAEKAIΩC PHMATIZΩ
IKA AOYPIB

Ex verſione Bimardi,
qui in fine legendum ſuſpicatur XPHMATIZΩN AΘTP IB

Imperatorem Cæſarem Marcum Aurelium
Severum Antoninum, Felicem, Pium Auguſtum,
Univerſi Orbis Servatorem,
Marcus Aurelius Mellicæus Cognomento
(ſortaſſis die XII. Menſis Athyr, honorat.)

1 *Thyatiræ.*
Ex Thoma Smitho, & Whelero.

In uno latere.

ΤΟΝ ΓΗΣ ΚΑΙ ΘΑ
ΛΑΣΣΗΣ ΔΕΣΠΟΤΗΝ
ΑΤΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΤΡ. ΣΕΟΤΗΡΟΝ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΝ ΠΑΡΘ. ΜΕ. ΒΡΙΤ. ΜΕ.
ΓΕΡ. ΜΕ. ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
Τ. ΑΝΤ. ΑΔΦΗΝΟΣ
ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ. ΤΟ
ΤΡΙΤΟΝ ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΣ
Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΣΕ
ΒΑΣΤΟΥ ΑΡΧΗΣ ΑΙ
ΒΙΑΝΗΣ

In altero latere.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΤΤ. Κ. Μ. ΑΤΡ. ΣΕΟΤ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΝ
ΣΕΒ. ΕΥΣ. ΕΥΤΥΧΗ
Τ. ΑΝΤ. ΑΔΦΗΝΟΣ
ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ ΑΠΟ
ΤΡΙΩΝ ΧΕΙΛΙΑΡΧΙΩΝ
ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΚΤΡΙΟΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΚΤΙΣΤΗΝ Ο ΙΕΡΕΥΣ
ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΣ

Ideſt:

Terræ Ac Maris Dominatorem,
Imperatorem Cæſarem Marcum Aurelium Severum Antoninum, Parthicum Maximum, Britannicum Maximum, Germanicum Maximum, Patrem Patriæ,
Suum Et
Urbis Beneſactorem,
Titus Antonius Alphenus
Arignotus,
Tertium Tribunus Militum
Sacerdos Dei (Tyrimni)
Et Neocorus
Auguſti,
Et Procurator Auguſti Areæ Liviæ (hoc Monumento honorat)

Ideſt:

Quod Fauſtum Sit.
Imperatorem Cæſarem M. Aurelium Severum Antoninum
Auguſtum, Pium, Felicem
Titus Antonius Alphenus
Arignotus, Jam
Ter Tribunus Militum,
Suum Dominum,
Et Urbis
Fundatorem (honorat.) *Sacerdos Dei* (Tyrimni) *Et Neocorus*

Ex aliis lapidibus conſtat, *Tyrimni* Dei cultum ſingularem fuiſſe apud Thyatirenos; ſed quis Deorum ſub hoc nomine ab iis colieretur, adhuc inquirendum reſtat.

2 *Bracaræ in Luſitania.*
E ſchedis Farneſii & meis.

IMP. CAES. DIVI SEVERI PII FIL
DIVI MARCI ANTONINI NEP
DIVI ANTONINI PII PRONEP
DIVI HADRIANI ABNEP
DIVI TRAIANI PART. ET DIVI
NERVAE ADNEP
M. AVRELIO ANTONINO PIO
FEL. AVG
PART. MAX. BRIT. MAX
GERMANICO MAX
PONTIFICI MAX
TRIB. POT. XVII. IMP. III.
COS. IIII. P. P. PROCOS

Ideſt Anno Chriſti 215. Habetur quoque Inſcriptio hæc inter Donianas.

3 *Romæ*
in Cæmeterio Sancti Hippolyti.
Ex Boldetto.

..... RELIO. ANTONINO. INVICTO. PIO. FELICI. AVG
..... NE. SVPER. OMNES. PRINCIPES. FORTISSIMO
... NAE. SVAE. ET IVLIAE. AVG. MATRI. EIVS. DOMINAE
NOSTR .....

4 *In oppido Martos in Hiſpania.*
E ſchedis P. Cattanei.

IVLIAE. AVG. MATRI CAS
TRORVM RESPVBLICA
TVCCITANORVM
D. D. P

5 *Romæ,*
in Muſeo Albano,

IVLIAE DOMNAE
AVG
MATRI AVG. N.
ET CASTROR.

1 *In Insula Gauli, adjacente Melitæ. E Gualterio.*

IVLIAE. DOMNAE. AVG.
MATRI CAST. AVGVSTORVM
IMP. CAES. L. SEPTIMI
SEVERI. PERTINACIS
AVG. CONIVGI
MVNICIPIVM GAV.....
GVL. P. P.
CVRANTE DAPSI.....
.....NO

Gualterius legit IVLIAE DOMITIANAE. Restitui ego DOMNAE. Celebris est *Julia* Severi Augusti uxor, & mater Caracallæ, & Getæ, sub cognomine DOMNAE, & MATRIS CASTRORVM. Post CAST. addendum ET arbitror.

3 *Florentiæ, apud Principem Corsinium. Ex Gorio.*

PRO SALVTE ET INCOLVMITA
TE DOMINI NOSTRI MARCI
AVRELI SEVERI ANTONINI PII
ET IVLIAE. AVG. MATRI. AVG. N
ET. CASTRORVM

CEREII IIO.....

Legendum hoc MATRIS in quarta linea, in postrema vero CERERI NOVAE. Lampsaci visitur Inscriptio producta ab VVelhero, in qua Senatus Juliam Domnam appellat ΕΣΤΙΑΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ *Vestam Novam Cererem*. Fortasse *Nova* appellata, quia & Julia Augusti conjux, uti vidimus supra, *Cererii* cognomento ornata fuit. Eamdem Inscriptionem accipe.

5 *Sarzanæ. apud Canonicum Benettinum. Exscripsi ego.*

IMP. CAES. M. AVRELI
.....I. PII. FELICIS. AVGVST
.....VGVSTAE. MATRI AV
.....STRORVM. TOTIVS. QVE
.....NAE ET PRO STATV CI
.....RIAE LVNAE SACARAR
.....RI PATRIS

Videlicet e ruinis *Lunæ* Civitatis olim celebris, Sarzanam deductus fuit hic lapis, positus, ut opinor, ac dicatus Caracallæ Augusto, & Juliæ Domnæ Augustæ ejus matri.

6 *Galeatæ in Umbria. Ex Ligorio.*

PLAVTILLAE
AVGVST
ORDO DECVR
PVB. D. D

Scilicet *Plautillæ*, uxori Antonini Caracallæ Augusti.

2 *In Bulgaria. Exscripsit N.V. Petrus Pasqualigo, CPoli remeans. Misit N.V. Johannes Antonius Albizi.*

IVLIAE
DOMNAE
AVGVSTAE.
MATRI CAS
TRORVM
R. P. S. VA. VLP
CVRANTE
Q. ANICIO
FAVSTO LEG
AVGVSTORVM
PR PR

Vide supra Inscriptionem alteram dicatam Severo Augusto ab eodem, ut opinor, *Q. Anicio Fausto*. In utro ex his lapidibus emendatione sit opus, nescio. At hunc accuratius exscriptum opinor. Quænam sit hæc *Respublica* S. VA. *Vlpia*, nondum invenii. Num *Serdica*, sive *Sardica*? In Nummis *Ulpia* appellatur.

4 *Lampsaci. Ex Whelero.*

ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ
ΕΣΤΙΑΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ
Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΤΟ ΔΕ ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΑΛΜΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΒΑ
ΣΙΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΑΥ
ΤΟΥ ΔΑΠΑΝΗΜΑ ΠΟΙΗΣΑΜΕ
ΝΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΥΠΕΡΤΗΣ
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΕΥ
ΣΕΒΙΑΣ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΤΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ
ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΑΥΤΩΝ ΟΙ
ΚΟΥ ΚΑΙ ΤΑΜΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΥΕΙΜΟΥ

Ideſt:

Juliam Auguſtam,
Veſtam, Novam Cererem
Senatus (honorat.)
Impenſam Statuæ, Et Baſis, Et Erectionis Ipſius Faciente De Sua Pecunia,
Præpoſito Coronis Sacris, Sacerdote
Auguſtorum, Et Stephanephoro
Univerſæ Eorum Domus
Et Præfecto Ærarii Popularis
Secundùm
Dionyſio
(Filio) *Apollonotimi.*

Dubius fum, ſpectet-ne ad *Juliam Domnam* Severi Auguſti Conjugem, an ad *Juliam*, quæ & Livia, Cæſaris Auguſti Uxorem. Liviam quoque *Cereris* appellatione donatam ſupra vidimus. Sed quum hoc fit mentio *Auguſtorum*, ad Severi tempora Inſcriptionem ſpectare videtur ſimilius.

1 *Panormi*,
in Prætorio.
E Gualterio, & Noto.

IMP. CAES. DIVI
MAGNI ANTONI
NI.....DIVI SEPTIMI
SEVERI.....
.....SEVERO ET
.....PIO FEL
AVG. PONT. MAX. TRI
PO. II. COS. III. COL
AVG. PANH. RM
D . D

Gualterus hanc refert ad *Alexandrum Severum*, utique ad *Elagabalum* Augustos. Cajetanus Notus ad unum *Alexandrum*. Sed notæ Chronologicæ unum *Elagabalum* indicare videntur, qui Anno Christi 220. *Consul III.* proceſſit, quum ei decurreret *Annus II. Tribunitiæ Poteſtatis*.

2 *Valentiæ*
in Hiſpania,
in Templo Beatæ Virginis.
E ſchedis P. Cattanei.

PIETATE IVSTITIA FORTITVDINE
ET PLENO OMNIVM VIRTVTVM
PRINCIPI VER.....CO VERO OE
GERMANICº Aº VICTORIARVM
ºMNIVM NOMINIBVS INLVSTRI
M. AVR.....P. F. INVICT. V. C
PONT. MAX. TRIB. P. V. COS. IIII. PROCOS.
ALLIVS MAXIMVS. V. C. LEG IV. R.
ROV. HISP. TARRACONENS.
MAIESTATI EIVS AC NVMINI
DICATISSIMVS

Quamquam tot elogia ad *Severum Alexandrum* pertinere videantur, Chronologica tamen Notæ indicant *Elagabalum* Augustum impuriſſimum, atque Annum Chriſti 222. Sed neque hic, neque ille Auguſtus ex *Victoriis* illuſtris fuit.

3 *Florentiæ*,
in Muſeo Mediceo.
ex Africa deportatus lapis.
Ex Falconerio.

IMP. M. AVRELIO ANTO
NINO. AVG. PARTH. MAX.
PRINC. IVVENT. TRIB. POTESTAT.
IMP. II. CAES. L. SEPTIMI
SEVERI PII. PERTINAC. AVG. ARAB
A DIAB. SARM. NEP. DIVI ANTONINI PRO
NEP. DIVI. HADRI. ANTONINI.....
PARTH.....

Ad *Elagabalum* potius, quàm ad Alexandrum Severum Auguſtos, pertinere lapis mihi creditur, dum legitimus fit. In Marmoribus, & Numis *Alexandri* nomen ſignati conſtat, quod hic deſideratur. Verùm tamquam rem peregrinam animadverte conjunctum cum Cæſareo Imperio titulum *Principis Juventutis*. Ad hæc nullus hic ſignatur Conſulatus Elagabali. Qui etiam dicitur IMP. II. quod tamen Numiſmata ſilent. Hæſce tenebras fortaſſe diſpelleret lapis ille diligentius perſpectus. Sed Gorio monente is evanuit.

4 *Cortonæ*,
in tubo plumbeo.
in Muſeo Academiæ Etruſcæ.
Ex Gorio.

IVLIAE MAMIAE MATRIS AVG N

Ideſt matris Severi Alexandri Auguſti. Heic MAMIA eſt, quæ in ceteris Lapidibus, & Numis, & Hiſtoriis MAMAEA appellatur.

5 *Brocæ*
in Luſitania.
E ſchedis Farneſiis.

IMP. CAESAR. C. IVLIVS VERVS
MAXIMINVS. P. F. AVG. GERMANIC
MAX. DACIC. MAX. SARMATIC
PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP. VII. P. P
COS. NS. PROCOS. ET C. IVLIVS VERVS
MAXIMVS NOBILISS. CAESAR. GER
MANIC. MAX. DAC. MAX. SARMA
MAX. PRINCEPS IVVENTVTIS
FILIVS. D. N.

Dubitarum eſt ab Eruditis, num *Maximinus* Auguſtus *Annum Quartum* Tribunitiæ Poteſtatis attigerit: quod tamen nunc certum puto. At hcie ſi dicitur *Quintum* quoque attigiſſe. Mendum arbitror, niſi ferius, quàm vulgo creditur, Maximinus in obſidione Aquileienſi Anno Chriſti 238. fuerit interfectus, & nondum Brixiam delato nuntio illius cædis creditus fuerit inchoatus Annus *Quintus* illius Imperii. Quid ſit COS. NS. nelcio.

6 *Romæ*,
in Monaſterio Olivetanorum.
Ex P. Lupo Societ. Jeſu.

IMP. CAES. M. AN. TO. NI. O
GOR. DI. A. NO. PI. O. FE. LI. CI
AVG. P. M. TRIB. POT. COS. P. P
COR. NE. LI. A. PRAE. TEX. TA. TA
DI. VI. NAM. PI. E. TA. TEM. E. IVS
QVE. SVOS. ET ...
DI. CI. VM
EN. TI. AM. SV. AM
BA. VIT

Poſitus lapis Anno Chriſti 239., aut 240.

7 *Foronovi*.
in agro Reatino.
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

D. N. ANTONII GORD. PII. F
AVG. FORONOVARII NVMINI
MAIESTATIQVE EORVM

Mutila hæc Inſcriptio poſita videtur *Gordiano I.* ejuſque filio *Gordiano II.* Auguſtis. Seu potius *Balbino*, & *Puppieno*, & *Gordiano* III. Auguſtis. Pro FORONOVARII ſcriptum mihi creditur FORONOVANI: quorum Civitas in Sabinis olim poſita.

1 *Nurſiæ,*
in Sancti Jacobi Equitum Hieroſolymitanorum.
Miſit Hyacinthus Mannius I. C.

D. GORD. PIO. F. AVG. PONT.
MAX. TRIB. POT. BIS. COS.
PROCOS.

Si viventi poſitus eſt lapis, mendoſum eſt illud D. ſignificans *Divo*. Quod ſi Domino interpretari velis, additum fuiſſet N. ſcilicet *Noſtro*. BIS CONSVL alibi occurrit. Ceterum, dum germana ſit Inſcriptio, pertinet ad *Gordianum III.* Auguſtum, atque ad Annum Chriſti, ut opinor, 242. quo is expeditionem Perſicam ſuſcepit.

2 *Hſpelli,*
In Eccleſia Collegiata
Sancti Laurentii.
E ſchedis Ferdinandi Paſſarini
N. V.

IMP. CAESARI
M. ANTONIO
GORDIANO
PIO. FELICI AVG.
PONT. MAX.
TRIB. POT. II.
COS. PROCOS.
P. P
PVBLICE

Ideſt Anno Chriſti 239., aut 240.

3 *Romæ,*
in Muſeo Marci Antonii Sabbatini.
Ex Henrico Brencmanno V. Cl.

PRO. S. IMP. M. ANTONI. GORDIANI. PII
FELICIS. AVG. ET TRANQVILLINAE SABI
NAE. AVG VENATORES. IMMVN. CVM. CV
STODE. VIVARI. PONT. VERVS. MIL. COH.
VI. PR. CAMPANIVS. VERAX. MIL. COH. VI.
PR. FVSCIVS. CRESCENTIO. ORD. CVSTOS
VIVARI. COHH. PRAETT. ET. VRBB.
DIANA. AVG. D. S. EX. V. P
DEDICATA. XII. KAL. NOV.
IMP. D. N. GORDIANO. AVG. ET. POMPEIANO. C. S.

Scribendum DIANAE *Auguſtæ De Suo Ex Voto Poſuerunt Pro Saluto Gordiani Auguſti*. Spectat Inſcriptio ad Annum Chriſti 241. Qui Romam antiquam illuſtrarunt, ponunt *Vivarium* juxta Caſtrum Prætorium. Ibique non piſces, ſed *Leones*, *aliaque Fera* aſſervabantur, uti Procopius Lib. I. de Bell. Gothico memoriæ prodidit. Hinc diſcimus appellatum fuiſſe *Vivarium Cohortium Prætorianarum*, & *Urbanarum*. Ibi Beſtiæ cuſtoditæ, aut ad Amphiteatri opus, aut ad delicias. *Venatores* quoque deſtinati, ut eas, quum opus foret, caederent, aut cum iis in arena pugnarent.

4 *Romæ,*
E ſchedis Fr. Jucundi.
Miſit Gorius.

FVRIAE. SABINAE
TRANQVILLINAE
SANCTISSIMAE. AVG
CONIVGI. DOMINI N
IMP. CAES. M. ANTONI
GORDIANI. PII
FELICIS. INVICTI. AVG
DECVRIALES. AEDILIVM
PLEB. ET. PLEB
CERIALIVM
DEVOTI. NVMINI. MA
IESTATIQ. EIVS

Confer iſtud cum Gruteriano exemplo pag. 1085. num 11.

5 *Mazaræ*
in Sicilia.
Ex Gualterio.

FVRIAE. SA
BINAE. TRAN
QVILLINAE
AVG. CONIVGI
M. B. MATRONAE

Uxor hæc fuit Gordiani III. Auguſti; eique a Matronis Siculis poſitus fuit Titulus iſte.

6 *Granatæ,*
in Hiſpania,
in Columna, quæ nunc Cruci eſt baſis.
E ſchedis P. Cattanei.

FVRIAE SABINIAE TRANQVILLINAE AVG
CONIVGI IMP. CAES. M. ANTONI GORDIANI
PII. FEL. AVG. ORDO M. FLORI ILIBE
RITANI DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE
SVMPTV PVBLICO POSVIT
D D

Ideſt *Ordo* Decurionum *Municipii Flori Iliberitani* Memoriam hanc, aut Statuam dicavit Tranquillinæ Auguſtæ. *Sabina* quoque appellatur in Nummis Auguſta hæc. Qui heic appellatur *M. Antonius Gordianus*, in aliis lapidibus ex deſcribentium, ut opinor, incuriâ dicitur *M. Antoninus Gordianus*. Capitolini tamen ævo de hujuſmodi nomine quæſtio fuit.

1 *Ameriæ*,
Extra Portam Leonis.
Ex Comite Malvasia.

FVRIAE SABI
NAE TRANQVIL
LINAE. AVG. CON
IVGI. IMP. CAES.
M. ANTONI GOR
DIANI PII FELICIS
AVG
D. D

2 *Recineti*,
in Statuæ basi.
Ex Pompejo Compagnonio.

MAXIMO CLODIO PVPIENO
LIBERALI AVGVSTO

Qui scilicet post priorum Gordianorum interitum una cum *D. Celio Balbino* Imperator a Senatu renuntiatus fuit contra Maximinum truculentissimum Augustum. Si ab antiquitate venit hoc Elogium, quænam fuerunt illius Nomina, hinc discimus. Nummi nobis exhibent PVPIENVM MAXIMVM, aut M. CLODIVM PVPIENVM. Heic prænominis loco MAXIMVM habemus. At ifiud in Nummis cognomen est, & prænomen *Marcus*.

3 *Mateliceæ*.
Ex Donio.

M. IVLIO. PHILIP
PO. NOBILIS
SIMO CAES
PRINCIPI
IVVENTVTIS

Circiter Annum Christi 246. *Philippo Juniori Cæsari* posita fuit Inscriptio hæc.

4 *Philippopoli*,
in Thracia.
Ex Comite Marsilio.

MAXIMO ET SVPER
OMNES FORTISSIMO
IMPERATORI CAESARI
M. IVLIO PHILIPPO
PIO FELICI INVICTO
AVG. PONTIFICI
MAXIMO PATRI. P

5 *In Civitate Vencriens*.
Ex Antonio Pagio V. Cl.

IMP. CAES
C. MESSIO. QVIN
TO TRAIANO DE
CIO PIO FEL INVIC
TO AVG P. M. TRIB
POT. III. COS. II
P. P.
CIVIT. VINT

Ideft Anno Christi 250. Sed quomodo cum *Consulatu Secundo* Decii Augusti concurrere potuerit *Tribunicia Potestas Tertium*, Pagius nobis minime edifferit. Idem Pagius alibi pro P.F. legit PROC. ideft *Proconsuli*.

6 *Florentiæ*,
in Museo Mediceo.
Lapis ex Africa devectus.
Ex Gorio V. Cl.

IMP. CAES. C. MESSIVS
Q. TRAIANVS. DECCIVS
INVICTVS. PIVS. FELIX. AVG
P. M. TRIB. P. COS. II. P. P. PROCOS
II. Q. HERENNIVS ETRVSCIVS
MESSIVS. DECCIVS. CAES
C. VALENS. HOSTILIANVS

Decio Augusto, ejusque Filiis, positus fuit lapis Anno Christi 250. Sed multis ambagibus Anni Decii, ejusque Consulatuum, immo & Filiorum, turbantur. Heic nulla Nota numerica signatur Tribunicia Potestas, quum tamen *Secundus Consulatus* illius apponatur, ita ut Annus primus Imperii decurrisse Decio videatur, quum dicatur ei fuit hæc Inscriptio. Videsquoque in hoc lapide *Decii* nomen duplici C. scriptum fuisse: quod Lapicidæ tribuendum puto.

7 *Romæ*,
apud Canonicum Fedinum.
Ex Donio.

C. VALENTI. HOSTILIAN.....
MESSIO. QVINTO.....
NOBILISSIMO. CAESAR.....
TRIB. POTEST. II. PRINCIPI. IVVEN.....
FILIO

Nisi apparear, Hostiliano, dum adhuc Cæsar & Princeps Juventutis fuit conlatam fuisse Tribuniciam Potestatem, cecideris hoc nomen *Decii Augusti* patris, ad quem *Tribunicia Potestas Secundum* spectabit, inita Anno Christi 250. Confusa quoque est Inscriptio, nam FILIO scribendum fuit ante *Principi Juventutis*.

8 *Sistini*,
in Ædibus Archipresbyteralibus,
Misit Dionysius Sancassanius Medicus Cl.

IMP. CAES. C. VIBIO
TREB. GALLO
PIO. FEL. AVG
P P
D D

Lapidem hunc *Trebonio Augusto* positum, doctissimus quoque Gorius edidit.

9 *Romæ*,
in basi nuper adhibità ad constituendum Palatium.
Ex Ligorio.

IMP. CAES. VIBII .....
GALLI. AVGVST .....
L. IVNIVS. VALIDIANVS. VIR. CL.
PRAEF. VRB. STAT. EXAEN
.....VOLVNT. AVG. NOST
COLLOC
CVM BAS. SVA. MARM .....

Fortassis EX AERE.

1 *Perusiæ,*
in ædibus Vibiorum.
E schedis meis.
Misit & P. Philippus Canerinius.

IMP. CAES. C. VIBIO
TREBONIANO GALLO
PIO FELICI INVICTO
AVG. PONT. MAX. TR.
POT. II. . . . . COS
DESIGN. . . . . .
T. FLA. . . . . .
SIANVS. . . . . RVFI
NVS. . . . . R. R
DEVOTI. . . . . INI MA
IES. . . . . EIVS

2 *In Oppido Tignii in Piceno.*
Misit Sanctissanius.

IMP. CAES
C. VIBIO. AFINIO. GALLO
VELDVMNIANO. . . . .

Is est filius Treboniani Galli Augusti, Anno Christi 251.

3 *In Sancti Petri extra Spoletum.*
E schedis Minervii.

IMP. CAES. C. VIBIO AFFINIO
GALLO VELDVMNIANO VOLVSIANO
PIO FEL. AVG. MAX.

4 *Urbini,*
in Cathedrali.
E schedis Farnesiis & Capponiis.

IMP. CAESARI C. VIBIO
AFFINIO. GALLO. VELDVM
MIANO. VOLVSIANO. PIO
FELICI. AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. COS. VRVINAT.
MAT. DEVOTI. NVMINI
MAIESTATIQVE EIVS
DEC. DEC. PVB.

Plinio teste, erant *Urbinates cognomine Metaurenses*: *& alii, Hortenses*. Cluverius arbitratur, Urbinum nostri temporis fuisse *Metaurense*; Castrum verò Durantis, *Hortense*. Quod certum, Urbini hic lapis olim visebatur. An adhuc supersit, Civium erit inquirere. Anno Christi 252. dicata fuit Inscriptio hæc. Ceterum alibi animadverti, veteres dixisse *Metaurum* non vero *Metaurum*. Propterea in editis Libris vitiata mihi creditur vox illa,

5 *Aquasparta*
in stylobate.
Misit Franciscus Maria Comes Campelli.
Misit & Petrus Polidorus V. Cl.

IMP. CAES. P. LICI
NIO. VALERIANO
PIO. FELICI. AVG
PONT. MAX. TRIB. POT
TER. COS. $\overline{II}$. PROCOS
P P
D D

Positus est lapis Anno Christi 254. Mediobarbus, & alii, Tribunicia Potestatis exordium *Valeriano* tribuunt Anno tantùm præcedenti 253. Figendum esse in Anno 252. Inscriptio hæc persuadere posset, nisi certum foret, Valerianum produxisse Imperium suum usque ad Annum Christi 253. quo Consul II. processit. Quare istud TER. seu *Tertium*, nutat; aut si ipsum retinere volumus, scribendum est COS. $\overline{III}$. atque erit Annus Christi 255. Attamen vide Inscriptionem subsequentem.

6 *Malacæ*
in Hispania.
E schedis Farnesiis, & Capponiis, & Cyriaci.

IMP. CAES. P. LICINIVS
VALERIANVS
P. F. AVG. P. M
TRIB. POT. III. COS. II. P. P. PROCOS. II.
IMP. CAES. P. LICINIVS GALLIENVS
VERVS PIVS
. . . . . .
. . . . . .

At heic rursus emergit *Consulatus Secundus* Valeriani cum *Tribunitia Potestate Tertium*, uti in præcedenti. Num ergo mendum in utroque lapide? Tenebras istas fortasse parit P. LICINIVS VALERIANVS illius Filius.

7 *Jaderæ,*
in Sanctissimæ Trinitatis.
E schedis Farnesiis, & Capponiis.

IMP. CAES. P. LICINIO
VALERIANO
PIO. FEL. AVG.
PONT. MAXIMO
TRIB POTESTATIS
COS. III. P. P.
D . D

Hoc est Anno Christi 255.

1 *Panormi.*
E Gualterio, & Noto.

...*ves* TITVTORI. LIBER
TATIS. AC. FVNDATORI
PVBLICAE. SECVRITATIS
D. N. L..... *vale* RIANO. LICINIO
PIO. FELICI. INVICTO. AVG
DOMITIVS LATRONIANVS. V. C.
COR. P. S. DEVOTVS. N. MQVE
EIVS

Ideſt: *Corrector Provinciæ Siculæ, Devotus Numini Majeſtatique ejus.* Et illi quidem Inſcriptioni locum hæc dedi, quod Cajetanus Notus ipſam pertinere putet ad *Valerianum Auguſtum*. Atqui Auguſtus ille appellabatur *Publius* non. *Lucius*; & *Licinus Valerianus*, non verò *Valerianus Licinius*. Quare veri ſimilius puto, ipſam referendam eſſe ad *Licinnium Licinium*, quem Anno Chriſti 307. Maximianus Auguſtus conſortem Imperii voluit.

2 *Voſſome.*
Miſit Joſeph de Bimard La Baſtie Montis Scleuci Baro.

IMP. CAES
P. LIC. GALLIEN
INVICTO. P. F
AVG ⏀ VASEN
⏀ SES ⏀

3 —*Aquaſparta*, *in ſtylobate.*
Miſit N. V. Franciſcus Maria Campelli Comes.
Miſit & Petrus Polidorus.

IMP. CAES.
P. LICINIO. EGN
ATIO. GALLIENO
PIO. FEL. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. III
COS. PROCOS. PP
D D

Reinefius pag. 317. opinionem invexit, Valeriano Auguſto duos fuiſſe filios, ſcilicet *Gallienum Auguſtum*, & *P. Licinium Ignatium Gallicanum*. At jamdiu doctiſſimus Pagius in Critica Baronii ad Annum 259. animadvertit, unum Gallienum Imperatorem *Ignatium* quoque fuiſſe appellatum. Adde nunc, non *Ignatium*, ſed *Egnatium* fuiſſe nuncupatum in illo, atque in ſubſequenti lapide. Hæc verò Inſcriptio poſita fuit Anno Chriſti 253. Cæterum *Egnatii* nomen in uſu Romanorum fuit, non verò *Ignatius*.

4 *Trivenți*, *ad Portam Civitatis.*
Miſit P. Alexander Berti e Congregatione Matris Dei.

IMP. CAES
P. LICINIO
EGNATIO GAL
LIENO. AVG.
TRIB. POT. III.
COS. III.....

Spectat lapis ad Annum Chriſti 257.

5 *In Sancti Terentiani agri Tudertini.*
Miſit N. V. Franciſcus Maria Campelli Comes.

GALLIENVS. PAT. PAT
VOL. CENTVRIO

6 *In agro Nicienſi.*
E Joſſredo.

CORNELIAE SALO
NINAE
SANCTISSIM. AVG.
CONIVGI. GALLIENI
IVNIORIS. AVG. N.
ORDO. CEMENEL.
CVR. ANT. AVRELIO
IANVARIO. V. E.

Ordo Cemenelenſis eſt Ordo Decurionum Urbis olim *Cemenelionis* in Alpibus Maritimis, non verò Ordo Equeſter, aut Militaris, uti Joſſredus cenſuit. Nonulum aſſonuntus ſum ſenſum hujus Inſcriptionis. Tam Trebellius Pollio, quam Aurelius Victor, *Saloninam* ambis exhibent *Conjugem Galieni* Auguſti ſenioris. Quei hoc illa concepit *Conjux Junioris Gallieni Junior* hactenus nobis cognitus fuit *P. Licinius Saloninus* Gallieni ſenioris filius. At ſi creditur nummum ad Auguſtiſſimi dignitatem pervenifſe. Contra exploratum habemus ex Nummis, & Marmoribus, Saloninam *Auguſtæ* titulo fuiſſe ornatam. Ergo Junioris Gallieni uxor eſſe nequivit. Forſallis excidit MATER, aut pro N. legendum M. Contendit Pagius, Saloninam quoque *Auguſti* nomine inſignitam fuiſſe. Certiores tabulas rei teſtes adhuc expoſcimus.

7 *Piſauri*, *in domo Domini Pandulphi.*
E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius V. Cl.

P. CORNELIO
LICINIO VALERIANO
CAESARI PISAVRENSES

Hic fuit filius Gallieni Auguſti: Inſcriptio dicata circiter Annum Chriſti 259.

1 *Brigantii in Provincia.*
Ex Bouchco.

D. N
P. LICINIO. COR
NELIO. SALONI
NO. VALERIANO
NOBILISSIMO
CAESARI
ORDO
BRIG

2 *Saguntí,*
juxta Turrim Armorum.
E schedis P. Cattanei.

IMP. CAES.
CLAVDIO INVICTO PIO FEL
PONT. MAX. TRIBV. POT. III.
COS. II. PROCOS.

Ideſt Anno Chriſti 269. aut 270.

3 *Saguntí.*
Miſit Bimardus.

CLAVDIO INVICTO
PIO. FEL. IMP. III. COS
II. PROCOS.

Eadem fortaſſis eſt, atque præcedens.

4 *Ibidem.*

CLAVDIO. IMP.
VICTORI. O. F
PONTIFI. MAX
COS. I. PROCOS

In ſecundâ lineâ O. F. ideſt *Omnium Fortiſſimo.*

5 *Ibidem.*

SENATVS. ET. POPVLVS
SAGVNTINORVM. CLAVDIO
INVICTO. PIO. FELICI
IMP. CAESA. PONT. MAX
TRIB. POT. P. P. PROCOS.

6 *Regii Lepidi,*
in Villa Sancti Mauricii apud Comites Malagutios.
Ex Azzarii Hiſtoria MSta.

CLAVDIO
VICTORI AC TRIVM
PHATORI
AVG. DOMINO
.....RVM

7 *Thebis*
in Bœotia.
E ſchedis meis, & Cyriaci Anconitani.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
Η ΠΟΛΙΣ

Ideſt:

Auguſtum Imperatorem
M. Aurelium Claudium Cæſarem
Civitas (ſubaudi *honorat*)

8 *In incerto loco.*
Ex Donio.

EX. VOTO. PRO. SAL.
D. N. P. CLAVDI. AVG
FLORENTISSIMI PRINC
C. IVLIVS CYLEROS. V. C.
AVG. N. PROC.
V. CVR.

In Nummis *Claudius Gothicus*, tum *Caſſ*, tum *Marci* prænomen gerit. Hic autem P. ideſt *Publius* dicitur. Accuratius conſulendum fuerat Marmor.

9 *Arelate.*
Miſit N. V. Joſeph de Bimard la Baſtie.

DIVO CLAVDIO
EX TESTAMENTO
L. VALERI
PLACIDI

Sub ſtatua, ut opinor, dicatâ *Claudio Gothico Auguſto* poſt ejus mortem, poſita inſcriptio ita videtur, circiter Annum Chriſti 270. Complures etiam Nummos DIVO CLAVDIO inſcriptos Triſtanus, Mediobarbus, & alii exhibent.

10 *Panormi,*
in Prætorio.
Ex Cajetano Noto, & Gualterio.

DIVO CLAVDIO
RESP. PANHORMIT.

Agi hic de *Claudio Gothico* cenſent Notus, & Antoninus Mongitor Canonicus Panormitanus V. Cl.

1 *Pisauri.*
Ad Sanctî Archangeli.
Ex Cl. V. Hannibale de Abatibus Oliverio.

HERCVLI
AVG ℌ
CONSORTI
D . N ℌ
AVRELIANI
INVICTI ℌ AVGVST
RES ℌ PVB ℌ PIS ℌ
CVRA ℌ AGENTE
C. IVLIO PRISCIANO ℌ V. E.
DVC ℌ CVR ℌ R ℌ PIS ℌ ET ℌ FAN ℌ P M

In alterâ Pisaurensi, quam dedit Gruterus pag. 276. 3. positâ *Victoriæ Æternæ Aureliani Augusti nostri*, occurrit idem *C. Julius Priscianus Vir Egregius, Ductenarius, Curator Reipublicæ Pisaurien-sis, & Famulus vr.*

2 *In Oppido Sancti Severini in Piceno.*
Ex Donio.

IMP. CAESARI
L. DOMITIO. AVRELIANO
P. F. AVG. INVICTO
P. M. TRIB. POT. COS. P. P.
PRINC. IVVENT. OR. SEPT
PVB. D. D.

Ideft *Ordo* Decurionum Civitatis *Septempedanæ*, ex cujus ruinis crevit *Sancti Severini* Oppidum. Sed quod Aurelianus, jam Augustus, *Princeps Juventutis* appelletur, id fane mirum mihi videtur, immo intolerandum.

3 *Cordubæ,*
in Sancti Jacobi.
E schedis P. Cattanei.

IMP. CAES.
L. DOMITIVS
AVRELIAN.
PIVS. FEL
INVICTVS
P. M. TR. P.

Siglas in ſecundâ lineâ I. S. S. interpretare: *Infra Scripta Sunt*. Aut excidit ex temporis vetuſtate, aut inobſervata fuit exſcriptori nota II. hoc eſt, iterati Conſulatus Veſpaſiani. Fieri tamen potuit, ut a nonnullis primus hic crederetur Conſulatus Veſpaſiani ejuſdem. Hoc poſito, nullus tunc numerali notæ locus fuiſſet. Anſam verò ita credendi dediſſe potuiſſet Primus Conſulatus ſuffectus, nobis tantùm e Suetonio notus, ſed Anno hactenus ignoto, quo Veſpaſianus idem ejuſmodi honore auctus fuerit. Accipe quoque Inſcriptionem, in qua *Lucii Annii Baſſi*, & *Cajæ Cæcinæ Paeti* (POETI legitur apud Clariſſ. Stampam) Suffectorum Calendis Novembribus, mentio occurrit.

3 *Ibidem,*
effoſſa baſis ſub Paulo III. Pont. Max.
Ex Ligorio.

In una facie.

HILARITATI PVBLIC
IMP. CAES. VESPASIANI A
SACRVM
TRIBVL. SVCC. CORP. IVN
TI. CLAVDIVS. LEMNVS. FORTVN
D. FVRIVS. D. F. FIRMVS. VI. V
T. COMINIVS. AMARANTH
T. FLAVIVS. T. F. LVSCV
Q. CORNELIVS Q. F. PVDENT
CVRATORES. LIBEROR. TRIB. SVC. COR. IVNIOR
I. S. P. D. D. CVI. POPVLVS. EIVS. COR
FICIO IMMVNIT. PERPET
X. CENTVRVM. DECREVIT
EX S C

In altera.

PONEN. CVR
C. NYMPHIDIVS. CHRESTVS
II VIR
L. OCTAVIVS. L. F. IVCVNDVS
II VIR. TR. TRIB. CLAVD.

DEDIC. XVII. K. DEC.
L. ANNIO. BASSO COS
C. CAECINA. PAETO

Qui hoc monumentum poſuere, ſunt *Tribules Succuſſani*, ſive eorum portio; nempe *Corpus Juniorum*. Gruterus pag. 243. num. 1. in altera Inſcriptione Romana nobis exhibet TRIB. SVC. CORP. IVLIANI. Niſi reperiſſem Ligorium quoque in lectionem eamdem conſentientem, ſcribendum ibi putaſſem CORP. IVNIORVM. Fuit *Succuſſanus* Vicus in Regione Secundâ Romæ, teſte Feſto. An autem *Succuſſana Tribus* exſtiterit, aliis diſquirendum relinquo. Animadverte heic *Lucium Octavium Tribunum Tribus Claudiæ*, quod munus num alibi occurrat, neſcio.

Anno U. C. 823.
Ær. Ch. 71.
T. FLAVIUS VESPASIANUS AUG. III.)
M. COCCEJUS NERVA;)
quibus abdicantibus suffecti sunt } Cos.
FL. DOMITIANUS CÆSAR.)
CN. PÆDIUS CASTUS.)

Anno U. C. 824.
Ær. Ch. 72.
T. FLAVIUS VESPASIANUS AUG. IV.)
TITUS CÆSAR II. } Cos.

Anno U. C. 825.
Ær. Ch. 73.
FL. DOMITIANUS CÆSAR II.)
M. VALERIUS MESSALINUS. } Cos.

Anno U. C. 826.
Ær. Ch. 74.
T. FLAVIUS VESPASIANUS IMP. AUG. V.)
TITUS FL. VESPASIANUS CÆSAR III. } Cos.
Tito abdicanti suffectus fuit)
T. FLAVIUS DOMITIANUS III.)

Anno U. C. 827.
Ær. Ch. 75.
T. FLAVIUS VESPASIAN. IMP. AUG. VI.)
TITUS CÆSAR IV.)
quibus abdicantibus suffecti fuerunt } Cos.
T. FLAVIUS DOMITIANUS IV.)
M. LICINIUS MUCIANUS III.)

1 *Tiburi, in Villa Cancians. Ex Ligorio.*

HERCVLI. SANCTISSIMO
PACIFERO SACRVM
IVLIA. CASANTRA. ET. IVL
FVFICIVS. V. S. L. M
DEDIC. XIIII KAL
IVL. IMP. VESPASIANO. AVG. VI COS
TITO. FLAVIO CAESARE. IIII.

2 *Capræ in Hispania. Ex Donio, & ex schedis Ramberti apud doctiss. Canonicum* Bertoli.

APOLLINI. AVG
MVNIC[illegible]EBIVNSES
BENEFICIO
CAESARIS. AVG. VESPASIA[illegible]
C. R[illegible]CVM SVIS[illegible] P. F
VESPASIANO. VI. COS
MA[illegible]F[illegible]VA

Juvabit hoc in loco adferre seriem nummorum Consulum, ad hæc ipsa tempora spectantium, qualis cernitur in fragmento lapidis, cujus mihi copiam fecerat, dum in vivis erat, Cl. V. Johannes Ciampinus. At ipsum postea evulsavit alter celeberrimus Vir, Franciscus Blanchinius, qui de suo alicubi supplevit, quæ in marmore exciderant.

3 *Fragmentum lapidis, effossum in agro Cesinate, postea inlatum in Museum Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani. Ex editis a Cl. V. Francisco Blanchinio.*

Anno Christi 67. C. Fontejo CapitoNE. C. IVLIO RVFO COS
IVS PRISCVS
RVFVS IIII VIR I. D

An. Ch. 68. Ti Catio Silio Italico. GALERIO TRACHALO COS
TIVS TIRO QVINQ
PAVLVS

An. Ch. 69. IMP. Ser. GALBA. II. T. VINIO COS (T. IVNIO *legebat Ciampinus.*)
ALVIVS VERVS IIII VIR. I. D
S. RVLLVS IIII VIR P. L. P.
AIVS. NIGER IIII VIR. P. L. P.

An. Ch. 70. Imp. VespasiaNO II. TITO FILIO COS
IVS MACRO IIII. P. L. P
FIVS LONGVS
S. MARCELLVS IIII. VIR. P. L. P.
MARITIMVS

An. Ch. 71. Imp. VespasiaNO II. M. COCCEIO NERVA COS
C. AVILLIVS OCTA (AVIDIVS *legebat Ciampinus.*)
M. CLODIVS

An. Ch. 72. IMP. VESPASIANO IIII
K. APR. C. AVARIVS
AVEDIVS IVS (AVIDIVS *apud Ciampinium.*)

An. Ch. 73. DOMITIANO II CAES
K. APR. TITVS ET DOM (CN. MVMMV-
CN. MVMM. PIVS LEIVS, *seu* MVM-
M. BARRONIVS MEIVS *Ciampino.*)

An. Ch. 74. IMP. VESPASIANO V
K. APR. C. TITEDIVS
P. CORNELIVS

An. Ch. 75. IMP. VESPASIANO VI
C. VIBIVS TIRO
C. SAFINIVS. C. F.

Pro C. FONTEIO ad Annum Christi 67. Pagius, Stampa, & alii Fastorum Concinnatores habent L. FONTEIO. Et quidem rectius. Neque enim Consul hujus Anni confundendus cum *Cajo Fontejo Capitone*, qui Consulatum gessit Anno Christi 33. Quibus verò tabulis fretus Blanchinius ad Annum Christi 68. appellarit *Tiberium Catium Silium Italicum*, assequutus minime fuit Stampa. Ignoro & ego. In exemplo Ciampiniano hujus Inscriptionis alter Consulum Anni Christi 60. nuncupatur T. IVNIVS. Occurrit & idem nomen apud Tacitum. Verùm major fides debetur Blanchinio accuratissimo viro, magno Cardinali Norisio, & aliis, qui nobis eo Anno exhibent T. VINIVM RVFINVM. Tantertim nomina, & agnomina Consulum, quæ in hoc marmore exciderunt, supple præeunte in Continuatione Fastorum Clarissimo Stampa.

Anno U. C. 828. Ær. Ch. 76.		Anno U. C. 829. Ær. Ch. 77.	
T. FLAVIUS VESPASIANUS IMP. AUG. VII.	)	T. FLAVIUS VESPASIANUS IMP. AUG. VIII.	)
TITUS CÆSAR V.	)	TITUS CÆSAR VI.	)
quibus abdicantibus suffecti fuerunt	) Coſs.	quibus abdicantibus suffecti fuerunt	) Coſs.
T. FLAVIUS DOMITIANUS V.	)	T. FLAVIUS DOMITIANUS CÆSAR VI.	)
T. PLAUTIUS SILVANUS II.	)	CN. JULIUS AGRICOLA.	)

Agricola hujus celeberrimi viri, cujus Vitam a Tacito ſcriptam habemus, mentio facta hoc Anno, monet me, ut alterum *Agricolam Conſulem* Lectori hoc in loco exhibeam, quamquam inſcius ſim, ad quemnam Annum referendi ſint illius Conſulatus. Exſtat adhuc non unum illuſtre fragmentum Lapidum in honorem ejuſdem Agricolæ ſcriptorum, Taurini in Regia Scientiarum Academia, quorum exemplum graphice ex archetypis expreſſum miſit ad me præclariſſimus Comes Caiſſotrus, Præſes Senatus Taurinenſis. Vide Gruterum pag. 416. num. 6. qui ex Pingonio geminas ex hiſce Inſcriptionibus attulit, ſed infeliciſſime ex lapidibus expreſſas.

1 *Taurini, in Academia Regia, fragmentum.*



2 *Ibidem, alterum fragmentum.*



3 *Ibidem.*

1 *Ibidem.* 2 *Ibidem.*



Floruit *Quintus Glitius Publii Filius Stellatinâ* (*Tribu*) *Atilius Agricola*, quem nobis fragmenta ista exhibent, sub Vespasiano Augusto, ejusque filio, deinde verò sub Nerva ac Trajano. Quare præter nominum, gestorumque differimen, ratio quoque temporum nos monet, nihil rei esse *Agricolæ* nostro cum Agricola Taciti socero, & Consule suffecto præsentis Anni Æræ Christi 77. Quippe ille sub Domitiano vivere desiit; noster verò serius vitam produxit. Verùm percurre Consulares Fastos a doctissimis Viris illustratos: nullum *Agricolæ* nostri vestigium offendes. Quod mirum alicui videatur, videretur & mihi, quum non unum tantummodo, sed geminum Consulatum is gesserit, uti expresse legitur in quarto, & quinto fragmento, nisi referrem familiares nimium fuisse temporibus iis Consules suffectos, & Consulatum sæpe eâ conditione acceptum, ut post aliquot menses alio ad hujusmodi honorem inhiantibus dimitteretur. Juverit interea, alterum hunc Agricolam, si non in Fastis, certe in Lapidibus, ex Consulari dignitate illustrem novisse.

Anno U. C 830.
Æræ Ch. 78.
L. CEJONIUS COMMODUS. } Cos.
D. NOVIUS PRISCUS. }

Anno U C. 831.
Æræ Ch. 79.
T. FL. VESPASIANUS IMP. AUG. IX } Cos.
TITUS CÆSAR VII. }
Mortuo Vespasiano VIII. Kal. Julii, & abdicante Consulatum Tito ejus filio, qui io Imperio successit, suffectos fuisse opinor

M. TITIUM FRUGEM. } Cos.
T. VINIUM JULIANUM. }
Vide infra, quæ adnotabo ad Inscriptionem sub Anno Christi 81.

Anno U C. 832.
Ær. Ch. 80.
TITUS IMP. AUG VIII. } Cos.
FL. DOMITIANUS CÆSAR VII. }

Anno U. C. 833.
Æræ Ch. 81.
L. FLAVIUS SILVA NONIUS. } Cos.
ASINIUS POLLIO VERRUCOSUS. }

Clariss. Vir Philippus a Turre Episcopus Hadriensis in Antiquitatibus Antii insigne fragmentum protulit duorum Lapidum Anno Christi 1699 Romæ effossorum, quos in Cancellariam Apostolicam intulit amplissimus S. R. E. Cardinalis Petrus Othobonus. Spectant ad Fastos Fratrum Arvalium, quorum monumenta quæque ad veterem eruditionem illustrandam mire inserviunt. Nonnulla alia ex iis antea Gruterus, Sponius, & Fabrettus publici juris fecerant. Porro istiusmodi marmora in Amphitheatro Titi Augusti collocata olim fuisse creduntur. Digna plane, quæ heic rursus novâ luce donentur, & præsertim quod quatuor laterculos Consulum depromant, licèt in iis describendis nullum ordinem servent. Ego autem exemplum sequar, quod Româ accepi, statim ac gemina ejusmodi fragmenta emersêrunt.

Romæ,

Romæ,
Fragmentum duorum Lapidum,
ſpectantium ad Collegium Fratrum Arvaliam.



Annus Primus in hoc marmore ſignatur in lineâ undecimâ M. TITIO FRVGI. T. VINIO IVLIANO COSS. Philippus a Turre hæc nomina ita edidit: M. TILLIO FRVGI. T. VINICIO IVLIANO. Conſule nunc Faſtos Conſulares: nuſquam ejuſmodi

ejusmodi nomina reperies. Quo igitur Anno excogitandi sunt ii in album Consulum relati? Opinor ego, eos proeciisse Consules ante ipso Anno Christi 79. nempe suffectos. Neque aliter evenisse potuit. Octavo Calendas Julii eodem Anno Vespasianus Augustus, qui a Calendis Januarii Consul tium Nonum ita cum Tito Cæsare filio suo inchoaverat, debitum naturæ solvit. Quidnam vero eidem in Consulatu succesit? Silent Fasti. Non idet hic Lapis. Tutus quoque Patri in Imperio succedens, Consulatum & ipse adhuc gerendis est. Mors itaque Vespasiani, atque ad Augustale solium Titi promotio, locum fecere M. Titio Frugi, & T. Vinio (seu Vinicio) Juliano Consulibus suffectis. Quam vero diserte sub iisdem Consulibus VIII. Idus Decembris legatur in duodecima hujus Lapidis linea, facendum fuit: *Dedicationem Capitoli ab Imperatore Tito Cæsare Vespasiano Augusto*: nunc huic sententiæ plenus inesidies accedit? Intercalium igitur dierum subsectorum Consilium Fastis hoc Anno addendorum ex hoc ipso Marmore habes. Infuper animadverte, addendum scilicet in Fastis esse agnomen BASSI, ceteris nominibus, & cognominibus L. FLAVI SILVÆ NONII, (seu SILVANI, ut supra adnotavi ad Annum Christi 60.) Confulanter quippe duobus in locis hujusce fragmenti, linea nempe decima septima, & trigesima quinta memoratur *Lucius Flavius Silva Nonius Bassus* qui Consul Anno Ch. 81. cum *Ajinio* Pollione *Verrucoso* processit. Demum ex his Fratrum Arvalium Fastis discimus, *adfignata* fuisse *loca* in *Amphitheatro* L. AELIO PLAVIO LAMIA, Q. PACTVMEIO FRONTONE COSS. qui sane ad Annum U. C. 808. Æræ Christi 116. spectare mihi creduntur. Nonnihil, Patius, & Stampa Consules ejusdem Anni fatuerunt L. ÆLIUM LAMIAM, (cui ex hoc fragmento intercidebant eti PLAUTII cognomentum), & ÆLIANUM VETEREM. Assentior & ego, hoc tamen addens, *Quintilium* nempe *Patinuejum Frontonem* eodem Anno Consulem fuisse fuffectum *Ætiano Veteri* vel ob mortem, vel ex ejus abdicatione, hoc ftatuendum, & Fastis Consularibus ad An. Ch. 116. adjungendum.

Anno U. C. 814.
Ær. Ch. 82.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. VIII.
T. FLAVIUS SABINUS. } Cos.

Anno U. C. 815.
Ær Ch. 83.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. IX.
Q. PETILIUS RUFUS II. } Cos.

1 *Smyrnæ.*
Ex Clarifs. Cardinali Norifio.

ΣΟΤΑΠΙΚΙΟΣ. ΦΙΡΜΟΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ. ΑΡΤΕΜΑΣ. ΠΑΤΡΟΜΥΣΤΗΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ. ΕΥΔΗΜΟΣ. ΠΑΤΡΟΜΥΣΤΗΣ
ΤΡΟΦΙΜΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΤΥΡΑΝΝΟΣ. ΠΑΠΙΟΥ. ΥΟΥ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ
ΣΕΒΑΣΤΩ. ΤΟ. Θ ΚΟΙΝΤΩ
ΠΕΤΤΙΛΙΩ. ΡΟΥΦΩ. ΤΟ. Β ΥΠΑΤΟΙΣ
ΕΠΙ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ. ΚΟΣΚΩΝΙΑΣ
ΜΥΡΤΟΥ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ. ΑΘ. ΚΑΙ
ΚΙΛΙΟΣ. ΦΡΟΝΤΩΝ. ΝΕ. ΕΥΣΤΑΡΧΗΣ
ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ. ΚΙΚΙΝΟΣ. ΝΕ.

Ideft:

Sulpicius Firmus
Artemidorus Artenias Myftarum Pater,
Apollonius Eudemus Myftarum Pater,
Trophimus (Filius) *Afclepiadis,*
Tyrannus Papii Filii Menandri.
Imperatore Cæfare . . . . . .
. . . . . Auguſto IX. Quinto
Petilio Rufo II. Conſulibus.
Sub Stephanephoro Coſconiæ
Myrto Agonotheta XXXIX. Cæcilius Fronton LV. Xyſtarcha
Dionyſius Cicinus LV.

In ſexta & ſeptimâ lineâ ſupple: ΦΛ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΩ, ideſt *Flavio Domitiano* &c.

Anno U. C. 816.
Ær. Ch. 84.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. X.
T. AURELIUS SABINUS. } Cos.

Anno U. C. 817.
Æræ Ch. 85.
FL. DOMITIANUS. IMP. AUG. XI.
T. AURELIUS FULVUS. } Cos.

Anno U. C. 818.
Æræ Ch. 86.
FL. DOMITIANUS IMP AVG. XII.
SER. CORNELIUS DOLABELLA. } Cos.

Amplam *Dolabellæ* hujus Conſulis notitiam, tum quod eſt ad illius Majores, atque ad ejus Cognomina, (quorum pompa jam coepta erat inveſti) ſervavit nobis antiquus lapis.

2 *Pentinæ in Oſtilio,*
ubi olim, ut creditur, Conſitum Civitas.
. . . . . *E ſepulchris meis . . . . . .*
Miſit etiam Joh nnes Bernardinus Tuſurius V. Cl.

SER. CORNELIO
SER. F. P. NEP. P. PRO
NEP. P. ABNEPOTI
DOLABELLAE METI
LIANO. POMPEIO. MAR
CELLO. III. VIR. A. A. A. F. F
SALIO. PALAT. QVAESTORI
DIVI. TRAIANI. PARTHICI
SEVIR. EQVIT. ROM. TVRM
III. PP. COS. FLAM. QVIR
CORFINIENSES. PVBLICE
PATRONO

Anno U. C. 819.
Æræ Ch. 87.
FL. DOMITIANUS IMP. AVG. XIII.
A. VOLUSIUS SATURNINUS. } Cos.

Ad hunc ipſum Annum ſpectare puto ſubſequentem Inſcriptionem, in qua Tyche deceſſiſſe dicitur *V. Idus Martias Imperatore Domitiano XIII. Conſule*. Ita quippe interpretor poſtremas ejuſdem marmoris ſiglas.

3 *Romæ,*
in Muſeo Albano.
Miſit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

DIS MANIBVS
TYCHE
VIX. ANN. XX.
L. ANTISTI. RVSTIC
ET MVMMIAE
NIGRINAE
FEC. CELTIBER
CONSERVVS
CONIVGI CARISSI
H. S. E. S. T. T. L
D. V. I. MAR. I. D. XIII. COS.

Anno U. C. 840.
Æræ Ch. 88.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. XIV. } Cos.
L. MINUCIUS RUFUS. }

1 *Romæ,*
in hortis Aldobrandinis.
E schedis Ptolomeis.

NVMINI. DOMVS. AVG
SACRVM
DECVRIONES IN HAC
CVRIA QVI CONVENIVNT
ARAM ET AREAM SILIC
S. P. STRAVERVNT
DEDICATVM NONIS IANV
ARIS IMPERAT.....
.....CAESARE AVGVSTO
GERMANIC
[illegible]MINICIO RVFO COS
IANVARIO ET TI. CLAUDIO EXCELLENTI
IMMVNIBVS TER[illegible]TVIS A MAGISTERIO

Heic eraſum defideratur *Domitiani* nomen, MINICIVS-ne, an MINVCIVS revera ſit appellandus Domitiani Collega in Conſulatu, alia documenta aliquando aperire poſſent.

Anno U. C. 841.
Ær. Ch. 89.
T. AURELIUS FULVUS II. } Cos.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS. }

Anno U. C. 842.
Ær Ch. 90.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. XV. } Cos.
M. COCCEJUS NERVA II. }

Anno U. C. 843.
Æræ Ch. 91.
M. ULPIUS TRAJANUS. } Cos.
M. ACILIUS GLABRIO. }

Anno U. C. 844.
Ær. Ch. 92
FL. DIMITIANUS IMP. AUG. XVI. } Cos.
Q. VOLUSIUS SATURNINUS. }

Anno U. C. 845.
Ær. Ch. 93.
POMPEJUS COLLEGA. }
CORNELIUS PRISCUS, }
quibus ſuffecti fuerunt }
M. LOLLIUS PAULLINUS. } Cos.
VALERIUS ASIATICUS SATURNINUS. }
Horum uni ſuffectus fuit }
C. ANTISTIUS JULIUS QUADRATUS. }

Anno U. C. 846.
Æræ Ch. 94.
L. NONIUS TORQUATUS ASPRENAS. } Cos.
.....LATERANVS. }

2 *Romæ,*
in Collegio Patrum Societatis Jeſu.
Miſit doctiſſ. P. Contuccius Contucci
Muſeo Kircheriano Præfectus.

P. RVBRIVS TROPHIMVS ET
RVBRIVS AGATHOS. C. L. ATRIVM
REFECERVNT. ET. VERMICVLVM
STRAVERVNT. ITEM. PAVIMENTVM
SPICAM. STRAVER. ET. SEDILIA
CIRCVMITVM REFECERVNT. INPENSA SVA
L. NONIO TORQVATO ASPRENATE
T. SEXTIO. MAGIO. LATERANO. COS

Beneficio Inſcriptionis hujus habemus *Laterani* Conſulis nomina, Faſtorum Illuſtratoribus hactenus ignota. Is enim T. SEXTIVS MAGIVS LATERANVS appellabatur. Hinc corruit Stampæ conjectura, *Lucium* nempe *Sergium Paullum* (quem *Laterano* hoc eodem Anno ſuffectum Blanchinius ex ſequenti Inſcriptione ſuſpicatus eſt) *Laterani* quoque Cognomine gaviſum fuiſſe. VERMICULUM STRAVERUNT, ideſt Pavimenta emblematis ad Vermiculorum inſtar ornarunt. Plinius Lib. 36. Cap. 25. Lucillianum hunc verſiculum habet:

Ante pavimenta atque emblemata Vermiculata.

Eodem Plinio teſte erant Pavimenta *Spicata* teſtacea, quæ videlicet ex latereulis coctilibus exiguis, aut ex lapillis marmoreis, ſimul junctis *Spicæ* ſimilitudinem reddebant. *Pavimentum* quoque *Spicatum* memoratur a Vitruvio Lib. 4. Cap. I. de quo videndus Bernardinus Baldus in Lexico Vitruviano, atque, ut ſpero, Cl. V. Johannes Polenus Marchio in nova editione Vitruvii. CIRCVMITVM eſt pro *in circuitu*.

3 *Romæ,*
in Villa Cæſarina.
E ſchedis Ptolomeis, & ex Donio.

[illegible]AVG. P. P
SACR
DOMVS. DIVINAE. AVG
S. FORTVNATVS. C. IVLIVS. ZOSIMVS
MACEDO. Q. MAESIVS. EVENVS. CVR. AN. I
ORTICV SVA. PEC. REFICIVNDA CVRAVERVNT. IDEMQ.
ONEM. EIVS. PANEM. VINVM. SPORTVLAS. DEDERVNT. VIIII. K. OCTOB.
TORQVATO. ASPRENATE. L. SERGIO. PAVLLO. COS.

Clariſs. Blanchinius, cui non ignotus fuit hic Lapis, *Lucium Sergium Paullum* heic memoratum, ſuffectum fuiſſe *Laterano* putavit; quod non improbandum cenſeo; ac proinde laterculo ordinariorum Conſulum hujus Anni addendum eſſe opinor *Sergium* eumdem ſuffecti munus obeuntem. Porro quum Anno U. C. 882. Æræ Ch. 128. Conſules exhibeantur apud Stampam L. NON. ASPR. TORQUATUS II. & M. ANNIUS LIBO, ſcribendum quoque ibi cenſeo TORQUATUS ASPRENAS, uti pariter legimus in Theſauro Gruteriano pag. 337. atque in præcedenti heic edito Marmore.

Anno U. C. 847.
Æræ Ch. 95.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. XVII.
T. FLAVIUS CLEMENS. } Cos.

Anno U. C. 848.
Æræ Ch. 96.
C. ANTISTIUS VETUS.
C. MANLIUS VALENS. } Cos.

1 *Romæ, ad Sancti Pauli. Ex Fontaninio V. Cl.*

D. M. P. FANNIVS. AVILIVS. PROCVLVS FECIT
TITIAE. FIRMAE. ET. P. FANNIO. PROCVLO
PARENTIBVS. BENEMERENTIBVS. ET. P. FANNIO PRIMIGENIO. LIBERTO
ET FANNIAE. RANAVSIDI. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM
C. ANTISTIO VETERE. MANLIO. VALENTE COS.

2 *Romæ, in laterculo. Ex Donio.*

VETER. ET. VALEN
EX. R. SV. CAES. VIIII.

Anno U. C. 849.
Æræ Ch. 97.
M. COCCEJUS NERVA IMP. AVG. III.
P. VIRGINIUS RUFUS. } Cos.

Alii Consules suffecti hoc Anno exhibentur ab Almeloveno; an certis tabulis omnes, non quæro. Inter eos VETTIUS PROCULUS. Profectò circiter hæc tempora Consulari Trabeâ exornatus fuit quidam PROCULUS, neque immeritò conjicere possumus, si *Proculus* hoc Anno Consulatum suffectum init, de eo agi in subsequenti Marmore, multis nominibus pretioso.

3 *Romæ, in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani. Misit Canonicus Antonius Bellinus, ejus Bibliothecæ Præfect.*

C. IVLIO. M. F. VOLT
PROCVLO. COS. XV. VIR.
SACRIS. FACIVNDIS. FETIALI. CVR.
OPERVM. PVBLICORVM. LEG. AVG.
P. P. AD CENSVS. PROVINCIAE. LVG
DVNENSIS. LEG. AVG. P. P. REGION
TRANSPADANAE. LEGATO. LEG. VI
FERRAT. PRAET. TRIB. PL. AB ACTIS
IMP. TRAIANI. AVG. TR. LEG. IIII. SCY
TIC. Q. AVGVSTORVM. III. VIRO. A. A. A. F. F
ANTIATES. PVBLICE
PATRONO

Anno U. C. 850.
Ær. Ch. 98.
M. COCCEJUS NERVA IMP. AUG. IV.
ULPIUS TRAJANUS CÆSAR II. } Cos.

4 *Romæ, apud Franciscum Ficoronium V. Cl.*

C. VALERIVS. C. LIB
MENANDER NATVS
NERVA. IIII. COS
IIII. NONAS DECEMBRES
VIXIT. ANNIS LX.

Anno U. C. 851.
Ær. Ch. 99.
A. CORNELIUS PALMA.
C. SOSIUS SENECIO. } Cos.

Anno U. C 852.
Ær. Ch. 100.
M ULPIUS TRAJANUS IMP. AUG. III.
SEX. JULIUS FRONTINUS III. } Cos.

Consules hoc Anno suffectos exhibet nobis lapis, quem ex Epistolis MSstis Clarissimi Cardinalis Norisii ad Comitem Medrobarbum olim descripsi. Latercului dumtaxat Consulum inde ipse Norisius in suam Epistolam Consulatem deduxit.

5 *Romæ, apud Fabrettum.*

LARIBVS AVGVSTI ET GENIS CAESARVM
IMP. CAESARI DIVI NERVAE FILIO TRAIANO AVG. GERM. PONT. MAXIMI. TRIB. POT. IIII. COS
III. DESIGN [illegible]
PERMISSV CASSI INTERAMNANI PISIBANI PRISCI PRAETORIS AEDICVLAM REG. XIIII. VICI CENSORIS
MAGISTRI ANNI CVI [illegible]
VETVSTATE DILAPSAM IMPENSA SVA RESTITVERVNT IDEM PR. PROBAVIT
L. ROSCIO AELIANO
COS
TI. CLAVDIO SACERDOTE
L. CERCENIVS L. LIB. HERMES. M. LIVIVS. D. LIB. DONEX DEDICA [illegible]
P. RVTILIVS. P. F. PRISCVS. L. CORANIVS L. LIB. EVARISTVS. IIII. KAL. IAN.

Fastorum Illustratores, quorum chorum claudit Stampa, quatuor Consules hoc Anno suffectos opinantur, Calendis nempe Septembribus
PLINIUM CÆCILIUM SECUNDUM, & SP. CORNUTUM TERTULLUM.
Calendis verò Novembribus JULIUM FEROCEM, & ACUTIUM NERVAM.
Hisce addere ex illo marmore poteris præclaudatos L. ROSCIUM ÆLIANUM, & TI. CLAUDIUM SACERDOTEM. Utrumque suffecti Consulatus munere functum fuisse circa finem hujus Anni, ex *dedicationis* titulo ibus, quæ dicitur facta IIII. KAL. IAN. hoc est die XXIX. Decembris, quilibet colligere potest.

Anno U. C. 853.
Æræ Ch. 101.

M. ULPIUS TRAJANUS IMP. AUG. IV.
SEX. ARTICULEJUS PÆTUS,
cui suffectus erit Calendis Martiis
CORNELIUS SCIPIO ORFITUS
} Cos.

1 *Romæ,*
in lapide grandi impolito.
Ex Donio.

CAES. TRAIANO N. IIIL COS
EX RAT
PRAES. CAES. N. SER. CLAETIANI

Consules hoc Anno suffectos Panvinius, & Almelovenius numerant Calendis Maji

BÆBIUM MACRUM, &
M. VALERIUM PAULLINUM.

Calendis autem Julii exhibent

RUBRIUM GALLUM, &
Q. CÆLIUM HISPONEM.

Verear, ne *Hispouis* nomina corrupta in Libris ad nos transmissa fuerint. Major habenda fides videtur Lapidi subsequenti.

2 *Ravennæ,*
in hortis Bartholomæi de Tertio.
E schedis meis.

M. EPPVLEIO
PROCVLO L. F
CLAVD
CAEPIONI
HISPONI. COS. PONT.
PROCOS. PROVINC. ASIAE
ET HISPANIAE. BAETICAE
PRAEF. AERARI. MILITAR.

Legendum fortasse in primâ lineâ APPVLEIO. Apud Fabrettum tamen pag. 310. EPPVLEIA HELPIS, & pag. 381. EPPVLEIVS NILVS occurrunt.

Anno U. C. 854.
Ær. Ch. 102.

C. SOSIUS SENECIO IIL
L. LICINIUS SURA II.
quibus suffecti fuerunt
M. ACILIUS RUFUS.
C. CÆCILIUS CLASSICUS.
} Cos.

Anno U. C. 855.
Ær. Ch. 103.

M. ULPIUS TRAJANUS IMP. AUG. V.
L. APPIUS MAXIMUS II.
} Cos.

Anno U. C. 856.
Ær. Ch. 104

L. LICINIUS SURA III.
P. HORATIUS MARCELLUS.
} Cos.

Anno U. C. 857.
Ær. Ch. 105.

TI. JULIUS CANDIDUS II.
A. QUADRATUS II.
} Cos.

3 *Romæ.*
Misit Cl. V. Johannes Ciampinius.

DIANAE. SAC
D.D. MAG V
M. VAERIVS EPAPHR III
L. MVTIVS FORTVNAT III
L. ABRVCIVS EVTYCHV III
C. IVLIVS HERMIA III
L. MVTIVS TROPHIMV
L. POMPEIVS FELIX I
SER. OCTAVIO FRONT
TI. IVLIO CANDIDO
COS

Ad hunc Annum quidem retuli Inscriptionem istam, non quod eam ad ipsum pertinere putem, sed ut perpendant Eruditi, quis ei justior locus alibi sit assignandus. *Servii Octavii Frontonis* nemo meminit in Fastis concinnandis. *Tiberius Julius Candidus* apud illos occurrit hoc Anno, sed *Secundum Consul* dicitur. Ergo is antea Consul fuerat. Ejusdem Candidi mentio est in Inscriptione positâ *Salonæ* Augustæ Classe IV. Imperial. Sed si a Fastorum Illustratoribus petas, quoto Anno *Candidus* iste priorem Consulatum inierit, ii silent. Ergo hinc noscas, geminos hosce Consules fuisse pariter Suffectos. Ad Annum Christi 97. & 100. complures ex istis Consulibus Suffectis numerantur, atque inter eos M. CORNELIVS FRONTO. Quid, si tunc & isti Consulari trabea donati? Nonnunus *Fronto* Consul nobis occurrit. Fierique etiam posset, ut pro M. CORNELIVS scribendum alterutro ex iis Annis fuerit SER. OCTAVIVS FRONTO, uti ex hoc Lapide habemus. Accedat & altera Inscriptio.

4 *Romæ.*
E schedis Marangoli Accursi.

NVMINI DOMVS AVGVSTAE
BLASTVS EVTACT [illegible]
STRIDVS IVLI QVADR [illegible]
COS. II. LIB. OB HONOREM [illegible]
ET ITALIA LIBE [illegible] EIVSD
OB MAGIST [illegible] PERIVM [illegible] B [illegible]
DEDICAVERVNT XIIII. K. OCTOB
M CLODIO LVNENS A [illegible]
ET P. LICINIO CRAPO COS [illegible]
QVO DIE ET EPVLVM DEDERVNT
INCENDIO CONSVMTVS SENATVS
FIDENATIVM RESTITVIT

Dolendum sane, tam male a temporum edacitate habitum fuisse Lapidem hunc, in quo tamen mentio haberi videtur IVLII QVADRATI COS. II. quem in Fastis unico *Quadrati* cognomine scriptum intuemur, ad hunc eumdem Annum pertinentem. Sed & alter Consulum latercullus occurrit in nonâ & decimâ lineâ, nempe

M. CLODIUS LUNENSIS, &
P. LICINIUS CRAPUS.
} Cos.

Hi aliquo ex subsequentibus Annis suffecti; sed quoto, incertum. Attamen hæc quædam sunt, non sine examine dimittenda, nimirum *Italia liberata*, & *Incendio consumtus*. Quid sibi hæc volunt?

1 *Pergami.*
Ex Thoma Smitho.

ΓΑΙΟΝ ΑΝΤΙΟΝ ΑΥΛΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΛΟΥ
ΤΙΟΝ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ ΔΙΣ ΥΠΑΤΟΝ ΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΝ ΑΣΙΑΣ ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΝ
ΕΠΟΥΛΩΝΩΝ ΦΡΑΤΡΕΜ ΑΡΟΥΑΛΕΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΑΣΙΑΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΚΡΗΤΗΣ
ΚΑΙ ΚΥΠΡΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΝΕΡΟΥΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΔΑΚΙΚΟΥ ΚΑΠΑΡΧΙΑΣ ΣΥΡΙΑΣ Η ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΤΟΝ ΚΤΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΙΤΩΝ

Ideſt :

Gajum Antium Aulum Julium Auli
Filium Quadratum, Bis Conſulem, Procon-
ſulem Aſiæ, Septemvirum
Epulonum, Fratrem Arvalem,
Legatum Et Pro-Prætorem
Bithyniæ, Legatum Aſiæ,
Legatum Auguſtalem Provinciæ
Cappadociæ, Proconſulem Cretæ,
Et Cypri Legatum Auguſtalem,
Et Prætorem Lyciæ Et Pamphiliæ,
Legatum Et Pro-Prætorem
Imperatoris Nervæ Trajani
Cæſaris Auguſti, Germanici,
Dacici, Provinciæ Syriæ, Senatus
Et Populus Primorum Neocorum
Pergamenorum Benefactorem (ſuum)
(ſupple *Statuâ Donat*,)
Ejus Erectionem Curantibus
Militibus.

Quamquam in primâ lineâ quid ſit illud *Gajum Antium* ignoretur (neque enim cum ſubſequenti *Aulo Julio* conciliari poteſt) certum tamen videtur, *Quadratum*, hujus Anni Conſulem, appellatum fuiſſe *Aulum Julium Auli Filium Quadratum*, ut eſt in præcedenti. Pro ΒΥΤΑΙ N alii legunt ΤΟΥΛΙΟΝ, ſcilicet *Tullium*. Præſtare videtur prima lectio.

Anno U. C. 858.
Ær. Ch. 106.
L. CEIONIUS COMMODUS VERUS. } Coſs.
L. TUTIUS CEREALIS. }

Anno U. C. 859.
Ær. Ch. 107.
L. LICINIUS SURA III. } Coſs.
C. SOSIUS SENECIO IV. }

2 *Romæ,*
in Interculo,
in Cœmeterio Lucinæ.
Ex Boldetto.

N. XXX. SVRA ET SENEC. COSS.

Anno U. C. 860.
Ær. Ch. 108.
APPIUS ANNIUS TREBONIUS GALLUS. } Coſs.
M. ATILIUS METILIUS BRADUA. }

3 *Romæ.*
Ex Ligorio.

GALLO. ET. BRADVA. COS
EX. RAT
REST. ET. HYA. CAES. N̄. SER
N̄. CXLIX

Donius hanc exhibens legit in poſtremâ lineâ RESTIT. HYLA &c.

4 *Veronæ,*
in Muſeo Publico.
Ex Clariſſ. Marchione Maffejo.

FACTIONIS VEN
APPIO ANNIO GA
L. VERVLANO SEVER
X. K. SEPTEMBRES. VIC
QVADRI. XLVII. SECVND. CXX
TERTIAS CXLVI. BIGAS. VIC
VIIII. SECVNDAS IIX. TERTI. IIX
ADGENTE QVADRIG. VICIT. II
REVOCATVS. II. INSTAVRATIAM
TERTIAS. I. AD HONORE VENI
CCCLIIII. VIXIT. ANNIS. XXV
FECIT
CRISPINA MEROE

Egregia Inſcriptio hominis *Factionis Venetæ*, qui palmas ſuas in publicis Ludis ſibi partas enumerat. Ad hunc autem Annum eam pertinere opinor, quòd ibi differtè ſit mentio *Appii Annii Galli*, tunc ad Conſulatum provecti. Patrimus, & Alinelovenius hoc Anno Conſules ſuffectos exerunt

C. JULIUM AFRICANUM, &c
CLODIUM CRISPINUM.

At nullis certis tabulis id confirmatum videas. Ex hoc marmore ſat nobis deinceps, futurum videtur, ut ad Annum illum ſtatuamus

L. VERULANUM SEVERUM,
aut SEVERIANUM

ante Calendas Septembres Conſulem Suffectum.

Anno U. C. 861.
Æræ Ch. 109.

A. CORNELIUS PALMA II.
C. CALVISIUS TULLUS II.
quibus ſuffecti fuerunt } Coſs.
P ÆLIUS HADRIANUS.
L. PUBLICIUS CELSUS.

Anno U. C. 862.
Ær. Ch. 110.

SER. SALVIDIENUS ORFITUS. } Coſs.
M. PÆDUCÆUS PRISCINUS. }

1 *Romæ,*
lapis detectus Anno Ch. 1724.
in quodam Mauſoleo ad Portam Appiam.
Apud Franciſcum Ficoronium V. Cl.

LENTVLO ET CORVINO
MESSALA COS
QVI HOC MONVMENTVM AEDIFICAVERVNT CVM VSTRINA
L. MAELIVS. PAPIA. ET. MAELIA. HILARA. ET. ROCIVS. SVRVS. ET. M. CAESENNIVS. ET. FVRIVS
BVCCONIVS. HOC. MONIMENTVM LIBERTIS. LIBERTABVS. VT. DE NOMINE NON EXEAT
ITA QVI TESTAMENTO. SCRIPTI. FVERVNT
SER. SALVIDIENO. ORFITO. M. PAEDVCAEO PRISCINO COS
IS LIBERTI. LIBERTORVM. AD QVOS EA RES PERTINEBAT. HOC MONIMENTVM NEGLEGENTIAE
CVRATVM POST MVLTIS ANNIS RESTITVERVNT. LOLLIA APRILIS. EMIT. DE L. CORNELIO
L. MAELIVS. SVCCESSVS, LICTOR. DECVRIALIS HERMETE PORTIONE EIVS
L. MAELIVS VITALIS M. LOLLIVS ESY P. CORNELIVS HERMES AD L.
L. FVRIVS IANVARIVS CIIVS EMIT DE ROCIA FORTVNATA MAELIA SYNTYCHE
L. OFILIVS AGATHO AD L. L. MELIO SVC ACILIA SATVRNINA
T. CLAVDIVS POLLIO AD L. CESSO. PORTIONE EIVS MANLIA RESTITVTA
L. FLAVIO. SILVANO. POLLIONE VERRVCOSO COS ARIA EMPTA DE L. OCTAVIO
SPENDONTE QVAE EST CONTRA EVM MONIMENTVM. QVAE APPELLATVR VETVRIANA ET
CAECILIANA LONGA. P. XXII. IN AGRO P. XXIII. S. L. MAELIVS SVCCESSVS QVI. CVM MAELIA
SYNTYCHEN. MATRE. SVA. SEMISSE. PORTIONEM HABEBAT. HVIVS ARIAE PERAEQVAVIT
CVM SOCIIS SVIS VT OMNIBVS COMMVNIS. SET. HIS QVI. S. SS. LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQ. EORVM. ITA. QVI. TESTAMENTO SCRIPTI FVERINT

In altero ejuſdem lapidis latere.

D . M
M. AVR. AVG. LIB. CELADIANVS
ET. FL. VRBICA COMPARAVE
RVNT. SIBI. ET. LIB. LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EORVM
H. M. D. M. A

Semeſtrem tantummodo Conſulatum geſſit *Nero Auguſtus* Anno U. C. 812. Æræ Chriſti 60. Quis ei ſuffectus fuerit, ignotum. Conjecturæ meæ veniam peto, dum inquio, fieri potuiſſe, ut a Calendis Julii ejuſdem Anni *Corvinum Meſſalam* collegam deinde *Lentulus* habuerit. Auguſto revera imperante floruit *Meſſala Corvinus*, floruerunt & alii *Lentuli*, qui in mentem tunc occurrunt. Immo, uti ſupra vidimus, Anno U. C. 750. *Lucius Cornelius Lentulus*, & *Marcus Valerius Meſſalinus* Conſules fuere, iique ipſi fortaſſis alicui videbuntur, qui in latereculo Lapidis iſtius memorantur. Attamen opinari non deſino, ad Annum Chriſti 60. pertinere poſſe *Lentulum* & *Corvinum Meſſalam*, hoc deſcriptos, quorum primus Ordinarius, alter Suffectus Conſul fuerit. In ſeptimâ lineâ hujus marmoris habes collegium Conſulum, qui hoc Anno Ch. 110. proceſſere. Demum in linea quintadecimâ exhibetur latereculus Conſulum Anni U. C. 833. Chriſti 81. Hinc vides Conſulum ſeriem præpoſtero ordine hoc digeſtam. Interim animadverte, SILVANVM ſcribi, quem tamen SILVAM *Nonium* appellandum eſſe ex omnibus vetuſtis Joſephi de Bello Judaico exemplaribus contendit P. Stampa, opinatus, mendum in voce SILVANO cubare, pro quo reſtituendum ſit SILVA NONIO. Ceterum in lineis 15. & 18. iſtius Lapidis ſcriptum legitur ARIA, & ARIAE, pro AREA, & AREAE. Ita quoque in penultima linea ſiglas S. SS. interpretari poſſis *Sunt Supra Scripti*. Ex hoc Marmore demum diſcimus, quomodo ſibi locum in magnificis monumentis Romani quærerent.

Anno U. C. 863.
Æræ Ch. 111.

C. CALPURNIUS PISO. }
M. VETTIUS BOLANUS, }
quibus ſuffecti fuerunt } Coſs.
C. JULIUS URSIUS SERVILIUS SERVIANUS II. }
L. FAFIUS JUSTUS. }

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Lucinæ.
Ex Boldetto.

SERVILIA. ANNORVM. XIII.
PIS. ET. BOL. COSS.

Anno U. C. 864.
Æræ Ch. 112.
M. ULPIUS TRAJANUS IMP. AUG. VI. } Cos.
T. SEXTIUS AFRICANUS. }

Anno U. C. 865.
Ær. Ch. 113.
L. PUBLICIUS CELSUS II. } Cos.
L. CLODIUS CRISPINUS. }

1 *Romæ in Isterculo. Ex Donio.*

CELSO II. ET CRISPINO COS
EX RAT PRIMIGENI
CAESARIS N. SER. N. LXXXIV

Anno U. C. 866.
Ær. Ch. 114.
Q. NINNIUS HASTA. } Cos.
P. MANILIUS VOPISCUS. }

Anno U. C. 867.
Ær. Ch. 115.
L. VIPSTANIUS MESSALA. } Cos.
M. VERGILIANUS PEDO. }

2 *Romæ in hortis Montalvinis. E schedis Franciſci Ptolomei.*

VICTORIAE M
SACRVM CON
FLATVRAE ARG F
MONETAE C
CLAV IIL V
VLPIVS
VLPIVS
VLPIVS
VLPIVS
DEDICAT
L. VIPSTANIO MESSALA
M. VERGILIANO PEDONE

3 *Inſcriptionem hanc ita nobis exhibuit Clariſs. P. Montfauconius.*

VICTORI ARA
SACRVM CONI
FLATVRAE ARGE
MONETAE CA
CLAVDIVS
VLPIVS
VLPIVS
VLPIVS
VLPIVS
DEDICAVIT
L. VIPSTANIO
M. VERGILIANO. IVN. DO

Cum Inſcriptione hâc conjungenda ſunt, unius nempe argumenti ac temporis, quæ in Theſauro Gruteriano exhibentur pag. 74. num. 1. & pag. 1070. num. 1.

Anno U. C. 868.
Ær. Ch. 116.
L. ÆLIUS LAMIA. } Cos.
ÆLIANUS VETER. }

Anno U. C. 747.
Ær. Ch. 117.
QVINCTIUS NIGER. } Cos.
C. VIPSTANIUS APRONIANUS. }

4 *Romæ, in figlina. Ex Boldetto.*

OP. DOL. E. P. Q. POMP. IANURA
NIGRO ET APRONIANO
COS

Anno U. C. 870.
Æræ Ch. 118.
ÆLIUS HADRIANUS IMP. AUG. II. } Cos.
TIBERIUS CLAUDIUS FUSCUS ALEXANDER }

Anno U. C. 871.
Æræ Ch. 119.
ÆLIUS HADRIANUS IMP. AUG. III. } Cos.
Q. JUNIUS RUSTICUS. }

5 *, Ad Oſtia Tiberina. Ex Ligorio.*

IMP. CAES. HADRIANO
III. COS. EXARAT
TESTI
N. CCXXIX.

6 *Ibidem. Ex eodem.*

IMP. HADRIANO. N. III. COS
EX. RAT. TEST.
N. CXLIIX.

7 *Ibidem.*

IMP. CAES. TRAIAN. HADR
AVG. COS. EX. A RATIONE
MARM. RHOD. NVM. CCX
L. IVNI. VRVASI

Legendum ubique videretur EX RAT. ideſt *Ex Rationario*. Ligorius ipſe alteram Epigraphen refert, Romæ viſam in epiſtylio columnæ cum hiſce verbis

EX. RAT. MAR. LACE. IMP. DOMITIANO AVG. VIII. COS

hoc eſt, Anno Chriſti 82. In hunc autem locum inferre mihi licuit Inſcriptionem, quam e ſchedis Martioli Sanctii Anno 1578. ſcripſit hauſi, quando nullum certum ejus ſitum repetire hactenus potui.

1

Auximi.
E fchedis Martioli Sanctii.

M. CVTIO. M. F. GAL. PRISCO MESSIO
RVSTICO AEMILIO PAPO ARIO PROCVLO
IVLIO CELSO COS. SODAL AVGVSTAL
LEG. PR. PR. IMP. CAES. AELII ADRIANI
AVGVST. PII. PROVINC. DALMAT. CVRATOR.
OPERVM PVBLICORVM PRAEFECTO
AERARI SATVRNI LEG. LEG. XX. V. V.
CVRATOR. VIAE AVRELIA PR. PEREGRINO
TRIB. PLEB. PR. PR. PROVINC. AFRICAE
TRIB. MIL. LEG. LEG. VIII. AVG.
IIII. VIR. VIARVM CVRANDARVM
CAESIA SENILIA AMICO
OPTIMO

Crucem mihi fixit, & adhuc figit Inſcriptio hæc. Vereor, ne fidem excedere videantur tot Nomina, ſive Cognomina inutilium virum congeſta. Nam etſi ad primum adſpectum plures heic eſſe offerre videantur, mox dignoſcitur utri poſitum elogium. At vide non diſpaream titulum (ſi tamen legitimus eſt) alterius Conſulis apud Gruterum pag. 1093. num. 1. ut alia faſtus ac adulationis, quæ tunc temporis graſſabatur, exempla prætermittam. Accedit, quod nullum hujus *Marci Ceionii Conſulis* veſtigium deprehenditur in antiquorum Faſtis: Sub Hadriano Auguſto is floruit. Præſenti tamen Anno Chriſti 119. uti Stampa monuit, Hadrianus fertur quatuor tantum menſes geſſiſſe Conſulatum, nulla ſuperſtite memoria, quis ei fuerit ſuffectus. Num hic *Marcus Ceionius* cum enormi tot ſuorum Cognominum fatellitio? Rem alius acie acutiore fruentibus lubentius dimitto. Frequentiora ſunt tot ejuſmodi Cognomina Sæculis ſubſequentibus.

Anno U. C. 872.
Æræ Ch. 120.

L. CATILIUS SEVERUS. }
L. AURELIUS FULVUS. } Coſs.

Catilius Severus, teſte Spartiano, *Præpoſitus Syriæ* fuit ab Hadriano Auguſto, qui ipſum poſtea *graviter inſequutus eſt*. Attamen eodem imperante *Præfectus Urbis* conſtitutus, Antonini Pii adoptionem doluit; tantæ quippe potentiæ erat, ut ſe in Imperio ſucceſſurum Hadriano ſperaret. Ejus mentio eſt in ſubſequenti Inſcide, a quo diſcimus, eumdem Catilium *Proconſulem* etiam Aſiæ fuiſſe.

2

Thyatiræ.
Ex Thoma Smitho.

(1) ΦΛΑΒΙΟΣ ΣΩΣΙΜΟΣ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΣ ΣΟΡΟΝ
ΙΔΡΥΤΟ ΕΠΙ ΤΟΠΟΥ ΚΑΘΑΡΟΥ ΟΝΤΟΣΠΡΟ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΤΑ ΣΑΜΒΑΘΕΙΑ ΕΝ ΤΩ
ΚΑΛΑΤΑΙΩ ΠΕΡΙ

(2) ΒΟΛΗ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΔΗΜΟΣΙΑΝ ΟΔΟΝ ΕΑΥΤΩ
ΕΦ Ω ΤΕΘΗΙ ΚΑΙ ΤΗ ΓΑΤΚΤΤΑΤΗ ΑΥΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΙ ΑΥΡΗΛΙΑ ΠΟΝΤΙΑΝΗ ΜΗΔΕΝΟΣ
ΕΧΟΝΤΟΣ ΕΤΕΡΟΥ

(3) ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΘΕΙΝΑΙ ΤΙΝΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΤΑΥΤΗΝ
ΟΣ Α ΑΝ ΤΟΛΜΗΣΕΙ Η ΠΟΙΗΣΕΙ ΠΑΡΑ
ΑΥΤΑ ΑΔΙΚΕΙ ΕΙΣ ΜΕΝ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΤΗΝ
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ

(4) ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΔΗΝΑΡΙΑ ΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ ΕΙΣ ΑΕ
ΤΟ ΙΕΡΩΤΑΤΟΝ ΤΑΜΕΙΟΝ ΔΙΣ ΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑ-
ΚΟΣΙΑ ΓΕΙΝΟΜΕΝΟΣ ΤΠΕΤΘΥΝΟΣ ΕΣΤΩΣΕΝ
ΤΟΙΣ

(5) ΤΗΣ ΤΥΜΒΟΡΥΧΙΑΣ ΝΟΜΟΙΣ. ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ
ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΕΓΡΑΦΗ ΑΔΑΑ ΑΤΩ ΩΝ ΤΟ
ΕΤΕΡΟΝ ΕΤΕΘΗ ΕΙΣ ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΝ ΕΓΕΝΕΤΟ ΕΝ
ΤΗ ΔΑΜΠΡΟΤΑΤΗ

(6) ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΠΟΛΕΙ ΑΝΤΤΙΑΤΩ ΚΑΤΔΑΔΙΩ
ΣΕΒΗΡΩ ΜΗΝΟΣ ΑΥΑΤΝΑΙΟΥ ΤΡΙΣ ΚΑΙ
ΔΕΚΑΤΗ ΤΠΟ ΜΗΝΟΦΙΑΝΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΔΗΜΟΣΙΟΝ

Ideſt:

(1) *Fabius Zoſimus Paratum Conditorium Lapideum Poſuit In Loco Puro Exiſtente Ante Urbem In Sambathæio In Claudio Viri-*

(2) *dario Apud Viam Publicam, Sibi. In quo Locus Futurus Eſt Etium Dulciſſimæ Suæ Conjugi Aureliæ Pontianæ: Nemini Alii Permiſſo*

(3) *Facultate Inferendi Aliquem In Idem Monumentum. Quod Si Quis Auſus Fuerit Agere Contra Hæc, Inferet Sane Civitati Thyatirenæ*

(4) *Argenteos Denarios Mille Quingentos, Atque In Sacrum Ærarium Bis Mille Quingentos, Obnoxius Præterea Futurus Legibus*

(5) *Adverſùs Sepulcrorum Violatores. Hujus Inſcriptionis Bina Exempla* (Facta Sunt) *Quorum Alterum Poſitum Fuit In Tabulario. Actum In Splendidiſſimâ*

(6) *Thyatirenorum Civitate, Proconſule Catillio Severo, Menſe Audynæo* (Die) *Tertiâ Ac Decimâ, Sub Menophilo Juliani* (Filio) *Publicâ Magiſtratura Fungente.*

Quod eſt ad latercului ordinariorum Conſulum hujus Anni, obiter animadverte, *Lucium Aurelium Fulvum*, ſecundo loco memoratum, eumdem eſſe atque *Antoninum Pium*, poſtea ab Hadriano adoptatum, atque in Imperio ſucceſſurum. Eum *Titum Aurelium Fulvium* appellat Capitolinus. Ceterum ex hoc marmore diſcimus *Catilii* Conſulis ac Proconſulis nomen non unico L. ut Faſtorum Concinnatoribus placuit, ſed cum gemino ſcribendum eſſe, dummodo recte deſcriptus fuerit Lapis iſte.

Anno U. C. 873.
Ær. Ch. 121.
L. ANNIUS VERUS II.
AURELIUS AUGURINUS. } Cos.

Anno U. C. 874.
Ær. Ch. 122.
M. ACILIUS AVIOLA.
C. CORNELIUS PANSA. } Cos.

1 *Auximi.*
E fcbedis Martioli Sanctii.

C. APVLEIVS DIOCLES AGITATOR
FACTIONIS RVSATAE HISPANVS
LVSITANVS ANN. XXXXII. M. VII
D. XVI. AGITAVIT IN FACTIONE
ALB. ACILIO AVIOLA ET CORNELIO
PANSA COS

Anno U. C. 875.
Ær. Ch. 123.
Q. ARRIUS PÆTINUS.
C. VENTIDIUS APRONIANUS. } Cos.

2 *Parignani,*
in agro Tudertino,
in latercuti figillo.
Miſit Franciſcus Maria Comes Campelli.

Ad hunc annum ſpectat ejuſmodi laterculus. Me tamen turbant illa verba in majori circulo, nempe EX. PPP. LAVG; quæ interpretor EX PRÆDIS LUCII AUGUSTI. At qui novimus Cæſarem quidem renuntiatum fuiſſe *Lucium Ceionium Verum*, atque adſumſiſſe ex Hadriani adoptione nomen LUCII AURELII VERI, numquam verò *Auguſti* titulo donatum. Aut ergo poſtrema duo PP. nomen exhibent alicujus *Liberti Auguſti*, aut ſi *Lucius Auguſtus* hue ſe ſe ingerit, non ſatis accurate deſcriptam epigraphen ſuſpicari licet. Heic autem ſcriptum APRONiano, & PAtino COS. quamquam in Faſtis hic illi præponatur. Idem factum videas in aliis figulinis, quæ ſequuntur, e quibus lumen præcedenti accedet.

3 *Romæ.*
Ex Ligorio.

APRON. ET PAET. COS
PPB. SALAR
EX. FIG. L. ANNI VERI

Scribendum forſaſſis eſt: EX FIGL. ANNI VERI: Annius enim Verus Conſul heic ut conjicio, memoratus, prænomen MARCI prætulit.

4 *Ibidem,*
in figlina.
In Muſeo Albano.

MEMMI SCEPTI
APRONIANO ET PAETIN
COS

5 *Ibidem.*

Q. OPPI VERECVNDI DOM LVCILL
APRON ET PAETINO
COS

6 *Ibidem.*

L. VENVLEIO APRON Q ARRIO PAET COS
EX FIG ANNI VERI
SAIAR
P. P. R

Si recte exſcripta fuit figulina hæc, non VENTIDIVS, ut in Faſtis, ſed VENVLEIVS, Nomen fuit *Aproniani* Conſulis.

7 *Ibidem,*
apud Clariſſ. Ficoronium.

Q. OPPI VERECVNDI DOL DE DOM LVCILL
APRON ET PAETINO COS

8 *Ibidem.*
Ex Boldetto.

APRON. ET PAET. COS
COSO HERM

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

MYRTILVS DOM LVCILI DELIO
PAETIN ET APRON
COS

Heic *Patinus* præponitur *Aproniano*. Vide ſubſequentes.

10 *Ibidem.*
Ex eodem.

EX FIG CAENT C CAPETANI HERMET D
PAETINO ET APRONIAN

D. in prima linea, ideſt DOLIARII, vaſorum nempe figulinorum opifices. Quippe veteres quacumque vaſa figulina appellarunt *Dolia*, opificiumque verò OPVS DOLIARE, uti habebis in ſubſequenti.

11 *Ibidem.*
Ex eodem.

EX FIG Q ASIN MARCELL OPV DOL
C NVNNIDI FORTV
PAET ET APRO
COS

1 *Romæ.*
Ex Donio.

PAET. ET APR COS
OP. D. DIONYS. DOMITI
FLVCTI

Ideſt Opus Doliare.

2 *Tiburi,*
in tegula.
Ex eodem.

PETO. ET. APRONIANO
COS. Q. RVSTI. Q. L
EVTYC. OPVS. DOLEAR
PRAEDIA. HELI

3 *Fæſulis,*
in tegula.
Ex eodem.

OPP. DIONYS. DOMIT P F LVCIL
PAE ET APR COS

4 *Romæ,*
in figliná.
Miſit Clariſs. Ficoronius.

COS
PAETINO ET APRON
DOL EX FIG ANTEROTIS
CAES N SER

5 *Ibidem,*
in Monte Cælio.
Miſit Ignatius Maria Como
Patricius Neapolita.

DOL. EX. FIG ANTEROTIS
CAES. N. SER. PAETINO
ET. APRONI[illegible] COS

6 *Ibidem,*
in Muſeo Albano,
in figlina.

EX PR SENT SATR CAEPIO
PAET ET APRON
COS

7 *Ibidem.*
Altera figlina.

EX PRAED P L AVG ISINI PVDENT
PAETIN ET APRONIA
COS

8 *Ibidem.*

DOL EX PRAED CAT[illegible]C AQVILI APRILIS
PAETINO ET APRONIANO
COS

9 *Ibidem,*
in ædibus Alexandri Marchionis Capponii,
Forerii Pontificii.
In variis lateculis.
Miſit ipſe.

APR. ET. PAET. COS. EX. F
CROMALL. SAL. P P B

10 *Ibidem.*

Q. OPPIVS. T. OP. DOL. DELIC. DOM L.
PETINO. ET. APRONIA. COS.

11 *Ibidem.*

PAETINO. ET. APRONIANO. COS.
MBAS CAEPIONIANA

12 *Ibidem.*

M. D. L. S. DOL. DELIC. PAETIN. ET
APRONIANO. COS.

13 *Ibidem.*

CLMCODDERL
PAETINO. ET. APRONIANO. COS

14 *Ibidem.*

C. N. DOM. ADIECO[illegible]SD. EX. P. DOM. LVC.
PAETINO. ET. APRONI. COS.

15 *Ibidem.*

DOL. EX. FIGA. ET[illegible]IS CAES N S
PAETINO. ET. APRONIAN. COS

16 *Ibidem.*

EX F DOMIT DOMI[illegible]IP
PAETIN ET APRON COS

Anno U. C. 876.
Æræ Ch. 124.

M. ACILIUS GLABRIO. } Coſs.
C. BELLICIUS TORQUATUS. }

17 *Romæ,*
in laterculo.
Miſit prælaudatus Marchio Capponius.

EX.PRAED.A[illegible]ET.
FADCAE[illegible]DO[illegible]
GLAB.ET. TORQ.COS

18 *Ibidem. Ex eodem.*

DOL. EX. PR[illegible]C. AQVIL. APRIL
GLAB. ET TORQAT. COS

Anno U. C. 877.
Ær. Ch 125.
P. CORNELIUS SCIPIO ASIATICUS II. } Coſs.
Q. VETTIUS AQUILINUS. }

Anno U. C. 878.
Æræ Ch. 126.
M. ANNIUS VERUS III.
L. VARIUS AMBIBULUS. } Cos.

1 *Romæ,*
in Laterculo.
E Boldetto.

L. BRVTTIDI AVGVSTALIS FEC
OPVS DOL EX FIG CAES N
PROP ET AMBI
COS

Cur hæc retulerim figlinam illam, in causſa fuit nomen AMBI Conſulis. Neque enim aliud, niſi *Ambibulum* huic reſpondens mihi occurrit. At quid ille PROP. quo unus *Propertius* deſignari videtur? Nemo illius meminit. Proinde, niſi conſulem ſuffectum excogitemus, dubitandum ſupererit, an ad amuſſim deſcripta fuerint laterculi verba. Accipe nunc alterum luculentius antiquitatis monumentum.

2 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ
illatus Lapis in Muſeum Eminentiſſimi
Cardinalis Alexandri Albani.

D M
M. VLPIO. AVG. LIB
MAENOPHILO. ADIVTORI
PROC. AP. ORNAMENTIS
VIXIT. ANN. XXXV. MEN. V
POSVERVNT
P. AELIVS. AVG. LIB. MAENOPHILVS
PATER. ET. CAMINIA. FORTVNATA
MATER. INFELICISSIMA. ET. IVLIA
PASSERILLA. CONIVX. PIENTISSIMA
EX. DECRETV. SOCIORVM. ANNIO. VERO. III.
ET. EGGIO. AMBIBVLO. COSS

In altero exemplo ad me miſſo legitur in penultimâ lineâ tantùm VERO, ſine nota numerali. Sed hæc retinenda. Vide Gruterianum Lapidem pag. 637. ubi *Ulyſſes Togatus Filicreptus* victum ſe fatetur *a ter Conſule Vero Patrono*. Longam diſputationem iniit Cardinalis Noriſius in Epiſtolâ Conſulari, ut laterculum Conſulum hujus Anni emendaret, non ſemel Panvinium, & alios culpans. Sed & ipſe eumdem errorem erravit. Quum enim apud Reinefium in geminis Inſcriptionibus offenderet L. VARIVM AMBIBVLVM, nullis officit prærogativa diſtinctum, continuo arbitratus eſt, Conſulem quoque *Ambibulum* geſſiſſe prænomen, ac nomen LUCII VARI. Noriſii auctoritas Srampam quoque in ſuam ſententiam traxit. At in poſterum erit nobis ille Conſul EGGIUS AMBIBULUS, nobili hoc Lapide præcunte.

3 *Cortonæ,*
in Muſeo Academiæ Etruſcæ,
laterculus.
Ex Clariſſ. Gorio.

Q. OPPI PVSTI FORTVNAT SER FECT
VERO III ET AMB COS

4 *Romæ,*
in Muſeo Albano.

VERO III. ET AMBIBVL. COS EX P
CLAVDIAE MARCELLI
NAE
REGVL

Anno U. C. 879.
Æræ Ch. 127.
TITIANUS. }
GALLICANUS. } Cos.

5 *Ibidem, in figlina.*
E Falconerio.

TERT. DLEX. F. CAN. OP. DOLII.
TIT. ET. GALL. COS.

DLEX. ideſt, ut conjicio D. L. EX. F. *Decii Liberti Ex Figlinâ* &c. Ex hac Inſcriptione incomperta adhuc eſſe pergunt prænomina, ac numina amborum Conſulum hujus Anni, quæ & ignota ſunt Faſtorum Concinnatoribus.

Anno U. C. 880.
Æræ Ch. 128.
L. NONIUS ASPRENAS TORQUATUS II. } Cos.
M. ANNIUS LIBO.

6 *Romæ, figlina.*
In Muſeo Em. Cardin. Alexandri Albani.

EX PR. Q. SER. PVDENT CVR HED
TORQ. II. ET LIBON COS

Anno U. C. 881.
Æræ. Ch. 129.
Q. IULIUS BALBUS. } Cos.
P. IUVENTIUS CELSUS II. }
quibus ſuffecti fuerunt
C. NERATIUS MARCELLUS. } Cos.
CN. LOLLIUS GALLUS. }

7 *Romæ.*
Miſit Ciampinius V. Cl.

CASTO
RIBVS
Q. ET
BALBVS
COS

Caſtores ſunt *Dioſcuri* Græcorum, ſcilicet *Caſtor* & *Pollux*. Hos etiam *Caſtores* appellat Dionyſius Halicarnaſſeus. Sed in hac Inſcriptiuncula mendum aliquod irrepſit. Fortaſſe ſcribendum Q. IVL. BALBVS, ita ut hoc unus tantùm ſit Conſul. Apud Gruterum pag. 450. non una eſt mentio *Poſtumiæ P. F. Paullæ Juventii Secundo Conſulis*, aut uxoris, aut filiæ.

8 *Florentiæ,*
in Muſeo Mediceo laterculus.
Ex Gorio.

IVVENTIO. II. ET. MARCELLO II. COS. EX PR
Q. SER. PVR. CVR. HEDYN

In ſimili laterculo, quod Muſeum Eminentiſſ. Cardinalis Alexandri Albani aſſervat, legitur INVENTIO II. & infra PVD. CVR HEDIN. Hoc habes unum ex Conſulibus ſuffectis, *Neratium* nempe MARCELLVM cum notâ numerali II. quam ignorarunt Faſtorum Illuſtratores. Is autem in locum *Julii Balbi* Conſulis, fortaſſe præmortui, fuit ſubſtitutus.

Anno U. C. 882.
Ær. Ch. 130.
Q. FABIUS CATULLINUS. } Cos.
M. FLAVIUS APER. }

9 *Tiburi,*
in tegula antiqua,
Ex Donio.

CATVLLINO. ET. APRO. COS. OPVS. DOLEAR. AELI
APOLLOPHANI. DILIC. CYNOSARG. AVG. N. F.

1 *Romæ,*
in Muſeo Albano,
figlina.

Q. FAB. CAT. M. FLA. APR. COS D. P
Q SER PVD CVRED

Anno U. C. 881.
Ær. Ch. 131.
SER. OCTAVIUS LAENAS PONTIANUS. } Coſs.
M. ANTONIUS RUFINUS. }

2 *Ibidem,*
figulina in Muſeo Albano.

EX PRAED Q SER PVD SVCHEDYTS
PONTIAN ET RVFINO
COS

Anno U. C. 884.
Æræ Ch. 112.
....SENTIUS AUGURINUS. } Coſs.
....ARRIUS SEVERIANUS, vel SERGIANVS II. }

Anno U. C. 885.
Ær. Ch. 133.
..... ANTONIUS HIBERUS. } Coſs.
..... NUMMIUS SISENNA. }

3 *Tiburi,*
in tegulis.
Ex Donio.

M. ANTONIO. ET. SISENNA
COS. EX. P. LVCANONI. HEBET.

Primi Conſulis Prænomen, nempe MARCVS, innoteſcit nobis, in Faſtis ſupplendum. Vide infra ad Annum Ch. 149.

Anno U. C. 886.
Æræ Ch. 134.
C. IULIUS SERVIANUS III. } Coſs.
C. VIBIUS VARUS. }

4 *Florentiæ,*
in Lateculo.
Ex Gorio.

SERVIANO III. COS
SAL EX PR L CIWEN

Ideſt: *Conſule Salvo Ex Prædiis Lucii Cmenii.* Alii legunt CIVVEN.

5 *Romæ,*
in Lateculo.
Ex Boldetto.

EX FIG DOMI VCODDION DOMIVSE
SERVIANO III ET VARO COS

Laterculus hic nunc aſſervatur in Muſeo Eminentiſs. Cardinal. Alexandri Albani. In primâ lineâ legitur EX FIG DOM LVCODIONDO M LVSE &c.

6 *Tiburi,*
in tegula.
Ex Donio.

SERVIANO III. ET VARO. COS
EX FIGVL. DIONYSI. ET. FESTI. SER. D. N.

7 *Ibidem, in altera.*
Ex eodem.

SERVIANO. III. ET VARO COS. EX. FIGVL
P. DIONYSI. ET. PLANCI. DOM. AVG. SER

8 *Romæ,*
in Lateculo.
In Muſeo Albano.

EX FIG CAESAR O D. OPPI STABILIS
SERVIANO III ET VARO

O D, ideſt *Opus Doliare.*

9 *Velitris,*
in Lateculo,
apud Comitem Johannem Carolum Antonellum,
pro Sanctâ Sede Gubernatorem Principatus
Maſſerani.

SERV. III COS EX PR
CL MAX O FEG FE

O FEG, hoc eſt OPVS FEGVLINVM pro *Figulinum.*

10 *Romæ, in Lateculo,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.
Ex editis curâ Eminentiſs. Card. de Polignac.

EX FIG QAMODCNIN FORTVNAE
SERVIANO ET VARO COS

In alio laterculo ſimili huic, quem aſſervat eruditiſs. Marchio Alexander Capponius, legitur EX. FIG. QAMODC EX P FORTVNAT. &c. Relandus in Faſtis Conſularibus ad Annum Chriſti 221. ſuſpicatur, *Servianum* Latinorum eumdem eſſe, qui Græcis *Severianus*. At certum eſt, *Servianum* nihil aliud eſſe, quàm *Serviliani* nomen breviatum. Vide ſequentem laterculum.

11 *Ibidem, in Lateculo,*
apud Boldettum.

EX FIG QA. M. OD. SER. GRAPHICI
SERVILIANO III ET VARO
COS

12 *Romæ,*
laterculus apud Alexandrum Marchionem Capponium.
Miſit ipſe.

EX FIG. ARRI ANTONINI
C DNIANNAV SERVIAN
III. ET VARO COS

Anno U. C. 887.
Ær. Ch. 135.
..... PONTIANUS. } Coſs.
..... ATILIANUS. }

Tenebris non paucis obvolvitur collegium Conſulum hujus Anni. Ex Inſcriptione a Fabretto edita exſculpſit eorum cognomina Cardinalis Norifius. Optandum tamen foret, ut ex aliis monumentis lux major accederet.

Albæ

1 *Albæ Juliæ in Transilvania.*
E schedis meis, & Alexandri Marchionis Capponii.

I. O. M
IVNONI. REG. MINERVAE
IVL. BASSVS. LEG. AVR. TRIB
VETERAN. LEG. XIII. G. M. IMPER
PRI. IDIB. DECEMB
PONTIANO. ET. ATELANO. COSS
MILITES. FACIVN. CVRAR

En ATELANO pro ATILIANO. Sed legendum esse *Atiliano*, nobis persuadebit alterum hoc monumentum.

2 *Romæ,*
in tegula.
Ex Donio.

OP. DOL. EX. PR.
LVCILL. FEL. CAR. FE
PONT. ET. ATILIA. COS

Adde antiqui marmoris fragmentum, adservatum in Musco Albano.

3 *Romæ.*
Missit Franciscus Maria Otterius Marchio V. Cl.



C. Ventidius Apronianus Consul processit Anno Christi 123. Expressum hic habemus *Atiliani* Cognomen; ejusque etiam Nominis vestigia superstant.

Anno U. C. 888.
Æræ Ch. 136
L. CEIONIUS COMMODUS VERUS. } Cos.
SEX. VETULENUS CIVICA POMPEJANUS. }

Ad præcedentem Annum spectat subsequens Inscriptio.

4 *Feltri.*
Missit Comes Franciscus Brembatus, Bergomas.

L. CEIONIVS. F. DIVI. H
AVG. COS. DESIG. PRIN
IVVENTVTIS

Sed fateor, Inscriptio hæc antiquitatem mihi non satis olere videtur. Appellatur *Lucius Cejonius, Filius Divi Hadriani Augusti.* Consuevere veteres titulum *Filii* postponere. Raro quoque exempla occurrunt *Divi* Augustis viventibus tributi. Attamen in subsequenti Inscriptione idem animadvertas. Quod plus est: si jam adoptatus ab Hadriano fuerat Lucius Cejonius, nomen *Lucii Ælii* gessisset. Attamen hanc producere placuit, ut accuratiori examini subjiciatur disputantium de tempore, quo Lucium Cejonium Hadrianus Augustus per adoptionem sibi Filium elegit.

Anno U. C. 889.
Æræ Ch. 137.
L. ÆLIUS VERUS CÆSAR II } Cos.
L. CÆLIUS BALBINUS VIBULIUS. }

Ad hunc Annum spectat Inscriptio, in qua *Colonia Julia Solone* mentio occurrit. Optandum fortasse sit, ut accuratius descriptum fuisset marmor antiquam formulam Voventium continens. Cuinam Numini dicata hæc Ara fuerit minime apparet. Quid si e simulacro superpositio id innotuisse potuit?

5 *Salonæ.*
E schedis Farnesii.
Missit doctiss. P. Andreasius e Societ. Jesu.

ALBINO VIBVLIO PIO COS. OCTOBR
PRAEVNTE. C. IVLIO. SEVERO. PONTIF.
SCRIPTA. SVNT
HODIE HANC ARAM DABO DEDICABOQ.OLLIS LEGIBVS
HODIE PALAM DIXERO VTI INFIMVM SOLVM
HVIVS ARAE EST ET PROTOLLAT ITCIRCO
TAMEN PROBE FACTVM ESTO CAETERAE
IN AVENTINO. MONTE. DICATAE HISCE
REGIONIBVS. DICO DEDICOQ. VTI
SIS VOLENS PROPITIVS MIHI
COLLEGIS C. IVLIAE SOLONAE
CONIVGIBVS LIBERISQ.
NOSTRIS

Certe nomen ALBINI non abludit a nomine BALBINI. Cognomen verò VIBVLII idem est in hoc marmore atque in Fastis. Cassiodorius hoc ipso Anno Consules habet *Sergianum*, & *Albinum*. Panvinius tamen Inscriptionem adfert postea. P. COELIO P. F. SER. BALBINO VIBVLIO PIO, qui etiam CONSUL appellatur; ac propterea non facile ab eo discedendum. Et præcipue quod in ejus sententiam consuat altera hæc Inscriptio.

6 *Tiburi.*
in tegulis antiquis.
Ex Donio.

L. AEL. CAES. ET BALBINO COS.
OPVS. DOLEAR. AVG. N
Q. APPI. VERISSIMI. ET. OPPI. MIMITA. LOC.

Sed qui Fastos concinnarunt, & prisci Lapides descripserunt, ALBINI & BALBINI nomina confusi nobis reliquere; & fortasse mutarunt in exscribendo, quod minime mutandum fuit. Vide infra ad Annum Christi 213.

Anno U. C. 890.
Æræ Ch. 138.
..... CAMERINUS. } Cos.
..... NIGER. }

7 *Romæ,*
figlina effossa post Thermas Caracallæ.
Missit Fiorovinus.

PARISTHA EX PR LICEIO
COM C F NIGRO ET CAME
RINO COS

1 *Romæ in Museo Albano, in figlina.*

O D ARISTEA EX PR L OCIO COM C F
NIGRO ET CAMERIN
COS

Eamdem cum præcedenti puto. Utra habeat vitia, inquirendum aliis reliquo.

Anno U. C. 891.
Æræ Ch. 139
ANTONINUS PIUS IMP. AUG. II.)
C. BRUTTIUS PRÆSENS II.) Cos.

2 *Romæ, apud Clarist. Ficoronium. Missit doctiss. Bimardus.*

P. PETIVS HILARVS
DEDIC. KAL. IVN
IMP. T. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. II
C. BRVTTIO. PRAESENTE. II
COS.

3 *Moguntiæ, in ædibus Balthassaris Geyer. E schedis meis.*

IVNONI. REG. ET
GENIO. LOCI. L.
CRESCENTINIVS
LEG. V. S. L. L. M
DEDIC. X. KAL. AVG
IMP. D. N. ANTONI
NO. COS

Anno Christi 120. *Antoninus* nondum Cæsar primum Consulatum gessit, secundum verò hoc eodem Anno, licet numeralis nota II. omissa fuerit in hoc marmore, uti etiam prætermissum nomen alterius Consulis, qui nobis innotescet ex nobili Inscriptione subsequenti.

4 *Ephesi. Ex Thoma Smitho.*

ΝΤΩΝ ΑΘΗΝ
ΡΩΜΗ ΕΙΛΗΜΜΝΩΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΩΝ.
ΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΩ ΑΥΤΟΝ ΜΗ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΧΩΡΙΣΘΗΝ
ΠΑΡΧΕΙΝ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΔΙΑ ΠΡΟΔΗΛΟΥ ΓΑΙΟΥ
ΤΟΥ ΘΕΟΠΡΟΠΟΥ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΑΚΟΛΟΥΘΕΙ ΤΟΙΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΟΙΣ ΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΘΕΕ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΕ ΚΑΙΣΑΡ ΚΕΛΕΣΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΤΑ ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ ΤΩΝ ΨΗΦΙΣΜΑΤΩΝ ΩΣ ΚΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΠΑΤΗΡ ΕΠΕΤΡΕΨΕΝ

IMP. CAES. T. AELIVS HADRIANVS AVGVSTVS PIVS SEXTILIO ACVTIANO SENTENTIAM
DIVI PATRIS MEI SI QVID PRO SENTENTIA DIXIT RESCRIBERE TIBI PERMITTO RESCRIPSI RE
COGN. VNDEVICESIMVS ACT. VI. IDVS APRIL. ROMAE CAES ANTONINO II. ET PRAESENTI
II. COS.

ΔΟΓΜΑΤΙΣΑΙ ΣΕΦΑΓΙΣΟΝ ΕΝ ΡΩΜΗ ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ Τ. ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙ
ΑΝΩ ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ΤΟ Β. ΓΑΙΩ ΒΡΟΤΤΙΩ ΠΡΑΙΣΕΝΤΙ ΤΟ Β. ΤΗΑΤΟΣ. ΠΑΡΗΣΑΝ Τ. ΦΛ. ΜΑΚΡΕΙ
ΝΟΣ ΣΙΜΩΝΑΣ ΛΑΤΑΝΙΟΣ ΦΑΔΟΤΙΟΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΙΑΝΟΣ ΑΛΛΙΤΙΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΑΙΛΙΑ
Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΚΡΙΣΠΟΣ. Α. ΑΙΚΙΝΝΙΟΣ ΑΛΒΕΙΝΙΑΝΟΣ Μ. ΚΟΣΚΩΝΙΟΣ ΚΑΡΙΚΟΣ. ΤΙ.
ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΚΤΙΟΣ

STASIME DAPENE EDIT EX FORMA SENTENTIAM VEL CONSTITVTIONEM

Idest:

. . . . . .
. . . . . *Æditui Jovis, Ipsum Non Posse Sejungi* . . . . . .
. . . . . *Incipere Circa Hoc Providentiam Fieri* . . . . . *Gajum* . . . . .
. . . . . *Vatis Quodcumque Sacrorum Consentaneum Est Dei Mysteriis Jovis* . . . . . .
O Deorum Hominumque Amator Cæsar, Jube Tradi Mihi Exemplum Allorum, Uti Et Divus Pater Tuus Concessit.
Imperator Cæsar. &c.
. . . . *Sigillatum Fuit Romæ III. Nonas Majas Imperatore Cæsare Tito Ælio Hadriano Antonino II. Gajo Brutio Præsente II. Consulibus. Aderant Titus Flavius Macrinus, Simonas Latanius, Flavius Demosthenianus, Lætius Hermogenes, Ælia . . . . .*
Marcus Antonius Crispus, Lucius Licinnius Albinianus, Marcus Coscenius Caricus, Tiberius Claudius Actius . . . . . .
Stasime &c.

Ex hoc Lapide habes Prænomen *Gaji*, præfigendum nomini *Bruttii* Consulis, quod Stampa in Fastis ignoravit. Adde & hoc alterum marmor.

1 *Romæ, in basi prægrandi, apud Clarisſ. Ficoronium.*

P. ATTIVS HILARVS
DEDIC. K. IVN
IMP. T. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. II
C. BRITIO. PRAESENTE II
COS

Eruditiſſimus Præſes Parlamenti Aquiſextienſis de Mazaugues in exemplo ad amicum Bimardum miſſo legebat P. PETIVS HILARVS DEDIC. KAL. IVN. & infra C. BRVTTIO.

Anno U. C. 892.
Æræ Ch. 140.
ANTONINUS PIUS IMP. III
M. ÆLIUS AURELIUS VERVS. } Coſs.

2 *Romæ, in laterculo. Ex Ligorio.*

ANTON. AVG. III. ET VER. COS
EX. R. EVTYCH. ET. HERMETIS
LOC. HECAT

3 *Ibidem, in Muſeo Albano, in ſiglina.*

EX PR. DOM LVCILL O D SER MODES
IMP. ANTONI ET VERO
COS

Anno U. C. 893.
Ær. Ch. 141.
M. PÆDUCÆUS SYLOGA PRISCINUS.
T. HÆNIUS SEVERUS. } Coſs.

4 *Romæ. Ex Clarisſ. P. Sirmondo.*

SILVANO. AVG	DEDIC. VIIII. KAL. IVN
SACRVM	T. HOENIO. SEVERO. COS
C. IVLIVS	M. PAEDVCAEO. SILOCA
CASTRENSIS	
EX. VOTO	

Anno U. C. 894.
Ær. Ch. 142.
L. CUSPIUS RUFINUS.
L. STATIUS QUADRATUS. } Coſs.

5 *Romæ. in Cæmeterio Priſcillæ, in laterculo. Ex Boldetto.*

EX. FIG. ASINIAE QVADRATILLAE O D C NVN
NIDI FORTVNAT LVCIO
QVADRATO COS.

Anno U. C. 895.
Ær. Ch. 143.
C. BELLICIUS TORQUATUS.
TIBERIUS CLAUDIUS ATTICUS HERODES. } Coſs.

6 *Tiburi, in Sancti Stephani Ædibus meis.*

CVRANTIBVS
M. ANTONIO FLORO C. VECILIO
KARO IIII. VIR.
DEDICAT. X. KAL
MART
C. BELLICIO
TORQVATO
TI. CLAVDIO ATTICO COS

7 *Romæ, effoſſus Lapis Anno Chriſti 1727. curâ Eminentiſſ. Cardinalis de Polignac.*

D . M
PHOEBVS
QVI. ET. TORMOGVS
HISPANVS
NATVS SEGISAMO
NE III K MARTIAS
C. BELLICIO TORQVA
TO. TI. CLAVDIO
ATTICO. HERODE COS
DEFVNCTVS IIII
NONAS AVGVSTAS
Q. MVSTIO PRISCO
M. PONTIO. LAELIANO
COS
PHOEBION ET PRIMI
GENIA. FILIO. KARISSI
MO FILIO DVLCISSI
MO FECERVNT

Expreſſos hic habes hujus Anni Conſules, ſub quibus *Phœbus* iſte *Tormogus* in lucem prodiit. Fato deinde is functus dicitur *Q. Muſtio Priſco*, & *Marco Pontio Lælιano Conſulibus*. Horum Conſulum nulla in Faſtis mentio. Conjecturam meam vide infra ad Annum Chriſti 163.

Anno U. C. 896.
Æræ Ch. 144.
P. LOLLIANUS AVITVS } Cos.
C. GAVIUS MAXIMUS }

I

Florentiæ,
in Musco Mediceo.
Ex Gorio V. Cl.
qui castigationem dedit, quàm Gruterus, & Montfauconius.

VALEN S SALIN
MAXIMV S LEIIDRE
SEDATV S TIBVR I
CLEMEN S PISA S
FESTV S NOLEN S
VIRTIV S NOLEN S
MAXIMV S VOLATER

MHIIT
ATTIC COS
HERCVLANV S HERCVFAL
SEVERV S OSTI A
SATVRNINV S TARRACIN
VOCISCV S STV. O N
FVFICIV S BONONI A
SEXTILIANV S CLVSI O
ALCIMV S ROM A
IVSTINV S DERTON A

MAX COS
MARTANV S CREMON A
CRESCEN S CREMON A
FIRMV S OSTI A
SI CV S MEDIO L
S DV S MARSI S
IV S ANCON A
MAXIMV S FANO FORT
LONGINV S CROM A

MARCI EVOC
ATTICO COS
VERINV S TAVRI N
MAXIMV S TARVISI O
CLEMEN S TICIN O
FELI X RVSTI I

MAXIMO COS
MAXIMV S HERAC L
TACITV S LVN A
SECVNDV S TARVISI O
SOSSIV S BONONI A

PRISCI
ATTICO COS
PATERNV S ALBIN O
VERV S VRVIN O
MENODOTIV S TVSCAN A
MARCELLV S DOIIRO
PROCVLV S BVTRI O
MAGNV S SPOLI S

MAXIMO COS
SEVERV S ARIMIN
FRONT O POPV L
APRONIANV S AQVILEI A
SEVERV S LVC A

7. FEROCIS
ATTICO COS

TORQVATO ET ATTICO COS
FC L VIBIV S SECVNDV S AQVIL
A CATINN A SVRIV S FLOREN T
T LATIV S SEVERV S TVDE R
Q MVLVIV S PLACIDIANV S NVCCO N
Q MODIV S CELSV S NVCCO N

AVITO ET MAXIMO COS
C IVLIV S PRIMITIVV S AMITER N
L CANINIV S CELE R LVC A
CNTERENTIV S COGITATV S LVN A
QSALLVSTIVS VLNVTIANV S ANCON A
T FLAVIV S HONORATV S LVC A
L RAECIV S SALVIANV S VRIESA L
L VALERIV S CARV S AQVIL I
L MANIV S MARITIMV S TRIDENT

MAXIMINI
TORQVATO ET ATTICO COS
SEX BAEBIV S SECVNDV S TICIN O
ISSCVAESENV S PROCVLV S VRVIN O
T INNIV S SEDATV S IADE R
SEX PATVLCIV S IVLIANV S PVTEO L
T CALINIV S MARCELLV S FAN FOR T
C ARMINIV S PROBV S VOLATE R
C VALERIV S SECVNDV S VERO N

AVITO ET MAXIMO COS
SP L ATILIV S TERENTIANV S BONO N
FCC CLVNIV S PROCVLV S LVC A
C TROCILIV S VERECVNDV S CREMO N
SEX RVMMIV S PACATV S CARSV L
Q CAMIANIV S CRESCEN S MEDIO L
M AELIV S MAXIMV S FORMI S

7 II DARNI
TORQVATO ET ATTICO COS
C SEPTICIV S CRISPINV S AMITER N
MO Q CAELIV S FELI X NEAPOL I
TVB L SALVIVS ADIVTO R VERCELL
SI L LAELIV S NEPO S VERCELL

AVITO ET MAXIMO COS
SP T CAESERNIV S FESTINV S EMON A
C VALERIV S IVSTV S MANTV A
C MATTIV S SECVNDV S TICIN O
BVC M SILICIV S VERV S VRVIN O
OPT C GEMINIV S VITALI S DRIPSIN O
L ATINIV S MARCELLINV S MANTV A
M SATTIV S RVFINV S VOLCEI S
C VERNASIV S DEXTE R FOROSEMPR
L GELLIV S VERV S FOROSEMPR

Egregium Marmor, quippe quod tot nomina Militum exhibens, eorum etiam patriam pro more indicat, unde lux Topographiæ Italicæ.

Anno U. C. 897.
Ær. Ch. 145.
ANTONINUS PIUS IMP. AUG. IV.)
M. ÆLIUS AURELIUS CÆSAR II.) Cos.

Anno U. C. 898.
Ær. Ch. 146.
SEX. ERUCIUS CLARUS II.)
CN. CLAUDIUS SEVERUS.) Cos.

1

Tiburi,
effossus ingentis molis lapis Anno Christi 1728.
literis palmaribus inscriptus.
Nunc Romæ,
in Museo Eminentiss. Card. Alexandri Albani.
Misit N. V. Ignatius Maria Como Neapolita.

CN PINARIO. CN. F
SEVERO. CONSVLI. AVGVRI. REGI. SA
IMP. CAESARIS. NERVAE. TRAIANI. AVG. SALIO. COL
CORNELIA. MANLI

Huic Anno affigendam esse Inscriptionem hanc fum opinatus, quod nullum alium aptiorem deprehenderim. Et sane non nimis longe a *Trajani* temporibus, quem commemoratum heic vides, quærenda hujus Consulis ætas. Relandus, & Stampa binas Inscriptiones laudant, in quibus alter Consulum appellatur CN. CLAVDIVS SEVERVS. In ista quoque habetur CN. & SEVERVS. At quomodo PINARIVS heic, qui alibi CLAVDIVS? Opinari liceat, hunc ipsum duplicis Gentis nomina conjunxisse, ita ut CN. CLAVDIVS PINARIVS SEVERVS fuerit appellatus, & omisso primo nomine, cum altero heic exhibeatur. Jam invectus fuerat mos iste. Neque duo tantùm, sed tria, immo plura interdum nomina Gentium in unum hominem coaluisse, exploratum est. Exemplum *Regis Sacrorum* habes in Gruteriana Inscriptione pag. 1087. num. 8. ejusque etiam meminere Cicero in Oratione pro Domo sua, & Dionysius Halicarnassæus, ut alios omittam. Præterea is dicitur *Salius Coloniæ* (Ministrorum Sacrorum id genus fuit) ejusque ministerii, ac ritus exempla alibi occurrunt.

2

Romæ,
in Museo Albano.
Figlina.

EX OF AVTRR FORT OP FIG EX PRA
COS GRAT CLA ET SEV COS

Anno U. C. 899.
Ær. Ch. 147.
..... LARGUS.)
..... MESSALINUS.) Cos.

Anno U. C. 900.
Ær. Ch. 148.
L. TORQUATUS III.)
C. JULIANUS VETUS.) Cos.

3

In Civitate Sancti Leonis in Flaminia,
apud Mazzarinos.
Misit Lucas Antonius Gentilis.

LIVM P LA RVM. MARMORIBVS. ORNATVM
RATAM. CLIPEO. POSITO. IN. CVRIA. EX ARG. P. C
FONTAE. (*sic*) TEPLVM. AD AQVAS. SOLO. AMPLIATVM
MARMORIBVS. EXORNATOS. BALINEVM. APVT
SVPER. REI. P. DONATIS. RELICTIS. IN DISTRIBVT
ONEM. EPVLARVM. H-S. CC. DIVISIONE. MVLSA
ICIENTIVM. H-S. C. LEGAT. IIS. QVOS. TEST. NON. NO
NIBVS. H-S. CCCCVI. VIRIS. ET. AVGVSTAL. H-S. CCC
BEIS. H-S. CC
EXCESSV. EIVS. XXXIII. BENEFICIOR. EIVS
NLATO. EX. H-S. XXXIII. POSVIT
ATO. ET. SALVIO. IVLIANO. COSS

En ergo quei alter Consulum sit revera appellandus, nempe SALVIUS IULIANUS, fortasse celeberrimus eorum temporum Jurisperitus, & perpetui Edicti Ordinator, de quo infra ad Annum Christi 175. Relandus ex Inscriptione Gudianâ ipsum inscribit C. JULIANUM VETEREM. Mihi suspectum est *Veteris* cognomen; nam in Fastis antiquis postremum cognomen plerumque scribebatur, atque in iis Annus iste, signatur *Torquato III.* & *Juliano Cos.*

1 *In Heilbronnenſi Oppido.*
Ex Eccardo.

FORTVNAE
RESPICIENTI SACR.
NASELLIVS PRO
CLIANVS LEG
VIII. AVG. PRAE
POSITVS COHOR
I. HELVETIORVM
TORQVATO ET
IVLIANO COS
V S L L M

Anno U. C. 901.
Æræ Ch. 149.
SERG. SCIPIO ORFITUS. } Coſs.
Q NONIUS PRISCUS. }

2 *Romæ,*
in Muſeo Albano.
Miſit Clariſſ. Ficoronius.

L. BALBILIVS NVMITORI
ANVS. NATVS. PR. IDVS. MAIAS
ANTONIO. HIBERO. ET
NVMMIO. SISENNA. COS
DECESSIT. VII. K. IANVARIAS
ORFITO ET PRISCO. COS
Q. VIX. AN. XVII. M. VII. D. XII
NVMITORIA. CLEOPATRA. MATER
INFELICISSIMA. FECIT

Egregia Inſcriptio ad confirmandam Faſtorum ſeriem. Geminos quippe heic habemus laterculos Conſulum, alterum nempe ad Annum U. C. 885. Æræ Ch. 131. ſpectantem, quo Conſulatum ordinarium geſſere *Ethernus* & *Syſenna*, ſub quibus natus dicitur *Balbilius* iſte *Numitorianus*; alterum verò ad hunc ipſum Annum Ch. 149. quo is deceſſit, pertinentem.

3 *Ibidem,*
in eodem Muſeo.
Figlina.

Alteri ex Conſulibus Cognomen non PRISCI ut in ſuperiori lapide, & in Faſtis, ſed PRISCINI datum heic vides. Fortaſſis id factum ex hujuſce Figulini Opificis licentiâ, aut potius oſcitantiâ.

Anno U. C. 902.
Ær. Ch. 150.
. . . . . GALLICANUS. } Coſs.
L. ANTISTIUS VETUS. }

4 *Romæ*
in Muſeo Albano.
Figulina.

EX PR L AELI AVG PII F OP DOLIAR ARISTIO
SVCCESS GALLIC. ET VETER COS

Anno U. C. 903.
Æræ Ch. 151.
QUINTILIUS CONDIANUS. } Coſs.
QUINTILIUS MAXIMUS. }

5 *Algeziræ in Hiſpania.*
Ex Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.

L. HERENNIO HE
RENNIANO
L. CORNELIVS HEREN
NIVS RVSTICVS
NEPOS EX TESTA
MENTO POSVIT
NONIS MARTIIS
SEX. QVINTILIO CON
DIANO SEX QVIN
TILIO MAXIMO COSS

Itaque nominibus amborum ejuſmodi Conſulum addendum erit deinceps SEXTI Prænomen.

Anno U. C. 904.
Æræ Ch 152.
NV. ACILIUS GLABRIO. } Coſs.
M. VALERIUS HOMULLUS. }

6 *Romæ,*
Teſſeræ in lamina æreæ,
ex Hiſpania delatæ.
Apud Bellorium.
Ex Mabillonio V. Cl.

M. LICINIO. CRASSO
L. CALPVRNIO. PISONE. COS
IIII. KL. MAIAS
GENTILITAS. DESONCORVM. EX. GENTE. ZOELARVM
ET. GENTILITAS. TRIDIAVORVM. EX. GENTE. IDEM (*Sic*)
ZOELARVM. HOSPITIVM. VETVSTVM. ANTIQVOM
RENOVAVERVNT. EIQVE. OMNES. ALISALIVM. IN. FI
DEM. CLIENTELAMQVE. SVAM. SVORVMQVE. LIBERO
RVM. POSTERORVMQVE. RECEPERVNT. EGERVNT
ARAVSABII.CAENI.ET.TVRAIVS.CLOVTI.DOCIVS.FLAESI
MAGILO.CLOVTI. BODECIVS. BVRRAIELAESVS.CLVTAMI
PER. ABIENVM. PENTILI. MAGISTRATVM ZOELARVM
ACTVM. CVRVNDA
GLABRIONE. ET HOMVLLO. COS. V. IDVS. IVLIAS
IDEM. GENTILITAS. DESONCORVM. ET. GENTILITAS
TRIADAVORVM. IN. EANDEM. CLIENTELAM. EADEM
FOEDERA. RECEPERVNT. EX. GENTE. AVOLGICORVM
SEMPRONIVM. PERPETVVM. ORNIACVM ET. EX. GENTE
VISALIGORVM ANTONIVM. ARQVIVM. ET. EX. GENTE
GABRVAGENIGORVM. FLAVIVM FRONTONEM. ZOELAS
EGERVNT
L. DOMITIVS. SILO ET.
T. FLAVIVS. SEVERVS
ASTVRICAE

Nobile antiquitatis fruſtum, nempe geminæ Teſſeræ Hoſpitalitatis, quam inter ſe ſtatuerunt quædam Gentes, ſive Familiæ, ut nunc appellamus, Hiſpanicæ. Prior autem Teſſera firmata fuit ſub Conſulatu *Marci Licinii Craſſi*, & *Lucii Calpurnii Piſonis*, Anno ſcilicet U. C. 779. Æræ Chriſti 27. Altera verò exarata hoc præſenti Anno Ch. 152. quo *Glabrio*, & *Homullus* nomen ſuum Faſtis dedere, extenditur ad peculiares quoſdam homines. De hoc argumento conſulendus & Tomaſinus.

1 *Pisauri, in Basi statuæ in Banchi.*

ARRIAE. L. F. PLARIAE
VERAE. PRISCILLAE
FLAMINICAE
M'. ACILI. GLABRIONIS. COS
D . D
PVBLICE

Hanc ediderat Gruterus pag. 1024. 1. Ibi vero legitur M. ACILI GLABRIONIS COS. P. P. Germanam lectionem debemus eruditissimo Equiti Hannibali de Abatibus Oliverio, qui in Collectione Marmorum Pisaurensium, accuratissime inspecto Marmore, eamdem restituit. Quare, uti jam perspexerant Antiquarii nonnulli, Prænomen Glabrioni huic *Manius*, non *Marcus*, fuit.

2 *Romæ. Ex Ligorio.*

GLABRIONE. OMOLLO. COS
EX. RAT. I. ZEL.
N. CXXCIIII

3 *Ibidem. Ex eodem.*

DIANAE
LVCINAE
INVICTAE
CN. POMPEIVS
CN. L. BARBI
VS. PROCVRAT
TVBICIN. ROM
VOTO SVSCEPTO
L . M
D. III. KAL[illegible] ET OMVLLO COSS

Lacunam supple cognomine GLABRIONE. Vide etiam Gruterum pag. 41. num. 4. Demum ex posteremis duabus hisce Inscriptionibus diversimode aliquantisper a superiori scriptum animadverte nomen alterius Consulis, OMOLLI nempe, & OMVLLI.

Ad hunc ipsum *Glabrionem*, qui etiam Anno Christi 186. iterum Consul creatus est, spectare Lapidem subsequentem opinor. Glabriones alios Consules veteratores Fasti exhibent.

4 *Ephesi, ad fornicem XXXVI. Aquæductus. E schedis D. de la Condamine exscripsit Clarisf. Bimardus.*

ΑΚΕΑΙΟΝ ΓΑΛΒΡΙΩΝΑ
ΤΟΝ ΤΠΑΤΙΚΟΝ
ΚΑΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΑΦΡΙΚΗΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΛΑΤΕΙΝΙΑ
ΝΟΣ ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΟΣ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΦΙΛΟΝ

Ideſt ex versione Bimardi.

Acilium Glabrionem
Consularem
Et Proconsulem
Africæ
Æmilius Latinianus Senator
Amicum Suum
(supple: Honorat.)

Anno U. C. 905.
Ær. Ch. 153.

C. BRUTTIUS PRÆSENS. } Cos.
A. JUNIUS RUFINUS. }

Anno U. C. 906.
Ær. Ch. 154.

L. ÆLIUS AUR. COMMODUS. } Cos.
T. SEXTIUS LATERANUS. }

5 *Lubianæ* nel Cavallerato. *E schedis Jac. Valvasonii, misit Comes Franc. Valvasonius.*

L. AELIO AVG
F. COMMODO
COS
D . D

6 *Cestriæ in Anglia. Ex Prideaux, & Galeo.*

I. O. M. TANARO
T. ELVPIVS. GALER.
PRAESENS. GVNTIA
PRI. LEG. XX. V. V
COMMODO ET LATERANO
COSS
V. S. L. M

GVNTIA locus Rhætiæ primæ fuit. Vide Suritam, & VVesselingium ad Itinerarium Antonini.

7 *Romæ, in Musco Albano, in figulina.*

P LVCILI CVLVIN
OPVS DOL EX P I LVCI[illegible]LOVIN
COMMOD ET LAETERANO COS

Anno U. C. 907.
Ær. Ch. 155.

C. JULIUS SEVERUS. } Cos.
M. RUFINUS SABINIANUS. }

1 *Ancyræ.*
Ex Clariſs. P. Montfauconio.

Γ. ΙΟΥΛΙΟΝ. Γ. ΥΟΝ
ΦΑΒΙΑ ΣΕΟΥ
ΝΡΟΝ ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ
ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑΝ
ΑΡΟΝ ΤΩΝ ΕΚ ΔΙΚΑ
ΖΟΝΤΩΝ ΤΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ
ΙΠΠΩ ΔΗΜΟΣΙΩ ΤΙ
ΜΗΘΕΝΤΑ. ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΛΕΓΙΩΝΟΣ Δ ΣΚΥ
ΘΙΚΗΣ ΤΑΜΙΑΝ ΚΑΝ
ΔΙΔΑΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΟΝ
ΚΑΝΔΙΔΑΤΟΝ ΙΕΡΕ
Ε ΚΑΙ Ι ΑΝΔΡΟΝ. ΕΠΙ ΤΟ
ΙΕΡΟΠΟΙΙΩΝ. ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΝ ΟΥΡΒΑΝΟΝ ΠΡΕ
ΣΒΕΥΤΗΝ ΛΕΓΙΩΝΟΣ
Α. ΟΥΛΠΙΑΣ ΝΙΚΕΦΟ
ΡΟΥ. ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ Ο
ΔΟΥ ΑΠΠΙΑΣ. ΥΠΑΤΟΝ.
ΠΡΕΣΒ. ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΝ ΣΥΡΙΑΣ ΠΑΛΑΙ
ΣΤΕΙΝΗΣ ΤΡΕΒΙΟΣ
ΚΟΚΚΕΙΟΣ. ΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΣ ΤΟΝ ΚΑΥΤΟΥ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΗΝ

Ideſt:

Gajum Julium Gaji Filium Fabiâ (Tribu) Severum, Conſtitutum Primò Quidem Quindecim-Virum Judicandis Litibus. Equo Publico Honoratum. Tribunum Legionis IV. Scythicæ. Quæſtorem Candidatum. Tribunum Candidatum. Sacerdotem Quindecim-Virum Sacris Faciundis. Prætorem Urbanum. Legatum Legionis XXX. Ulpiæ Victricis. Curatorem Viæ Appiæ. Conſulem. Legatum Proprætorem Syriæ Palæſtinæ. Trebium Coccejus Alexander Suum Benefactorem (Honorat.)

En *Caji Julii Severi* prioris hoc Anno Conſulis patrem, Tribum, ac munera quæque diſtincta. Egregium ſane marmor. Ad alterum Conſulem, *Marcum* nempe *Rufinum Sabinianum* quod attinet, Gruterus pag. 194. num. 5. Inſcriptionem refert, dicatam C. IVLIO SEVERO. M. RVFINIO SABINIANO COS. Sed eamdem accipe, qualis apud Donium pag. 197. Inſcription. Antiquar. legitur.

2 *Neapoli.*
Ex Donio.

C. CAELIO. C. F. PAL. VERO. QVAEST. ALIMENT
C. IVLIO. SEVERO. M. IVNIO. RVFINO. SABINI
ANO COS. III. NONAS. DECEMBRES

Ex hoc lapide addendum *Sabiniano* nomen IVNII. quod apud Faſtorum Illuſtratores deſideratur.

Anno U. C. 908.
Ær. Ch. 156.
M. CEIONIUS SILVANUS.)
C. SERIUS AUGURINUS.) Coſs.

Anno U. C. 909.
Ær. Ch. 157.
.....BARBARUS.)
.....REGULUS.) Coſs.

3 *In Thermis Herculanis detectis in Dacia.*
Miſit Clariſs. Bimardus.

HERCVLI. AVG. VALER. M.
FELIX. RVFI. SATVRNINI. G. P. P
T. P. EXPR. IV. STATIONIS
TSIERNEN. IIII. ID. ANNO. XI
BARBATO. ET. REGVLO. COS
EX VOTO POSVIT

Aut ex Faſtis legendum eſt heic BARBARO, aut ex hoc lapide, (ſi rectè fuit exſcriptus) emendandi Faſti, ac ſubſequens Inſcriptio, ac legendum utrobique BARBATVS.

Lugduni,
Marmor Anno Christi 1704 inventum.
Ex Aëdi Parvum Trevirensium.
Musei quoque Clarissi. Bimardini.

In uno Latere.

In anteriore facie.



In altero Latere.

Egregiæ hujus Inscriptionis explicationem vide apud Clarissi. Patres Societatis Jesu Trevirenses, *apud* Clarissi. Pleiqueum a Divo Hadriano Epistolam, atque in Opusculis a Archiis P. Cahagera Marsilio Comitibus erroribus. Nihil [illegible] de Tauroboliis, [illegible] Sacrificio Taurobolii [illegible] *Matris Deûm Magnæ Idææ* referens, quando [illegible] Taurobolium a sacerdotibus Deæ Cybeles in honorem gerentis [illegible] Hadrianus Rubenius a professorum doctis Viris, & ab Antonio Vandale [illegible] Utrum ollis Dissertationes meæ Finibus fiant, quid termini VIRES M Agnosse nam [illegible] Do Sanctissimo Matris ac [illegible] In regno Sanctissimi Corporis Filii [illegible] Actis Sancti Symphoriani apud P. Ruinartium de Cybele Matre Deûm [illegible] VIRIBUS posito apud Graecum occurrunt.

Digitized by Google

1 *Prænestæ,*
in Beatæ Mariæ Annuntiatæ.
E Suaresio.

In una facie.

Γ. ΒΑΛΕΡΙΟC ΕΡΜΑΙCΚΟC ΕΠΟΙΗCΕΝ
CΑΡΑΠΕΙΟΝ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
CΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙC CΥΝΝΑΟΙC ΘΕΟΙC

In altera facie.

DOMVS. C. VALERI HERMAISCI TEMPLVM
SERAPIS SCHOLA FAVSTINIANA FECIT
C. VALERIVS HERMAISCVS DEDIC. IDIB
DEC. BARBARO ET REGVLO COSS

Ideſt:
Gajus Valerius Hermaiſcus Fecit
Serapium Jovi, Soli Magno
Serapidi Aliiſque Ejuſdem Templi Diis.

Anno U. C. 910.
Ær. Ch. 158.
..... TERTULLUS. } Coſs.
.... CLAUDIUS SACERDOS. }

Anno U. C. 911.
Ær. Ch. 159.
M. PLAUTIUS QUINTILLUS. } Coſs.
..... STATIUS PRISCUS. }

2 *Romæ,*
in Muſeo Albano.
Figlina.

QVINTILLO ET PRISCO COS OF EX
PRA PLAVTI AQVILIN

Boldettus legebat OP. EX PR. PLAVTIA QVN.

3 *Carthaginæ.*
E ſchedis meis.

C. APSION. A. CAELIO
ILLIANO MAXIMO
AED. SACR[illegible]DED
SEPT. QVINTILLIO. PRISCO
COS

Fortaſſe legendum: C. APSIONE ILLIANO, A. CAELIO MAXIMO Duumviris, aut Sacerdotibus, AEDES SACRA DEDICATA ..... SEPTEMBRIS. Ex Inſcriptione Gruteriana, poſitâ *Æſculapio* & *Hygiæ* a *Cajo Oppio Caji Liberto Leonate*, pag. 68. num. 3. Faſtorum Ordinatores nomina certa horum Conſulum deduxere. Quippe illa baſis dicitur *Dedicata Idibus Januarii* PLAVTIO QVINTILIO, & STATIO PRISCO COS. In margine Gruterus notat *aliàs* Q. INTILLO. Monendus tamen Lector, perperam hunc Lapidem poni a Grutero *Auximi*. Is Mediolani jacet in viridariolo Bibliothecæ Ambroſianæ. Eum ego dimovendum e loco curavi, ut ſcrutarer, *Quintilius*-ne, an *Quintilius* ibi legeretur. En germanam notæ Conſularis lectionem.

DEDICAT. EIDIB. IANVAR.
PLAVTIO QVINTILIO IL
STATIO PRISCO COS.

Itaque in Faſtis ſcribendum QVINTILIUS, & quidem notâ iterati Conſulatus. Antea Conſulatum ſuffectum is geſſerit, niſi unus ex duobus Conſulibus iſte cenſendus ſit, qui ad Annum Chriſti 152. appellantur *Quintilius Condianus*, ſeu *Gordianus*, & *Quintilius Maximus*.

Anno U. C. 912.
Æræ Ch. 160.
APP. ANNIUS ATILIUS BRADUA. } Coſs.
T. CLODIUS VIBIUS VARUS. }

4 *Lugduni,*
Marmor Anno Chriſti 1704. inventum.
Ex Actis Patrum Trivoltienſium.
Miſit quoque Clariſs. Bimardus.
(Vide additum in Tabula ſign. D.)

Anno U. C. 913.
Ær. Ch. 161.
M. AVRELIUS ANTONINUS CÆSAR III. } Coſs.
L. ÆLIUS AURRELIUS VERUS II. }

1

Puteolis,
in baſi marmorea effoſſa Anno Chriſti 1703.
Ex Vignolio V. Cl.

In anteriori facie.

TANONIO BOIONIO
CHRYSANTI

TANNONIO
BOIONIO
CHRYSANTIO
PVERO EGREGIO
AB ORIGINE
PATRONO OR
DINIS ET POPVLI
OB EIVS INSIGNE
MERITVM VNIVER
SVS ORDO ET
POPVLVS STATV
AM DIGNO CVRA
VERVNT

In latere.

LOCVS DATVS EX AVCTORITATE FLAVI
LONGINI. CL. V. CVR. P. ADSIGNATA
M. VALERIO PVDENTE II VIR CVRAT
X. KAL. APRIL
IMP. CAESARE M. AVRELIO ANTONINO AVG. III.
ET IMP. CAESARE L. AVRELIO VERO AVG. II. COS

Aperuerunt hunc Annum *M. Aurelius*, & *L. Verus* fratres, quippe longe antea adoptati ab Antonino Pio Auguſto. Quum verò Antoninus idem die VII. Martii naturæ debitum ſolviſſet, ambo fratres Conſules in Imperio ſucceſſores, *Imperatoris Auguſti* titulum ſumſere: atque hic proinde additus in Faſtis, atque in Lapidibus. Sunt, qui putant, Lucium Ælium Verum *Ceſarem* renuntiatum numquam fuiſſe; ſed tum ſolùm hoc nomine ornatum, quum *Auguſtus* a Marco Aurelio fratre conſaluratus fuit. Huc fortaſſe pertinet ſubſequens Inſcriptio:

2

Romæ,
in Collegio Germanico Sanctæ Apollinaris,
in columna Anno Chriſti 1715. effoſſa.
Miſit doctiſſ. P. Joſeph Blanchinius,
Presbyter Oratorii Romani.

COMMODO. CAES. N. II. COS

Ad *Commodum* Marci Aurelii filium, qui Anno Chriſti 179. Conſul II. proceſſit, referre non audeo titulum iſtum. Is enim tunc non *Ceſar* tantùm, ſed & *Auguſtus* fuit. *Lucius Ælius Verus* etiam *Commodus* eſt appellatus. Quod ſi ames, Inſcriptionem hanc referre ad *Lucium Amium* ejuſdem Lucii Ælii Patrem, qui etiam *Commodus* nuncupatus fuit, & *Conſul II.* proceſſit Anno Chriſti 121. tibi per me liceat.

3

Romæ.
in Monte Cœlio,
in Vineâ Lucæ de Maximis.
Ex Spanhemio V. Cl.

LIBERO SERVATORI
SANCTO SACR
L. IVNIVS L. L. PAEDEROS
D. S. D. D. D
DEDICATA III. ID
M. ANTONINO IMP. II.
ET VERO AVG. COS

Non *Tertium*, ſed *Secundum* Conſul hoc dicitur *Marcus Aurelius Auguſtus*. Neque iterati Conſulatus nota tribuitur *Vero Auguſto*. Quid ergo de Inſcriptione hac ſentiendum?

1 *Vindobonæ,*
in Bibliotheca Cæsarea advectus e Dacia lapis.
Ex Clariss. Maffejo.

I. O. M
T. AVRELIVS
DIOCLES BE
PROC
V. S. L
IMP. AVGVSTIS COS

Cassiodorius quoque *duos Augustos Consules* hoc Anno statuit. Diocles iste *Beneficiarius* fuit *Procuratoris* Augustalis.

Anno U. C. 914.
Æræ Ch. 162.

Q. JUNIUS RUSTICUS.)
C. VETTIUS AQUILINUS;) Cos.
cui suffectus fuit)
T. FLAVIUS TERTULLUS.)

Anno U. C. 915.
Ær. Ch. 163.

L. ÆLIANUS.)
.... PASTOR.) Cos.

Non alia nomina, aut cognomina certa istorum Consulum adferre potuerunt circumspecti viri Belandus, & Stampa. Sed mihi adhuc dubitanti restat, an satis castigatum habeamus Consularem laterculum hujus Anni. Supra ad Annum Ch. 143. Inscriptionem attuli positam *Phœbæ, qui & Tormogus*. Is natus fuerat *Torquato & Herode Cos.* hoc est eodem Anno 141. Is deinde hum nis rebus ereptus dicitur *Q. Mustio Prisco. M. Pontio Læliano Cos.* Quum monumentum illud *filio carissimo* posuerint *Phœbion, & Primigena* parentes superstites, hunc agnoscimus, *Tormogum* viridi ætate diem supremum obiisse. Quo Anno Consules postremi sint adsignandi, incertum est. Collegæ ejusmodi nulla mentio in Fastis, qui exstant, occurrit. Quid si hoc Anno Tormogus vitâ functus fuerit, viginti videlicet annos natus? Neque enim a verisimilitudine abhorret, *Q. Mustium Priscum* aut suffectum fuisse *Pastori*, aut *Pastoris* quoque cognomen gessisse. Et quod est ad *M. Pontium Lælianum*, is plane videtur statuendus Consul hoc ipso Anno. At Consulatorio Consules hujus Anni appellantur *Lælianus* & *Pastor*. Prosper in Chronico habet *Lælianum* & *Pastorem*. In Fastis Oxonienses hic apud Relandum occurrunt *Lælianus. Pastor*. In Fastis Anonymis a Norisio editis legimus *Lolliano & Pastore*. Proinde non immerito opinentur, *Lælianum* an *L. Ælianum* alicubi fuisse conversum, jussasque esse causas, monente nos cerussimo Tormogi illius Lapide, Consules hoc Anno processisse *Q. Junium Mustium Priscum, & Marcum Pontium Lælianum*. Duas alias Inscriptiones adtexo ad hunc ipsum Annum spectantes.

2 *In Castro Sancti Christophori in Callæcia.*
E schedis Farnesiis,
misit P. Andreasius e Societ. Jesu.

I. O. M
PRO SALVTE M AVRELII ANT
ONINI ET AVRELII VERI
AVGVSTORVM OB NATALE AQV
AE VEXILLARIOR. LEG. VII GE.
SVB CVRA LICINI PATER
7. LEG. EIVSD MILI
AVGVSTORVM LIB. PROC. ET LV
CRETI PATERNI DECAN. COH.
I. CEL. ET BAETICAE FAB. MARTIAN
BIS PROC. AVGVSTOR.
ET IVLI IVLI ANTESIGN. LEG
EIVSD. IIII. IDVS IVNIAS
L. AELIANO ET PASTORE COS

Tum in hoc, tum in subsequenti Marmore pro L. AELIANO legendum videtur LAELIANO.

3 *Ibidem.*
Ex eisdem.

I. O. M
PRO SAL. M. AVRELI
ANTONINI PII ET AVRELI
VERI AVGVSTORVM
OB NATAL VI
LAE VEXILLARIOR
LEG. VII. SVB. CVRA
L. AVRELI EVTYCHIS ET
A. VLP. PROC. ET VAL
SEMPRONIAN. PROC
ALAE II FLAVIA. T. TITI
ANT. MARVLLO & E AELIANO

Ideſt ANTONIO MARVLLO (quem opinari liceat Consulem fuisse suffectum *Pastori*) ET LAELIANO Cos.

Anno U. C. 916.
Ær. Ch. 164.

M. POMPEJUS MACRINUS.) Cos.
P. JUVENTIUS CELSUS.)

4 *Anagniæ,*
effossus lapis apud Moniales Sanctæ Claræ.
Misit Franciscus Ficoronius V. Cl.

C. R. TITO. F
VITALE. FRAT. F. C. T
R. V. N. O. C. T
MACRINO ET CELSO
COS

Habes hoc *V. Nonas Octobris*. In reliquis siglis tenebræ.

5 *In agro Tiburtino,*
ex Cl. P. Vulpio S. J.

MATTVCCIAE. L. F.
POMPEIO MACRINO
COS

6 *Romæ,*
lapis effossus Anno Christi 1728.
Ex Clariss. Gorio.

OVRINVS AVGVSTOR N. SER PEL
NYMPHAS POSVIT PVTEVM INST
LEGIS. D. D. QVOD DEDICATVM E
M. POMPEIO MACRINO P IVVEN

QVIRINVS legendum putat doctiss. Gorius. Verùm ab homine Servo abhorrere hoc nomen videtur. Is statuas *Nymphar.* posuit, *Puteum* instauravit in usum Collegarum suorum.

1 *Romæ, figlina. In Muſeo Albano.*

M. POMPEIO MACRI P IVVENT CEL
COS EX PR PLAVTI AQVIL
DO

Ideſt, ut puto, *Doliare Opus*.

Anno U. C. 917.
Æræ Ch. 165.
L. ARRIUS PUDENS. } Coſs.
M. GAVIUS ORFITUS. }

Anno U. C. 918.
Æræ Ch. 166.
Q. SERVILIUS PUDENS. } Coſs.
L. FUFIDIUS POLLIO. }

2 *Romæ, in lapide candido. Ex Donio.*

SERBILIO PVDENTE
ET. FVFIDIO. POLLIONE
COS. CAESVRA. CIA
HIER. ATTICI ET. APOLLO
NI. LVPI

Anno U. C. 919.
Ær. Ch. 167.
L. ÆLIUS AURELIUS VERUS AUG. III. } Coſs.
. . . . . QUADRATUS. }

3 *In Caſtro Sancti Chriſtophori in Callacia. E ſchedis Farneſiis, miſit P. Andreaſius e Societ. Jeſu.*

I. O. M
PRO SALVTE M. AVRELII ANTONINI
PII ET AVRELII VERI AVGVSTORVM
OB NATALES SIGNOR. VEXILLARIOR.
COH. III CELTIB. SVB CVRA ZOILI ET
AVGVSTOR. TIB. PROC. ET VAL. PAV.
7. COH. I. GALLE FLAVI FLAVI Bt. PROC
AVGVSTORVM. ET LVCRETI MATER
NI MAG. LEG. VII. GE. ET IVLI SE
DVLI TESSERARI C. I. C. POBIT SVI
IDIB. OCTOBRIS IMP. AVREL
IO VERO III. ET QVADRATO COS.

Optandum foret, ut accuratius deſcriptam haberemus nobilem hanc Inſcriptionem.

Anno U. C. 920.
Æræ Ch. 168.
T. JUNIUS MONTANUS. } Coſs.
T. VETTIUS PAULLUS. }

4 *Romæ, in Muſeo Eminentiſs. Cardin. Alexandri Albani. Exſcribendum curavit Franciſcus Blanchinius V. Cl.*

HERCVLI VICTORI
POLLENTI POTENTI
INVICTO D D L M
C. VLPIVS FRONTO
VIATOR
DEDIC. III. I IVL
L. VETTIO PAVLLO COS
T. IVNIO MONTANO

Qui ſecundus eſt ordine in laterculo Stampæ, primum tenet in hoc Marmore locum. Dederat & hunc Lapidem Gruterus ex Panvinio, pag. 50. num. 3. cum exigua varietate. Sed iterum dediſſe mihi licuerit, ut iſtorum Conſulum ordo dignoſcatur. Gruterus legit in quintâ lineâ VIATOR Q. ideſt *Quæſtorius*. Quinam eſſent *Viatores*, aliis in locis innuo.

Anno U. C. 921.
Æræ Ch. 169.
Q. SOSIUS PRISCUS. } Coſs.
P. CÆLIUS APOLLINARIS. }

5 *Arimini. E ſchedis meis, Farneſiis, & ex Garuffio.*

AVRELIAE CALLIGENIAE
TIB. SABINIANI
PVDICISSIMAE
HONORIFICENTISSIMAEQ. FEMINAE
COL. FABB. SPLENDIDISSIMAE
CIVITATIS ARIMINENSIVM
OB MVNIFICENTIAM IN SE
[illegible]TRISQ. COLLATAM
L. D. D. D

Adtexitur & altera epigraphe, quæ an ad iſtam pertineat, ignoro. In ſchedis Farneſiis veluti fragmentum ſingulare exhibetur. Inter Donianas antecedenti ſubjungitur, ibique in principio legitur CALIGINAE, in tertiâ lineâ DVI CISSIMAE, & in ſeptimâ OB MVNIFICENTISSIM. IN. SE . . . . . ERISQ. En ipſum additamentum.

6 *Ex eiſdem.*

DEDICAT. IDIB. IAN
Q. SOSIO PRISCO SENECIONE
P. CAELIO APOLLINARE COSS
CVIVS DEDICAT. SING
DD. H-S. N. IIII

Anno U. C. 922.
Æræ Ch. 170.

M. CORNELIUS CETHEGUS. } Cos.
C. ERUCIUS CLARUS. }

Anno U. C. 923.
Æræ Ch. 171.

L. SEPTIMIUS SEVERUS II. } Cos.
L. AUFIDIUS HERENNIANUS. }

Anno U. C. 924.
Æræ Ch. 172.

. . . . . MAXIMUS. } Cos.
. . . . . ORFITUS. }

Anno U. C. 925.
Æræ Ch. 173.

M. AURELIUS SEVERUS II. } Cos.
T. CLAUDIUS POMPEJANUS. }

Non *Titus Claudius*, sed *Tiberius Claudius* scribendum esse, nos monet Inscriptio subsequens. Et sane in *Claudia* gente Prænomen *Tiberius* familiare fuit. Rarissime *Titus* in ea occurrit; & cum occurrit de exscriptorum diligentia dubitare licet.

4 *Tiburi.*
Ex Donio.

M. POPILIO. M. F. QVIR
FAVSTO. LVCILIO
SODALI TITIALI ET. SODALI AELIANO
HADRIANALI
ET. ANTONIALI. ET. FAVSTINIAN.
VIXIT. ANN. LXXXVI
MENS. VII. D. VI. H. VIII
C. POPILIVS. M. F. QVIRINA
CAEPONIANVS
FIL. INDVLGENTISS. POS
KAL. SEPTEMB.
M. AVRELIO. SEVERO. II
TI. CLAVDIO. POMPEIANO COS

Anno U. C. 926.
Æræ Ch. 174.

. . . . . GALLUS } Cos.
. . . . . FLACCUS }

Acta Fasti veteres, & reliqua monumenta, uno Stampâ excepto, qui nobis GALLUM & FLAVUM Consules exhibet. Perfuasum habeo ex Typographorum incuriâ id processisse. Juvat heic proferre nobilissimam Inscriptionem, quamquam certum non sit mihi, an ad Annum istum spectet.

5 *Romæ,*
in Musco Albano.
Misit Franciscus Maria Otterius Marchio V. Cl.

D. M.
M.I HERENNI.
PROTI. V. A. XXII
M. II D V FECERVNT PARENTES
M. HERENNIVS AGRICOLA ET
HERENNIA LACENA FILIO
CHIROGRAPHVM OLLARIA N IIII
CINERARIA N. IIII. INTRANTIBVS PAR
TE LAEVA QVE SVNT IN MONVMENTO
T. FLAVI ARTEMIDORI QVOD EST VIA
SALARIA IN AGRO VOLVSI BASILIDES
IENTIBVS AB VRBE PARTE SINISTRA DO
NATIONIS CAVSA MANCIPIO ACCEPIT
M. HERENNIVS AGRICOLA DET. FLAVIO
ARTEMIDORO ⁜ S N. I LIBRIPENDEM.
HERENNIO IVSTO ANTESTATVS EST TI
IVLIVM EROTEM IN QVE VACVAM
POSSESSIONEM EARVM OLLARVM
ET CINERARIORVM T FLAVIVS ARTE
MIDORVS HERENNIO AGRICOLE IRE
AVT MITTERE OSSAQVE INFERRE PER
MISIT SACRVMQVE QVOTIENS FACE
RE VELLIT HERENNIVS AGRICOLA
HEREDESVE EIVS PERMISIT CLAVISVE
EIVS MONVMENTI POTESTATEM FACTV
RVM SE DIXIT DOLVMQVE MALVM
HVIC REI ABESSE AFVTVRVMQVE
SE HAEC RECTE DARI FIERI PRAESTARI
QVE STIPVLATVS EST M. HERENNIVS
AGRICOLA SPEPONDIT T. FLAVIVS
ARTEMIDORVS ACT. XVIII. K IANVAR
C. CALPVRNIO FLACCO L. TREBIO
GERMANO CoS

Habemus heic *Cajum Calpurnium Flaccum*, & *Lucium Trebium Germanum Consules*. Justissimæ conjecturæ locus est, *Flaccum* hujus Anni Consulem in Fastis, eumdem esse cum *Flacco*, in Inscriptione hac memorato. *Lucium* verò *Trebium Germanum* opinari jure possumus Consulem suffectum *Gallo* Calendis Julii, aut serius; nam tabulæ istæ confectæ fuerunt *XVIII. Kalendas Januarias*. Ceterum Jurisconsultis, Eruditionis antiquæ peritis in hoc lapide se offert bella exspatiandi occasio;

Anno U. C. 927.
Ær. Ch. 175.
CALPURNIUS PISO. } Cos.
M. SALVIUS JULIANUS. }

1 *Vercellis in ædibus Advocatorum. E schedis Jacobi Valerii Mediolanensis.*

M. SALVIO
IVLIANO M. F. SEVERO
HVMANI DIVINIQ. IVRIS
PERITISSIMO
EDICTI PERP. ORDINAT
IVDICI INTER SELECTOS II VIR
IIII VIR A P. XVIR STLIT. IVDIC.
FLAMINI PP. DIVI TRAIANI
PATRONO COLLEG. GAIL OMN.
DIVI HADRIANI CONLEGAE
A D. D. PP. ANTONINO M. AVRELIO
ET L. AELIO VERO AD PRAET. VRB
ET COS SEMEL ET ITER.
EVECTO
MEDIOLANIENSES
CIVI OPT. ET PATRONO
INCOMPARAB
OB MERITA L. D. D. D.

Inscriptionem hanc ad illum locum retuli, non quod arbitrer *Salvium Julianum* præsentis Anni Consulem in ea indicari, sed quod ibi idem nomen occurrat. Qualem verò descripsi olim, eadem ne apice quidem immutato, nunc Eruditorum oculis, & examini subjicio. Mihi, fateor, unum hæc inducunt visum esse, nempe post IVLIANO positum fuisse in secunda linea M. F. hoc est, *Marci Filio*. Exposcebat mos eorum temporum, ut scriberetur M. SALVIO M. F. IVLIANO SEVERO. Attamen vide supra ad Annum Christi 101. & infra ad Annum 206. in quibus locis occurrit M. EPPVLEIVS PROCVLVS L. F. CLAVD. CAEPIO; & M. NVMMIVS VMBRIVS PRIMVS M. FILIVS GAL. SENECIO ALBINVS. Cetera nihil apud me difficultatis habent. Heic autem se nobis offert Cafutbonus, qui in Notis ad Vitam *Didii Juliani Augusti*, a Spartiano concinnatam, hunc ipsum *Salvium Julianum Didii Proavum*, *Atrum Atrumetumm* fuisse censet, quam *in* contra in hoc marmore *Civis Mediolanensis* dicatur. Et quidem Criticus ille imperterrite hoc Didii Juliani Imperatoris femma contexuit, quod Glandorpius ambabus manibus arreptum in Onomasticum suum invexit.

DIDIUS SEVERUS
Infuber Mediolanentis.

SALVIUS JULIANUS bis Consul, Jurisconsultus, Auctor Edicti perpetui, Afer Adrumetinus.

DIDIUS SEVERUS.

SALVIUS JVLIANUS.

PETRONIUS DIDIUS SEVERUS, cui uxor ÆMILIA CLARA.

SALVIUS JULIANUS.

DIDIUS PROCULUS.

P. DIDIUS SALVIUS JULIANUS SEVERUS AUGUSTUS.

NUMMIUS ALBINUS:

Verùm Cafaubonus nimium heic cerbro suo indulsit, Spartiani quippe textum pro suo libito invertit, atque immutavit. Historici illius verba sunt: *Didio Juliano, qui post Pertinacem Imperium adeptus est* (Anno scilicet Christi 193.) *Proavus fuit Salvius Julianus secundum Consul, Præfectus Urbi, & Jurisconsultus* (*quod magis eum nobilem facit.*) *Mater Clara Æmilia. Pater Petronius Didius Severus. Fratres Didius Proculus, & Nummius Albinus. Avunculus Salvius Julianus. Avus paternus Infuber Mediolanensis. Maternus ex Adrumetina Colonia.* En ut differte Spartianus *Avum paternum* Juliani Augusti *Mediolanensem* appellat; *Avum* verò *maternum ex Adrumetina Colonia*. Quibus tabulis, quibus Codicibus fretus Cafaubonus Spartiani locum emendandum censuerit, si ab eo petas, nihil ille reponet. At illud est temere corrigere, hoc est vitiare veterum scripta. Si Avus paternus Didii Juliani Augusti fuit *Mediolanensis*, ergo eumdem patriam fortitus credi potest ejus *Proavus Salvius Julianus*, insignis Jurisconsultus. Neque aliter sensit Dio apud Xiphilinum: ipso enim teste, Didius Julianus, postea Imperator, quod *homo pecuniosissimus* esset, *Mediolanum in Patriam a Commodo Augusto relegatus fuit*. Τὸν ΜΕΔΙΟΛΑΝΑ τὸν ἐαυτοῦ ΠΑΤΡΙΔΑ: quæ verba etiam habet Zonaras. Videsne, ut Mediolanum *Patria* ipsi Didio fuerit? Ergo eidem & Patri, & Avo, & *Salvio Juliano Jurisconsulto* Proavo. Hic autem non tantùm *Julianus*, sed & *Severus* appellatus fuit; nam Didius Julianus Imperator ejus pronepos, uti habet Spartianus, *Severi cognomentum*, *Avi & Proavi sibi adsciverat*. Si quid apud Spartianum corruptum est, ea fortasse verba sunt: *Avunculus Salvius Julianus*. Vereor, ne aliquod verbum excaderit, & conjungendum sit *Salvius Julianus* cum subsequente *Avus Paternus*. Si liceret etiam, loco *Proavi* scribere apud Spartianum: *Didio Juliano Avus fuit Salvius Julianus bis Consul*. Certe Eutropius Hist. Rom. Lib. 8. hæc scribit: *Post Pertinacem Salvius Julianus Rempublicam invasit, vir nobilis, & juris peritissimus, Nepos Salvii Juliani, qui sub Divo Hadriano perpetuum composuit Edictum*. Ad hæc si Anno Christi 148. uti suspicatus supra fui, *Salvius Julianus* Consul idem fuit cum Auctore Edicti perpetui: & rursus si idem Consul creabatur hoc Anno 175. (quod tamen difficile credatur) is enim bis Consulares fasces gessit: numquam excogitare possemus, Didium Julianum, qui Anno Christi 193. ad Imperium evectus numerabat Annos ætatis suæ LVI. aut LV. uti veteres tradidere, *Pronepotem* illius fuisse. Is potius *Nepos* fuerit. Fallitur etiam Cafaubonus, quum Didio Juliano Augusto prænomen *Publii* tribuit. *Marcum* fuisse nummi & lapides ostendunt. Quare illius stemma ita concinnandum videtur.

MARCUS SALVIUS SEVERUS.

SALVIUS JULIANUS SEVERUS,
bis Consul, Præfectus Urbi, & Jurisconsultus,
Infuber Mediolanensis.

PETRONIUS DIDIUS SEVERUS,
CLARÆ ÆMILIÆ maritus

DIDIUS PROCULUS.

MARCUS DIDIUS JULIANUS SEVERUS
Imperator Augustus Anno Ch. 193. patria Mediolanensis.

NUMMIUS ALBINUS.

Cæterum quum Herodianus scribat, *Didium Julianum Augustum*, antequam imperaret, *Consulem* fuisse; perpendant Eruditi, an rectius excogitari possit idem Consulari insibei donatus hoc Anno, quam *Salvius Julianus ejus Avunculus*, uti opinatus est Pauvinius. Mihi sane dubius est Avuncu us ille Didii, nomen præterens *Salvii Juliani*.

Anno U. C. 928.
Ær. Ch. 176.
T. VITRASIUS POLLIO II. } Cos.
M. FLAVIUS APER II. }

1 *Puteolis,*
in Cathedrali.
E fcbedis meis.

DEDICATA VI. IDVS. AVG.
T. VITRASIO POLLIONE II.
M. FLAVIO APRO II. COS

Quamquam reste Marmor hoc Pauvinius ediderit, idem tamen heic iterum exero, quod Typographorum in curiâ vitiarum illud viderim apud Gruterum pag. 192. num. 13.

2 *Aostæ* (an Augustæ?) *in Delphinatu.*
Ex Clarist. Marchione Maffejo.

PRO SALVTE IMP
CAES. M. AVR. ANTO
NINI. AVG. TECTVM
PORTICVS CVM SVIS COLVMNIS ET
PAENVL DVAB ET OPER TECT
SEX VIREIVS SEXTVS DECVR
D S P D. POLLIONE II. ET APRO II. COS

Anno U. C. 929.
Ær. Ch. 177.
L. AURELIUS COMMODUS AUG. } Cos.
..... QUINTILLUS. }

Anno U. C. 930.
Ær. Ch 178.
..... IULIANUS RUFUS. } Cos.
..... GAVIUS ORFITUS. }

3 *In Vico* Mumbach *agri Moguntini.*
E fcbedis meis.

I. O. M
NYMPHIS
C. SP. L NOVIRI
VS. CAMERI
NVS OPTIO
LEG. XXII. PR. P. F
V. S. L. L. M
ORFITO ET
RVFO COS

Sunt, qui *Camertes* in veterum Libris, atque in ipsis Marmoribus celebres agnoscere nolunt, ubi nunc est *Camerinum* Civitas. Non uno titulo falluntur. Ipso quoque Sæculo. Christi Decimo Lintprandus Tricuncis Historicus *Camerinenses* appellavit *Camertes*. Eu vetustissimum quoque Lapidem testem, vel Anno Ch. 178. *Camerinum* pro *Camerte* fuisse substratum. Quum enim agatur heic de Milite, qui erat *Optio*, ideft Minister, seu Vicarius Centurionis, pro more Patria illius recenfetur, hoc est, *Camerinus*, sive Civitas *Camerina*; ita ut lucidissime confirmatum videas, quod aliunde conflit, fcilicet, tunc non fuisse Urbem, sed & ipsum nomen, quo nunc Civitas fruitur, in ipsa fuisse. *Camerni* quoque mentio est in aliis veterum monumentis. Summâ fune venditat, qui *Camertes Clusii* in Urbe Etruriæ se adinvenisse nuper sibi persuasit. In Livium Lib. XXVII. ubi apertissime adversantem habet. Verùm de hac re consulendus Cluverius Lib. 2. Cap. 6. Ital. antique, qui multis eamdem veritatem statuit. Vide etiam Cellarium.

Anno U. C. 931.
Ær. Ch. 179.
L. AURELIUS COMMODUS AUG. II. } Cos.
T. ANNIUS AURELIUS VERUS II. }
Quibus sufficti Calendis Julii
P. HELVIUS PERTINAX. } Cos.
M. DIDIUS SEVERUS JULIANUS. }

4 *Augustæ, nunc* Aosta,
in finibus Allobrogum.
Misit Cl. V. Joseph Bimardus,
Montis Selcuci Baro.

SACRVM
IMP COM II
P MARTIO
VERO II COS

Alter ordinariorum Consulum iterum in Inscriptione apud Gruterum pag. 65. num. 9. appellatur T. ANNIVS VERVS. In altero autem Marmore apud eumdem pag. 77. num. 3. dicitur AVRELIVS VERVS. Quei ergo in hoc Lapide idem nuncupatur P. MARTIVS VERVS? Num cuncta hæc nomina in ipsum conflucre? An error latet in aliquo ex hisce Epigrammatis? Vide in fronte hujus Operis Dissertationem nuper laudati Viri Josephi Bimardi, qui spurios esse Lapides contendit, a Gruteto editos, exhibetque nobis P. MARTIVM VERVM, illustrem eorum temporum virum, cujus nomen restituendum esse in Fastis certò agnoscimus ex hoc marmoris fragmento, quod adhuc existens accurate vidit atque descripsit idem Bimardus.

Anno U. C. 932.
Ær. Ch. 180.
L. FULVIUS BRUTTIUS PRÆSENS II. } Cos.
SEX. QUINTILIUS CONDIANUS. }

5 *In Lavarete agri Aquilani.*
E fcbedis meis.

C. BRUTTI PRAESENTIS
I [illegible] VXOR
C. BRVTTI. PRAESENTIS. COS
MATER. AESCVLAPIO
EX ARGENTI. P. C.
TESTAMENTO. FIERI
IVSSIT
C. BRVTTIVS PRAESENTIS
II. COS. ET. HER. POSVIT

Siglas P. C. in quinctâ linea significare vides *Pondo Centum*. Ad hunc Annum laudavit incomparabilis ingenii vir Cardinalis Norisius Inscriptionem a Gruteto editam pag. 1095. num. 1. & positam L. FVLVIO. C. F. POM. BRETTIO PRAESENTI. MIN. VALERIO &c. COS. II. Et quamquam is agnoscat epigraphen illam *aut erronee asscriptum*, *aut suppletam*, quum is fabò dicatur *Agrippinæ Aug. Socer* &c. inde tamen sumsit Prænomen ac Nomen *Bruttii Præsentis Consulis*, illum censens appellandum L. FVLVIVM BRVTTIVM &c. Norisium sequuti sunt Relandus & Stampa. Me ab iis discedere cogit Inscriptio heic producta. Hæ enim tantæ jam intelligimus, minime fidendum Gruteriano Marmori, cujus fidem aliunde vacillare faetur ipse Norisius. Properea ad hunc Annum mihi in posterum erit unus e Consulibus

C. BRVTTIVS PRAESENS II.

abjectis *Lucii* & *Fulvii* nominibus. Vide etiam, quæ idem Relandus adnotavit ad Annum Christi 153. suo Consul procesit C. BRVTTIVS PRAESENS. Is pater fuisse videtur *Caji Bruttii*, qui hoc Anno 160. suum Fastis nomen dedit.

Anno U. C. 933. Ær. Ch. 181.
M. AURELIUS COMMODUS ANTONIN. IMP. AUG. III.
L. ANTISTIUS BVRRVS. } Cos.

Anno U. C. 934. Ær. Ch. 182.
C. PETRONIUS MAMERTINUS.
... CORNELIUS RUFUS. } Cos.

1 *Florentiæ, apud Ducem Salviatum. Ex Clarisſ. Gorio.*

In anteriori facie.

Q. TERSINA. Q. F
SCAP. LVPVS
FLOREN. MILES
COH. XII. VRB 7. DEX
TRI. GENIVM
CENTVRIAE. CVM
BASE. MARMOREA
TESTAMENTO
PONI IVSSIT

In dextro latere.

POSITA IDIB. APRIL
MAMERTINO. ET. RVFO
COS



Editum fuerat hoc Marmor a Gruterο, ſed ſine Notâ Conſulari, quam accuratiſſimus Gorius detexit. Optandum foret, ut quicumque veteres Lapides exſcribendos ſibi ſumunt, quaslibet Marmorum facies curioſe rimarentur, ſive baſes, ſive tabulæ ſint, dum eas circumſpicere liceat. Quippe interdum aut in lateribus, aut in aversâ facie alia verba leguntur, aut etiam alia integra Inſcriptio detegitur. Bene impenſi laboris fructum non uno exemplo confirmare poſſem.

Anno U. C. 935. Æræ Ch. 183.
M. AURELIUS ANTONINUS COMMODUS IMP. AUG. IV.
C. AUFIDIUS VICTORINUS II. } Cos.

2 *Romæ.*

Fragmentum Faſtorum Fratrum Arvalium, Anno Chriſti 1699. effuſſum. Ex Philippo a Turre Epiſcopo Hadrienſi V. Cl.

Columna prima.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO AVG. IIII.
C. AVFIDIO VICTORINO II COS
IN CAPITOLIO Q. LICINIVS N[illegible]RVM ARVA
LIVM VOTORVM SOLVTORVM ET NO[illegible]AV
SA PRO SALVTE IMP. CAES. M. AVREL[illegible]
ANTONINI M[illegible]GER. MAXIMI. PP. COS. IIII
FRATRES ARVALES CONVENERV[illegible]VS NE
POS MAG. CN. CATILIVS SEVERVS M. VLPIVS
ASTIVS PR MA[illegible]IMMOLAVIT Q. LICINIVS
NEPOS MAG. IOVI O. M. BO[illegible]MAREM IVNO
NI REG. BOVEM FEMINAM MINERVAE BOVEM FE
MINAM [illegible]LVTI PVBLICAE P. R. BOVEM FE
MINAM
ISDEM [illegible]VII. IDVS IANVAR IN PRO
NAO [illegible]FRATRES ARVALES SACRIFICIVM
DEAE DIAE INDIX[illegible]Q. LICINIVS NEPOS MAG.
VELATO CAPITE CONTRA ORIENTEM[illegible]QVOD
BONVM FAVSTVM FELIX FORTVNATVM SALV
TAREQVE SIT. IMP. CAES. M. AVRELIO[illegible]
ANTONINO AVG. PIO SARMAT. GERM. MAXIMO
P M PP COS. IIII OPTIMO MAXIMOQ PRINCI
PI DIVI M ANTONINI FIL DIVI ANTONINI NEPO
TI DIVI HADRIANI PRONEPOTI DIVI TRAIANI
PARTHICI ABNEPOTI DIVI NERVAE ABNEPOTI
SENATVI P R Q FRATRIBVSQVE ARVALIBVS SA
CRIFICIVM DEAE DIAE HOC ANNO ERIT ANTE
DIEM XVI KAL IVNIAS ROMAE ANTE DIEM XIIII
K. IVN IN LVCO ET DOMI XIII. K. IVN CONSVM
MABITVR DOMI ADFVERVNT IN COLL. Q. LICI
NIVS NEPOS MAG. CN. CATILIVS SEVERVS M. VL
PIVS ASTIVS PR M ANTONIVS IVVENIS
L. TVTILIO PONTIANO GENTIANO COS VI
ID FEBRVAR IN LVCO DEAE DIAE Q. LICINIVS
NEPOS MAG OPERIS INCHOANDI CAVSA QVOD
IN FASTIGIO AEDIS DEAE DIAE FICVS INNATA
ESSET ERVENDAM ET AEDEM REFICIENDAM IM
MOLAVIT SVOVE TAVRILIBVS MAIORIBVS ITEM
AD AEDEM DEAE DIAE BOVES FEMINAS II. IANO
PATRI ARIETES II IOVI BERBECES II ALTILA
NEOS

Columna ſecunda.

Columna secunda.

MARTI ARIETES ALTILANEOS II IVNONI DEAE DIAE OVES II SIVE DEO SIVE DEAE OVES II VIRGINIBVS DIVIS OVES II FAMVLIS DIVIS VERBECES DVOS LARIBVS VERBECES DVOS MATRI LARVM OVES DVAS SIVE DEO SIVE DEAE IN CVIVS TVTELA HIC LVCVS LOCVSVE EST OVES II FONTI VERBECES II FLORAE OVES II VESTAE OVES II VESTAE MATRI OVES II ITEM ADOLENDAE CONMOLANDAE DEFERVNDAE OVES II ITEM ANTE CAESAREVM DIVIS N XVI VERBEC IMMOLAVIT N XVI M HERENNIO SECVNDO M EGNATIO POSTVMO COS III ID MAI

IN LVCO DEAE DIAE Q LICINIVS NEPOS MAG. OPERIS PERFECTI CAVSA QVOD ARBORIS ERVENDAE ET AEDIS REFECTAE IMMOLAVIT SVOVETAVRILIBVS MAIORIBVS ITEM AD AEDEM DEAE DIAE BOVES FEMINAS II IANO PATRI ARIETES II IOVI VERBECES II ALTILANEOS MARTI ARIET ALTILAN II IVNONI DEAE DIAE OVES DVAS SIVE DEO SIVE DEAE OVES II VIRGINIBVS DIVIS OVES II FAMVLIS DIVIS VERBECES II S II LARIBVS VERBECES II MATRI LARIVM OVES II SIVE DEO SIVE DEAE IN CVIVS TVTELA HIC LVCVS LOCVSVE EST OVES II FONTI VERBECES II FLORAE OVES II VESTAE OVES II VESTAE MATRI OVES II ITEM ADOLENDAE CONMOLENDAE DEFERVNDAE OVES II ITEM ANTE CAESAREVM DIVIS N XVI VERBECES IMMOLAVIT XVI

ISDEM COS XVI K IVN IN DOMVM LICINI NEPOTIS MAG FRATRES ARVALES PRAETEXTATI SACRIFICIVM DEAE DIAE TVRE ET VINO FECERVNT IBIQVE DISCVMBENTES TORALIBVS SEGMENTATIS MINISTRANTIBVS PVERIS PATRIMIS ET MATRIMIS SENATORVM FILIS AELIO AVIOLA ET A CILIO SEVERO ET M VLPIO BOETHO ET CL SVLPICIANO CVM PVBLICIS AD ARAM RETVLERVNT AD FVERVNT IN COLLEGIO Q LICINIVS NEPOS MAGCN CATILIVS SEVERVS T FL SVLPICIANVS M ANTONIVS IVVENIS P PESCENNIVS NIGER M VLPI ASTIVS PR

ISDEM COS XIIII K IVN IN LVCO DEAE DIAE Q LICINIVS NEPOS AD ARAM IMMOLAVIT [redacted] PORCILIAS PIACVLARES II LVCI COINCHVENDI ET OPERIS FACIENDI IBIQVE BACCHAM HONORARIAM ALBAM AD FOCVLVM IMMOLAVIT SACERDOTES IN TETRASTYLO CONSEDERVNT ET EX SACRIFICIO EPVLATI SVNT SVMPTISQVE PRAETEXTIS ET CORONIS SPICEIS BITTATIS LVCVM DEAE DIAE SVMMOTO ASCENDERVNT ET PER Q LICINIVM NEPOTEM ET CATILIVM SEVERVM PROFLAMINEM AGNAM OPIMAM IMMOLAVERVNT PERFECTO SACRIFICIO OMNES TVRE ET VINO FECERVNT DEINDE CORONIS IN LATIS SIGNISQVE VNCTIS PETRONIVM PRISCVM EX SATVRNALIBVS PRIMIS IN SATVRNALIA SECVNDA MAG FECERVNT ET FL SVLPICIANVM FLAMINEM

Columna tertia.

1 *Columna tertia.*

NOMINAVER
EPVLATI SVNT POST EP
SVPRA CARCERES ASCENDIT ET SEC
CATILIO SEVERO PROFLAMINE VICTORIS
Q LICINIVS NEPOS MAG CN CATILIVS SEVERVS T FL
NIVS NIGER M VLPIVS ASTIVS PRAETORES ISDEM COS H
Q LICINI NEPOTIS MAG FRATRES ARVALES AD CONSVMMANDVM S
IBIQVE INTER CENAM LICINIVS NEPOS MAG CATILIVS SEVERVS
IVVENIS PESCENNIVS NIGER VLPIVS ASTIVS DISCVMBENT
ALBIS TVRE ET VINO FECERVNT MINISTRANTIBVS PVERIS PATR
FILIS EISDEMQVE ET XVI KAL IVN EASDEM FRVGES INLIBATAS
PVERI RICINIATI CVM PVBLICIS AD ARAM RETVLERVNT DEIN
CANIPAS CONTIGERVN QVAS PER CALATORES DOMOS SVAS M
EST SPORTVLIS ♓ ϕT PACTVMEIO MAGNO L SEPTIMIO FL
IN CAPITOLIO PRO SALVTE IMP CAES M AVRELI COMMODI ANTO
FRATRES ARVALES CONVENERVNT ET IMMOLAVIT CN
O. M. BOVEM MAREM IVNONI REG BOVEM FEMINAM A
SALVTI BOVEM FEMINAM PROVIDENTIAE DEORVM
L. COSSONIO EGGIO MARVLLO CN PAPIRIO AELIANO COS
OB FERRI INLATVM SCRIPTVRAE ET SCALPTVRAE M
STRVIBVS FERTISQVE PER M VSTIO NARCISSO KALAT
C OCTAVIO VINDICE XV K IVN ET
PIACVLVM FACTVM OB FERRI ELATI ONI SCRIPT
RACTI PORCA ET AGNA STRVIBVS FERTISQVE
KALATOREM ET PVBLICOS FRATRVM ARVALIVM

Hisce adtexendum quoque puto Fragmentum, quod ex Musco Romano Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani accepi. Certe in hoc etiam nomina offendimus *Licinii Nepotis*, & *Pescennii Nigri* (is idem ille est, qui ad Consulatum ascendit, & postea in Oriente Imperium arripuit, atque a Septimio Severo Augusto debellatus tandem fuit) quæ in superioribus Tabulis memorantur.

2 *Romæ, in musco Albano.*

ISDE
IN DOMVM POLLENI AVSPIC
VMIS AD CONSVMANDVM
CENAM LICINIVS NEPOS PE
NIVS NIGER DISCVMBEN
FECERVNT MINISTRAN
IIS EISDEM QVI ET
CALATORIBVS PV
MI AD

In egregiis hisce tabulis præter Consules hujus Anni 187. qui in primis lineis priotis columnæ se se offerunt, occurrit in trigesimâ secundâ lineâ L. TVTILIVS PONTIANVS GENTIANVS, qui Consulatum gessit VI. IDVS FEBRVARIAS. *Tutilii* ipsius nulla mentio in Fastis. Præterea spectandos se præbent in secundâ tabulâ ad lineam duodecimam M. HERENNIVS SECVNDVS, & M. EGNATIVS POSTVMVS, qui dicuntur processisse CONSVLES III. IDVS MAIAS. Horum quoque nomina frustra in Fastis requiras. Itaque hi inter Suffectos Consules, imperante Marco Aurelio Commodo numerandi. Tunc ingens istorum copia. Incertum verò, quibus Annis isti sint assignandi. Apud Relandum, & Stampam digladiantes videas Eruditos ob Prænomina, & Nomina Consulum sequentis Anni U. C. 916. Christi 184. Recte ea proponunt Relandus, & post illum Stampa. Addendum nunc ex testimonio tertiæ ex hisce Tabulis, *Marullum* e *Cossonia* gente prodisse, quod quidem nomen ignorarunt Fastorum Illustratoribus. Ibi quippe in lineâ decimâ nonâ legitur L. COSSONIO EGGIO MARVLLO, & CN. PAPIRIO AELIANO COS. Supplevi ego vocabulum COS. Et sane supplendum est, quum ibi memorentur ordinarii Consules ejusdem Anni Chr. 184.

Anno U. C. 936.
Æræ Ch. 184.
L. ÆGGIUS MARULLUS. }
CN. PAPIRIUS ÆLIANUS. } Cos.

Anno U. C. 937.
Æræ Ch. 185.
. . . . . MATERNUS. }
M. ATTILIUS BRADUA. } Cos.

1 *In Benaguazil ditionis Regni Valentiæ. E schedis Patris Cattanei.*

M. CORNELIO. M. F. GAL
NIGRINO CVRIATIO. MA
TERNO COS. LEG. AVG.
PR. PR. PROVINC. MOE
SIAE ET CVNC. SYRIAE

Vix dubitare licet, quin ad primum e Consulibus hujus Anni pertineat Hispanica hæc Inscriptio. Is autem MATERNVS tantùm dicitur in veterum Fastis, quibus in more fuit posterum tantummodo Consulum Cognomen signare. En ipsius Patrem, Prænomen, Nomen, Tribum, cum reliqua Cognominum sequelâ, ita ut laterculum Consulum hujus Anni restituere possis, videlicet

M. CORNELIUS NIGRINUS CURIATIUS MATERNUS, & M. ATTILIUS BRADUA, Consules.

Proprætor Provinciæ Mœsiæ, & Cunctæ Syriæ appellatur idem *Maternus*, quod in ejus honorificentiam vergit; nam interdum divisa Syria non uni Prætori, ac Proprætori parebat. Ceterum ad alterum ex hisce Consulibus dignitate Proconsulatus ornatum spectasse potuerit subsequens Inscriptio:

2 *Smyrnæ. Ex Thoma Smitho.*

ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΔΗΜΟΣ ΕΤΙΜΗΣΕΝ
ΜΑΡΚΟΝ ΑΤΤΙΛΙΟΝ ΒΡΑΔΟΥΑ
ΤΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΜΑΡΚΟΥ
ΑΤΡΕΙΟΥ ΠΕΡΠΕΡΟΥ ΤΟΥ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ

Ideſt:

. . . . . .
Neocororum Smyrnæorum
Populus Honoravit
Marcum Attilium Bradua
Proconſulem
Curante Marco
Aurelio Perpero
Armorum Duce.

Pro ΝΕΩΚΟΡΟΣ legendum opinor ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Neocorum*...: Aſiæ quippe Civitates præcipue Templo aliquo inſigni præditæ, cujus gratiâ Ludi ſolennes Provinciæ celebrabantur, *Neocoræ* nuncupatione gloriabantur.

3 *In Curia Neomagenſi. Ex Cupero V. Cl.*

. . . . . I. O. M
ET. GENIO
LOCI
C. CANDIDINIVS
SANCTVS. SIGN
LEG. XXX. V. V
PRO. SE. ET SVIS
L. M
MATERNO. ET. ATTICO COS.

Atticus iſe Conſul ſuffectus fuerit neceſſe eſt. Mentionem hejc habes LEG. XXX. V. V. ideſt *Legionis Triceſimæ Valentis Victricis*, quæ poſtea *Severianæ* cognomentum accepit a Severo Alexandro Auguſto.

Anno U. C. 938.
Ær. Ch. 186.
M. AUREL. COMMODUS ANTONIN. AUG. V. }
M. ACILIUS GLABRIO II. } Cos.

Anno U. C. 939.
Ær. Ch. 187.
. . . . . CRISPINUS. }
. . . . . ÆLIANUS. } Cos.

Anno U. C. 940.
Ær. Ch. 188.
C. ALLIUS FUSCIANUS II. }
. . . . DUILLIUS SILANUS II. } Cos.

Anno U. C. 941.
Ær. Ch. 189.
JUNIUS SILANUS. }
Q. SERVILIUS SILANUS. } Cos.

Fabrettus pag. 635. Inſcriptionem refert conditam

C. ATILIO. }
Q. SERVILIO. } Cos.

Hiſce locum in Faſtis non invenio. Fieri-ne poteſt, ut ii ad hunc Annum ſint referendi? Duos certe *Silanos* agnoſcunt Faſti & Lapides hoc Anno. At neſcio, an prior certis tabulis *Juniæ* genti fuerit aſcriptus. Fortaſſe *Cajus Atilius Silanus* eſt ille dicendus. Aut *Junio Silano* abdicanti, vel demortuo ſuffectum opinari poſſumus *Cajum Atilium*.

Anno U. C. 942.
Ær. Ch. 190.
M. AUR. COMMOD. ANTONIN. IMP. AUG. VI. }
M. PETRONIUS SEPTIMIANUS. } Cos.

4 *Coloniæ, in S. Urſulæ. Ex Eccardo.*

I. O. M. ET
GENIO LOCI
ET RHE
NO CL. MAR
GELLINVS BI
COS. V. S. L. M
IMP. COMMODO
VI. COS

Anno U. C. 941.
Ær. Ch. 191.
.... CASSIUS APRONIANUS. } Cos.
..... BRADVA. }

1 *Salonæ.*
E schedis meis.

I. O. M
Q. RAONIVS DIODORVS
EX VOTO POSVIT LIBES (*sic*)
MERITO IIII IDVS MAIAS
APRONIANO ET BRADVA
COSS.

Hanc ipsum, sed depravatam, habes in Thesauro Gruteriano pag. 16. num. 9. Rursus hoc se tibi exhibet BRADVA hoc Anno Consul, cujus Nomen ac Prænomen adhuc in tenebris jacent. Quum enim is nullâ numerali Consulatus repetiti notâ signetur in Fastis, neque apud veteres, hunc sane diversum esse censeas ab altero *Bradua*, qui Consul proceſſit Anno Christi 185. licèt ex *Braduarum* gente nihilominus prodierit.

2 *Romæ,*
apud Clariſs. Fiscronium.

In tabulâ marmoreâ.

I. O. D
PRO SALVTE
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG
PII FELICIS ET EXERCITVM
ET. P. R. D. IVN. PACATVS CVM
ALEXANDRO FIL. SACRARVM
IVSSV. I. D. SVA PEC. ADAMPLIAVIT C. A. CAECILIO (*sic*)
RVFO. 7. SACERDOTIBVS SOPATRVS ET MARIN. ET CALVS F.

3 *In altera tabulâ ſimul repertâ,*
& cum priori, ut videtur, jungendâ.

ITEM AVXIT
SALVO. IMP. L. SEP. SEVERO PER. PIO. FEL. AVG. N
M. CAECILIVS. M. F. IVL. RVFVS. CONCORD
7. LEG. III. CYRENAICAE. EX. CORNICVLARIO
AELI IVLIANI. PR. VIG[illegible]TETRASTYLVM NYMPHAEVM
CRATERAM. CVM. COLVMELLA. ET. ALTARIVM. CVM COLVMELLA
MARMOREA. ET ALIAM COLVMELLAM. ITEM. ORBICVLVM. CVM. COLV
MELLA. ET. CRATERAM. ORNAVIT. I. D. D. D. DEDICAVIT. PER
CLODIVM CATVLLVM PR. VIG. ADSISTENTE ORBIO LAETIANO. SVB. PR. ET
CASTRICIO. HONORATO. TRIB. COH. II. VIG. [illegible] PR. KAL. AVG
APRONIANO. ET. BRADVA. COS. [illegible] C. A. HERCVLANIO LIBERALE V. A.

In insignibus hiſce tabulis occurrunt in priori literæ illæ ſingulares, muſnam alibi mihi viſæ, ſcilicet I. O. D. Erunt, qui interpretentur *Jovi Optimo Deo*, aut *Jovi Optimo Dolichæno*, ſive *Depulſori*. At ego æræ ad credendum inhiscor, ajo hîc de *Jove*. Stabilis quippe mos fuit poſt *Optimo* adjungere *Maximo*. Quare potius legerem *Iſidi*, aut *Junoni Optimæ Deæ*, vel *Optimæ Deæ*, vel *Dominæ*. Vide infra in penultimâ hujus primæ tabulæ lineâ, IVSSV. I. D. ideſt *Iſidis* aut *Junonis Deæ*. Pro EXERCITVVM Lapicida incaute ſcripſit EXERCITVM, *& Populi Romani*. Pro SACRARVM lege SACRARIVM. Fortaſſe in haſtâ promiſit literæ R inclusum fuerit I. Quod eſt alteram tabulam vox TETRASTYLVM in quintâ lineâ, ſignificare mihi ex Vitruvio creditur faſtigiatum aliquod ædificium, *Quatuor Columnis* imixum. Sequitur NYMPHAEVM. Caperdinus in Gordiano III. *Opera*, inquit, *Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam Nymphæa, & Balneas*. Ad hunc locum vide Salmaſii Notas. Sic appellata loca, ubi Fontes & Salientes erant ad voluptatem Populi, ex Nympharum imaginibus ibi ſculptis. CRATERAM in octavâ lineâ, ideſt Vas, in quo ſalientes Aquæ decidebant.

Anno U. C. 944. Æræ Christi 192.
M. AURELIUS COMMODUS ANTONINUS IMP. AUG. VII. } Cos.
P. HELVIUS PERTINAX II. }

1 *Romæ, in latercolo. Ex Ligorio.*

OPVS. DOL. Q. NONI. PRISCIANI
M. COMMODO AVG. VII. HEL. PERTIN. COS.
ANTONI ET FLAVI

Anno U. C. 945. Æræ Ch. 193.
Q. SOSIUS FALCO. }
C. JULIUS ERUCIUS CLARUS. }
Quibus suffecti Kalendis Martii } Cos.
FLAVIUS CLAUDIUS SULPICIANUS. }
FABIUS CILO SEPTIMINUS. }

2 *Romæ, in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.*

In sinistro latere. *In dextro latere.*

IMP. CAES. P. HELVIO	
PERTINACI. AVG	
COS. II. PONTIFICI	DEDICATA
MAXIMO TRIB. POT	XIIII. KAL. APRI
P. P. PRINCIPI SEV	LIS. CVR. P. SCA
FORTISSIMO DVCI	TILIO PROSPI
ET OMNIVM VIR	CIO[illegible] MV
TVTVVM PRINCIPI	CIO MVCIANO
CAPENATES FOEDER	FALCONE ET
PROC. L. LICINIO SPERAN	CLARO COS
DO	

Hanc antea protulerat Fabrettus pag. 688. sed ut suspicor non satis accurate descriptam. *Municipii Capenatis* ad Tiberim siti mentio est in lapide Gruteriano pag. 466. num. 6. Populum quoque *Capenatem* infra memoratum videbis in Classe Geograph. Cur verò Capenates hîc appellentur *Fœderati*, non alia mihi causa succurrit, nisi Populum illum, in plures olim Vicos divisum, Fœdere mutuo se sese obstrinxisse. Cæterum alterius Marmoris ope, quod inter Doniana pag. 226. editum habemus, & invectum subinde fuit in sæpe laudatum Museum Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani, Nomina germana *Cilonis Consulis suffecti* hoc Anno, iterumque Anno Christi 204. *Consulis ordinarii* dignoscuntur. En ipsum.

3 L. FABIO. M. F. GAL. CILONI.
SEPTIMIANO. COS. PRAEF. VRB.
LEG. AVGG. PRO. PR. PANNON.
SVPER. DVCT. VEXILLI. LEG. PRO.
PR. PROVINCIAR. MOESIAE. SVPER
PONTI. ET. BITHYNIAE
COMITI. AVGG. LEG. AVGG. PRO
PR. PROV. GALATIAE. PRAEF.
AER. MILITARIS. PRO
COS. ITEMQVE. LEG. PROV. NARBONENS
LEG. LEG. XVI. FL. F. SAMOSATE
SODAL. HADRIANAL
PR. VRB. TRIB. PLEB. Q. PROV.
CRETAE. TRIB. LEG XI. G. F. V
XVIR. STLITIBVS. IVDICANDIS
MEDIOLANENSES
PATRONO

Itaque Consul iste, tot etiam aliis nominibus celebris, non *Septimius*, non *Septiminus*, sed *Lucius Fabius Marci Filius ex Galeriâ* Tribu *Cilo Septimianus*, est appellandus. Is autem *Cilonis*, & *Ciloms* nomine in Historia Augusta sub Pertinace, Severo, & Caracalla notior est.

Anno U. C. 946. Ær. Ch. 194.
L. SEPTIMIUS SEVERUS IMP. AUG. II.
D. CLODIUS ALBINUS CÆSAR II.
} Cos.

Anno U. C. 947. Æræ Ch. 195.
..... SCAPULA TERTULLUS.
..... TINEJUS CLEMENS.
} Cos.

1 *Nemausi, e schedis Guirani in Cæsarea Bibliotheca, atque ex Clariss. Marchione Maffejo.*

ARRECINO CLEMENTE II
L. BAEBIO HONORATO
COS
IVLIVS GRAPTVS MAG
MAESOLEVM EXCOLVIT ET VT ESSET FRV
POSITIS ARBORIBVS VITIBVS ROSA
OBLATA SIBI A COLLIBERTIS IMMVNITATE ET TITVLO
VO BENEVOLENTIA EIVS CONTINERETVR
QVA PARTE VTILITATIBVS EORVM
AVIS VIDERETVR IMMVNITATEM
MISIT ET TITVLO QVEM DE SVO
IT CONTENTVS FVIT

Ad hunc Annum retuli istud Marmor, non quòd ad eum spectet, sed quòd heic mentio fiat *Clementis Consulis*. Si rectè exscripta fuit Gruteriana Inscriptio pag. 1027. num. 4. quâ nituntur Norisius, Relandus, & Stampa; Consuli præsentis Anni nihil rei esse videtur cum Lapide Nemausensi. Ibi enim *Tinejus Clemens* Consul dicitur; heic verò *Arrecinus Clemens*, & quidem *Secundum*, Consul occurrit. Latet igitur Annus, cui adsigenda fit ista Consulum synoris; & *Arrecinus Clemens* bis Consul tantummodo Suffectus excogitandus est. Corruptis iis temporibus in excessum revera abiit ejusmodi Consulum copia, unde Fasti turbati, & non frustra tempus interdum expiscamur, quamquam veteres se illud indicasse crediderint.

Anno U. C. 948. Ær. Ch. 196.
C. DOMITIVS DEXTER II.
L. VALERIUS MESSALA THRASIA PRISCUS.
} Cos.

2 *Mediolani, in stylobate sito in viridariolo Bibliothecæ Ambrosianæ. E schedis meis.*
Ex uno latere. *Ex alio latere.*

MERCVRIO
LVCRORVM. POTENTI
ET CONSERVATOR. SACR
C. GEMELLIVS. C. FIL
OVF VALERIANVS
IIII VIR. A. P PRAEF. I. D
CVM CILONIA SECVNDA
CONIVGE ET GEMELLIO
VALERIANO SECVNDO ET
VALERIA LIBERIS SVIS
EX VOTO DONVM
POSVIT ET DEDICAVIT

DEDICATA
III. I. IVNIAS
DEXTRO. II
ET FVSCO COS

L D D D

Inscriptionem hanc primus prorulit Sponius pag. 91. Miscellan. Erudit. Antiq. sed mire depravatam. Fabrettus, tot vitia se fublaturum sperans, eamdem recudit pag. 664. & nihilominus deformem non uno in loco dedit. Corruptiorem postea prorulit Paulus Galeatius inter Novarienses, & quod mirere, is eam ponit *Fontanis, in agro Novariensi, ad Sanctì Sebastiani*, quum ante annos XL. lapidem hunc in Ambrosianâ existentem, ubi adhuc est, ego millies inspexerim. Ex Galerato tamdem mutuatus hanc una cum suis mendis, veluti paucis notam, Christs. Gozius edidit inter Donianas. Integram ego nunc exhibui; & quod nemo antea novit, simul cum notâ Consulari, qua ornatam deprehendi. Nam dimota basi, sive Arâ e loco, ejusdem latera quæque ornatus, Consules ibi adnotatos inveni. Adeo verum est, quod suprà innui, circumspiciendam esse faciem quamcumque Marmorum eruditorum. Fieri enim potest, ut in lateribus, aut in aversa facie adnotatum quidpiam reperiatur. Simul etiam vide, quantopere optandum foret, ut Eruditi antiquorum Marmorum Collectores suis oculis, non alienis, uterentur in iis exscribendis. Novi in hac ipsâ Collectione mea ipsissime deberari posse, quod & ego optassem: sed majora præstare non potui. Venio ad Consules hujus Anni. Primo crediderim, ipsos spectare ad Annum Christi 225. quo Fastis dedisse nomen feruntur

..... FUSCUS II.
..... DEXTER.
} Cos.

atque ex Inscriptione istâ corrigendum esse latercullum illum censueram. Verùm re maturius perpensâ, opinor, referendos ipsos esse ad hunc Annum Christi 196. Vide Relandum. Is nonnullas Codicis Leges huc refert, datas *Fusco II. & Dextro Cos.*, aut *Fusco*, & *Dextro Cos. Severo* & *Antonino AA.* Scribendum ibi videtur *A.* & *C.* hoc est, Severo *Augusto*, & Antonino *Cæsare*; nondum enim novimus, Anno Christi 196. *Augusti* nomen delatum fuisse Antonino Caracallæ. Sed quid est, quod aliæ Leges ejusdem Severi datæ dicuntur *Dextro II.* & *Crispino Cos.* aut *Dextro* & *Prisco*, quem *Priscum* alia monumenta exhibent ad hunc eumdem Annum 196.? Nobis utique certum futurum est, *Priscum* hoc Anno processisse Consulem. At pro certissimo quoque habendum, *Fusco* fecundum Consulatum fuisse defatum hoc ipso Anno; neque enim Mediolanensis Lapis de hoc dubitare nos sinit. Quamobrem aut *Priscus* Cognomen etiam *Fusci* gessit, aut *Fuscus* ei fuffectus fuit ante diem *III. Idus Junias*, quo *dedicata* fuit hæc Ara. De Mercurio *Lucrorum* Præside (Κυρίῳ; Græcis dicebatur) nil adferam in re notâ.

Anno U. C. 949.
Æræ Ch. 197.

APP. CLAUDIUS LATERANUS. }
.....RUFINUS. } Cos.

Fortaſſis ad hunc Annum & Conſulem *Appium Claudium* pertinet ſubſequens Inſcriptio a quodam ejus nominis Conſule poſita *Claudiæ Sabinillæ* filiæ.

1 *Neapoli*,
apud Patres Oratorii Philippini.
Miſit doctiſſ. V. Ignatius Maria Como,
Patricius Neapolita.

AENEADVM FASTIS EX ORDINE CONSVL
VA PROGENIES CLAVDIVS APPIADVM
SABINILLAE DAT DVLCI MOENIA NATAE
NVS GENITOR DE RVDE COEPTA SOLO
MEA CLAVDIA LVCIS IN AEVO
EPIDAM PVLCHRA ANVS IN SVBOLEM

Anno U. C. 950.
Æræ Ch. 198.

TIBERIUS SATURNINUS. }
C. GALLUS. } Cos.

Vide in Chaſſe Geograph. Inſcriptionem poſitam *Antonino* Caracallæ Auguſto a *Capenatibus fœderatis*, *Saturnino & Gallo Conſulibus*.

Anno U. C. 951.
Ær. Ch. 199.

P. CORNELIUS ANULINUS II. }
M. AUFIDIUS FRONTO. } Cos.

Anno U. C. 952.
Æræ Chriſti 200.

TIBERIUS CLAUDIUS SEVERUS. }
C. AUFIDIUS VICTORINUS. } Cos.

2 *Romæ*,
in Muſeo Eminentiſſ. Cardinalis Corſinii, Ara Anno Chriſti 1733. effoſſa.
Miſit Franciſcus Marchio Otterius V. Cl.

In uno latere.	*In facie.*	*In alio latere.*
ET. GENIO	PRO. SALVTE	NOMINA. P TVRMAE
TVRMAE. PRO	ITV. REDITV	IVL. MASCEL. DEC
REDITVS. EO	ET. VICTORIA	NONIVS. SEVERVS. DVP
RVM. AB. EX	IMPP. CAESS	IVL. VICTORINVS. SESQ
PEDITIONE	L. SEPT. SEVERI	AVR. MVCATRAI
PARTHICA	PII. PERT. AVG	AVR. LVCIV S
QVOD. VOVE	ARABIC. ADIAB	AEL. CRESCENS. SIG
RAT. ARAM	PONT. ET. PART	AVR. VICTOR. ARM
MARMOREAM	MAX. TR. POT. VIII	AVR. ATERO. CVR
POSVIT. SVA	IMP. XI. COS. II	AEL. VICTOR. BE
PECVNIA	PROCOS. P. P. ET	CL. VICTORINVS. LIB
M. AVRELIVS	M. AVR. ANTO	IVL. VINDEX. BE
NEPOS. RE	NINI. PII. FELI	AVR. NEPOS
MANSOR	CIS. AVG. TR. POT	AEL. MARCELLINVS
DEDICATA	III. PROCOS [illegible]	IVL. MARTINVS
KAL. APRIL	[illegible]	AEL. MAXIMVS
SEVERO. ET	[illegible] ET IVLIAE	IVL. RVFINVS
VICTORINO	AVG. M. K [illegible]	CLAD. VICTO R
COS	[illegible]	AVR. GAVIVS
		SEPT. GET A
		AVR. CLEMENS
		AVR. DIX O
		AEL. SEVERVS
		FL. DIODOTVS
		IVL. SABINVS
		AEL. LONGINIANVS
		AVR. FIRMINVS
		IVL. VRSVLVS
		IVL. MAXIMVS

Marmor iſtud continuo Romæ evulgavit, notiſque ſuis illuſtravit V. Cl. Abbas Rodulfinus Venuti.

Anno U. C. 953.
Æræ Ch. 201.
L. ANNIUS FABIANUS. } Cos.
M. NONIUS MUCIANUS. }

1 *Aquilejæ.*
Ex Cl. V. Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.

TROPHIMO
LIB
FABIANVS
CO

2 *Ibidem.*
Ex eodem.

NAICO
SER
VNCTORI
FABIANVS
COS

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

PHAEBIANO
SER
MEDICO
FABIANVS
COS

Suspicatus est doctissimus a Turre, *Fabianum* hunc *Duumvirum* Aquilejensem, sive *Quatuorvirum* fuisse; *Consulis* vero nomen tributum ejusmodi Magistratibus in primariis Civitatibus. Eco rem, quam prælaudatus Episcopus cum Norisio fatetur obscuram, in suis tenebris reliquo, id tantummodo addens, habere nos hoc Anno *Fabianum* Consulem Romanum, fierique potuisse, ut is in Civitate Aquilejensi titulos hosce Libertis, ac Servis suis posuerit. Alterum Lapidem addo ex Dacia, sive Transilvania, atque ex oppido Petendræ Comitatus Tordæ Vindobonam advectum.

4 *Vindobonæ.*
Missit Pius Nicolaus Garelli,
Eques, & Consiliarius Cæsareus.

PRO SAL
DOM. N̄N̄
L. SEPT. SEVER
ET.
M. AVR. ANTO
NINI ET
.....
CAES. AVGG
CVLT. IOVIS

DEDIC
VIII. K. AVG
MVCIANO ET
FABIANO
COS

In septima linea erasum videtur nomen *Getæ* post ejus mortem ab Adulatore quopiam Caracallæ Augusti. Rupertus in Epistola ad Reinesium pag. 426. *Mucianæ* Consilia nomen scribendum putavit MARCUS NONIUS ARRIUS MUCIANUS, Merito sane. Confirmatam habes a subsequenti Lapide illius conjecturam.

5 *Predorii in agro Bergomate.*
Ex Patre Cælestino.

DIANAE
SACRVM
M. NONIVS
ARRIVS
MVCIANVS. C. V.
COS. V. S

Anno U. C. 954.
Æræ Ch. 202.
L. SEPTIMIUS SEVERUS IMP. AUG. III. } Cos.
M. AURELIUS ANTONINVS IMP. AUG. }

6 *Romæ.*
E fabricis meis.

IMP. L. SEPTIMIVS SEVERVS
PERTINAX. AVG. P. M. COS, III
D. TR. PL. IOVI OPTIMO
MAX. SALVTARI
ID. APR. IVNONIQVE
REGINAE COLVMNAM
EREXIT

In linea tertia vitium inesse puto figlis D. TR. PL. Fortasse restituendum TR. POT. PP. idest *Tribuniciâ Potestate, Pater Patriæ.*

7 *Romæ, fragmentum marmoreum in Musco Albano.*

IMP. CAES. L. SEP. SEVERO PIO PERTIN. AVG. N.
III. ET IMP. M. AVRELIO ANTONINO AVG. FIL. COS

1 *Romæ,*
in Vinea Sciarræ.
E schedis Ptolomeis.

MILITES COH. XII. VRB
M. PONTIVS SABINIANVS TVDER
VERT STIP. XVIIII. C. AVRELIVS
ALEXANDER DYRRH TREBI STIP
VIII. L. AELIVS DONATVS BENIV
TREBI STIP. XIIII. IMAGINES DOMINO
RVM NN. ET AEDICVLAM ET ARAM DE
SVO FECERVNT DEDICAVERVNT
VII. KAL. OCTOB. DVOB. AVGG. SEVE
RO III. ET ANTONINO PIO COS

Tres isti Milites annos Stipendiorum, sive Militiæ suæ exprimunt. Indicant & patriam, videlicet *Tudertum*, *Dyrrhachium*; & *Beneventum*; quippe legendum in quintâ lineâ BENEV. pro BENIV. Centurionem quoque Centuriæ utriusque produnt, scilicet *Verum*, ac *Trebium*.

2 *Ibidem,*
in Musæo Eminentiss. Cardinalis Corsinii.
Ex Rodulphino Venuti *V. Cl.*

In anteriori facie.

HERCVLI. INVICTO. SACRVM
GENIO. NVM. EQ. SING
AVGG. N N. PRO SALVTE
IMP. CESAR. L. SEPTIMI
SEVERI. ET. M. AVRELI AN
TONINI
ET. IVLIAE. AVG. MATRI
CASTOR. HAVG
DO
MVS. DIVINE. TRIB
OCCIO. VALENTE. ET. OCTAVIO
PISONI. ET TI. EXERC. FL
TITIANO ET AVREL LVPO
C. IVLIVS SECVNDVS
VEXIL ERE SVO DEO. DO. D

In latere sinistro.

DEDIK IDIB SEPT
SEVERO III. ET ANTONINO AV
GG NN COS

GENIO NVM. EQ. SIGN. in secundâ lineâ, hoc est, *Genio Numeri Equitum Singularium*. In quartâ CESAR. pro CAESAR. In nonâ DIVINE pro DIVINAE. In undecimâ pro ET. TI. legunt alii, & fortasse rectiùs ET 77. idest, *Et Centurionibus* Exercitus. In postremâ demum lineâ scriptum ERE pro AERE. Omnia hæc oscitantiæ Marmorarii tribuenda.

Anno U. C. 955.
Ær. Ch. 203.
L. FULVIUS PLAUTIANUS II. } Coss.
P. SEPTIMIUS GETA. }

Anno U. C. 956.
Æræ Ch. 204.
L. FABIUS SEPTIMINUS CILO II. } Cos.
FLAVIUS LIBO. }

1 *Romæ, in Cœmeterio Priscillæ.*
Ex Boldetto.

XL. L. FAB. CIL. M. ANN. LIB. COS.

Multis disputationibus agitatum videas Collegium Consulum hujus Anni apud Relandum & Stampam. Antequam quid mihi videatur similius, exponam, accipe monumentum alterum.

2 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Ex Cl. V. Francisco Blanchinio.

(a)
P. COELIO APOLLINARE COS
P. R. C. A. DCCCCXXII
Q. CLODIVS MARCELLINVS
(b) COOPTATVS
T. AELIO CILONE II. FLABIO LIBONE
P. R. C. A. DCCCCL
M. VALERIVS PAETVS AQVIL
(c) COOPTATVS
C. IVNIO ASPRO II. C. IVLIO ASPRO
P. R. C. A. DCCCCLX
L. IVLIVS FAVSTINIANVS
(d) COOPTATVS
AVG. III. ET COMA
P. R. C. A. DCCCCLXXX

(a) Idest *Anno post Romam Conditam* 922. Æræ Christianæ 169. Nam heic alia Epocha adhibetur ab Urbe Condita.

(b) Hoc est: Anno Ch. 204.

(c) Nempe: Anno Ch. 212.

(d) Scilicet: Anno Ch. 220.

Marmor istud, sed non integrum, ediderat etiam Fabrettus. Itaque, ut vides, hujus Anni primus Consul in editione Blanchiniana appellatur T. AELIVS CILO *Secundum* Consul, qui L. FABIVS CILO II. est Relando, & Stampæ. Quod mirere, in editione Fabretti legitur FABIO CILONE II. Utri fit tribuendus, aut calami error, aut temere immutata marmoris lectio, quæsivi, renuntiumque mihi fuit, in Marmore legi revera FABIO CILONE II. Præterea *Fabium Cilonem* esse scribendum, nos monent Inscriptiones aliæ a Relando laudatæ. In Prænomine Marmora ipsa discordant, aliis *Lucium*, aliis *Marcum* præferentibus. In Blanchiniano Lapide is etiam nuncupatur *Titus*. Ego *Lucium Fabium* præferendum puto: quod & confirmatum videas a priori Inscriptione nuper a me exhibita ad Annum Christi 103. Quod est ad alterum Consulem, is uti vidimus, a Relando & Stampa appellatur FLAVIVS LIBO. Neque aliter in Blanchiniana Inscriptione. At in priori ex Boldetto desumta vidimus M. ANNI LIBONIS nomine donatum. Nisi & hunc veluti geminus Gentis gessisse nomen (quemadmodum apud Gruterum pag. 933. num. 10. occurrit *TI. ANNIVS CLAVDIVS*) alterutram ex hisce Inscriptionibus depravatam fateri cogemur. In marmore Gudiano is nuncupatur L. LIBO. Animadvertas etiam velim, primum e Consulibus Anni Christi 212. appellari heic C. IVNIVM, qui aliis est C. IVLIVS.

Anno U. C. 957.
Æræ Ch. 205.
M. AURELIUS ANTONINUS CARACALLA IMP. AVG. II. } Cos.
P. SEPTIMIUS GETA CÆSAR. }

3 *Terani, sive Trani.*
E schedis Farnesiis.

DEDIC. IDIB. IVL. IMP. M. AVRELIO
ANTONINO. AVG. PIO. FELICI. IT.

Anno quoque Æræ Christi 179. *Marcus Aurelius Commodus Augustus Secundum* Consulatum iniit. Sed mihi veri similius videtur, agi heic de *Antonino Caracalla* Augusto, qui hunc Annum secundo Consulatu aperuit.

1

Romæ,
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.



CL. MAXIMVS. ARMCV SERAPIO COMMARI
AVR. GEMINIVSI. MAVTA. SEVTIO
PAPNEPOSITVS CVR. POMP. MARCELLINV S
VAL. VALENTINV S. T. AV[illegible]TINV S
AVR. SERENV S AEL VERV S
AVR. AMMONIV S AVR. VALEN S
CL. PETRONIANV S IVSTVS VICTO R
ASP. TVLLIONIV S ARCISIL. APRONIANV S
EPRETAS ZEN O CL. VALENTIANV S
DARZE MACATR V EVDARRIANV S
AVR. LVCIDV S ARREVDAEMO N
DOMIT. MARINV S BRAD PROBV S
IVL. MARINV S CAESF. TERTVLLV S
AVREL. B. TV S AVREL. SERVANDV S
VAL. MANSVETV S
AEL. VALERIANV S
AVR. IANVARIV S FACTVS DEC. IN PRO
VINC. SYRIA FOINICIA. ET. AVREL
MAXIMINV S FACT. DEC. IN PROV
DALMATIA SVB
MAECIO. LAETO. ET. AEMILIO
PAPINIANO. PP. PP. MEM
OCTAVIO PISONE. ET VALERIO
HERCVLANO. TRIBB. EQVIT. SING
DDD. NNN. AVGGG. ET AELIO
FLAVIANO. ET AVR. LVPO. ET
VLPIO. PAETO. 7. 77. EXERCITATOR
DEDIC. IMPP. M. AVRELIO
ANTONINO II. IT. P. SEPTIMIO
GETA COSS. V. KAL. IVNIAS.

Optassem, ut accuratius exscriptum haberemus hoc Marmor. Contendit Pagius in Critica Baroniana, *Getam* dumtaxat Anno Christi 208. *Augustum* fuisse renuntiatum a Severo Augusto patre. Si omnia recte se haberent in Inscriptione ista, ita ut sine dubitatione ad præsentem Annum Christi 205. ea pertineret, quo revera *Marcus Aurelius Caracalla* secundùm Consul processit, & *Geta* primùm in Fastis apparuit: abjicienda foret Pagii sententia, scribendumque esset hoc Anno P. SEPTIMIVS GETA IMP. AVG. COS. Certe hæc diserte memorantur DDD. NNN. AVGGG. idest *Domini Nostri Augusti* (Tres) inter quos *Geta*. Verùm quum apud Boldettum occurrat M. AVRELIO ANTONI NO II. IT. literæ postremæ rem turbant, ingerunique suspicionem, legendum esse ANTONINO III atque indicari Annum Christi 208. quo decurrente auctor est Pagius exordium fuisse nomini, ac Imperio *Augusteo* Getæ. Attamen animadverte, *Getam* sine ulla nota numerali Consulem inscribi: quod præsentis Anni indicium est. Quid verò, si ex accuratiori Marmoris hujus pervestigatione fortassis illud IT. temporis injuriâ semiexesum, legendum foret pro ET?

Anno U. C. 958.
Æræ Ch. 206.
NVMMIUS ALBINUS. } Cos.
FULVIUS ÆMILIANUS. }

Priori Consuli *Nummio Albino* addendum est prænomen *Marci* ex Inscriptione a Fabretto evulgata pag. 100.

1 *Romæ,*
in hortis Barberinis.

TRITVRRII
M. NVMMIO. ALBINO. V. C.
QVAESTORI. CANDIDATO
PRAETORI. VRBANO. COMITI
DOMESTICO. ORDINIS. PRIMI. ET
CONSVLI. ORDINARIO ITERVM
L. NVMMIVS. SECVNDVS. EIVS

Supra ad Annum Christi 175. vidimus, *Didio Juliano*, qui Anno 193. renuntiatus est Imperator Augustus, fratrem fuisse *Nummium Albinum*. An eidem aliquid rei sit cum *Albino* Consule hujus Anni, ignoro ego, neque facile quisquam aliis noscat. *Æmilianus* hujus Anni Consul, is mihi creditur, qui infra Class. VII. inter Public. Decret. appellatur in Inscriptione Ancyrana L. FVLVIVS RVSTICVS ÆMILIANVS. Ad hunc ipsum Annum spectat sequens Inscriptio inter Donianas Class. III. num. 44.

2 *Romæ.*
Ex Clariss. Gorio.

L. SEPTIMI. GETAE
SAECVLARIA
SAECVLI. FELICITAS
P. PETRONIVS. FAVSTVS. AVGVR
KAL. AVG. N COLLEGI
MVMMIO. ALBINO. FVLVIO. AEMILIANÓ. COS

Legendum NVMMIO, uti etiam Gorius animadvertit. *Nomine Collegii* Augurum dicta fuit hæc Inscriptio. *Secularia* pro *Ludi Seculares*, scriptum opinor. In Nummis quoque Getæ videas SAECVLARIA SACRA S. C. Quod mirere, Geta hoc absque Cæsarei nominis honore; quum tamen *Cæsar* esset, exhibetur. Hisce major lux accedet ex hac altera Inscriptione.

3 *Romæ,*
in Musæo Eminentiss. Card. Alexandri Albani.

M. NVMMIO VMBRIO
PRIMO M. FILIO GAL
SENECIONI ALBINO
COS. PR. CANDIDATO
LEG. PROV. AFRICAE LEG
ASIAE Q. CANDID

Habes integra nomina hujus *Albini* Consulis, patrem ejus, Tribum, nempe *Galeriam*, & honorificentissima quædam munera.

Anno U. C. 959.
Æræ Ch. 207.
..... APER. } Cos.
..... MAXIMUS. }

Anno U. C. 960.
Æræ Ch. 208.
M. AUREL. ANTONIN. CARACALLA } Cos.
IMP. AVG. III. }
P. SEPTIMIUS GETA CAESAR II. }

4 *In Civitate Atinæ.*
Ex Patre Bonaventura Taulero.

OB. PVDICITIAM. IVNIAE
CRATILLAE. ATINATES. PVBLICE
STATVAM. PONENDAM. CENSVE
RVNT. ET. SCHOLAM. DEDERVNT
QVAM. IVNIVS. SYRIARCHES. CVM
FILIIS. EXORNAVIT. DEDICAVITQVE

DEDICAVIT. IPSE. X. KAL. IVN.
IMP. M. ANTONINO. III. CON. ET
DEDIT. SPORTVLAS. DEC. H-S
XXX. N. PLEBI. VRB. H-S. VL. N.

Inter Donianas hæc legitur, sed prætermissis quatuor postremis lineis. Pro SCHOLAM in altero exemplo habetur STOLAM.

Anno U. C. 961.
Æræ Ch. 209.
CIVICA POMPEJANUS. } Cos.
LOLLIANUS AVITUS. }

5 *Romæ,*
juxta Sanctissimæ Trinitatis.
Ex Vignolio V. Cl.

AVRELIO MVCIANO
MIL. COH. V. PR
BARBATI MILITA
RE COEPIT POMPE
IANO ET AVITO COS
ANN XV VIXIT ANN
XLV NATVS TREM
ONTIAE CL. PAVLINA
(*sic*) COIVGI KARISSIMO
EX TESTAMENTO
FECIT

Anno U. C. 962.
Aer. Ch. 210.
M. ACILIUS FAUSTINUS. } Cos.
... TRIARIUS RUFINUS. }

6 *In ruinis Urbis* Teeten,
devastatæ in Hungaria.
E schedis Alexandri Marchionis Capponii.

HERCVLI AVGVSTO
VOSAIV F. DDD. MM[illegible] R
GG. COET CIVS [illegible] VB. CORVINVS
I. FAVSTINO [illegible] T. COS

Anno U. C. 963.
Aer. Ch. 211.
LOLLIANUS GENTIANUS. } Cos.
POMPONIUS BASSUS. }

Anno U. C. 964.
Ær. Ch. 212.
C. JULIUS ASPER II.)
C. JULIUS ASPER.) Cos.

1 *Prope Grottaferratam.*
Miſit Johannes Joſeph Ramagginius.

ASPER (*ſic*)
BIS COSVL
PRAEFECTVS
VRBI

2 *Ibidem.*

IVLIAE IVLIANAE SORORI ASPRI

Eo in loco effoſſe fuerunt undecim Statuæ togatæ cum aliis Marmoribus. Spectat autem hæc Inſcriptio ad primum ex hiſce Conſulibus, qui, ut ex Lapide iſto diſcimus, Urbanam quoque Præfecturam geſſit. Ægre ad credendum inducor, utrumque ex hiſce fratribus GAII prænomine fuiſſe inſignitum.

Anno U. C. 965.
Æræ Ch. 213.
IMP. M. AURELIUS ANTONINUS CARACALLA AUG. IV.) Cos.
D. CÆLIUS BALBINUS II.)

De nomine alterius Conſulis Bucherius, Noriſius, & alii diſceptarunt, hi *Albinum*, alii *Balbinum* appellantes. Pleraque monumenta apud Relandum collecta evincunt, *Balbinum* ei fuiſſe Cognomen. Ex Inſcriptione Gruteriana pag. 44. num. 2. quæ habet D. CÆILIO BALBINO II. COS. additum ei fuit Nomen *D. Cælii*. *Balbini* quoque Cognomen retinendum perſuadere poteſt altera hæc Inſcriptio.

3 *In Arce Tarraconenſi.*
Ex Donio.

AVCTORITATE. IMP. CAES
M. AVRELII. ANTONINI. PII. FELIC.
AVG. PARTHIC MAX. BRIT. MAX.
PONT. MAX ET. DECRETO COLL
XV. SAC. FAC. SERVIVS. CALPVRNIVS
DOMITIVS. DEXTER. PROMAGIST. ARAM
CIRCES. SANCTISSIMAE. RESTITVIT
DEDICAT. XVII K. IVL. IMP. ANTONINO
AVG. IIII. BALBINO II. COS

Attamen conſideres velim, quæ protuli ſupra ad Annum Chriſti 206. Ibi videlicet commemorata a me fuit Inſcriptio ab oculato teſte Fabretto evulgata, & poſita *M. Nummio Albino V. C. Conſuli Ordinario iterum*, hoc eſt, bis Conſuli ordinario. Primum Albini iſtius Conſulatum eodem Anno 206. unuſquiſque agnoſcit. Alterum quis mihi indicat? Uti norunt omnes, in Faſtis, & Legibus nomina Conſulum Ordinariorum in primis ſcribebantur. Noriſius tamen, Relandus, Stampa, & alii nuſquam nobis offerunt *Nummii Albini* Conſulatum alterum. Quidni putemus, ipſum proceſſiſſe Conſulem iterum hoc ipſo Anno? Et ſane apud Relandum legas duas Leges ad hunc Annum ſpectantes, & datas *Antonino Auguſto IV. & Albino Coſs.* In Chronico Alexandrino occurrunt hoc Anno nomina Conſulum Αντωνινου Αυγουστου το δ' και Αλβινου, ideſt *Antonini Auguſti IV. & Albini*. Faſti quoque a Cuſpiniano editi habent *Albinum*. Niſi Albinum noſtrum Conſulem velis Anno Chriſti 194. (quod difficillimum puto) heic alter illius Conſulatus ſtatuendus videtur, ac præcipue quod in tribus Gruterianis Inſcriptionibus a Relando laudatis, ſignatur hic Annus *Antonino Aug. IV.* & *Balbino II. Coſs.* Pro ALBINO aut illorum temporum marmorarii, aut qui demum eas tabulas deſcripſere, BALBINO fortaſſe poſuerint. Vide ſupra ad Annum Chriſti 137.

Anno U. C. 966.
Æræ Ch. 214.
..... SILIUS MESSALLA.) Cos.
..... SABINUS.)

Anno U. C. 967.
Æræ Ch. 215.
..... LÆTUS II.) Cos.
..... CEREALIS.)

Ad primum ex hiſce Conſulibus ſpectat, ut puto, Inſcriptio ſubſequens, cujus ope intelligimus, *Lætum Urbanis Faſcibus auctum* exhibuiſſe Populo *Sabinos Ludos*, ideſt *Certamina*, quæ qualia fuerint, nondum didici. *Lætus* iſte etiam *Tacitus*, aut *Tatius*, ſeu *Catius*, ut habent alia ſchedæ, appellatus fuit.

4 *Oſtiæ.*
E ſchedis Ambroſianis, ac Donio.

LITTORIBVS. NOSTRIS. QVONIAM. CERTAMINA. LAETVM
EXHIBVISSE. IVVAT. CASTOR. VENERANDEQVE. POLLVX
MVNERE. PRO. TANTO. FACIEM. CERTAMINIS. AEQVAM
MAGNA IOVIS. PROLES. VESTRA. PRO. SEDE. LOCAVI
VRBANIS. TACITVS. GAVDENS. ME. FASCIBVS. AVCTVM
NEPTVNOQ. PATRI. LVDOS. FECISSE. SABINOS

Donius in primo verſu pro LAETVM habet LETVM. In tertio pro AEQVAM legit IPSAM. In quinto pro TACITVS ſcripſit CATIVS. Propterea veri videtur ſimile, ei fuiſſe nomen CATIVS LAETVS.

Anno U. C. 968.
Æræ Ch. 216.
C. ATIUS SABINUS II.)
... CORNELIUS ANULINUS.) Cos.

Anno U. C 969.
Ær. Ch. 217.
C. BRUTTIUS PRÆSENS.)
T. MESSIUS EXTRICATUS II.) Cos.

Anno U. C. 970.
Æræ Christi 218.

M. OPELIUS SEVERUS MACRINUS IMP. AUG. II.
Q. M. COCLATINUS ADVENTUS II. } Cos.

1 *Romæ,*
juxta S.ctis Andreæ ad Sepes.
Ex Donio.

DIANA
CARICIANA
M. AVRELIVS CARICVS
AQVARIVS HVIVS LOC
GVM LIBERTIS ET ALVM
NIS
M. D [illegible] D. AVG. ET
DEDIC. IDIB. AVG.
OCLATINO. ADVENTO. COS

DIANAE CARICIANAE in primis lineis fortasse scriptum fuit, aut saltem legendum est. Quum eo Anno ereptus e vivis fuerit *Macrinus Augustus*, propterea *Adventi* unius per aliquod tempus facta fuit mentio in Actis publicis, donec *Antoninus Elagabalus* novus Imperator dedit nomen Fastis. COCLATINI nomen ab iis, qui Fastos Sæculo proxime præterito digesserunt, *Advento* tribuitur. Heic OCLATINUS est. Uno Fabretti Lapide primum nititur nomen; alterum præsenti Inscriptione. Mihi præferendum videtur postremum, donec alia monumenta prodeant. Nam *Oclatinus* efformatum fuit ex *Octavius*, nomine Romanis non ignoto. *Coclatinus* verò, si e *Cocles* detivatur, *Cocletinum* dare debuerat. Dicitur etiam *Consul II.* Sed fortassis istud quoque nutat. Libenter sanè scrutatus fuissem oculis meis subsequentem inscriptionem, cujus exemplum ad me misit Clariss. Vir Franciscus Ficoronius.

2 *Romæ*
in Villa Fonseca sub monte Cælio
in basi grandis molis.

DEDIC. PR. ID. MART.
IMP....DRIANI AVG. COS
ET
OCT. LATINIO ADVENTO

In postica.

IVNONI SANCTAE
IVSSO (*sic*) IOVIS
DOLYCHEN
P. AELIVS MIRON
NEG DD.

Hadriani nomen illic haberi persuadere mihi non possum. Pro OCT. LATINIO scriptum ibi videtur OCLATINIO.

Anno U. C. 971.
Æræ Ch. 219.

M. AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS IMP. AUG. II. } Cos.
..... SACERDOS II. }

3 *Romæ,*
in Thermis Antonianis.
Ex Ligorio.

DEDIC. KAL. IAN. DOMINO. N
ANTONINO. PIO. FEL. AVG. II.
ET. SACERDOTE. II. COS. PER
FELICEM. AVG. LIB. PROC

Anno U. C. 972.
Æræ Christi 220.

M. AURELIUS ANTONIN. ELAGABALUS AUG. III. } Cos.
EUTYCHIANUS COMAZON. }

Anno U. C. 973.
Ær. Ch. 221.

..... GRATUS SABINIANUS. } Cos.
..... CLAUDIUS SELEUCUS. }

Anno U. C. 974.
Ær. Ch. 222.

M. AURELIUS ANTONIN. ELAGABALUS IMP. AVG. IV. } Cos.
M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER CÆSAR. }

Anno U. C. 975.
Æræ Ch. 223.

L. MARIUS MAXIMUS II. } Cos.
L. ROSCIUS ÆLIANUS. }

4 *Romæ,*
in Monte Cælio.
Ex Ligorio.

L. MARIO MAXI
MO. V. C. PRAEF
VRBI. COS
Q. ATTIVS. Q. F
SABINVS
OB. MER

5 *Romæ,*
Ex eodem.

IOVI. O. M. ET
FIDEI. CAND. SACR
PRO. SALVTE
L. MARI. MAXIMI
C. V. PRAEF. VRB
COS. SVFFRAGATOR
Q. ATTIVS COLL
F. C.

Addere heic liceat insignem Inscriptionem, quam ex Musco Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani descripsit, & ad me misit Cl. V. Franciscus Blanchinius.

Romæ

1 *Romæ,*
in Muſeo Albano.

LARIBVS AVGVSTIS ET GENIS CAESARVM
IMP. CAESARI D. NERVAE FILIO NERVAE TRAIANO AVG. GERM PONTIFICI MAXIMO TRIB. POT. IIII. DESI
PERMISSV C. CASSI INTERAMNANI PISIBANI PRISCI PRAETORIS AEDICVLAM REG XIIII. VICI CENSORI MAGISTRI ANNI
VETVSTATE DILAPSAM IMPENSA SVA RESTITVERVNT IDEM PR. PROBAVIT
L. ROSCIO AELIANO L. CERCENIVS L. LIB. HERMES M. LIVIVS D. LIB. DONAX DEDIC
TI. CLAVDIO SACERDOTE P. RVTILIVS. P. F. PRISCVS L. CORANIVS L. LIB. EVARISTVS IIII. K. IAN

Duplicem hic haberi Inſcriptionem opinor, alteram altera vetuſtiorem. Prior poſita Anno Chriſti 100. quum *Ædicula Regionis Quartadecimæ Vici Cenſorii* dedicata fuit *Laribus Auguſtis*, ac *Genis Cæſarum*. Quæ quidem Ædes, quum vetuſtatis injurias ſenſiſſet, reſtituta eſt *Lucio Roſcio Æliano*, & *Tiberio Claudio Sacerdote*, uti videtur, Conſulibus. Videtur, inquam; nam in laterculis Conſulum gemina hæc nomina conjuncta minime occurrunt. Anno Chriſti 210. Conſulatum geſſere, ut ſupra vidimus, *Elagabalus Auguſtus II.* & *Sacerdos II.* Tum præſenti Anno 223. Conſules in Faſtis ſcribuntur *Maximus II.* & *Lucius Roſcius Ælianus*. Nullus dubito, quin illuſtres iſti duo viri in Inſcriptione hac memorati, iidem ſint cum illis, qui per ea tempora Faſtis dedere nomen; atque hinc educi poſſe videntur Prænomen, & Nomen antea ignota *Sacerdotis*, ſcilicet

TIBERIUS CLAUDIUS SACERDOS.

Sed an is una cum *Æliano* proceſſerit Conſul, & quoties proceſſerit, ad quemnam Annum referendus ſit eorum Conſulatus, id mihi prorſus ignorum. Certe quum Anno Chriſti 219. *Sacerdos Conſul II.* dicatur, neceſſe eſt, ut is aliquo præcedenti Anno Conſulatum primum geſſerit.

2 *Prope Civitam.*
Ex Cupero V. Cl.

IN H D. D. PRO
SALVTE. IMP. SEVERI
ALEXANDRI. AVG. DEO
APOLLINI. DYSEROLVS
OLO DE MILITES. LEG.
XXX. V. V. P F. SVB. CVRA
AGENT. T. F. APRI. COM
MODIANI LEG. AVG. P. P. ∃
CANVTI MODESTI LEG
LEG. SEPT. MVCATRA
IMAG ET. SEPT. GALLVS
ET. SEPT. MVCATRA. ET
SEPT. DEOSPOR. ET SEPT
SAMNVS. ∃. SEPT. MVCATRA
CANDIDATI. V. S. L. M
MAXIMO. ET. AELIANO. COS.

Altingius in Notitia Germ. Inſer. legit in poſtremâ lineâ MAXIMO II. ET AELIANO. COS. In quartâ habet DYS PROCVLVS. In nonâ CANNVTI. In undecimâ CALLVS. In decimaquartâ SAMVS.

Anno U. C. 976.
Ær. Ch. 224.

..... JULIANUS II. } Coſs.
..... CRISPINUS. }

3 *In Dacia,*
ſive in Tranſilvania.
Miſit Cl. V. Apoſtolus Zeno.

I. O. M
DIVO FVLC
RALIS. SACRVM
IVLIANO. ET CRIS
PINO. COS

Sine nota iterati Conſulatus *Julianus* memoratur a multis. Neque eadem nota occurrit in Faſtis Theonis, quos & ego deſcripſeram e vetuſtiſſimo Codice Bibliothecæ Ambroſianæ. Pro FVLC. legendum puto FVLG. ideſt *Fulguratori*. Subjungere hic juvat alteram Inſcriptionem, quamquam ignorem, an ad hunc locum ſpectet.

Romæ

1 *Romæ, lapis effossus in Monte Cælio Anno Christi 1735. apud Franciscum Ficoronium V. Cl.*

C. CLODIVS CRISPINVS COS
Q. RAMMIO MARTIALE PR. C. MAESIO TERTIO
C. NVMERIO ALBANO TR SPR
C. IVLI. C. F. SER. RVFI IADER. PRINCIPAES (*sic*)
INFRASCRIPTI. AEDICVLAM ET GENIVM CENTVRIAE D D
Q. MARIVS. AVID. PROCVLVS. HIIARN. SIMILIS. BLIAB
SEX. IVL. TROM. CLEMENS. VOLSOC. TR. M. TERINTVS PR. CALLISTVS TIC
C. LVCRETIVS AN VERECVND EAIBVC. N 7. M. NONIVS FAB. PROBVS ROM
BVIPARA C. MESSIVS ARNA PER HIST NORIC. C. PETVRCIVS CRVNOENS INTIM
VEX IN 7 L. POSTVMIVS ROMIAXI [illegible] PERSEI TR. TI. CLADIS M LATIANVS SVRR
OPLO IN C. ANTISTIVS MAE FAXIN NAP EX OPT
TESS IN 7 TRAN. INSTI. APONIVS AN MATERNO FOR I
B. TRIB
LIBIAR SER

Anno quoque Christi 187. alter *Crispinus* Consul in Fastis memoratur, Prænomine pariter & Nomine destituta. Si heic revera *Consulis* alicujus est mentio, incertum arbitror, utrum hic Lapis ad Annum illum, an ad ipsum sit referendus. Ceterum in Epigrammate hoc vereor, ne exesæ literæ tenebras nobis pepererint.

Anno U. C. 977.
Ær. Ch. 225.
. . . . . FUSCUS II.)
. . . . . DEXTER.) Cos.

Anno U. C. 978.
Ær. Ch. 226.
IMP. M. AURELIUS ALEXANDER AUG. II.)
C. MARCELLUS QUINCTILIANUS II.) Cos.

Alterum ex hisce Consulibus *Marcellum* quæque monumenta appellant. Una Inscriptio Gudiana Relandum, & Stamp. adduxit ad hunc appellandum *Cajum Marcellum Quinctilianum*. Sed veteor, ne nobis fucum faciat ejusmodi marmor. Certe cum ipso componendum supereft hoc alterum.

2 *Lugduni. Ex Clarisſ. Marchione Maffejo.*

CN. PLAETORIVS. MACRINVS
COLONIS ET INCOLIS
EX. EA. PEQVNIA. QVAE. EI. IN
STATVAS. CONLATA. EST
[illegible]RO ALB[illegible]RO [illegible]IO
L. AVFIDIO MARCELLO II COS
SPLENDIDISSIMI VECTIGALIS MASSAE
FERRARIARVM
MEMMIAE SOSANDRIDIS C. F. QVOD
AGITVR SVB CVRA
AVRELI NEREI SOC[illegible]VECTIGALIS

Si ad hunc Annum referenda foret Gudiana Inscriptio effomata IMP. CAES. M. AVRELIO ALEXANDRO SEVERO PIO AVG. II. & C. MARCELLO QVINTILIANO, *vix* intelligi poffet, cur cetera monumenta *Marcellum* conſi-nter exhibeant, *Quintilianum* numquam; quum fere ſemper veteres e poſteriori Cognomine Conſulem indicarent. Accedit, quod ibi *Marcellus* minime appellatur *Conſul II.* qualis appellandus erat, uti conſtat ex duabus aliis Inſcriptionibus apud Fabrettum pag. 279. Quare ſit locus conjecturæ meæ. Ad Annum Chriſti 235. referenda eſt Gudiana Inſcriptio; quippe illo Conſules proceſſere *Severus*, & *Quintianus*. *Quintianus* idem eſt ac *Quintilianus* breviarum, uti *Servianus pro Serviliamus*; atque is in nonnullis Caſſiodorii Codicibus *Quintilianus* nuncupatur. *Severus* idem eſt atque *Marcus Aurelius Alexander Severus* Auguſtus, qui eodem Anno Chriſti 235. *Conſul Quartum* proceſſit; atque adeo in Gudiano marmore ſcribendum videtur AVG. IV. pro AVG. II. Is autem optimus Princeps, poſtquam ab impio Maximino trucidatus fuit, *Severi* tantum nomine a multis memoratus nihil creditur, ob metum truculenti Succeſſoris. Aut eidem Auguſto e vivis ſublato, ſuſfectus alter Conſul, cui cognomen fuit *Severus*. Redeo nunc ad Inſcriptionem Maffejanam. Exeſæ in quinta linea literæ primum Conſulem nobis eripuere. Earum tamen veſtigia ei ſunt, ut ego legendum ibi opiner: M. AVR. ALEXANDRO AVG II. Alter verò Conſul, feliceſ *Lucius Auſidius Marcellus II.* erit mihi in poſterum *Marcellus* ille *Secundum Conſul*, quem veterum monumenta ad hunc Annum agnoſcunt. Laterculum itaque Conſulum præſentis Anni per me tibi liceat ita reſtituere:

Anno U. C. 979.
Ær. Ch. 227.
L. ALBINUS.)
MAX. ÆMILIUS ÆMILIANUS.) Cos.
M. AUR. ALEXANDER AUG. II. L. AUFIDIUS MARCELLUS II.) Cos.

Anno U. C. 980.
Ær. Ch. 228.
TIB. MANILIUS MODESTUS.)
SERG. CALPURNIUS PROBVS.) Cos.

3 *Autiſſiodori. Miſit Clar. V. Joſeph de* Bimard la Baſtie. *Montis Seleuci Baro.*

[illegible]
PRO SALVTE DOMINORVM V. S. L. M.
DEDICAVIT MODESTO ET PROBO COS

Tuſne unus Severus Alexander dominabatur. Quare vox *Dominorum* inſolita Aram poſtam a Severis quibuſdam pro *Salute Dominorum* Siorum.

Anno U. C. 981. Æræ Ch. 229.
M. AUR. SEVERUS ALEXANDER AUG. III.
DIO CASSIUS II. } Cos.

Anno U. C. 982. Æræ Ch. 230.
L. VIRIUS AGRICOLA }
SEX. CATIUS CLEMENTINUS. } Cos.

1 *Romæ, in tegula. Ex Donio.*

INSVL. L. SATRI FELIC
ALEXANDRO AVG. III
ET. DIONYSIO COS

Alteram similem Inscriptionem habes apud Gruterum pag. 1079. num. 11. in qua non DIO, sed DIONYSIVS occurrit. Lex quoque 13. C. *ex quibus caussis infamia irrogetur*, promulgata dicitur *Alexandro Aug. III. & Dionysio Cos.* uti Relandus animadvertit. Quare, si hæc monumenta solida sint, pro DIONE ad hunc Annum restituendus est DIONYSIVS, & præsertim quod nulla iteratæ Consularus nota adjungatur. Sed quum aperta sint ejusdem *Dionis Cassii* verba in Historia, ubi memoriæ proditum est ab Alexandro Dionem ipsum *iterum Consulem secum fuisse designatum*, immo *creatum*, a communi opinione heic minime discedendum videtur.

2 *Prope Civiam. Ex Cupero V. Cl.*

I. O. M.
MARTIUS
VICTOR
SIG. LEG. XXX. V. V.
SEVERIANAE
ALEXANDRI
P. F. V. S. L. M.
AGRICOLA. ET. CLE
MENTIANVS. COS

Ergo CLEMENTIANVS non CLEMENTINVS scribendum. Unus Lapis prævalet multis Codicibus. Mentio heic est *Legionis Tricesimæ Valentis Victricis Severianæ Alexandri Pii Felicis*, cui nempe Alexander Augustus cognomentum dedit.

Anno U. C. 983. Æræ Ch. 231.
CIVICA POMPEJANUS. }
..... PELIGNIANUS. } Cos.

Anno U. C. 984. Æræ Ch. 232.
..... LUPUS. }
..... MAXIMUS. } Cos.

3 *Romæ, lapis effossus Anno Christi 1732. in vinea Marchionum Casalium. Misit Franciscus Marchio Otterius V. Cl.*

BALBINO. MAXIMO. COS. ORD
PR. K. TVT. Q. K. LEG. PROV. ASIAE
CVR. R. P. LAVR. LAVIN. ITEM
COGNOSCENTI. AD. SACR. APP.
CVRAT. AQVAR. ET. MINICIAE. PRAEF
ALIMENTOR. VIAE. FLAMINIAE
XV. VIR. SACR. FAC. III. VIR. KA.
SEVIRO. EQVIT. ROMANORVM
IVN. SEPTIM. VERVS. HERMOGENES
SEXAGENARIA. PROCVRATIONE
SVFFRAGIO. EIVS. ORNATVS

Nobile hoc marmor ita interpretando legit Illustris. Alexander Furiettus in Curia Romana non minus Scientia Legum, quàm Eruditionis antiquæ studiosissimus.

Balbino Maximo, Consuli Ordinario,
Pratori Candidato Tutelari, Questori Candidato, Legato Provinciæ Asiæ,
Curatori Reipublicæ Laurentum Lavinatium, Item
Cognoscenti Ad Sacras Appellationes,
Curatori Aquarum Et Miniciæ, Præfecto
Alimentorum Viæ Flaminiæ,
Quindecimviro Sacris Faciundis, Triumviro Capitali,
Seviro Equitum Romanorum,
Junius Septimius Verus Hermogenes
Sexagenaria Procuratione
Suffragio Ejus Ornatus.

Heic magna feges Eruditionis ex tot muneribus in unum hominem congestis. Ego verò ad istum quidem Annum Inscriptionem hanc retuli, sed nullo certo argumento, *Balbinum Maximum* suum nomen hoc Anno dedisse Fastis. Occurrunt enim & alii *Maximi* Consules aliis Annis, quorum Prænomina & Nomina adhuc latent. In sequenti Anno Christi 233. Consules habemus *Maximum* & *Paternum*. Anno 234. *Maximum II.* & *Urbanum*. Et Anno Ch. 237. *Val. Constantinum*, & *Maximum*, ut alios omittam. A vero tamen non abhorret, pertinere *Balbinum* noltrum ad hæc potius tempora, quàm ad præcedentia, aut subsequentia. Vide gemmas Inscriptiones apud Gruterum pag. 481. num. 1. & 3. ubi *Lucius Cæsonius Rufinianus Consul* appellatur *Comes Imperatoris Severi Alexandri*, qui hoc ipso tempore imperabat, & CVRATOR AQVARVM ET MINICIAE. Postremum hoc munus, in altero Gruteriano lapide pag. 407. num. 1. pariter videndum, suspicionem mihi ingerit, *Balbinum Maximum* iis ipsis temporibus floruisse. Liceat etiam mentionem heic facere Inscriptionis Gruterianæ pag. 435. num. 7. in qua *T. Flavius Pythonius Titianus V. Cos. Proroc. Provo. Africæ. Cos.* AQVARVM ET MINICIAE dicitur. Ibi etiam *T. Ælius Pomenius* occurrit *Suffragio Ejus Ad Proc. Aquarum Promotus*. Legendum ibi puto CVR. AQVARVM, non COS. AQVARVM, nisi malis *Consularem Aquarum*: quod munus minime dubiis tabulis confirmes velim. Similes autem phrases, ac similia munera tum in ea Inscriptione, tum in præfenti, atque in duabus aliis nuper memoratis animadvertimus. Quare & ipsa referenda videtur ad hæc tempora, ita ut qui in Fastis apud Relandum & Stampam Anno Christi 245. appellatur *Junius Titianus*, forsassis inscribendus sit *Titus Flavius Postumius Titianus*. Diligentiori quoque examini subjicienda foret Inscriptio apud Fabrettum pag. 689. posita *Fl. Messio Egnatio Lolliano &c. Consulari Aquarum & Miniciæ*. Relandus opinatus est, eum procesisse Consulem Anno Christi 355. Res forsassis immanis dubitatione non est. Vide etiam Inscriptionem apud eumdem Fabrettum pag. 700. ubi *Lucius Ælvius Dionysius* nuncupatur *Curator Aqu. & Miniciæ*. In Gruterianâ pag. 402. num. 4. legitur *Proc. Minucie*. Erudite agit Nardinus in Roma antiqua Lib. 6. Cap. X. *de Minutia vetere*, & *Minutia frumentaria*, duabus nempe illustribus Porticibus Romæ in Regione Nona ædificatis, in quarum altera tesseræ frumentariæ distribuebantur. Si Porticus illius *Procurator* idem fuit, uti verisimile est, atque *Procurator Minutiæ*, deprivata fateatis oportet loca Victoris, Rufi, Apuleji, Lampridii, & aliorum, in quibus pro *Minutia* scriptum fuit *Mimitia*, aut *Mimicia*. In Sueffano marmore apud Sponium, in Miscellan. pag. 129. Lollianus appellatur *Consularis Aquarum & Minuc.* Sponius legit *Minucio*. At Tillemontio in Not. IX. ad Annum Christi 342. in Vitis Jovip. peregrinum videtur hoc nomen, atque is legendum opinatur *Nast*. Sed virum doctissimum fua heic eruditio defecit.

Anno U. C. 985.
Æræ Ch. 233.
..... MAXIMUS. } Cos.
..... PATERNUS. }

1 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii missi Clarissi. Gorius.

Ad geminos Christianos homines spectat hoc fragmentum; quorum primus diem suum obiisse dicitur sub Consulatu; ut puto, *Paterni* (pro quo oscitanter a marmorario scriptum fuit *Pateri*) *& Maxsimi*, qui hunc Annum aperuere. Alter verò *Annianus* nomine *depositus* fuit *Consulatu Domini Nostri Leonis*. Si primus Augusti hujus Consulatus heic memoratur, habes in hoc postremo Titulo Annum Christi 458.

Anno U. C. 986.
Ær. Ch. 234.
..... MAXIMUS II. } Cos.
C. CÆLIUS URBANUS. }

Anno U. C. 987.
Ær. Ch. 235.
..... SEVERUS. } Cos.
..... QUINCTIANUS. }

Ad primum ex hisce Consulibus quod attinet, liceat mihi prodere heic Inscriptionem, ubi mentio fit *GN. Pinarii Severi Consulis*, non quod eam noverim ad ipsum spectare, sed quod fieri possit, ut spectet, quum commodiorem ei locum nusquam alibi invenerim.

2 *Romæ,*
lapis inventus Tiburi Anno Ch. 1728.
Apud Clarissi. Ficoronium.

GN. PINARIO. GN. F.
SEVERO. CONSVLI. AVGVRI REGI SA
IMP. CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG
SALIO COL. CORNELIA MANLI

Pinarius iste *Severus* fuit *Rex Sacrorum*; & *Salius Collinus*; genera nempe duo Sacerdotii apud Ethnicos. Vereor tamen, ne pro CONSVLI legendum sit potiùs CONSVL. AVGVRI, ita ut hic fuerit *Consulum Augur*. Ceterum ubi statuere possis, retinendam esse lectionem CONSVLI, & Lapidem hunc revera ad primum Consulem hujus Anni 235. referendum esse, Consulis ipsius Prænomen, ac Nomen continuò tibi innotescent, ac proinde in Fastis supplere poteris

GN. PINARIUS SEVERUS.

Prius tamen inquire, an tamdiu perdurarit munus *Regis Sacrorum*. Quod est ad alterum Consulem, en quid Lapides habeant.

3 *Romæ.*
in Cœmeterio Lucinæ.
Ex Boldetto.

AVRELIA DVLCISSIMA FILIA QVAE
DE SAECVLO RECESSIT
VIXIT ANN XV. M. IIII
SEVERO ET QVINTIN COSS

Scribendum heic QVINTIAN.

Aquilejæ,
E schedis meis, & Philippo a Turre.

T. CAESERN
MACEDO
QVINCTIAN
COS
COLLEGIO
FABRORVM
D. D.

Ut supra monui ad Annum Chr. 201. suspicatus est Cl. V. Philippus a Turre, agi heic de *Duumviro*, aut *Quatuorviro Aquilejensi*, qui honoris & majestatis causâ *Consul* appellaretur. Mihi potius creditur illic indicari Romanorum Consul. Rursus arbitratus antea fuerat Panvinius huic fuisse nomen L. RAGONIVS. L. F. PAP. (Papia Tribu) VRINATIVS LARCIVS QVINTIANVS, qui *Consulis* nomine insignitur in Inscriptionibus Gruterianis pag. 47. num. 9. & 462. num. 2. Verùm Stampa, quod res dubitationis minime expers sibi videretur, non ausus est hæc ei nomina tribuere. Dubius & ego fum. Nam si ille *donis militaribus ab Imperatore Commodo Antonino donatus* fuit, ut est in prima ex Inscriptionibus Gruterianis, a morte Commodi Augusti ad Annum Christi 235. excurrerunt Anni quadraginta duo, hoc est non leve tempus, ita ut excogitari absque hæsitatione possit Consul hoc Anno. Et sane repetitam video *Commodi Augusti* mentionem in altero Marmore, quod uti nondum typis evulgatum, heic proferendum censeo.

1 *Romæ, in Santti Marci. E ſchedis Farneſiis, Jacobi Valerii, & Cyriaci Anconitani.*

L. RAGONIO L. F. PAP. VRINATIO
LARCIO QVINTIANO COS SODALI HA
DRIANAL. LEG. LEG. XIIII. GEM. DONIS
MILIT. DONAT. AB. IMP. COMMODO
ANTONINO AVG. PROCOS. PROV
SARDIN. IVRIDICO PER APVLIAM
PRAEF. I. D. PRAET. AED. PL. Q.
PR. PROV. AFRIC. SEVIR
M. ANTIVS. ENNIVS SERGIANVS
AMICO

Cyriacus in tertiâ linea legit XIIII. GERM. In penultimâ verò M. ATTIVS. Is autem in ſchedis Farneſiis appellatur M. ACTIVS ENNIVS, cujus etiam nomen occurrit in ſuper memorato marmore Gruteriano pag. 45. num. 5. Licet tamen dicere, Gruterianam illam Inſcriptionem ex Panvinio deſumtam, aut ſpuriam, aut a mangone quopiam interpolatam videri. Illa enim verba *Hercule Conſervatori pro ſalute L. Ragonii &c. ex teſtamento M. Antius Ennius* dicavit, minime cohærent. Priora quippe verba viventem, poſteriora jam fato fundum indicant. Alteram accipe Inſcriptionem, quam ad me miſit V. N. Antonius Scortus Canonicus Tarviſanus. Derecta fuit in Parochiali Templo Paderni agri Tarviſani ante paucos annos. Hanc poſtea editam vidi a Clariſs. Marchione Maffejo in Verona Illuſtrata.

L. RAGONIO L F
PAP. VRINATIO
LARCIO. QVINTI
ANO COS SODAL
HADRIANAL. LEG
LEG XIIII. GEM. DONIS
MILITARIB DONAT
AB IMP[illegible]
ANTONINO AVG. PRO
COS PROVINC SARD
IVRID PER APVLIAM
PRAEF. FRVM DAND
PRAETOR. AEDIL. Q.
PROVINC. AFRIC.
SEVIR
CHRYSOPAES EVTY
CHES[illegible]
SERVI
DOMINO OPTIM

Erasum a marmore, aut a tempore abſumtum vidiſti nomen Imperatoris. Verùm in ſchedis Farneſiis, ubi habetur hæc eadem Inſcriptio, legitur IMP. COMMODO ANTONINO, uti in linea tertiadecimâ &c ſeq. AED. PL. Q. PR. PR. PROV. AFR. Itaque vix ad hujus Anni Conſulatum trahas *Lucium Ragonium Quintianum*. Ut autem ſupra adnotavi ad Annum Chriſti 226. ſi legitima eſt Gudiana Inſcriptio, hoc Anno 235. proceſſiſſe videntur Conſules

M. AUR. ALEXANDER SEVERUS IMP. AUG. IV. & C. MARCELLUS QUINTILIANUS, *ſive* QUINTIANUS.

Anno U. C. 988.
Æræ Ch. 236.

C. JUL. MAXIMINUS IMP. AUG. } Coſs.
JULIUS AFRICANUS. }

Anno U. C. 989.
Æræ Ch. 237.

P. TITIUS PERPETUUS. } Coſs.
L. OVINIUS CORNELIANUS. }

An locus heic eſſe poſſit ſubſequenti Inſcriptioni, judicium eſto Eruditorum.

2 *Lumiani in agro Prænestino, tabella ærea. Miſit doctiſſ. V. Ignatius Maria Como Nob. Neapolita.*

CN. FLACCVS Q. F. VLF. DE
CVMAM PARTEM HERCV
LI ET PRO REDITV FELI
CISSIMO EX AFRICA VI
BI FRATRIS ET PRO SAL
PAETINAE MATRIS SIGNA
AVREA FORTVNAE PRAEN
ET FERONIAE SANCTIS
SIMAE D. OTVINIO COS

Conſulatum quoque geſſit Anno Chriſti 317. *Ovinius Gallicanus*.

Anno U. C. 990.
Ær. Ch. 238.

M. ULPIUS CRINITUS. } Coſs.
PROCULUS PONTIANUS. }

Incertus quoque ſum, num ad hunc Annum pertinere poſſit altera hæc Inſcriptio.

3 *Albæ Juliæ in Dacia, ſive Tranſilvania. E ſchedis Farneſiis.*

I. O. M
IVNONI REG MINERVAE
VETERANI LEG. XIII. G. M. IMPER
IVL BASSVS LEG AVG TRIB
PRI. IDIB. DECEMB. PONTIANO ET
A TELANDO COSS. MILITES
FACIVN. CVRAR.

Addo & alteram non minus præcedenti dubiam.

Romæ

1 *Romæ, in hortis Matthæjis. E schedis Ptolomeis.*

D M
C. NONIO
C. FARNENSI
PROCVLO
COS

Lego C. F. ARNENSI, ideſt Tribu *Arnenſi*. Acerrima diſputatio eſt apud Pagium, Relandum, & Stampam de Nomine & Cognomine alterius e Conſulibus hujus Anni. Complures Leges exſtant datæ *Ulpio* (aut *Pio*) *& Pontiano Conſi.* Caſſiodorius, Proſper, ac alii habent *Pium, & Proculum* Conſules hoc eodem Anno. Præterea vide infra Claſs. VII. inter Pubhc. Decret. Inſcriptionem poſitam AN. PIO ET PROCVL. COS. Ideirco prælaudati viri cenſuere, alterum Conſulum appellarum fuiſſe *Pontianum Proculum*, aut *Proculum Pontianum*. Si certa foret origo, & lectio Marmoris hujus, non *Pontianus Proculus*, ſed C. NONIVS PROCVLVS nuncupandus ille eſſet. *Pontianus* autem alter a *Proculo* fuiſſet, ſuffectus nempe alteri turbulentis iis temporibus Romanæ Reipublicæ. Sed me a ſententia deterret Inſcriptionis brevitas. Tunc in more fuit illuſtres viros magnificentioribus elogiis ornare, & ſingula eorum munera recenſere. Tertium denique exhibeo marmor, in quo illuſtrior *Proculi* Conſulis eſt mentio. Ipſe quisque an hue ſpectet, incertum.

2 *In Civitate Atinæ. E ſchedis meis.*

M. RVBRENO VERIO. PRISCO
POMPONIANO. MAGIANO. PRO
CVLO. COS. PR. PR. AFRIC
CVR. COL. MINTVRNENSIVM
CVR. COL. FORMIANORVM
PRAET. CANDIDATO. QVAEST
CANDIDATO. X. VIRO. SALIO
COLLINO. CIVI. ET. PATRONO
ORDO. ET. PLEBS. ATINAS
PVBLICE

Anno U. C. 991.
Ær. Ch. 239.
M. ANTONIUS GORDIANUS IMP. AUG. } Coſs.
M. ACILIUS AVIOLA. }

3 *Prope Cliviam. Ex Cupero V. Cl.*

I. O. M
IVNONI. REGINAE
MINERVAE
T. QVARTINI
VS. SATVRNALIS. SIGNI
FER. LEG. XXX. V. V. PRO. SE
ET. SVIS. V. S. L. M
IMP. D. N. GORDIANO. ET. AVIOLA
COSS. KAL. IVL

Quartinius iſte *Saturnalis* fuit *Signifer Legionis XXX. Valentis Victricis.*

4 *Clangenfurti in Carinthia.*
E Cl. V. Philippo a Turre Epiſcopo Hadrienſi.

PRO SALVTE. AVG. IN HONOREM. DD. SOLI. INVICTO
MYTHR. HILARVS. AVG. LIB. TAB. PR. N. ET. EPICETVS
ARK. AVG. N. TEM. VETVSTATE. CONL. SVMPTV. SVO
CVM. PICTVRA. REFE. IMP. D. N. GORDIANO. AVG. ET. AVIOLA
C. ROM. D. N. LICIN. MARCELLO. PAT. D. VIII. K. IVLIAS

Ad interpretationem eorum, quæ heic obſcura ſunt, conjecturas meas proferre liceat, ita legendo:

Pro Salute Auguſti In Honorem Domus Divinæ, Soli Invicto
Mythræ, Hilarus Auguſti Libertus Tabularius Provinciæ Norici, Et Epicetus
(ſeu potius *Epifletus*)
Arcarius Auguſti Noſtri, Templum Vetuſtate Conlapſum Sumptu Suo
Cum Pictura Refecerunt. Imperatore Domino Noſtro Gordiano Auguſto Et Aviola
(Conſulibus.)
Cajo Romanio (aut *Romilio*) *Decurione, Numerio Licinio Marcello Patre, Die VIII. Kalendas Julias.*

Apud Gruterum habemus *Patrem*, ideſt Pontificem *Dei Solis Invicti Mithræ*, in tribus Inſcriptionibus.

1 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Card. Alexandri Albani.
Miſit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

DEDICATA IIII. IDVS. MART
IMP. DOMINO. N. GORDIANO AVG
ET M'. ACILIO AVIOLA COS
PER
Q. VETVRIO FELICISSIMO ELECTO
Q̄ Q̄ (*ſic*)
C. IVLIO. EVANGELO ET MARCIO CRYSOSTOMO
T. AVRELIO EVTYCHETE
CVRATORIBVS

Imperfectam dederat Donius, qui pro M. ACILIO legit NV. ideſt MANIO. Et ſane ſupra M. linea viſitur, quæ huic lectioni favere poteſt. In quartâ lineâ illud PER. niſi PERFICIENTE interpreteris & legas, in Grammaticam peccat. Apud Donium eſt PET. videlicet PETENTE: quæ ſane lectio germana mihi creditur.

Anno U. C. 992.
Æræ Ch. 240.
..... SABINUS II. } Coſs.
..... VENUSTUS. }

2 *Romæ.*
E ſchedis meis.

CAMPIAE SEVERINAE VV.
MAX. SANCTISSIMAE BENIGNISSIMAE
PRO CONLATIS IN SE BENEFICIIS
EQVEST. ORD. ITEM SECVNDAE MILITIAE
AEMILIVS PARDALAS TRIB. COH. I. AQVITANICAE
PETITO EIVS ORNATVS
DEDIC. IIII. IDVS. MAIAS
SABINO II. ET VENVSTO COSS

In primâ lineâ VV. ideſt *Virgini Veſtali*.

Anno U. C. 993.
Ær. Ch. 241.
M. ANTONIUS GORDIANUS IMP. AUG. } Coſs.
CIVICA POMPEJANUS. }

Anno U. C. 994.
Ær. Ch. 242.
C. VETTIUS ATTICUS. } Coſs.
C. ASINIUS PRÆTEXTATUS. }

3 *In Urbe Teatinâ.*
Miſit P. Alexander Berti e Congr. Matris Dei.

C. VETTIO. ATTICO. ET
C. ASINIO. PRAETEXTATO COS
PR. IDVS. APRIL
PELTVINI. VESTINIS IN CVRIA AVG
ORDINEM HABENTIBVS

Anno U. C. 995.
Æræ Ch. 243.
..... ARRIANUS. } Coſs.
..... PAPUS. }

Anno U. C. 996.
Æræ Ch. 244.
..... PEREGRINUS. } Coſs.
..... ÆMILIANUS. }

Ad hunc *Æmilianum* Conſulem pertinere videtur Inſcriptio apud Fabrettum pag. 280. in quâ: *Signa translata ex ædibus loci ad celeritatem* (lege *celebritatem*) *Thermarum Severianarum*..... AVDENTIVS (ſive GAVDENTIVS) AEMILIANVS. V. C. CONS. *Cap. Conſtituit, dedicavique præcepit.*

Anno U. C. 997.
Æræ Ch. 245.
M. JULIUS PHILIPPUS IMP. AUG. } Coſs.
JUNIUS TITIANUS. }

Anno U. C. 998.
Æræ Ch. 246.

..... PRÆSENS.)
..... ALBINUS.) Cos.

Anno U. C. 999.
Æræ Ch. 247.

M. JULIUS PHILIPPUS (senior) IMP. AUG. II.)
M. JULIUS PHILIPPUS (junior) CÆSAR.) Cos.

Anno U. C. 1000.
Æræ Ch. 248.

M. JULIUS PHILIPPUS (senior) IMP. AVG. III.)
M. JULIUS PHILIPPUS (junior) IMP. AVG. II.) Cos.

1 *Tabula ænea effossa prope Mutinam, nunc Romæ, quam ab Augustino Rudolfo Mantuano, Anno Ch. 1724. emit Franciscus Ficoronius V. Cl. Misit Ignatius Maria Como Patricius Neapolita. Eam quoque edidit Clariss. Marchio Maffejus.*

IMP. CAES M. IVLIVS PHILIPPVS PIVS
FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III PP PROCOS
IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS FEL AVG
PONT MAX TRIB POT II COS II PP
NOMINA MILITVM QVI MILITAVER. IN CO
HORTIBVS PRAETOR. PHILIPPIANIS DECEM
I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS VINDICIBVS
QV. IPII ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT
IVS TRIBVIMVS CONVBII DVMTAXAT CVM
SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM
SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA
TRIMONIO SVO IVNXER PROINDE LIBE
ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS
ROMANIS NATOS AD VII. ID IAN
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG III ET
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II COS
COH. VIII. PR. PHILIPPIAN. P. V.
M. BRAENO. M. F. IVSTINO
SABATIN. MANTVA
DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AEN QVE FIX
EST ROM. IN MVR. POS TEMPLVM DIVI AVG AD
MINERVAM

Clariss. Maffejus legit in lineâ decimâ octavâ M. BRAETIO. Alteram similem tabellam vide apud Fabrettum pag. 687.

Anno U. C. 1001.
Ær. Ch. 249.

MARCUS ÆMILIANUS II.)
JUNIUS AQUILINUS.) Cos.

Anno U. C. 1002.
Ær. Ch. 250.
C. MESSIUS TRAJANUS DECIUS IMP. AVG. II. } Cos.
MAXIMUS GRATUS. }

1 *Romæ*
ingens cippus penes Alexandrum Sardium.
Ex Comite Malvasia.

L. POMPONIVS. L. F. GRATVS
V. CL. BIS COS. PROP.
ET AEDIL

Inscriptionem hanc retuli ad præsentem Annum, sed nulla certa ratione adductus. Relandus ipsam spectare ad Annum Christi 2dc. opinatus est, quo Consules processere *Messala*, & *Gratus*. Sed perpendendum, an præferendum sit potius Annus ille. Nam in Actis Sancti Pionii Martyris apud Bollandistas ad diem I. Februarii, is gloriosum martyrium consummasse dicitur *Consule Tertium Messio Quinto Trajano, & Deltio Grato Secundum*. Trajanus Decius insequenti Anno Christi 251. Tertium consulatum iniit. Si certa foret eorum Actuum lectio, haberemus hic eundem *Gratum* suffectum fuisse alteri ordinario Consuli, ideft *Q. Herennio Cæsari* eodem Anno 251. & propterea eumdem censeri posse, qui in Marmore nostro appellatur BIS CONSVL. Pro *Deltio Grato* alii Codices apud Ruinartum habent *Vitio Grato*. Atque is potuit esse *Lucius Pomponius Vitrus*, seu *Virtus*, *Gratus*. Aut illius aut alterius *Grati*, qui una cum *Vetero*, aut *Vero* Consulatum gessit, mentio est in altera Inscriptione, cui locum hic facio, quum alium fortasse reposcat.

2 *Budæ.*
E schedis Farnesiis.

VOLCANO
SACRVM
VET. ET. GR
COS ℔ AD
LEG. II. ADIV
CVRAM AGEN
TIB VAL RES
PECTO ET VT
TEDIO MAXIMO
MAG

Schedæ Ramberti apud doctiss. Canonicum Johannem Dominicum Bertoli habent in tertia linea VER. ET GR.

Anno U. C. 1003.
Ær. Ch. 251.

C. MESSIUS. Q. TRAJANUS DECIUS IMP. AVG. III. }
Q. HERENNIUS ETRUSCUS DECIUS CÆSAR II. } Cos.

Anno U. C. 1004.
Ær. Ch. 252.

C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS IMP. AVG. II. } Cos.
C. VIBIUS VOLUSIANUS CÆSAR. }

Anno U. C. 1005.
Ær. Ch. 253.

C. VIBIUS VOLUSIANUS IMP. AVG. II. } Cos.
M. VALERIUS MAXIMUS. }

Anno U. C. 1006.
Ær. Ch. 254.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. II. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. }

Anno U. C. 1007.
Ær. Ch. 255.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. III. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. II. }

Anno U. C. 1008.
Ær. Ch. 256.

... VALERIUS MAXIMUS II. } Cos.
..... GLABRIO. }

Anno U. C 1009.
Ær. Ch. 257.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP AUG. IV. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. III. }

Anno U. C. 1010.
Ær. Ch. 258.

.... MEMMIUS TUSCUS. } Cos.
..... BASSUS. }

Anno U. C. 1011.
Ær. Ch. 259.

..... ÆMILIANUS. } Cos.
..... BASSUS. }

Anno U. C. 998.
Æræ Ch. 246.

..... PRÆSENS. }
..... ALBINUS. } Cos.

Anno U. C. 999.
Æræ Ch. 247.

M. JULIUS PHILIPPUS (senior) IMP. AUG. II. }
M. JULIUS PHILIPPUS (junior) CÆSAR. } Cos.

Anno U. C. 1000.
Æræ Ch. 248.

M. JULIUS PHILIPPUS (senior) IMP. AVG. III. }
M. JULIUS PHILIPPUS (junior) IMP. AVG. II. } Cos.

1 *Tabula ænea effossa prope Mutinam, nunc Romæ, quam ab Augustino Rudolfo Mantuano, Anno Ch. 1724. emit Franciscus Ficoronius V. Cl. Misit Ignatius Maria Como Patricius Neapolita. Eam quoque edidit Clarisſ. Marchio Maffejus.*

IMP. CAES M. IVLIVS PHILIPPVS PIVS
FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III PP PROCOS
IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS FEL AVG
PONT MAX TRIB POT II COS II PP
NOMINA MILITVM QVI MILITAVER. IN CO
HORTIBVS PRAETOR. PHILIPPIANIS DECEM
I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS VINDICIBVS
QV. IPII ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT
IVS TRIBVIMVS CONVBII DVMTAXAT CVM
SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM
SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA
TRIMONIO SVO IVNXER PROINDE LIBE
ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS
ROMANIS NATOS AD VII. ID IAN
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG III ET
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II COS
COH. VIII. PR. PHILIPPIAN. P. V.
M. BRAENO. M. F. IVSTINO
SABATIN. MANTVA
DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AEN QVE FIX
EST ROM. IN MVR. POS TEMPLVM DIVI AVG AD
MINERVAM

Clarisſ. Maffejus legit in lineâ decimâ octavâ M. BRAETIO. Alteram ſimilem tabellam vide apud Fabrettum pag. 687.

Anno U. C. 1001.
Ær. Ch. 249.

MARCUS ÆMILIANUS II. }
JUNIUS AQUILINUS. } Cos.

Anno U. C. 1002.
Ær. Ch. 250.
C. MESSIUS TRAJANUS DECIUS IMP. AVG. II. } Cos.
MAXIMUS GRATUS. }

1 *Romæ*
ingens cippus penes Alexandrum Sardium.
Ex Comite Malvasia.

L. POMPONIVS. L. F. GRATVS
V. CL. BIS COS. PROP.
ET AEDIL

Inscriptionem hanc retuli ad præsentem Annum, sed nulla certa ratione adductus. Relandus ipsam spectare ad Annum Christi 18c. opinatus est, quo Consules processere *Messala*, & *Gratus*. Sed perpendendum, an præferendum sit potius Annus iste. Nam in Actis Sancti Pionii Martyris apud Bollandistas ad diem I. Februarii, is gloriosum martyrium consummasse dicitur *Consule Tertium Messio Quinto Trajano, & Deltio Grato Secundum*. Trajanus Decius insequenti Anno Christi 251. Tertium consulatum iniit. Si certa foret eorum Actuum lectio, haberemus hic eundem *Gratum* suffectum fuisse alteri ordinario Consuli, idest *Q. Herennio Cæsari* eodem Anno 251. & propterea eumdem censeri posse, qui in Marmore nostro appellatur BIS CONSVL. Pro *Deltio Grato* alii Codices apud Rumartum habent *Vitio Grato*. Atque is potuit esse *Lucius Pomponius Vitius*, seu *Virrus*, *Gratus*. Aut illius aut alterius *Grati*, qui una cum *Vetere*, aut *Vero* Consulatum gessit, mentio est in altera Inscriptione, cui locum hic facio, quum alium fortasse reposcat.

2 *Budæ.*
E schedis Farnesiis.

VOLCANO
SACRVM
VET. ET. GR
COS ℔ AD
LEG. II. ADIV
CVRAM AGEN
TIB VAL RES·
PECTO ET VT
TEDIO MAXIMO
MAG

Schedæ Ramberti apud doctiss. Canonicum Johannem Dominicum Bertoli habent in tertia linea VER. ET GR.

Anno U. C. 1003.
Ær. Ch. 251.
C. MESSIUS. Q. TRAJANUS DECIUS IMP. AVG III. } Cos.
Q. HERENNIUS ETRUSCUS DECIUS CÆSAR II. }

Anno U. C. 1004.
Ær. Ch. 252.
C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS IMP. AVG. II. } Cos.
C. VIBIUS VOLUSIANUS CÆSAR. }

Anno U. C. 1005.
Ær. Ch. 253.
C. VIBIUS VOLUSIANUS IMP. AVG. II. } Cos.
M. VALERIUS MAXIMUS. }

Anno U. C. 1006.
Ær. Ch. 254.
P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. II. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. }

Anno U. C. 1007.
Ær. Ch. 255.
P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. III. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. II. }

Anno U. C. 1008.
Ær. Ch. 256.
... VALERIUS MAXIMUS II. } Cos.
..... GLABRIO. }

Anno U. C. 1009.
Ær. Ch. 257.
P. LICINIUS VALERIANUS IMP AUG. IV. } Cos.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. III. }

Anno U. C. 1010.
Ær. Ch. 258.
.... MEMMIUS TUSCUS. } Cos.
..... BASSUS. }

Anno U. C 1011.
Ær. Ch. 259.
..... ÆMILIANUS. } Cos.
..... BASSUS. }

Anno U. C. 1012.
Ær. Ch. 260.
CORNELIUS SÆCULARIS. } Coſs.
JUNIUS DONATUS. }

Meliorem lucem accipient Conſules hujus Anni ex nobiliſſima Inſcriptione ſequenti.

1

Romæ,
in Muſeo Eminentiſs. Card. Alexandri Albani.
Miſit Franciſcus Maria Otterius Marchio Montorii V. Cl.

P. CORNELIO SÆCVLARE II. ET IVNIO DONATO II.
KAL. IVLIS COS
SENTINIS CVM IN SCOLA SVA FREQVENS NVMERVS COLL. FABR
SENTINATIVM CONVENISSENT NVMERVM ABENTIBVS
C. IVLIO MARTIALE ET C. CASIDIO RVFINO QQ. ET REFERENTIB
IPSIS SEMPER ET IN PRAETERITVM ITA SPLENDIDISSIMVM N̄ N
CONISVM ESSE VT ADFECTIONE SPLENDORIS SVI IN SINGVLOS
QVOQVAE CONDIGNOS MERENTES EXHIBEANT VEL MAXIME
IN HONORE ADQVE DIGNITATE MEMMIAE VICTORIAE QVON
DAM INDOLES MAMORIAE FEMINE MATRIS NVMERI NOSTRI
PROORSVS VSQVAEQVE ESSE PROVECTVM NOMEN DOMVS
EIVS VT PER ORDINEM GENERIS SVI OMNES IN NVMERVM N̄
PATRONI IN COLLEGIVM NOSTRVM APPELLARENTVR OPTAN
DAQVE ERANT VT OMNES VNIVERSISQVE INCOLVMES IN
NVMERVM NOSTRVM VIDERENTVR ET QVONIAM VIR SPLEN
DIDVS CORETIVS FVSCVS PATRONVS NVMERI DEBEAT EX
EMPLO PIETATIS PARENTIVM ET MATRIS HONORIFICENTIA
ITAQVE SI OMNIBVS VIDERETVR TABVLA AEREAM EI OFFER
RI.
Q. E. P. D. E. R. I. C. C.
GLORIOSAM ESSE RELATIONEM BB. VV. Q.Q. COLLEGI. N̄
ET IDEO CVM SIT CORETIVS FVSCVS SPLENDIDE NATVS VT
POTIVS HONORIFICENTIAE NOSTRAE MODVM INTEL
LEGAT NECESSAQVE SIT EI TABVLAM AEREAM TITVLIS
ORNATAM SCRIPTAM OFFERI PETIQVE AB EO HANC
OBLATIONEM NOSTRAM LIBENTI ANIMO SVSCIPE
RE DIGNETVR LEGATOSQVE IN EAM REM FIERI QVI
QVI DIGNE PROSEQVANTVR TITRATIVM AMPLIATVM ORPIVM VER
TATEM AEMILIVM VICTOREM BEBIDIVM IVSTVM CASIDIVM MARTA
LEM IVLIVM MARTIALEM CASIDIVM RVFINVM BEBIDIVM IENV
RIVIVM AETRIVM ROMANVM CASIDIVM CLEMENTINVM AETRIVM
VERNAM VASSIDENVM FAVOREM CASIDIVM IVSTISSIMVM SA
TRIVM VERECVNDVM STATIVM VELOCEM VETVRI CELERINV

In fœtâ hujus tabulæ linea pro N̄ N legerem hibentius M. N. ideſt *Municipium Noſtrum*. In viceſimâ verò figlas ita interpretor: *Quid Fieri Placeret De Ea Re, Ita Cenſuere*. In ſubſequenti viceſimâ primâ reliquas ita verto: *Bonorum Virorum Quinquennalium Collegii Noſtri*. Ceterum ſunt hæc (non diffiteor) aliquot Quadratarii ſphalmata; ſed hæc ipſa nos ad dignoſcendum perducent, quo in loco tunc foret apud Populum Latinæ Linguæ fortuna. Habemus quoque Prænomina iſtorum Conſulum, antea ignota, uti etiam notam numeralem *Secundum Donato* alteri ex iiſce Conſulibus appoſitam, ex qua conjicere tuto poſſumus, eumdem fuiſſe Conſulatu ſunctum antea fuiſſe. Subdere præterea juvat alteram Inſcriptionem, quæ ſin ad ipſum Donatum referri poſſit, judicandum alia relinquo.

2

In Caſtro Gandulfi.
E ſchedis meis.

C. NAEVIO. C. F. DONATO IVNIANO. CONSVLI
PROCONSVLI. SICIL. AER. PROVINC. PR.
AEDILI. QVAESTORI. SICILIAE. PROVINCIAE
ET. CVRAT. CIVITATIVM [illegible] AB. IMPER
[illegible] FELIC. AVG

Is appellari videtur *Ærario Provinciæ Præfectus*.

Anno U. C. 1013.
Ær. Ch. 261.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. IV. } Coſs.
L. PETRONIUS TAURUS VOLUSIANUS. }

Anno U. C. 1014.
Ær. Ch. 262.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. V. } Cos.
..... FAUSTINUS. }

Anno U. C. 1015.
Ær Ch. 263.
..... ALBINUS II. } Cos.
MAXIMUS DEXTER. }

Anno U. C. 1016.
Ær. Ch. 264.
IMP. L. LICINIUS GALLIENUS AUG. VI. } Cos.
..... SATURNINUS. }

Saturnini hujus Consulis Prænomen & Nomen ignota nobis sunt. Quid si ad eum pertinet subsequens Epigramma? Alios *Saturninos* Consules habemus, sed ad neminem ex iis illud verisimilius accommodes.

1

Sueſſæ,
in hortis Epiſcopi.
Ex Donio, & e ſchedis Fratris Jucundi.

L ALBINIO. A. F. QVIR. SATVRNINO
COS. PROCOS. PROV. ASIAE. LEG. AVG.
PR. PR. PONTI. ET. BITH. PROV. PROCOS
PROV. ACHAIAE. PRAEF. AER. SAT.
LEG. AVG. ASTVRICAE. ET. GALLAEC
PR. VRB. AED. PL. SOD. ANTONIAN
Q. VRB. P. C. CVRATORI
COL. DEC. DEC

Donius idem alibi hanc ipſam Inſcriptionem, ſed mancam, profert: ibi legit L. ALBANIO. Integræ huic major adhibenda fides.

Anno U. C. 1017.
Ær. Ch. 265.
P. LICINIUS VALERIANUS II. Gallieni frater. } Cos.
L. CÆSONIUS LUCILLUS MACER RVFINIANUS. }

Anno U. C. 1019.
Ær. Ch. 267.
..... PATERNUS } Cos.
..... ARCESILAUS. }

Anno U. C. 1018.
Ær. Ch. 266.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. VII. } Cos.
..... SABINILLUS. }

Anno U. C. 1020.
Ær. Ch. 268
..... PATERNUS II. } Cos.
..... MARINIANUS. }

2

Romæ,
in Cœmeterio Callixti.
E Boldetto.

PASTO ILIANAE MARCIANA ET
CHR DANO FILIO BENEMERENTI
DN FEC VI. QVI VIXIT ANNVS XII. M. II. ET
QVI CRV ACCEPIT D. N. DIE XII. KA CTOBRES
MO PATERNO II. COSS. ET REDE XI. KAL
VIBAS INTER SANCTIS IHA

Anno U. C. 1021.
Ær Ch. 269.
IMP. M. AURELIUS CLAUDIUS AUG. II. } Cos.
..... PATERNUS. }

Infra ad Annum Chriſti 270. Inſcriptionem dabo, in cujus fine legitur IMP. CLAVDIO AVG. ET PATERNO CONS. Et fane nullum Numiſma vidi, in quo Claudius Augustus appelletur COS. II. Nonnullis etiam in Faſtis ſignatur hoc Anno Conſul ſine iterati Conſulatus nota. Artamen ſive is antea Conſul fuſſe tus aliquando proceſſerit: ſive is, ſimul ac præcedenti Anno ad Imperium evectus fuit, faſces arripuerit: CONSVL. II. in geminis vetuſtis Inſcriptionibus reperitur. Ad alterum Conſulem quod attinet, is NONIVS PATERNVS appellandus videtur ex Inſcriptione eâdem, quam infra exhibebo. Is etiam alter videtur a *Paterno* illo, quem præcedenti Anno Chriſti 268. Conſulem iterum proceſſiſſe vidimus.

Romæ

1 *Romæ,*
lapis effossus Anno Ch. 1730.
in Cœmeterio Sanctorum Thrasonis & Saturnini
una cum Corpore Sanctæ Severæ Martyris,
(Martyrem quippe testatur Vasculum, sanguinem olim complectens)
nunc in Sacrario Sanctæ Mariæ Trans Tiberim.
Ex Cl. V. P. Antonio Maria Lupo, Societatis Jesu Presbytero.

ΚΩCOYΛΕ. ΚΛΥ. ΔΕ. Ι. ω
ΕΔ· ΠΛ. ΤΕΡ. ΝΩ· ΝΩ· ΝΕΙC
NOBEN· BP. EI. BOYC· ΔΕΙ· ΕΒΕ· ΝΕ· ΡΕC. ΛΟΥ. ΝΑ. XXIII.
ΛΕΥΚΕC. ΦΕ· ΛΕ· Ι· Ε· CΕ· ΒΗ· ΡΕ· ΚΑ. ΡΕCCΕΜΕ ΠΟCΟΥΕΤΕ
ΕΔ· ΕΙCΠΕΙΡΕΙΤω CANCTω· ΤΟΥω
TOYA ANNOYωΡωΜ· ⊼S L
ΕΔ ΜΗCωΡωΝ ⊼Ī ΔΕΟΥΡωΝ. Χ.

Ideſt :

Conſule Claudio
Ed. Paterno. Nonis
Nobembribus. Die. Veneris. Luna XXIV.
Leuces. Felie. Severe. Careſſeme. Poſuete
Et. Iſpirito Sancto. Tuo
..... *Tua Annuorum* ς L
Ed meſporon. XI. Deuron. X.

Hanc interpretationem dedit Pater Lupus.

Conſule Claudio
Et Paterno. Nonis
Novembribus, Die Veneris, Lunâ Vigeſimâ Quartâ
Leuces Filiæ Severæ Cariſſimæ Poſuit
Et Spiritui Sancto Tuo
..... *Annorum XXXII.* vel *XXXVI.*
Et Menſium XI. Dierum X.

Si plura petis, adi ejuſdem doctiſſ. P. Lupi librum, ſacrâ eruditione refertum; in quo is juſto Commentario Inſcriptionem iſtam erudite illuſtravit.

Anno U. C. 1022.
Æræ Chriſti 270.

..... ANTIOCHIANUS.
FURIUS ORFITUS. } Coſs.

2 *In Sancti Damiani de Carſulis*
agri Tudertini.
E ſchedis meis, & Claſſenſibus.

DEDICATA ID. IAN. ANTIOCHIANO II. ET ORFITO COS
QVA DIE SEX VIRIS IVVENIBVS COLLEGIATIS ET
POPVLO VTR

Anno U.C. 1023.
Æræ Ch. 271.
FL. CL. AURELIANUS IMP. AUG. II.
CEJONIUS VIRIUS BASSUS II. } Cos.

1 *Romæ, e schedis meis. Sive Secenarii in Marsis, ex Phœbonio.*

L Ꝺ VIBIVS. SEVERVS
AEDILIS. IIII. VIR. Q. Q.
SPLENDIDVS. EQ.
ROMANVS PATRO
NVS. CIVITATIS. SVPE
RAEQVANORVM. ITEM
PATRONVS. CIVITATIS
ANXATIVM. FRENTANOR
ET. PELTVINORVM VESTIN
HIC. OB. HONOREM AEDILITA
TIS Ꝺ L. VIBI. RVFII. FILI. SVI
EQ. R. AD DEAM PELINAM. PRI
MVS. HVIC. LOCO. VENATIO
NEM EDIDIT. DEINCEPS LVDOS
SOLLEMNES. L. VIBIVS. NEPOS
FILIVS. AED. IIII. VIR. I. D. EQ. R.
PATRONVS. CIVITATIS. OB
NOMEN. FRATRIS. SVI. TI
TVLVM. PVBLICE DICA
VIT. AVRELIANO AVG
ET. BASSO. II. COS. XVI. KAL. IVN.

Apud Phœbonium Lib. 3. Cap. 13. Histor. Marsor. mendis scatet hæc Inscriptio. *Pelina Dea* cultus frequens fuit in Frentanis, aliisque conterminis locis. Alterum Inscriptionem desi Clasis. I. ubi illius nomen occurrit. Pro PELTVINORVM Phœbonius habet in nona linea PELTVINATIVM.

Anno U. C. 1024.
Æræ Ch. 272.
. . . . . QUIETVS. }
. . . . . VOLDVMIANVS. } Cos.

Anno U. C. 1025.
Ær. Ch. 273.
M. CLAUDIUS TACITUS. }
. . . . . PLACIDIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1026.
Ær. Ch. 274.
VALERIUS AURELIANUS IMP. AUG. III.
C. JULIUS CAPITOLINUS. } Cos.

Anno U. C. 1027.
Æræ Ch. 275
FL. CL. AURELIANUS IMP. AUG. IV. }
T. NONIUS MARCELLINUS. } Cos.

2 *Beneventi. E schedis Farnesiis, & Marchionis Alexandri Capponii.*

T. NONIO MARCELLINO
V. C. COS. CAP.
PATRONO. DIGNISSIMO
OB INSIGNIA. BENEFICIA
QVIBVS. LONGA. POPVLI
TABEDIA. SEDAVIT
VNIVERSA. PLEBS
BENEVENTANA
CENSVIT. PONENDAM

In secundâ linea V. C. COS. CAP. ideſt *Viro Clarissimo, Consulari Campaniæ*. Quamquam Fabrettus, & Malvasia titulum hunc produxerint, minime animadvertentes, a Gruteri quoque fuisse evulgatum pag. 171. num. 1. attamen rursus & ego producendum statui. Fabrettus, & Gruterus habent in primâ linea T. AVONIO. Sed schedæ Farnesiæ ante ducentos annos scriptæ, legunt T. NONIO. Capponiæ TI. NONIO. Pro TABEDIA apud Fabrettum legitur in sextâ linea TEDIA. Dura utraque vox. *Dissidia* hoc significari nemo non intelligit.

Anno U. C. 1028.
Ær. Ch. 275.
M. CLAUDIUS TACITUS IMP. AUG. II. }
. . . . . ÆMILIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1029.
Ær. Ch. 277.
M. AUR PROBUS IMP. AUG. }
M. AURELIUS PAULLINUS. } Cos.

Anno U. C. 1030.
Ær. Ch. 278.
M. AUR. PROBUS IMP. AUG. II. }
. . . . . LUPUS. } Cos.

Anno U. C. 1031.
Æræ Ch. 279.
IMP. M. AUR. VALERIUS PROBUS AUG. III. }
. . . . . PATERNUS. } Cos.

3 *Romæ, in Museo Eminentiss. Card. Alexandri Albani.*


VIXIT SEVERA SELEVCI
ANE CVM AVRELIO SABVTIO ANNIS
DECE ET SEPTE IMP. PROBO AVG III ET NONIO
PATERNO BIS CONS. QVOT VIXIT IN SECVLO
ANNIS TRICINTA ET DVO ET MENSIS DVO IMP
CLAVDIO AVG. ET PATERNO CONS

Ex rarâ hujusmodi Inscriptione supplendi sunt Fasti, & scribendum NONIUS PATERNUS II. Scilicet is primum Consulatum gesserat cum *Claudio Augusto* Anno Christi 269. Igitur mulier ista *Severa* præsenti Anno Christi 271. finem vivendi fecit. Cur verò hoc memoretur Consulatus *Claudii Augusti, & Paterni*, ideſt Annus Christi 269. quo plus inquito, minus intelligo. Neque enim ad tempus initi conjugii refert, potest, eoque minus ad tempus mortis.

Anno U. C. 1032.
Ær. Ch 280.
.....MESSALLA.)
.....GRATUS.) Cos.

Anno U. C. 1033.
Ær. Ch. 281.
M. AUR. PROBUS IMP. AUG. IV.)
C. JUNIUS TIBERIANUS.) Cos.

Anno U. C. 1034.
Ær. Ch. 282.
M. AUR PROBUS IMP. AUG. V.)
.....VICTORINUS.) Cos.

Anno U. C. 1035.
Æræ Ch. 283.
M. AURELIUS CARUS IMP. AUG. II.)
M. AURELIUS CARINUS CÆSAR.) Cos.

1 *In Vico* Vieux, *ubi olim Civitas Viducassium*, *Misit Cl. V. Joseph Bimardus* de la Bastie *Montis Seleuci Toparcha.*

DEO MARTI
C. VICTORIVS
FELIX PRO SE ET
IVNIO FILIO SVO
ET MATERNAE VIC
TORIS CONIVGIS
MEAE V S L M DIALE
ET BASSO COS. IDIB
MARTIS

Et heic Prisicianus vapulat. Pluries *Bassi* occurrunt in Fastis; nullus verò *Dialis*, qui fortasse Consul suffectus fuerit. Ad Annum Christi 283. in Chronico Paschali, sive Alexandrino post

CARUM &
CARINUM) Cos.

Consulatus etiam eodem Anno defertur

DIOCLETIANO &
BASSO) Cos.

Et sane Anno Christi 285. Diocletianus jam renuntiatus Augustus *Consul II.* processit, ita ut Consularum suffectum antea, hoc est Anno Christi 283. gesserit. Num igitur DIALE heic positum pro DIOCLE*tiano*? Ne vitio quidem caret postrema vox MARTIS, pro qua legendum MARTIIS. Hoc autem Anno Ch. 283. Fastis Consularibus, eorumque continuationi finem imposuit Clariss. Stampa.

RELIQUA FASTORUM CONSULARIUM SERIES PETITA EST EX PETRO RELANDO.

Anno U. C. 1036.
Ær. Ch. 284.
IMP. M. AURELIUS CARINUS II.)
M. AURELIUS NUMERIANUS II.) Cos.

Anno U. C. 1037.
Ær. Ch. 285.
IMP. C. AURELIUS VALERIUS DIOCLE-)
TIANUS II.) Cos.
.....ARISTOBULUS.)

Anno U. C. 1038.
Æræ Ch. 286.
M. JUNIUS MAXIMUS II.)
VETTIUS AQUILINUS.) Cos.

2 *Romæ.*
E schedis meis.

COELIAE CLAVDIANAE VV. MAXIMAE
SANCTISSIMAE PIISSIMAEQVE
CVIVS EGREGIAM SANCTITATEM
ET IN DEORVM INFATIGABILEM SACRORVM
OPERATIONEM MERITIS SVIS LAVDIS AETERNAM
ADHIBITA GRAVITATE NVMEN QVOQVE VESTAE
COMPROBAVIT SACERDOTES SACRAE VRBIS
DEDICATA V. KAL. MART. M. IVNIO MAXIMO II. ET
VETTIO AQVILINO COSS. CVRANTE FL. MARCIANO
V. E. FICTORE VV

Huic ipsi *Cœlia Claudiana VV.* ideſt *Virgini Vestali* posita fuerunt duo elogia apud Gruterum legenda pag. 109. num. 8. & 310. num. 2. In primo legitur CLOELIAE non sine vitio, nam in pluribus veterum schedis eadem Inscriptio mihi visa, constanter præfert COELIAE, sive CAELIAE. In postremâ lucè hujusce marmoris pro FICTORE VV. ideſt *Vestalium*, cujusmodi est titulus *Flavii Marciani* V. E. nempe *Viri Egregii*, erunt, qui legendum malint PICTORE. Sed erant & *Fictores*, vasa, statuas, & alia e creta, & argilla, fortassis etiam ex argento operantes. Apud Fabrettum quoque pag. 460. occurrit FICTOR PONTIFICVM.

3 *In oppido Patrico in Latio.*
Ex P. Vulpio e Societ. Jesu V. Cl.

PRINCIPI IVVENTVTIS
IVNIVS PRISCILLIANVS
MAXIMVS V. C
CVR. LAVR. LAV
DIC. N. M. Q. EIVS
DEDICATA. EID FEBR
MAXIMO II ET AQVILINO COS

Qui heic *Princeps Juventutis* appellatur, alius esse non potest, nisi *Maximianus Herculius*, cujus nomen exosæ tamdem genti ex ipsis saxis expunxere. Atque hinc confirmatam vides Pagii sententiam, qui *Maximianum*, antequam Augustus renuntiaretur, *Cæsarê* dignitate auctum a Diocletiano Augusto, contra Norisium Cardinalem contendit. *Idibus Februariis* Maximianus adhuc *Cæsar*, & per consequens *Princeps Juventutis* erat. Tum Calendis Aprilis hujusce Anni *Imperatoris* & *Augusti* nomen est consequutus.

Anno U. C. 1039.
Æræ Ch. 287.
IMP. C. AURELIUS VALERIUS DIOCLE-)
TIANUS III.) Cos.
IMP. M. AUREL. VALERIUS MAXIMIA-)
NUS AUG.)

Anno U. C. 1040.
Ær. Ch. 288.

IMP. M. AUR. VAL. MAXIMIANUS AUG. II.
POMPONIUS JANUARIUS. } Cos.

Anno U. C. 1041.
Æræ Ch. 289.

..... BASSUS II.
..... QUINCTIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1042.
Ær. Ch. 290.

IMP. C. AUR. VALERIUS DIOCLETIANUS AUG. IV.
IMP. M AUR. VAL. MAXIMIANUS AUG. III. } Cos.

Anno U. C. 1043.
Ær. Ch. 291.

TIBERIANUS.
CASSIUS DIO. } Cos.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Sancti Urbani.
Ex Boldetto V. Cl.

EX VIRGINIO TVO BEN
EME CO VIXSIST LIB. ENIC
ONIVCA INNOCENTISSI
MA CERVONIA ☧ SILVANA
REFRIGERA CVM SPIRITA
SANCTA DEP KAL APR TIBERI
ANO II ET DIONI COSS

Marmor hoc ipsum nunc exstat in ædibus Alexandri Capponii Marchionis, & Forerii majoris Pontificis. Is autem in secundâ lineâ legit E MECO VIXSISTI LIBENI C. Inscriptio Christiana est, in qua lego: *Ex Virginio Tuo* (ideſt *Marito* virgine) *Benemerenti Cum Quo Vixisti Libenter Conjuca* (pro *Conjux*, aut *Coninge*) *Innocentissima* &c. Apud Mabillonium in Itinerario Italic. pag. 73. & apud Fabrettum pag. 574. altera Inscriptio Christiana legitur, ubi pariter corrupta hæc formula occurrit CVM SPIRITA SANCTA pro *Cum Spiritu Sancto*. Mabillonius Confirmationis, Fabrettus Baptismatis Sacramentum per ea verba designari arbitrantur. Porro corrigendi ex hoc lapide Fasti, ac *Tiberianus* iterum *Consul* processisse dicendus est hoc Anno. Ita quoque scriptum ab Anonymo de Præfectis Urbis. Quonam autem Anno *Tiberianus* Consulatum Primum gesserit, protsus latet. In Fastis Florentinis a Relando laudatis ad Annum Christi 289. Consules ponuntur *Tiberius Bassus*, & *Dio*, & *Quintianus*. Sed locum corruptum existimare cogimur. Dionis Historici aut Filius, aut Nepos fuisse videtur ille *Dio* Consul. Certe Anno Christi 296. *Cassius Dio* Præfecturam Urbanam gessit. Quod autem est ad *Tiberianum* primum Consulatum, videnum ille fuerit Anno Christi 281. hoc est decennio antea, quo in Fastis Consules exhibentur *Marcus Aurelius Probus Imp. Aug. IV.* & *Cajus Junius Tiberianus*.

Anno U. C. 1044.
Ær. Ch. 292.

HANNIBALIANUS.
ASCLEPIODOTUS. } Cos.

Anno U. C. 1045.
Ær. Ch. 293.

IMP. C. AUR. VAL. DIOCLETIANUS AUG. V.
IMP. M. AUR. VAL. MAXIMIANUS AUG. IV. } Cos.

Anno U. C. 1046.
Ær. Ch. 294.

FL. VALERIUS CONSTANTIUS CHLORUS CÆSAR.
C. GALERIUS VALER. MAXIMIANUS CÆSAR. } Cos.

Anno U. C. 1047.
Æræ Ch. 295.

TUSCUS.
ANULINUS. } Cos.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

STATILIA ALEXANDRA ANNOR
V M XIIII VIRGO MORTVA ES TVSCO ET A
NVLLINO CONSS ϛIII KAL SEPT
FILIA ALEXANDRA ROS

Alibi idem Boldettus ipsam Inscriptionem referens legit in tertiâ lineâ D. III. KAL. Sed iis temporibus non raro occurrit nota illa ϛ quæ nihil aliud significat nisi ς *Sigma* Græcorum, respondens numerali Latinorum notæ VI. ita ut hæc legendum esset *Nono Kalendas Septembres*.

Anno U. C. 1048.
Æræ Ch. 206.

IMP. C. AUR. VALERIUS DIOCLETIANUS AUG. VI.
FL. VAL. CONSTANTIUS CHLORUS CÆSAR II. } Cos.

Anno U. C. 1049.
Æræ Ch 297.

IMP. M. AVREL. VALER. MAXIMIANUS AUG. V.
C. GALERIUS MAXIMIANUS CÆSAR II. } Cos.

3 *Romæ,*
in Sancti Salvatoris ad Pontem Senatorium.
Ex Cl. V. P. Lupo e Societ. Jesu.

NN. MAXIMIANO AVG. V
AXIMIANO CAES. II. CONS
C. GESSIT VALERIVS VICTOR
PATERNVS

Paternum eodem Anno fuisse Urbi Præfectum, opinatur P. Lupus.

Anno U. C. 1050.
Ær. Ch. 298.
ANICIUS FAUSTUS II. } Cos.
SEVERUS GALLUS. }

1 *Florentiæ,*
apud Senatorem Bonarotam.
Ex P. Montfauconio V. Cl.

ΣΙΜΠΑΙΚΙΑ Η ΚΑΙ
ΚΑΛΑ•ΝΤΜΟΣ ΕΖΗ
ΣΕΝ ΕΤΗ ΙΑ ΗΜΕΡΑΣ ΚΓ
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΠΡΟ ΙΓ ΚΑΛ ΝΟΒΕΜΒΡ
ΦΑΥΣΤΟ• ΚΑΙ ΓΑΛΛ• ΥΠΑΤΟΙΣ

Ideſt:

Simplicia Quæ Et
Callonymos Vi-
xit Annos Undecim, Dies Viginti Tres.
Defuncta eſt Tertiodecimo Kalendas Novembres,
Fausto & Gallo Conſulibus.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Sancti Hippolyti.
Ex Boldetto.

D . M
Q. LIBERIO VICXIT
ANN. N. II. MENS. N. III.
DIES N. VIII. R. ANICIO
FAVSTO. ET VIRIO GAL
LO CONS.

Confirmatum hoc habes *Anicii Fausti* nomen, qui tamen Secundo Conſulatu auctus minime dicitur, quod etiam ſilet præcedens Inſcriptio. Sigla R. præfixa nomini Anicii, ſignificat REQVIEVIT. Quod eſt ad alterum ex hiſce Conſulibus, in Chronico Alexandrino is appellatur ΣΕΒΗΡΟΣ ΓΑΛΛΟΣ *Severus Gallus*. Æquius puto habendam fidem Marmori noſtro, in quo nuncupatur VIRIVS GALLVS.

Anno U. C. 1051.
Ær. Ch. 299.
C. VALERIUS DIOCLETIANUS AUG. IMP VII. }
M. AURELIUS MAXIMIANUS IMP. AUG. VI. } Cos.

3 *Romæ,*
in ædibus Angeli Calotii.
Ex Ligorio.

ΑΠΡΙΛΙΩ•Ν
ΦΑΡΜΟΥΘΙ Α
ΤΠΟ. ΤΩ•Ν
ΚΤΡΙΩ•Ν ΗΜ•Ν
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ
CEB. TO. Ζ. ΚΑΙ
ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ
CEB. TO. ϛ
ΤΟΠΟϹ. ΕΔΟΘΗ
ΤΠΟ. ΒΑΛΕΡΙΟΥ
ΤΠΑΤΙΚΟΥ
ΙΕΡ•Ν. ΝΑ•Ν

Ideſt:

. . . . . .
Aprilis.
Pharmuthi (Menſis Die) *Primo.*
Sub (Conſulibus)
Dominis Noſtris
Diocletiano
Auguſto Septimùm, Et
Maximiano
Auguſto Sextùm.
Locus Datus
A Valerio
Conſulari
Sacrarum Ædium.

Subdenda eſt hæc Inſcriptio alteri, quam Gruterus e Smetio acceptam retulit pag. 85. num. 5. una cum verſione Benedicti Umbri, quippe quæ legitur in averſa parte ejuſdem columnæ, atque illam perficit. Integrum Marmor ego protuli ſupra Claſſ. III.

Anno U. C. 1052.
Æræ Ch. 300.
FL. VALERIUS CONSTANTIUS CÆSAR III. }
C. GALERIUS MAXIMIANUS CÆSAR III. } Cos.

4 *Romæ.*
E ſchedis meis.

TERENTIAE RVFILLAE V V
MAXIMAE SANCTISSIMAE RELIGIOSISSIMAE
PVDICISSIMAE PRAESTANTISSIMAE
CVIVS MERITA CIRCA ME SEMPER SENSI
AEL. IANVARIA QVAE ET LEONTIA EX VOTO
DIGNISS. POSVIT
DEDICATA XIIII. KAL. IAN. CONSTANTIO. III. ET
MAXIMIANO III. CAESS. COSS. CVRANTE
AVR. NICETA

V V. ideſt *Virgini Veſtali*, uti quoque in ſubſequenti marmore.

Anno U. C. 1053.
Ær. Ch. 301.
. . . . . TITIANUS II. } Cos.
. . . . . NEPOTIANUS. }

1 *Romæ.*
E schedis meis.

MIRAE SANCTITATIS ADQVE IN CERIMONIIS
ANTISTITI DEORVM TERENTIAE RVFILLAE VV.
MAX. AVR. EYTYCHES VOTI COMPOS REDDITVS
PATRONAE ERGA SE PRESTANTISSIMAE
DEDICATA PRI. NON. MAI. TITIANO. II. ET
NEPOTIANO COSS. CVRANTE. AVR. NICETA

Hujus partem produxerat Gruterus pag. 312. num. 3. Ego integram exhibeo. Animadverte, hisce præsertim temporibus invaluisse morem commendandi se precibus Virginum Vestalium, impetrandi causâ aliquid a Principibus. Ceterum *Titianus* ille Consul, qui antea suffectus fuisse oportet, idem fuisse mihi creditur, qui in Inscriptione apud Fabrettum pag. 208. hisce nominibus, ac titulis memoratur T. FL. POSTVMIO TITIANO. V. C. COS. PROCOS. PROV. AFRICAE CVR. AQVARVM ET MINICIAE &c.

Anno U. C. 1054.
Ær. Ch. 302.
FL. VALERIUS CONSTANTIUS CÆSAR IV.
C. GALERIUS MAXIMIANUS CÆSAR IV. } Cos.

Anno U. C. 1055.
Ær. Ch. 303.
IMP. C. AUR. VAL. DIOCLETIANUS AUG. VIII.
IMP. M AUR. VAL. MAXIMIANUS AUG. VII. } Cos.

Anno U. C. 1056.
Ær. Ch. 304.
IMP. C. AUR. VAL. DIOCLETIANUS AVG. IX.
IMP. M. AUR. VAL. MAXIMIANUS AUG. VIII. } Cos.

Anno U. C. 1057.
Ær. Ch. 305.
FL. VALERIUS CONSTANTIUS CÆSAR V.
C. GALERIUS MAXIMIANUS CÆSAR V. } Cos.

2 *Romæ,*
apud Burghesios.
Ex Cl. V. Francisco Blanchinio.

M. D. M. I
DD. NN. CONSTANTIO
ET MAXIMIANO NOBB.
CAESS. V. CONSS. XVIII
KAL. MAII. IVLIVS ITA
LICVS. V. C. XV. VIR
S. I. TAVROBOLIVM
PERCEPI. FELIC.

Jam monui de *Taurobolio* in honorem *Magnæ Deûm Matris Idææ*, Sacrificio nempe peracto, consulendos esse Philippum a Turre in Antiquitatib. Antii, Van-Dale, Sponium, &c. alios.

Anno U. C. 1058.
Ær. Ch. 306.
IMP. FL. VALERIUS CONSTANTIUS AUG VI.
IMP. C. GALER. VAL. MAXIMIANUS AUG. VI. } Cos.

Anno U. C. 1059.
Ær. Ch. 307.
M. AUR. VALERIUS MAXIMIANUS IX.
FL. VALERIUS CONSTANTINUS. } Cos.

Anno U. C. 1060.
Ær. Ch. 308.
M. AUR. VALERIUS MAXIMIANUS X.
IMP. C. GALERIUS MAXIMIANUS AUG. VII. } Cos.

Anno U. C. 1061.
Ær. Ch. 309.
M. AURELIUS VALERIUS MAXIMIANUS AUG. X.
C. GALERIUS MAXIMIANUS AUG. VII. } Cos.

Romæ Verò

MAXENTIUS AUG. II.
M. AURELIUS ROMULUS CÆSAR II. } Cos.

Aut ad præcedentem, aut ad hunc Annum, aut ad unum ex subsequentibus fervente Romæ *Maxentii* tyrannide, spectare posse videtur subsequentis inscriptionis fragmentum.

Romæ.

I

Romæ,
in Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.



At in Fastis nullus *Valerius Antoninus* una cum *Maxentio Augusto* Consul proceſſiſſe deprehenditur. Sed fortaſſis hoc Anno *Romulus* Maxentii filius in Tiberi periit, uti ſuſpicatur Pagius, & locum alteri Conſuli fecit. Præterea in hac Inſcriptione confuſa nomina videas. M. AVR. VAL. in tertia lineâ non bene præcedit SVRVLAE. Quid ſi *Martus Aurelius Romulus* Maxentii filius hoc nomine ſignetur, quod in locum non ſuum irrepſerit?

Anno U. C. 1063.
Ær. Ch. 311.
IMP. C. GALERIUS VALERIUS MAXIMIANUS AUG. VIII.)
C. CEJONIUS RUFIUS VOLUSIANUS.) Coſs.

Galerium Valerium Maximianum Octavium Conſulem hoc Anno unicum & abſque Collegâ nobis exhibet Relandus. Mihi ſine dubitatione addendus creditur *Cajus Cejonius Rufius Volusianus*. Vide infra ad Annum Chriſti 315. Inſcriptionem ejus filio poſitam. Ibi appellatur BIS ORDINARIVS CONSVL, itaut is certe Annum aliquem aperuerit Conſul. Manifeſte quoque habemus Anno Chriſti 312. Conſulem *C. Cejonium Rufium Volusianum II.* Præcedente ergo Anno aliquis quærendus eſt, quo iſte primum ordinarium Conſulatum geſſerit. Non alium, quàm iſtum feliço. Nam in Fastis Idatii Annus iſte ſignatur RUFINO & VOLUSIANO. Itidem in Idatii Libro occurrunt *Rufinus* & *Volusianus*. Apud Anaſtaſium Bibliothecarium Sanctus Melchiades Papa vitam duxiſſe traditur uſque ad Conſulatum *Volusiani & Rufini*, hoc eſt, ad præſentem Annum, cui ut affiganus Conſulatum primum ejuſdem *Cajo Cejonio Rufo Volusiano*, ſatis ſuperque tabularium habemus. Conſulio ita Faſtorum ad hunc Annum non aliunde profecta mihi creditur, niſi ex multiplici Auguſtorum numero, ac diſcordiâ, ſingulis ſibi tribuentibus facultatem creandi Conſules. Certe *Maximianus Galerius* Auguſtus Conſulatum arripuit in Oriente. Is hoc Anno e vivis raptus, locum poſtea alteri Conſuli feciſſe potuit. Tiſſemontius *Maximianum* quoque Auguſtum hoc eodem Anno agnoſcit. Ruffus alii *Licinium* Auguſtum eodem munere hoc ipſo Anno functum arbitrantur. At Romæ nullum ex hiſce Conſulibus excipiebat *Maxentius* Auguſtus; quod patet ex Libello de Præfectis Urbis. Quare nihil obſtat, quominus Romæ *Rufius Volusianus* Septembri ſaltem Menſe Conſul proceſſerit. Et fortaſſe *Rufinus* ſupra memoratus idem fuit atque *Rufius Volusianus*, cujus nomina ab impetitis Librariis fuerint diviſa.

Anno U. C. 1064.
Ær. Ch. 312.
IMP. FL. VAL. CONSTANTINUS AUG. II.)
IMP. P. VAL. LICINIANUS LICINIUS AUG. II.) Coſs.

Anno U. C. 1065.
Ær. Ch. 313.
IMP. FL. VALER. CONSTANTINUS AUG. III.)
IMP. P. VALER. LICINIANUS LICINIUS AUG. III.) Coſs.

Anno U. C. 1066.
Ær. Ch. 314.
C. CEJONIUS RUFIUS VOLUSIANUS II.)
ANNIANUS.) Coſs.

Anno U. C. 1067.
Ær. Ch. 315.
IMP. FL. VAL. CONSTANTINUS AUG. IV.)
IMP. P. VAL. LICINIANUS LICINIUS AUG. IV.) Coſs.

Anno. U. C. 1068.
Ær. Ch. 316.
SABINUS.)
RUFINUS.) Coſs.

Anno U. C. 1069.
Ær. Ch. 317.
OVINIUS GALLICANUS.)
BASSUS.) Coſs.

Anno U. C. 1070.
Ær. Ch. 318.
IMP. P. VALER. LICINIANUS LICINIUS AUG. V.)
FL. JULIUS CRISPUS CÆSAR.) Coſs.

Anno U. C. 1071.
Ær. Ch. 319.
IMP. FL. VAL. CONSTANTINUS AUG. V.)
LICINIUS CÆSAR.) Coſs.

Anno U. C. 1072.
Ær. Ch. 320.
IMP. FL. VALERIUS CONSTANTINUS AUG VI.)
FL. VALERIUS CONSTANTINUS CAESAR.) Coſs.

Anno U. C. 1073.
Ær. Ch. 321.
FL. JULIUS CRISPUS CÆSAR II.
FL. VALERIUS CONSTANTINUS CÆSAR. II. } Coſs.

1 *Romæ, in Capitolio.*
E ſchedis Alberti Lollii Ferrarienſis.

In uno latere.	*In altero.*
HERCVLI INVIC M. IVN. CAESONIVS. NICOMACHVS ANICIVS. FAVSTVS. PAVLINVS. C. V. P. V D . D	XII. KAL. OCTOB. CRISPO. ET. CONSTANTINO CAESS. II. COSS

Eamdem habes apud Gruterum pag. 47. num. 9. ſed abſque Collegio Conſulum.

2 *Romæ. Ex Henrico Brencmanno V. Cl.*

DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO
IVNIORE NOBILISSIMIS CAESS. IT. COSS
III. NON. SEXTIL. ORDO M DIDI
TANORVM HOSPITIVM AMICITIAMQVE
FECIT CVM Q. ARADIO VAL PROCV
LO V. C. ET IPSVM LIBEROS POSTEROSQVE
EIVS SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS
PATRONVM COOPTAVIT
Q. ARADIVS VAL. PROCVLVS. V. C. PRAE
SES PP. HOSPITIVM AMICITIAM
QVE FECIT CVM ORDINEM DIDI (*ſic*)
TANORVM IPSOS LIBEROS POSTEROS
QVE EORVM SIBI LIBERISQVE SVIS
IN FIDEM CLIENTELAMQVE SVAM
POSTERORVMQVE SVORVM RECEPIT
AGENTE ORDINE

De hoc ipſo *Quintio Aradio Valerio Proculo* ſunt aliæ Teſſeræ hoſpitalitatis, aliaque Elogia apud Gruterum.

Anno U. C 1074.
Æræ Ch. 322.
PETRONIUS PROBIANUS. } Coſs.
ANICIUS JULIANUS. }

Anno U. C. 1075.
Æræ Ch. 323.
ACILIUS SEVERUS. } Coſs.
VETTIUS RUFINUS. }

3 *In Civitate Atinæ.*
E ſchedis meis, & ex Donio.

C. VETTIO. COSSINIO. RVFINO. C. V.
PRAEFECTO. VRBI. COMITI
IN. CONSIST. CORR. CAMP. CORR.
TVSCIAE. ET. VMBRIAE. CORR.
VENETIAE. ET. HISTRIAE. CVR. ALV.
TIBERIS. ET. CLOACAR. SACRAE. VRBIS
CVR. VIAE. FLAMINIAE. PROCONSVLI. PRO
VINCIAE. ACHAIAE. SORTITO. PONTIFICI. DEI
SOLIS. AVGVRI. MIN. PALATINO. ORDO. PO
PVLVSQ. ATINAS. QVOD. IN. CORRECTVRA
EIVS. QVAE. SAEVISSIMAM. TYRANNIDEM. INCVRRERAT
NVLLAM. INIVRIAM. SVSTINVERIT
PATRONO. DICATISSIMO.

Mancam dedit Donius, aliiſque nævis fœdatam. Is habet RVFINO. CVM. PRAEFECTO. VRBI. COMITI. VIN. CORR. CAMP. CORR. TVSCIAE. ET. HISTRIAE. In ſchedis meis legitur AVGVRI. MIN. PALATINO, ideſt, ut conjicio, *Auguri Minori Palatino*, aut *Miniſtro Palatino*; nam apud Gruterum pag. 1088. num. 7. occurrit *Miniſter Larum Auguſtorum*. Donius verò legit AVGVRI. SACRO. PALATINO. In antepenultima linea Donii lectionem ſequutus ſum: nam in ſchedis meis habebatur IN. CORRECTVRA. EIVS. QVAE. SVAVISSIMA. T. CRAN..... INIVRIAM &c. Utrobique eſt in fine PATRONO DICATISSIMO. Videretur legendum DICATISSIMVS. Iſte verò illuſtris vir hoc Anno proceſſiſſe Conſul videtur, quamquam nulla hæc ſit mentio Conſulatus, forſaſſe quod poſtea ad ſublimem hunc gradum pervenerit. Et ſiquidem ad hujus Anni Conſulem referenda eſt inſcriptio, *Coſſinii* Cognomen ejus nomini eſt adjungendum.

Anno U. C. 1076.
Ær. Ch. 324.

FL. JULIUS CRISPUS CÆSAR III.
FL. VAL. CONSTANTINUS CÆSAR III. } Cos.

Anno U. C. 1077.
Æræ Ch. 325.

PAULINUS.
JULIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1078.
Æræ Ch. 326.

IMP. FL. VAL. CONSTANTINUS AUG. VII.
FL. JULIUS CONSTANTIUS CÆSAR } Cos.

Anno U. C. 1079.
Æræ Ch. 327.

FL. VALERIUS CONSTANTINUS. MAXIMUS. } Cos.

1 *Romæ, in Cœmeterio Lucinæ. Ex Boldetto.*

DEPOSITA PVELLA NOMINE
VRSA IN PACE ANNORVM
VIGINTI DVO CONSS. FL.
CAESARI ET MAXIMI
VV CC EMPTVIOC VIRIS ET
IA

Primus Consulum hujus Anni, si Grammaticæ leges heic observatæ sunt, est *Flavius Cæsarius* tantùm. Ipse quoque, & Collega *Maximus* appellari videntur *Viri Clarissimi*, ita ut nullum heic vestigium occurrat unius ex filiis Constantini Magni Augusti, eoque minus Constantini ipsius. Attamen vide Relandum, qui multas Leges congerit, datas hoc Anno *Constantino, & Maximo Coss.*, aut *Constantino Cæsare V. & Maximo Coss.* sive *Constantio, & Maximo Coss.* ut Fastos omittam. Num *Flaviæ* gentis nomen in Constantini Magni familia celebritissimum, & *Cæsaris* Cognomen pro *Cæsare* sumtum, peperisse potuit *Constantinum* Consulem hoc Anno? Unus lapis in his pluris faciendus, quàm Libri non pauci. Vox EMPTVIOC in penultimâ lineâ corrupta est.

Anno U. C. 1080.
Æræ Ch. 328.

. . . . . JANUARINUS, sive JANUARIUS.
. . . . . JUSTUS. } Cos.

2 *Antiquariæ in Hispania. E schedis meis.*

CRIOBOLIVM. ET
AEMOBOLIVM. MOVIT
DE. SVO. PETRONIVS. MÁR
CELLVS. SACERDOS. VI. KAL
DEC. IIII. VIR. PRIMO ET IVSTO

Ita schedæ meæ. At doctiss. P. Philippus Camerinius Presb. Orator. Marmor hoc in Urbe Teanina nunc adservari ad me scripsit. Habes heic Consules. Nisi PRIMVS soffectus fuerit in Consulatu, verisimile videtur, *Januarium Primi* etiam cognomine fuisse ornatum. De *Criobolio* vide Scriptores supra memoratos (sed præterim Van-Dale) qui de *Taurobolio* agunt, eisque adde Reinesium pag. 73.

Anno U. C. 1081.
Ær. Ch. 329.

IMP. FL. VALER. CONSTANTINUS AUG. VIII.
FL. VALERIUS CONSTANTINUS CÆSAR IV. } Cos.

Anno U. C. 1082.
Ær. Ch. 330.

GALLICANUS.
SYMMACHUS. } Cos.

3 *Mutinæ, in ædibus Canonicorum. Exscripsi.*

BRVTT. AVRELIANAE. C. F
FILIAE. MVSSOLAMI. PATRON. ET. ASTE
RIAE. C. F. NEPTI. MARCELLIN EX COMIT
ET. MARINAE. ET. GALLICANI. CONSS
ORDINARI. QVAE. VIXIT. ANN XXXVII.
MENS. X. DIES. XVIIII. OB. MERITA
HONESTATIS. ET. CONCORDIAE
CONIVGALIS. FL VITALIS. V. C. PROTEC
ET. NOTARIVS. VXORI. AMANTISSIMAE
ET. SI BI

Hanc eamdem protulit Gruterus pag. 626. num. 8. sed nimium deformatam. *Protectores* in Codice Theodosiano ab Imperatore Honorio appellantur, *qui armatam militiam subeuntes, non solùm defendendi corporis sui, verum etiam Protegendi loteris nostri sollicitudinem patiuntur.*

4 *Romæ, in Cœmeterio Priscillæ. Ex Senatore Bonarota.*

INNOCENTIA CONIVNX ISSIGVARIS
QVAE CVM EVM VIXIT BENE
ANNIS X DIES DVODECIM
QVAE DE SAECVLO EXIBIT
IDIBVS AVG GALLICANO CONS

Alter tamen *Gallicanus* Anno Christi 317. Consulari munere functus fuit, propterea que minime certum est, ad utrum ex hisce annis referenda sit hæc Inscriptio.

Anno U. C. 1083.
Æræ Ch. 331.

ANNIUS BASSUS. }
ABLAVIUS. } Cos.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.
Ex Boldetto.

In penultimâ lineâ V. K. OCT. D. ideſt *Quinto Calendas Octobres Deceſſit*.

Anno U. C. 1084.
Ær. Ch. 332.

PACATIANUS. }
HILARIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1085.
Ær. Ch. 333.

FLAVIUS DELMATIUS. }
ZENOPHILUS. } Cos.

Anno U. C. 1086.
Ær. Ch. 334.

L. ACONTIUS OPTATUS. }
ANICIUS PAULLINUS. } Cos.

2 *Lugduni,*
ad Sancti Irenæi.
Ex Clariſs. Marchione Maffejo.

OPTATO ET PAVLINO CON
SVLIBVS KAL. FEBRARIS DEPOS
SELENTIOSES

Anno U. C. 1087.
Æræ Ch. 335.

IULIUS CONSTANTIUS. }
CEJONIUS RUFIUS ALBINUS. } Cos.

3 *Romæ,*
in Capitolio.
E Scheleſtratio, & Mabillonio VV. Cl.

CEIONIVM. RVFIVM. ALBINVM.
V. C. CONS. PHILOSOPHVM
RVFI. VOLVSIANI BIS ORDINARI. CONS. FILIVM
SENATVS. EX. CONSVLTV. SVO
QVOD. EIVS. LIBERIS. POST. CAESARIANA
TEMPORA. IDEST. POST. ANNOS. CCCLXXX. ET. I.
AVCTORITATEM DECREVERIT
FL. MAGNVS IANVARIVS
V. CL. CVR. STATVARVM.

E Mazochio Gruterus hanc habet pag. 387. num. 3. ſed multis ſtatentem vitiis. Ibi in principio legitur S. P. Q. R. & in fine hæc adduntur: LOCVS. ADSIGNATVS. A. NIGRO. ET. CASTONIANO. CVR. OPERVM. PVBLICORVM. Quod eſt ad *Rufium Volufianum*, Cejonii Rufii Albini Patrem, qui hic *Bis Ordinarius Conſul* appellatur, vide quæ ſupra innui ad Annum Chriſti 311.

Anno U. C. 1088.
Æræ Ch. 336.

FL. POPILIUS NEPOTIANUS.)
.....FACUNDUS.) Cos.

Fortaſſis ad hunc Annum ſpectat Inſcriptio, quam Gruterus attulit pag. 390. num. 1. Ego verò iterum producere ſtatui, ut puto, emendatiorem.

1 *Beneventi.*
Miſit Johannes Bernardinus Tafurius V. Cl.

C. CLAVDIO IVLIO
PACATO V. C. COS. CAMP
OB. AEQVITATEM IVDICII
ET PATROCINIA IAM (*fort.* IVRIS) PRIVATI
ORDO BENEVENTANVS
PATRONO POST FASCES DEPOSITOS
CENSVIT COLLOCANDAM

Lex 16. C. *de donationib. ante Nupt.* data dicitur *Nepotiano, & Pacato Conſulibus.* Conjecturæ locus eſt, Facundo ſuffectum fuiſſe C. CLAVDIVM IVLIVM PACATVM, de quo Inſcriptio noſtra.

Anno U. C. 1089.
Æræ Ch. 337.

.....FELICIANUS.)
TI. FABIUS TITIANUS.) Cos.

Vide infra ad Annum Chriſti 391. ubi Inſcriptiones aliquot habentur, de *Titiano Conſule Ordinario* loquentes, quæ fortaſſis ad hunc ipſum Annum ſunt referendæ.

Anno U. C. 1090.
Æræ Ch. 338.

.....URSUS.)
.....POLEMIUS.) Cos.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Priſcillæ.
Ex Boldetto.

ATTIE PVBLICIE. B. QVESQVENTI
IN P. VRSVS PATER. VRSO ET POL
COSS

Ideſt: *Bene Quieſcenti In Pace.*

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callixti.
Ex eodem.

EQ ☧ HERACLIVS
QVI FVIT IN SAECVLVM
AN. XVIII. M. ☧ VII. D. XX. ☧
ET FILO (*ſic*). SVO. BENEMERENTI. IN P
DECESSIT. VII. IDV STEB (*ſic*)
VRSO ET POLEMIO
CONSS

4 *Romæ.*
Ex Mabillonio.
Lapis poſtea in Muſeum Albanum inlatus.

(*ſic*)
ANIME INNOCEN
TI GAVDENTIAE QVE VI
XIT ☧ ANN. V. M. VII. DIES XXI. IN PACE
MERCVRIVS PATER FILIAE
D. V. IDVS. NOVEMB. VRSO ET POLEMIO COSS

5 *Aquilæ,*
pro foribus Sanctæ Mariæ de Rojo.
E ſchedis meis.

DEDICATA III. KAL. IVL.
VRSO ET POLEMIO CONS
OB CVIVS DEDICATIONEM
DEDIT PLEBI VRBANE
AD AEPVLVM CONVIVII
PANEM ET VINVM TAVROS II. VERBECES XV.
PRAETEREA ET ARCAE EORVM FOLLES M
EX QVORVM VSVRIS PER SINGVLOS ANNOS
CONVIVIVM DEDICATIONIS
SIBE EXSIBEANT

Anno U. C. 1091.
Æræ Ch. 339.
IMP. FLAVIUS CONSTANTIUS AUG. II. } Cos.
IMP. FLAVIUS CONSTANS AUG. }

1 *Romæ,*
in Sancti Apollinaris.
E schedis meis.

AVR. CANDIDIANAE. BENE. QVESQVEN
TI. IN. PACE. QVAE. VIXIT. ANNIS. XXXI.
MENSES. VIIII. CVM. MARITO. FVIT. ANNOS
XI. MENSES. VIII. DIES. X. DEPOSITA. KAL
APRIL. CONSTANTINO. AVG. II. ET. CONSTANTE. AVG. COSS

Pro CONSTANTINO legendum CONSTANTIO. Nomina *Constantini*, *Constantii*, & *Constantis* falebras in Fastis pariunt. Neque desunt monumenta quædam, quæ *Constantinum*, videlicet Junioremm Augustum, hoc Anno Consulem scribunt. Inscriptio hæc a Ligorio quoque in suis Collectaneis MStis refertur. Eam insuper inter Donianas habemus. Apud Ligorium legitur CONSTANTINO. ET. CONSTANTE AVGG. COSS. Desideratur in primâ linea AVR. ut minutiora omittam.

Anno U. C. 1092.
Ær. Ch. 340.
ACINDYNUS. } Cos.
L. ARADIUS VALERIUS PROCULUS. }

Anno U. C. 1093.
Æræ Ch. 341.
..... MARCELLINUS. } Cos.
..... PROBINUS. }

2 *Neritii,*
Iapis Anno Ch. 1595. effossus, nunc desideratus.
Misit Johannes Bernardinus Tafurius Neritonensis V. Cl.

ANTONIO. MARCELLINO
ET PETRONIO PROBINO COSS
II. NONAS MATAS
SVCCLAMANTE POPVLO EMPVRII NAVNAE
DE[illegible] OFFERENDA TABVLA AERea INCISA
PATRONATVS M. SALV. BALERIO VIRO SPLENDIDO
CVI IAM DVDVM SECVNDVM BOCIS (*sic*) EIVSDEM POPVLI
ET BOLVNTATEM (*sic*) ONOR PATRONATVS OBLATVS EST
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM DEVOTVS POPVLVS
IAMPRIDEM M. SAL. BALERIO PVBLICE (*sic*) ONOREM PATRONATVS
OPTVLERIT. CVIVS IMMENSA BENEFICIA SEMPER NON TANTVM
IN MVNICIPES. (*sic*) BERVM ETIAM IN NOS IPSOS CONTVLERIT
EMPVRIVM QVOQVE NOSTRVM ITA SEMPER DILEXERIT
PROPTER QVOT NECESSE EST EVM REMVNERARI OPORTERE
PLACET ITAQVE VNIVERSO POPVLO EMPVRII NAVNITANI TABVLAM
AEREAM INCISAM EI OFFERRI DEBERE QVO GRATIVS DIGNE ONOREM
SIBI CONLATVM A DEVOTISSIMO POPVLO EMPVRII NOSTRI LIBENTI
ANIMO SVSCIPIAT
CENSVENTIBVS (*sic*) CN. IVLIO MEMIO PRAETORE
C. IVL. SECVNDO [illegible] GEM AFRODISIO D[illegible]

Habes heic nomina utriusque Consulis, quorum prior est ANTONIVS MARCELLINVS, alter vero PETRONIVS PROBINVS. Illustravit doctiss. Tafurius hoc Marmor Dissertatione edita inter Opuscula Patris Calogierà.

Anno U. C. 1094.
Æræ Ch. 342.
IMP. FL. CONSTANTIUS AUG. III.
IMP. FL. CONSTANS AUG. II. } Cos.

Anno U. C. 1095.
Æræ Ch. 343.
M. MŒCIUS MEMMIUS FURIUS PLACIDUS.
ROMULUS. } Cos.

In Inscriptione Groteriana pag. 433. num. 4. præter alia cognomina *Placidus* appellatur FVRIVS BALBVRIVS. At in schedis Cyriaci Anconitani rectius, ut opinor, FVRIVS BABVRIVS.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

FELICITAS. IN. PACE
XVIII. KAL. DEC
PLACIDO ET ROMVLO COSS.

Anno U. C. 1096.
Æræ Ch. 344.
.....LEONTIUS.
.....SALLUSTIUS. } Cos.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.
Ex eodem Boldetto.

DOMINI COIVGI	TICRIDI QVE VIXIT
ANNIS XXIIII. ET	
DIES XXVI.	EXIT CVM VIRO
SVO ANNOS V.	ET DES XXVII
BENIRVS COIVCI SV	
DECESII IN IACE XV KAL OCT. LEONTIO. ET FIATLVSILO	

In primâ lineâ lege DOMINAE CONIVGI TIGRIDI QVAE. In tertiâ EGIT. In quartâ DIES XXVII. In quintâ CONIVGI SVAE. In ultimâ DECESSIT IN PACE &c. ET SALLVSTIO Cos.

Anno U. C. 1097.
Æræ Ch. 345.
.....AMANTIUS.
.....ALBINUS. } Cos.

3 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

TENI SORORI CASTISSIM
B. AMANTIO. ET ALBINO. CON
XXII. DEP. XIII. K. AVG
AVLO CONSS.

Gemina diversarum Inscriptionum fragmenta heic commixta opinor. Alterum, prioribus duabus lineis constans, ad hunc Annum Christi 345. spectare videtur. Alterum verò ad Annum Ch. 512. quo MVSCHIANVS & PAVLVS Consules processere.

Anno U. C. 1098.
Æræ Ch. 346.
IMP. FL. CONSTANTIUS AUG. IV. }
IMP. FL. CONSTANS AUG. III. } Cos.

Anno U. C. 1099.
Ær. Ch. 347.
RUFINUS. }
EUSEBIUS. } Cos.

1 *Romæ.*
E ſchedis Farneſiis.

ASTERI
CONSTANTIAE
ABSTINENTIAE TESTIMONI
VM SEMPITER. L. TVRCIO
APRONIANO. V. C. FIL. TVRCI
APRONIANI. C. V. PRAEF. VR
BI NEPOTI TVRCI. SECVNDI
COS. QVAESTORI. PRAETORI
XV SACRIS FACIVNDIS COR
RECTORI TVSCIAE ET VMBR
IAE OB EIVS INSIGNE MERI
TVM SINGVLAREMQVE IVSTI
TIAM QVA OMNIFARIA LVCEN
SIVM VTILITATI HONESTATIQ.
PROSPEXIT CONSENSV OB
SEQVENTISSIMI ORDINIS AC
EIVSDEM CIVITATIS POPVLI
EXACTO ADMINISTRATIONIS
TEMPORE STATVAM EX AERE
PATRONO COLLOCATAM ADMI
NISTRAVIT DD. NN. III. ET
III. COS. DECRETA EST AVTEM
POST CONSVLATVM AMANTII
ET ALBINI

Si ad hunc Annum referas hujuſmodi Inſcriptionem, pro DD. NN. II. ET III. COS. ſcribendum heic eſt in vigeſima primâ & ſecundâ lineâ DD. NN. IIII. ET III. COS. ito quippe Anno *Conſtantini* Auguſtus Annum aperuit Quarto Conſulatu. Sed ubi hîce Conſulibus ſignati putes Annum Chriſti 346. eodemque poſitum fuiſſe Statuam *Turcio* huic *Apronio*, intoleranda difficultas inſurgit; cur videlicet in antipenultimâ lineâ ſubſtitutur: *Decreta eſt autem Poſt Conſulatum Amantii & Albini*. Annus ipſe 346. a non paucis aliis hac notâ exprimitur: *Poſt Conſulatum Amantii & Albini*, qui nempe Anno præcedenti Conſules proceſſerant, nondum renuntiato, aut accepto nomine Conſulum novorum. Igitur quum duo diverſi Anni heic excogitandi ſint, in eam ſententiam deſcendo, ſpectare Inſcriptionem hanc ad Annum Chriſti 370. quo Conſulatum iniere

VALENTINIANUS AUG. III. &
VALENS AUG. III.

Non ampliùs, ut ſuſpicor, tunc erat in vivis Turcius Apronianus. Et ne quis mireretur, cur tam ſerò poſita illi Statua fuiſſet, additum fuit, decretum de illa factum Anno *Poſt Conſulatum Amantii & Albini*, ideſt Anno præſenti 346.

Anno U. C. 1100.
Ær. Ch. 348.
FL. PHILIPPUS. }
FL. SALIA. } Cos.

Fortaſſe ad hujus *Philippi* Conſulis patrem pertinet Inſcriptio ſubſequens. Et ſecundum conjecturam iſtam Conſul noſter appellatus fuiſſet

FLAVIUS ANTIGONUS PHILIPPUS.

2 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ Majoris.
E ſchedis meis, & Fratris Jucundi.

ΤΟΝ. ΠΑΣΗC. ΑΡΕ
ΤΗC. ΕΙΔΗΜΟΝΑ. ΦΩΤΑ
ΦΙΑΙΠΠΟΝ. ΠΡΕCΒΥΤΗ. ΑΟ
ΝΙΗC. ΕΝΠΕΡΑΜΟΝ. CΟΦΙΗC
ΑΤCΟΝΙΩΝ. ΤΠΑΤΟΥ. ΠΑΤΕΡΑ ΚΑΤ
ΤΟΝ. ΑΝΤΙΓΟΝΟΙΟ. ΘΡΕΨΕ ΜΑΚΗ
ΔΟΝΙΗ. ΔΕΞΑΤΟ Δ' ΕΙΤΑΔΙΗ

Tetraſtichon hocce ita reddo.

Omnis Virtutis Fulgidum Lumen,
Philippum Senem, Aoniæ Peritum Sapientiæ,
Latinorum Conſulis
Illud DVO DECEMBVR videtur DVODECEMVIR. cujus tamen exemplum minime obvium est. Donius hanc ipsam referens legit DVODECIMB.... R. Erat etiam *Cælius iste Hilarianus Urbis Romæ Perpetuus Sacerdos, & Hierocerux* Matris Deûm Ideæ. Apud Gruterum pag. 27. num. 4. Ulpius Ignatius Faventinus dicitur *Hierocerux D. S. I. M. & Hierofanta Hecatæ*. In superioti quoque Inscriptione Rufius Cejonius appellatur *Hierof. D. Hecat.* ideſt *Hierophanta Deæ Hecatæ*. Hæc nomina varia Sacerdotum pro varietate Deorum.

2 *Romæ, in Sanctæ Cæciliæ. E schedis Donii missit Gorius.*

MARCVS
FECERVNT
PETRVS. VIXIT
X. KAL. APR. DD. NN
GRATIANO IIII. ET. MER
ANASTASA. DEC. III.
QVAE VIX. ANN. IIII. D. X.
MARCVS. QVI. VIXIT. A

Anno U. C. 1130.
Ær. Ch. 378.

IMP. FL. VALENS AUG. VI.
IMP. FL. VALENTINIANUS AUG. II. } Cos.

Anno U. C. 1131.
Æræ Ch. 379.

DECIMVS MAGNUS AVSONIUS.
Q. CLODIUS HERMOGENIANUS OLYBRIUS. } Cos.

Anno U. C. 1132.
Æræ Ch. 380.

IMP. FL. GRATIANUS AUG. V.
IMP. FL. THEODOSIUS AUG. } Cos.

3 *Romæ, in Cœmeterio Sancti Hippolyti. E Boldetto.*

☧ LEO DEPOSITVS III. NONAS OCTOBRIS. DD. GRATIANO
ET THEODOSIO AVGG. COSS. IPSI BENEMERENTI
IN PACE QVI VIXIT ANNOS XVII. MENS. XI. TITVLVS POSITVS

4 *Ibidem. Ex eodem,*

VENEMERENTI IN PACEM QVI VVIXIT
ANVS XVII. M. XI. DEPOSITVS III
NONAS OCTOBRIS DD NN
GRATIANO THEODOSI AVCVLEO

Pro AVCVLEO legendum AVGVSTO.

5 *Romæ, ad Ædem Sanctæ Catharinæ, prope Basilicam Vaticanam. E schedis Donii misit Gorius.*

☧ H O
EVSTOLIVS V. C. CVM FILIA THE
DEPOSITVS X. KAL. AVG. DEPO
DD. NN. GRATIANO V
ET THEODOSIO AVGG. COSS A ☥ ω
I P
☧

In primâ lineâ H. O. pro Q. ideſt *Hoc Quiescit*. In postremâ I. P. hoc est *In Pace*.

Anno U. C. 1133.
Æræ Ch. 381.
FLAVIUS SYAGRIUS. } Cos.
FLAVIUS EUCHERIUS. }

1 *Romæ,*
in pavimento Sanctæ Agnetis.
Misit Alexander Capponius Marchio.

PRESBITER HIC SITVS EST CELERINVS NOMINE DIO
CORPOREOS RVMPENS NEXVS QVI GAVDET IN ASTRIS
DEP. VIIII. KAL. IVN. FL. SYAGRIO ET EVGERIO

2 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii misit Gorius V. Cl.

S ET INNOCENTIAE FL
ANNOS V ET MENSES IIII DE
CRIO ET EVCHERIO. VI. CL

Ideft *Syagrio Et Eucherio* Conſulibus *Viris Clariſſimis*.

Anno U. C. 1134.
Ær. Ch. 382.
ANTONIUS. } Cos.
AFRANIUS SYAGRIUS. }

Anno U. C. 1135.
Æræ Ch. 383.
FL. MEROBAVDES II. } Cos.
FL. SATURNINUS. }

3 *Romæ,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

HIC. IACET. TICIRA. VIXIT. ANNIS. V. MENSIB. III.
DEP. III. KAL. MAI. MERVBAVDE. ET
SATVRNINO CONSS.

4 *Romæ,*
in Via Burgheſia,
Ara, quæ unà cum præcedenti ad Annum Ch. 377.
exhibita, effiſſa fuit in Pronao
Baſilicæ Vaticanæ.
Ex Donio.

M. D. M. I
ET ATTIDI. SANCTO
MENO TYRANNO
Q. CLODIVS. FLAVIANVS
V. C. PONT. MAIOR
XV. VIR. S. F. SEPTEM
VIR EPVLONVM
PONTIFEX DEI SOLIS
TAVROBOLIO CRIOBO
LIOQVE PERCEPTO
ARAM DICAVIT
NONIS APRILIBVS
FF. LL. MEROBAVDE
ET SATVRNINO
CONSS

Hanc antea ediderant Salmaſius, Pignorius, & Reineſius Claſs. I. num. 40. ſed mancam omnes. In antipenultimâ lineâ FF. LL. pro *Flaviis*.

5 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

IOHAN
VENERABILI
BENEMERENTI
DEPOSITA IN PACE CONS
DII ET SATVRN
VIBO FECIT

Hoc eſt *Conſulatu Merobaudis Et Saturnini*.

6 *Ibidem.*
Ex eodem.

LOCVS
DOMINE AC B
SIATI BENEM
AN. XXVIII DEPOSIT
MEROBAVDE
COMPAR. SE VIVO

Anno U. C. 1136.
Ær. Ch. 384.
FL. RICIMER. } Cos.
FL. CLEARCHUS. }

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Sancti Hippolyti.
Ex Boldetto.

DD. NN. CLAEARCO ET RICOMEDE VV. CC.
CONSVLIBVS BENEMERENTI OLIBIONI
QVI VIXIT ANNVS XV. MESIS VI. DIES XX. DECESSIT
DIE XII. KALENDAS OCTOBRES IN PACE

Scriptum puto RICOMERE.

2 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Card. Alexandri Albani.

CASTISSIMAE FILIAE DOMITIANENI VIROINE
MATER PRO AMORE FECIT QVE VIXIT ANNIS
MENSES IIII. DIES TRES DEPOSITA XV. KAL. OCTOBRES
RICIMERE ET CLIARCO CONSVLIBVS

Anno U. C. 1137.
Ær. Ch. 385.
IMP. FL. ARCADIUS AUG. } Cos.
BAUTO. }

3 *Vindobonæ,*
in Palatio Cæſareo.
Miſit Eminentiſs. Card. Dominicus Paſſioneus.

FL. ARCADIO. ET. BAVD
ONE. CONSS. X. KAL. IV
LIAS. DEFVNCTVS. LEO
NTIVS. NEOFITVS. QVI
VIXIT. ANN. PLVS. MINV
S XX. VIII. MES. V. D. XV.
VENEMERENTI. IN. PAC.

Anno U. C. 1138.
Ær. Ch. 386.
FLAVIUS HONORIUS N. P. } Cos.
EVODIUS. }

4 *In agro Interamnæ, nunc* Terni.
Miſit N. V. Ferdinandus de Vicecomit. de Cittadinis.

POST CONSVLATVM ARCADI ET BAVTONI V. C.
CONSS. VI. NONAS MART. DEPOSITA EST NER
VINIA EVRESIA H. F. IN PACE QVE VIXIT AN
NOS P. L. M. XXVIIII. CRISPINVS MARITVS SED
ET VMBRICIA ABVNDANTIA DVLCISSIMAE
FILIAE ET SIBI FECIT

Anno U. C. 1139.
Ær. Ch. 387.
IMP. FL. VALENTINIANUS AUG. III. } Cos.
EUTROPIUS. }

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Sanctorum Felicis & Adaucti.
Ex Boldetto.

FELICITAS QVE BIX
AN. III. M. III. ET D. XIII
DP IIIX. KL. FEB CONS
VALENTINIANO III

2 *In Hispania.*
E schedis Patris Cattanei.

EX OFFICINA
HOMONI. VTE
RE. FELIX. VAS
CONI. IN
X
PROC. TIBERIA
NO. FACTVS
EST. HORREVM
D. N. VALENTI
NIANO. AVG
TER. ET. EVTRO
PIO V. C. CONS
SCRIB. ELEFANTO

Ad hæc circiter tempora videtur referenda Inscriptio a Fabretto edita pag. 270. in quâ Adeodata dicitur *Deposita XVI. Kal. Februarii Cons. Magno Maximo Augusto*, qui videlicet per tyrannidem Imperium invasit sub Valentiniano juniore, ac Theodosio Augustis. Hujusce Consulatus nemo meminit; & quod mirere, Lapis ille Romæ effossus fuit. Aut ergo delatus Maximo Tyranno Consulatus fuerit Anno Christi 384. nam antea quædam pacis species inter eum, & Valentinianum intercesserat; aut is hoc Anno, irruptione factâ in Italiam, consulatum arripuerit.

3 *Romæ,*
fragmentum in Musco Em. Card. Alexandri Albani.
Exscribendum curavit Franciscus Blanchinius
V. Cl.

PERE MORS
PER ANNOS
ECVLA LVGENS
VALENTINIANO III. ET EVTROPIO. QV
ONORIO III. AVG. COSS

Ideſt: Hic in lucem editus fuit *Valentiniano Tertiùm*, & *Eutropio* Conſulibus, ſcilicet Anno præſenti 387. Tum *Quievit*, ſive e vivis exceſſit *Honorio Auguſto Tertiùm* Conſule, Anno videlicet Chriſti 396.

4 *Ibidem,*
in eodem Musco
fragmentum alterum.

NTI IN PACE Q
RITVM ANNI LVII
KAL. IAN. ET DEPOSITA EST XIII
NO. III. ET EVTROPIO CONSS.

Ideſt *Valentiniano Tertiùm*, & *Eutropio Conſulibus.*

Anno U. C. 1140.
Æræ Ch. 388.
IMP. FL. THEODOSIUS AUG. II. } Cos.
CYNEGIUS. }

5 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.

HIC FVNVS CRVDELE SITVM PRIMAQE (*ſic*) IVBENTA
EREPTVS IVBENIS LIMINA MORTIS ADIIT
EVTYCHIVS SAPIENS PIVS ADQVE BENIGNVS
CHRISTVM CREDENS PREMIA LVCIS ABET
CHIVS IACET HIC DECVS VN[illegible]SE SVORVM
POSITVS QVARTO NONAS OCT
SI TEODOSI AVGG. III. CICYGIN
O ANN XXVIII M III

Aut Marmorarius, aut Deſcriptor CYNEGII nomen deformavit. Sunt & alia vetera monumenta, quæ *Tertium* Theodoſii Auguſti Conſulatum hoc Anno ſignant. Sunt etiam, quæ ad Annum Chriſti 380. cum *Conſulem II.* nobis exhibent. Quare, nihil, quod eſt ad ipſum, immutatum hæc volo, donec certiora prodeant.

Anno U. C. 1141.
Ær. Ch. 389.
FLAVIUS TIMASIUS.
FLAVIUS PROMOTUS. } Cos.

Anno U. C. 1142.
Ær. Ch. 390.
IMP. FL. VALENTINIANUS AUG. IIII.
NEOTERIUS. } Cos.

Protulit Gruterus pag. 28. num. 5. Inscriptionem *Cejonii Rufi Volusiani*. Hanc rursus producere lubet; qualis olim a Ligorio descripta fuit, ut quæ lectio præferenda sit, Eruditi judicent.

1 *Romæ,*
in Ara marmorea,
in ædibus Fisicorum.
Ex Ligorio.



Pro FILIE scribendum videtur in undecimâ linâ FILIO. In primâ verò occurrunt *Valens & Valentinianus Augusti*. Gruterus habet VALENT. NIANO ET GRATIANO; sed parum recte. Iis enim notis designatur Annus Christi 370. quo Consules processere *Valentinianus & Valens Augusti III.* Anno illo primùm sacta fuerit Inscriptio, & posita Ara. Verùm *post XX. Annos* instaurata iterum, & dedicata Arâ ipsâ, Inscriptioni eidem additamenta facta fuere, ut nova consecratio Anno hoc peracta ad posteros permearet. Gruterus in linea tertiadecimâ habet EX PERCEPTIS TAVROBOLIIS. VI. ARAM CONSTITVIT. Cum hisce verbis compone lectionem Ligorii, apud quem videas recte adnotatum Quartum Valentiniani Augusti Consulatum. Accipe & alteram.

2 *Extra Urbem, in Sancti Pauli, in columna.*
Misit doctiss. P. Petrus Paulus Ginanni Prior Benedictinus.



3 *In superiori parte columnæ hæc verba nuper detecta sunt.*

SIRICIVS EPISCOPVS A P ω TOTA MENTE DEVOTVS

Decurrebat tunc *Siricio* Papæ Annus Septimus sui Pontificatus.

Anno U. C. 1143.
Æræ Ch. 391.

TATIANUS.
Q. AURELIUS SYMMACHUS. } Coſs.

Contelorio viſus eſt FABIUS TITIANUS, immo T. FABIUS TITIANUS appellandus primus Conſul. Ad eum quippe ſpectare arbitratus eſt Inſcriptionem hanc

1 *Romæ, in Villa Burgheſia. Ex Contelorio, & ſchedis Franciſci Ptolomei.*

FABIVS TITIANVS
V. C. CONSVL
PRAEF. VRBI
CVRAVIT

2 *Ibidem. Ex eiſdem ſchedis Ptolomeis.*

TITVS. FABIVS. TITIANVS. V. C. CONS
ORD. PRAEF. VRB. CVRAVIT

Ideſt: *Conſul Ordinarius*, Relandus verò cenſet, non confundendum *Tatianum* cum *Titiano*. Quod tamen factum quoque videas in Conſulibus Anni Chriſti 337. Et ſane ad præſentem Annum ſpectat Marmor, nunc mihi ſubdendum.

3 *Romæ, in Cœmeterio Sanctorum Felicis & Adaucti. Ex Boldetto.*

IETILIANO BENEMERENTI IN PACE QVI VIXIS
ANNVS N LXV. D. V. IN PACEM VII. IDVS MAIAS
TATIANO ET SYMMACO CONSS.
Accipe & alterum.

4 *Romæ, apud N. V. Alexandrum Capponium Marchionem. Miſit Johannes Joſeph Ramagginius.*

HIC POSITA EST ADEO
DATA Q. V. AN. VI. M. III
D. XXIIII. IN PACE DEP. III
NON. MAI. TATIANO ET SVMA M (*ſic*)

Iſtam verò controverſiam dirimere ſubſequens lapis fortaſſe poterit.

5 *Romæ, in Muſeo Eminentiſſ. Card. Alexandri Albani. Miſit doctiſſ. V. Antonius Baldanus, Canonicus, Albanæ Bibliothecæ Præfectus.*

MAXIMO VIC
TORI AC TRIVMPHA
TORI SEMPER AVG.
FABIVS TITIANVS AVG. CONS.
ORDINARIVS PRAEF. VRBI
ITERVM IVDEX COGNITIONVM
SACRARVM MAIESTATI EIVS
DICATISSIMVS

Niſi ex hoc Marmore excideris aliqua ſinea in principio, ſique revera illud ſpectet ad *Maximum* Tyrannum, *Titianus* hoc Anno Chriſti 391. Conſulatum minime geſſiſſe potuit, quum Maximus a Theodoſio Auguſto debellatus fuerit Anno Ch. 388. ac proinde alius Annus Titiano Conſuli tribuendus erit: quem tamen nuſquam reperio. Et quandoquidem is *Conſul Ordinarius* tum in iſta, tum in ſuperiori Inſcriptione memoratur, à præſenti Anno dimovendus minime videtur. Suſpicatus autem ſum, & adhuc ſuſpicor integram ad nos non pervenîſſe Inſcriptionem iſtam, quum veri neutiquam videatur ſimile, *Titianum* Romæ exiſtentem, monumentum hoc exciſſe *Maximo*, qui numquam Romæ dominatus fuit. Quod ſi integrum eſt Marmor, opinemur oportet, *Titianum* a Maximo in Galliis renuntiatum fuiſſe *Conſulem ordinarium*: quod tamen difficile credam. Quei enim Marmor ſpectandum Romæ ſe præbet? In quarta linea eſt AVG. Si revera ita in Lapide legitur, hic *Augur* fuerit. Cæterum vide, an potius Marmora *Titianum Conſulem Ordinarium*, & *Præfectum Urbi* nobis exhibentia, pertinent ad Annum Chriſti 317. quo *Fulvius Titianus* Conſul re ipſa proceſſit, & deinde Annis 330. & 340. Præfectus Urbi fuit. Quod ubi ſtatuas, non ad Maximum Tyrannum, ſed quidem ad *Conſtantinum Magnum* pertinebit Inſcriptio iſta.

Anno U. C. 1144.
Ær. Ch. 392.

IMP. FL. ARCADIUS. AUG. II.
FL. RUFINUS. } Coſs.

6 *Romæ, in ædibus N. V. Alexandri Capponii Marchionis. Miſit ipſe.*

TOTIVS. PVDICITIAE
VERITAS. IGNATIA GERONTIA
QVAE. VIXIT. ANNOS. P. M XLIII
FECIT. CVM CONPARE. SVO. ANN
XXIIII IVIT. IN. PACE. X. KAL. APRIL
D. N. ARCADIO. II. ET RVFINO. CONS

7 *Piſauri, apud Johannem Baptiſtam de Paſſeris J. C. Miſit Cl. V. Joſeph Bimardus de la Baſtie.*



Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ. ΥΠΠΑΤ. ΤΩ. ΑΡΚΑΔ. C. ΚΑΙ. ΡΟΥΦΕΙΝ

Ideſt:

Dioſcorus Nauclerus Heic Tumulatus Jacet
In Pace. Vixit Annos XXVIII. Depoſitus Fuit
IX. Kal. Martias Conſulibus Arcadio Auguſto, Et Rufino.

Quæ in Græco exemplo ſphalmata habentur, non attingo. Poſtremam dumtaxat vocem, quæ erat ΡΥΘΙΝ, immutavi in ΡΟΥΦΙΝ, ut vidiſti. Loco punctorum, aut commatum, habes heic in duabus primis lineis adhibitum Monogramma Græcum Chriſti.

Anno U. C. 1145.
Æræ Ch. 393.
IMP. FL. THEODOSIUS AUG. III. } Cos. in Oriente.
ABUNDANTIUS. }
IMP. EUGENIUS. } Consul, Tyrannus in Occidente.

De Eugenio, qui Imperium & Consulatum invasit, mentio est in subsequenti Inscriptione.

1 *Mediolani,*
in ædibus Gualterii Corbettæ Jurisconf.
E schedis meis.

ΚΑΠΙΤΟΛΙΝΙΑ
ΖΗΣΑΣΑ .ΕΤΗ ΚΗ
ΕΝ ΚΙΤΕΣΙ ΣΙΛΟΥ
ΑΝΟΥ ΥΠΑΘΕΙΑ ΕΥΓΕ
ΝΙΟΥ ΤΟΥΤΟ EXTO

Idest:

Capitolinia,
Quæ Vixit Annos XXVIII.
In Aedibus Syl-
vani. Consulatu Euge-
nii. Hoc .....

Anno U. C. 1146.
Æræ Ch. 394.
FL. ARCADIUS IMP. AUG. III. } Cos.
FL. HONORIUS IMP. AUG. II. }

2 *Romæ,*
in ædibus Matthæjis.
E schedis Ptolomeis.

In anteriori facie. *In latere.*

PROBITATE MORVM INDVS	
TRIAQVE VIVENDI ATQVE VTRIS	
QVE LITTERIS ERVDITO IAM INDE	
A MAIORIBVS SVIS INLVSTRIBVSQ	
FAMILIIS CIVITATIS PATRONO CVIVS	DEDIC. IDVS
OPERA AC BENEFICIO RECEPIT CIVITAS ELEMEN	AVG. DD. NN.
TVM CVIVS MENTVM SERIES TEMPORIS VETVS	ARCADIO III.
TASQVE CONSVMSERAT NAM EIVS CVRA SVMP	ET HONORIO II.
TVQVE AQVA MODO NON DEEST NECESSA	AVGG. CONSS.
RIIS VSIBVS CIVITATIS VERVM ETIAM IN ERV	
ENDIS PLVRIMIS LOCIS SPLENDIDISSIMVM	
VRBI PRESTITIT ORNAMENTVM HVIC IGITVR OB	
HAEC INSIGNIA GENERA MERITORVM STATVAM SAENEN	
SIVM ORDO DECREVIT ADQVE IN AETERNAE VRBIS	
PRIVATIS EIVS AEDIBVS CONLOCAVIT.	

In schedis legitur in antipenultimâ lineâ SAENIASIVM. Locus ejus posui SAENENSIVM, sed trepidans: nam ne sic quidem subditum certe vultus mihi persuadeo: quippe *Senenses* minime consuevere nomen suum per Diphthongum exprimere. Unus Ptolomeus *Senam* habet. Eruditorum erit meliora exercre.

1 *Tarenti,*
in Ecclesia Monachorum Cœlestinorum.
Lapis effossus Anno Christi 1737.
Misit Cl. V. Petrus Polidorus Em. Card. Hannibalis Albani caussis audiendis Præfectus.

B . A . M
DEPOSITVS. IIII. ID. NOB
CONS. DD. NN. ARCAD.
ET HONOR. AVGG.
IVSTVS FIDELIS QVI
VIXIT ANNOS VII.

Inscriptionem hanc ad Annum illum spectare arbitror. Sed minime certum est, quum Anno Christi 356. iterum Consules iidem Augusti processerint.

Anno U. C. 1147.
Ær. Ch. 355.

ANICIUS HERMOGENIANUS OLYBRIUS. } Cos.
ANICIUS PROBINUS. }

Anno U. C. 1148.
Æræ Ch. 196.
IMP. FL. ARCADIUS AUG. IV. } Cos.
FL. HONORIUS AUG. III. }

2 *In Oppido Bazzano*
agri Aquilani.
Misit erudit. V. Antonius Antinorius Aquilanus.

CATERVIO. FILIO. DVL
CISSIMO. QVI. VIXIT. AN
XXIII. D. XIII. DE. XII. KAL. SEP.
ARCADIO IIII. ET. ONORIO. III.

3 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ Transtiberinæ.
Ex Montfaucon, & Ficoronio Clarifs. VV.

HIC REQVIESCIT QVODVVLTDEVS HO
NESTE RECORDATIONIS VIR QVI VIC
XIT ANNOS LXI. DEPOSITVS IN PACE
DIE V. IDVS. OCTOBRES CONSS DD NN
ARCADIO AVG QVATER. ET HONO
RIO AVG TER CONSVLIBVS

Tertiam addo, quæ tamen spectare etiam potest ad Annum Christi 394. aut 402.

4 *Romæ,*
in Sancti Stephani.
E Malvasia.

B A ☧ ω M
HIC REQVIESCENT
DVO FRATRES INNO
CENTES CONSTANTIVS
NIOFITVS. QVI. VIXIT
ANNIS. OCTO. M. II. D. VI
DEPOSITVS III. ID. NOB
CONS. DD. NN. ARCADI
ET HONORI. AVG.
IVSTVS FIDELIS. QVI
VIXIT ANNIS VII.

Justi hujusce *Fidelis*, alterius ex hisce fratribus, Inscriptionem habes supra ad Annum Christi 394. iisdem verbis conceptam, uti hic legitur, nisi quod ibi dicitur *Depositus IV. Idus Novembris*. At quum *Tarenti* exstet illa Inscriptio, *Romæ* verò hæc ipsa, una ab altera diversa sit oportet, ac proinde diversum *Justum Fidelem* Tarentinum a *Justo* hoc *Fideli* Romano conjicere possis, nisi Romanum Marmor Tarentinum ad Urbem advectum fuerit. Ceterum Consulatus heic memoratus spectare etiam potest ad eumdem Annum Christi 394. aut ad 402.

5 *Romæ,*
in Sanctæ Agnetis,
pro fulcro Altaris.
E schedis meis.

☧ HVIC TVMVLO QVIESCET TOTIVS FI
INTEGRITATIS HOMO OPINIONIS BONI AV
RATIONE FIDELIS MENTIS INTEGRAE
AMICORVM OB HOC IGITVR NEOFITVS SPAC
AVFINIANVS QVI VIXIT ANNIS XLII. DEPOSITVS
DD. NN. ARCADIO. IIII. ET HONORIO III. AVG.
COS.

1 *Romæ,*
in Muſeo Albano.



IN PACE IIII. NONAS
QVI VIXIT ANNIS LXXX
IO. IV. HONORIO III. IC POSI

Anno U. C. 1149.
Æræ Ch. 397.
CLODIUS HERMOGENIANUS CÆSARIUS.) Cos.
ATTICUS.)

Medico indiget lacerculus Conſulum præſentis Anni. Panvinium Reinefius arguit, quod *Ceſarum inter Flavios retulerit ſine teſte, & applaudente nemine*. Ego ante oculos habeo Panvinii Faſtos, & ubinam *Flaviæ* genti Cæſarum adſcripſerit, non video. Is tamen, ſi fecit, recte fecit. Quum verò Panvinius idem *Atticum* ex *Pontia* proſapia natum putat, quod in vetuſta Inſcriptione occurrat PONTIVS ATTICVS V. C. is nimium ſuæ conjecturæ tribuit. Er ſane infirmo fundamento nititur quiſquis *Virum Clariſſimum* audiens, Conſulem ſibi fingat. Quod plus eſt, ne erroris quidem expers Reinefius abit; nactus enim Inſcriptionem, in qua CLODIVS HERMOGENIANVS CAESARIVS. V. C. legitur, Cæſario Conſuli hujus Anni nomina iſta nihil hæſitans accommodavit. Abſtrahi ſe paſſus eſt ab auctoritate Reineſii Relandus, qui propterea lacerculum Conſularem præfectis Anni ſignavit, ut ſupra vidimus. Quod certum futurum eſt nobis, Conſules hujus Anni fuere
FLAVIUS CÆSARIUS &
NONIUS ATTICUS.
Vadem profero vetuſtum Lapidem.

2 *Romæ,*
olim in Cœmeterio Sanctorum Felicis & Adaucti.
Ex Boldetto.
Nunc in Muſeo Em. Card. Alexandri Albani.

REVECAE. INNOCENTI. QVAE. VIXIT
ANNVM. VNVM. MENSEM. VNVM.
DIES XVII BENEMERENTI IN PACE
DEPOSITA. VIIII. KAL. SEPTEMBRES
FLAVIO. CAESARIO. ET NONIO
ATTICO. VV. CC. CONSS.
PARENTES. BENEMERENTI. FECERVNT

En & alterum Marmor.

3 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.



HIC REQVIESCIT PERINA IN PACE
[illegible]A QVE BIXIT ANNOS
DEPOSITA VIIII. KAL. SEP. FL. CESARIO
ET ATTICO VV. CC. SYRA CVM[illegible]

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

BENATA
SE VIBI
FL. CAESARIO

Accipe quoque alteram Inſcriptionem, quam Fabrettus quidem Cap. 4. num. 128. dedit, ſed mutilam. Ego integram nunc exhibeo.

5 *Romæ,*
ad Sanctæ Mariæ in Via Lata.
E ſchedis Eminent. Cardinalis Dominici Paſſionei.

SANCTAE CONIVGI CAELESTINAE
QVAE VIXIT ANNIS XX. MEN
SEN. I. DIES XXII. FECIT AVTEM
CVM AMPLIATO MARITO ANN
IS IIII. DIES XXI. BENEMERENTI
IN PACE DEPOSITA VIIII. KAL. I
VNIAS. HILARITATI FILIAE BE
NEMERENTI IN PACE QVAE
VIXIT ANNIS XXIII. M. VIII.
D. XXVIII. FECIT CVM MARITVM
ANNOS V. DIES VI. DEPOSITA IIII.
NON. IVL. CAESARIO ET ATTICO COS.

Anno U. C. 1150.
Æræ Ch. 398.
IMP. FL. HONORIUS AUG. IIII.)
FLAVIUS EVTYCHIANUS.) Cos.

6 *Romæ,*
in Sanctæ Sabinæ.
Ex Montfaucono V. Cl.



NTIANI ET EPINICENIS
II. ET FL. EVTICIANO VV. CC. COS
XVI. KAL. OCTOBR. DEPOSITVS EST
IACIS QVI VIXIT ANN. P. M. LXV

1 *Romæ,*
in Sancti Pauli.
E schedis meis, & Margarino.

NE DVBIVM LONGO QVAERATVR IN EV
THEODVLI TIBI NOMEN ERAT QVAE GRATA PARENTI
REDDIDERAS SVBOLEM PARI DICATA MARITO
NVNC TE TELLVS HABET SEPTEM POST DECE PERACTOS
EXEGERAS FASCES. EV TEGIT OSSA SEPVLCRVM
HAEC TIBI PRO MERITIS PENDO MERENTIA VOTA
DEP. V. IDVS. SEPTEMB. D, N. HON. AVG. III. CONS

Margarinus legit IIII. CONS.

Anno U. C. 1151.
Æræ Ch. 399.

EUTROPIUS. }
FLAVIUS MANLIUS (seu potius MALLIUS THEODORUS. } Coss.

2 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini.
Ex Donio.

☧ STABILIS V̄C ☧ TRIBVNVS
AN. PL. M̄IN ☧ KL DEPOSITVS IN PACE
RIL ☧ FL. THEODORO V̄C. CONS ☧

Pertinere potest Inscriptio hæc ad Annum Christi 505, quo *Subsumnus*, & *Manlius Theodorus* Consulatum gesserę. Veri tamen similius puto, referendam esse ad hunc Annum. Eo quippe quum securi percussus Eutropius fuerit, unus *Flavius Theodorus* deinde in Actis publicis commemoratus fuit.

Anno U. C. 1152.
Ær. Ch. 400.

FLAVIUS STILICHO. }
AURELIANUS. } Coss.

3 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

VBINCENTIVS. QVI VI
ANN. P. M. LX.
D. PRID. ID. IAN. FL
STILICONI. V. C. COS
IN PACE. Q

VBINCENTIVS ideſt VINCENTIVS. Notissimus ex Historia *Stilichonis*. Quis autem fuerit *Aurelianus*, quæve ejus nomina, ac munera, edocebit nos subsequens Inscriptio.

4 *Romæ,*
in Monte Coelio,
in Vinea Fenscea.
Misit Cl. V. Apostolius Zeno.

L. MARIO. L. F. QVIR
MAXIMO PERPETVO
AVRELIANO COS
SACERDOTI. FECIALI. LEG. AVGG. PR. PR.
PROVINCIAE. SYRIAE COLAE. LEG. AVG PR.PR.
PROVINCIAE. GERMANIAE INFERIORIS. ITEM
PROVINC. BELGICAE. DVCI EXERCIT. MYSIA
CI APVD BIZANTIVM ET APVD LVGDVNVM
LEG. LEG. I. ITALIC. CVR. VIAE LATINAE
ITEM REIP. FAVENTINORVM. ALLECTO IN
TER PRAETORIOS. TRIB. PLEB. CANDIDATO
QVAESTORI. VRBANO. TRIB. LATICL. LEG
XXII. PRIMIG. ITEM I̅I̅I̅. ITALICAE
I̅I̅I̅I̅. VIARVM CVRANDARVM ☧
M. IVLIVS ARTEMIDORVS. 7
LEG. I̅I̅I̅. CYRENAICAE

Anno U. C. 1153.
Ær Ch. 401.

VINCENTIUS. }
FL. FRAVITA. } Coss.

Anno U. C. 1154.
Ær. Ch. 402.

IMP. FL. ARCADIUS AUG. V. }
IMP. FL. HONORIUS AUG. V. } Coss.

5 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Cittadini, & Margarino.

☧ IC QVISCET. CVTINVS IN PACE
QI VIXIT. ANVS. P̅M. XXVI. DEPOSIT
ONORIO. AGVSTO. V. LAVRENTIVS
AMICVS DOLIS ISCRIBIT

Cittadinius legit in secundâ lineâ P. M. ideſt *plus minus* XXS, ideſt *Pigmi* & *Semi*, M. IS. DEPOSITO ONORIO AVGVSTO C. LAVRENTIVS. AMICVS DOLISI SCRIBET. Sed legendum DOLIS pro *Dolens*. Vide infra eamdem Inscriptionem ad Annum Ch. 404.

1 *Ibidem.*
Ex eodem Margarino.

HIC REQVIESCIT IN PACE
QVI VIXIT ANNOS XXXIII. M
XV. ORAS VI. RECESSIT
D N. ONORIO AVG. V.
CVBECVLARIA HVNC TITVLVM
POSVIT

Anno U. C. 1155.
Ær. Ch. 403.
IMP. FL. THEODOSIUS AUG. } Coſs.
RUMORIDUS. }

2 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus.*
E ſchedis Donii miſit Gorius.

HIC REQVIESCIT IN PACE SACR
GERMANA SVNIVS VT
BONIFATIA DP VIII. KAL ♆ IAN ♆ CONS
MORIDO V C COSS
M FECERVNT SE VIVI LOCVM CVM SVIS
SIMBOLETTINO C F ARES

In quartâ lineâ inverſis literis habes nomen alterius Conſulis hujus Anni in exſo vocabulo... MORIDO, hoc eſt RVMORIDO Viro Clariſſimo Conſule.

Anno U. C. 1156.
Ær. Ch. 404.
IMP. FL. HONORIUS AUG. VI. } Coſs.
ARISTAENETUS. }

3 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſſ. Card. Alexandri Albani.
Miſit Franciſcus Maria Otterius Marchio V. Cl.



4 *Mediolani,*
in Sancti Ambroſii.
Miſit doctiſſ. P. D. Petrus Grazioli,
e Congregatione Sancti Pauli.

HIC REQVIESCVNT IN PACE ERETRIVS
ET ANTONINA VIRGINII QVI SIMVL
FECERVNT ANN. XX. ♈ MARITVS VIXIT
ANN XL♈III. ET VXOR VIXIT ANN. XXX♈II
D. P. IDVS DECEMBRIS HONORIO ♈ COS

In ſecundâ lineâ VIRGINII, ideſt *Conjuges*. Vide quàm frequenti in uſu foret nota numerica Græcorum ♈ pro VI. Latinorum. Hanc quoque habes in ſubſequenti marmore.

5 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

HIC QVIESCET CVTINVS. IN PACE. QVI VIX.
HONORIO AVGVSTO ♈ LAVRENTIO

Habeo quidem hèic HONORIVM AVGVSTVM Conſulem VI. & in ea ipſa Inſcriptione, quam nuper dedi ad Annum 402. Non omnium eſt, accuratè è marmoribus literas deſcribere.

1 *Extra Romam ibidem.*
Ex Margarino.

HIC REQVIESCET ISTRATONI
QVI VIXIT ANNVS XXXVI. DEP
CONSVLATV. D. N. HONOR. AVG. VI.
[illegible]PTIM. V. IDVS IVNIAS

2 Anno U. C. 1157.
Ær. Ch. 405.
FL. STILICHO II. } Cos.
ANTHEMIUS. }

Romæ,
in Musæo Albano.

ITI ☙ IN PACE ☙ QVI VIXIT ☙ ANN
☙ CONS ☙ FL ☙ STILICHONIS ☙ II ☙

Hanc referre ad Annum Christi 400. tibi liceat. At subsequens ad hunc Annum certe spectat.

3 *Romæ.*
E schedis meis.

DIS
SALVTIFERIS

DEDICATA STILIKONE ET
ANTEMIO COSS. KAL. APR

Anno U. C. 1158.
Æræ Ch. 406.
IMP. FL. ARCADIUS AUG. VI. } Cos.
ANICIUS PROBUS. }

4 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

DVLCI MARIAE QVAE DEPOSITA EST IN PACE DI
E IDVM OCTOBS D [illegible]VI. ET PETRO
NIO PROBO V. C. COS.

Ideſt D. N. ARCADIO VI. &c. Scilicet *Probus* appellatus quoque eſt *Petronius*.

Anno U. C. 1159.
Ær. Ch. 407.

IMP. FL. HONORIUS AUG. II. } Cos.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. II. }

Additum quoque volo, apud Gruterum haberi Græcam Inſcriptionem, cujus interpretationem ibi deſideratam exhibeo.

Heic jacet Euſebia in pace,
Hujus ſacri pagi incola ex Vico
Addanorum. Vixit parum
Ad Annos circiter XV. Conſulatu
Honorii Septimo & Conſtantini
Primo, Menſe Panemi Duodecimo
Deceſſit in pace.

Hinc habes, *Conſtantinum* Tyrannum jam Anno Ch. 407. in Gallias profectum, ibi Conſulatum arripuiſſe.

5 *Tuſcanellæ,*
in Sancti Petri.
Miſit erudit. V. Sebaſtianus Dinius.

INNOCENTISSIMO FILIO THEODOSIO
CVIVS PRAECIPVA CLARITAS SVADET D.
CVIVS EGO PATER PERENNI LVCTV PERCIVS
TALEM FILIVM SVPERSTITEM HABERE N̄
MERVI. QVI VIXIT ANNIS XVIII
QVIEVIT IN PACE XIII. KAL. OCTOB. DD. NN.
HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AVG.

1 *Romæ,*
in Muſeo Em. Card. Alexandri Albani.

HIC REQVIESCIT IN PACE FELICISSIMA
QVAE VIXIT ANNVS LX. QVAE FECIT CVM VIRO
SVO ANNVS XLV. DEPOSITA PRIDIE
HONORIO ☧ AVG ☧ VII ☧ HILARANVS CONIVGI
VOTVM POSVIT

Anno U. C. 1160.
Ær. Ch. 408.
ANICIUS BASSUS. } Cnſs.
FLAVIUS PHILIPPUS. }

Anno U. C. 1161.
Ær. Ch. 409.
IMP. FL. HONORIUS AUG. VIII. } Coſs.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. III. }

Anno U. C. 1162.
Æræ Ch. 410.
FLAVIUS VARANES. } Coſs.
TERTULLUS. }

Piſauri,
apud Epiſcopum Oliverium.
Ex Oliverio.

☧ ROMANA. DVLKISMA
CO. REQESKIT. I. DIEM IVD
DEP. III. K. MAPT. YAP. TERTY

Ideſt: *Conjux Requieſcit in diem Judicii Depoſita III. Kal. Martias Varane, & Tertullo* Conſulibus.

Anno U. C. 1163.
Æræ Ch. 411.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. IV. } Conſul
Notatur & hic Annus:
POST CONSULATUM VARANIS.

Anno U. C. 1164.
Æræ Ch. 412.
IMP. FL. HONORIUS AUG. IX. } Coſs.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. V. }

Anno U. C. 1165.
Ær. Ch. 413.
LUCIUS. } Coſs.
HERACLIANUS. }

Anno U C. 1166.
Ær. Ch. 414.
FLAVIUS CONSTANTIUS. } Coſs.
FLAVIUS CONSTANS. }

Spoleti,
in Sancti Floriani,
nunc apud Philippum Leoncellum.
E ſchedis Minervii.

RAPTA IACES NATIS QVOS MATER AD VBERA LIQVIT
ATQVE VIRO PARITER QVEM CITO DESTITVIT
TRISTE MINISTERIVM GEMINI SOLVERE PARENTES
FVNERE DE TANTO QVOS COQVIT IPSE DOLOR.
DEPOSITO SVPERAE DIEM QVINCTVM KL. IVLIARVM
CONSVLE CONSTANTIO V. C. QVAE VIXIT ANN. XXVII.

1 *Treveris,*
in Sancti Paulini.
Ex Browero.

H. IACET FLAVIVS CONSTAN
CIVS VIR CONSVLARIS. CO
MES. ET MAGISTER VTRIVS
QVE MILICIAE ATQVE PA
TRICIVS ET SECVNDO CON
SVL ORDINARIVS

Is iterum proceſſit Conſul Anno Chriſti 417. collega adſumtus ab *Honorio Auguſto*, aut Anno 420. una cum *Theodoſio Auguſto* juniore. Hæretvvod contendit legendum ibi eſſe CONSTANTINVS. Verùm conficta omnino eſt Inſcriptio iſta; quippe notæ iſtæ indicant *Conſtantium* patrem Valentiniani III. Auguſti. At iſte non tantùm bis, ſed etiam Tertiùm Conſul fuit, ac præterea in conſortium Imperii ab Honorio aſſumtus, *Auguſti* titulum geſſit. In Auguſtorum Inſcriptionibus minimè recenſentur dignitates, ante Imperium eis collatæ. Neque *Conſtantius* iſte Trevetis finem vivendi fecit.

Anno U. C. 1167.
Ær. Ch. 415.
IMP. FL. HONORIUS AUG. X.)
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. VI.) Coſs.

2 *Apud Laudem Pompejam veterem,*
in Sancti Petri.
E ſchedis Cyriaci Anconitani,
apud Philippum Stoſch *S. R. I. Baronem.*

B M
HIC ETIAM REQVIESCIT
GALLICANVS V. C.
QVI VIXIT IN SECVLO PL. M. AN. LX.
DEP. VI. ID. OCT.
DD. NN. HONORIO X ET
THEODOSIO V. AVG. COSS

Excidit unitas numeralis, & ſcribendum THEODOSIO VI.

3 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

VNI ET AGAPE
TI MANICE EI
KAL. MAIAS
EODOSIO. VI. CONSS
VS LXVIII

Anno U. C. 1168.
Æræ Ch. 416.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. VII.)
JUNIUS QUARTUS PALLADIUS.) Coſs.

Anno U. C. 1169.
Æræ Ch. 417.
IMP. FL. HONORIUS AUG. XI.)
FL. CONSTANTIUS II.) Coſs.

4 *Florentiæ,*
marmor effoſſum Anno Chriſti 1736.
in Sanctæ Felicitatis.
Miſit Antonius Franciſcus Marmius Eques.

ENΘA ΚΙΤΕ ΜΑΙ
Α ΘΥΓΑΤΗΡ ΙΩΑΝΝΟΥ
Κ" ΝΙΚΕΡΑΤ⊙Ν ΕΖ·ΗC
ΕΝΑΙΤΗ ΤΡΙΑ ΜΗ ΤΡΙC
ΗΜΙS ΠΙCΤΗ ΕΤΕΑΣ
ΤΤΗCΕΝ ΜΗ ΞΑΝ
ΔΙΚΟΥ Α "F ΤΠΑΤΙ
Α ΟΝΟΡΙΟΥ ΑΤΓ ΤΟ
Α Ι ΚΑΙ ΚΟCΤΑΝΤΙ
ΟΥ ΤΟ Β

Ideſt:

Heic Jacet Maria Filia Johannis
Cui (patria locus) *Niceratum. Vixit Annos Tres, Menſes Tres* (&) *Semis, Fidelis. Defuncta Eſt Menſis Xantici Die IV. Sub Conſulatu Honorii Auguſti XI. Et Conſtantii II.*

Niceratum locus fortaſſe fuit Vicus ingens, apud Apameam Syriæ ſitus, qui a Theodoreto *Niceræ* appellatur.

Anno U. C. 1170.
Ær. Ch. 418.
IMP. FL. HONORIUS AUG. XII.)
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. VIII.) Coſs.

Anno U. C. 1171.
Ær. Ch. 419.
MONAXIUS.)
PLINTA.) Coſs.

Anno U. C. 1172.
Ær. Ch. 420.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. IX.)
FLAVIUS CONSTANTIUS III.) Coſs.

Anno U. C. 1173.
Ær. Ch. 421.
EUSTATHIUS.)
AGRICOLA.) Coſs.

Anno U. C. 1174.
Ær. Ch. 422.
IMP. FL. HONORIUS AUG. XIII.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. X. } Cos.

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. E schedis Donii misit Clariss. Gorius.*

DEPOSIO IENARIES. KAL. IENVA
CVM VIRVM SVVM AN. XXϛI. C
ISCRIPSIT. TIBI VIRGINIVS TVVS
REBELASTI QVOD ADOMINVM ILI
ANASTASIO BEN
IN PACE VIRO. H
QVI. VIXIT ϕ ANNIS. P. M
DIE ϕ NONAS ϕ OCTOB
THEODOSI AVG ϕ X

VIRGINIUS, ideſt *Maritus*.

Anno U. C. 1175.
Æræ Ch. 423.
ASCLEPIODOTUS.
FL. AVITUS MARINIANUS. } Cos.

2 *Extra Romam, ibidem. E schedis Donii misit idem Gorius.*

HIC. QVIESCIT
QVE. VIXIT. AN
IN PACE ϛ III. K. IV
MARINIANO V

3 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli, Ex Margarino.*

FORTVNA IACET
ET DVLCIA VOTA PAT
SAT ENIM IAM PVBES CE
NEVS SCIEBAT FRONTE SERENA
PARVA QVIDEM NONDVM
PRÆCEDEBAT TEMPORA S
RE LAREM IAM NORAT
PATET TELAE MOLLE
T GEMITVS TAMEN
E CORPOREO CRI
I. FEBR. MARIN
VIT A

Fortaſſe in penultimâ lineâ hujuſce fragmenti ſignatus fuit Conſulatus iſte.

4 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

NA EMISINA QVE
CVM VIRGINIVM SVVM
DIE MARINIANO VIRI NOB.

Anno U. C. 1176.
Æræ Ch. 424.
CASTINUS.
VICTOR. } Cos.

5 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

DEPS. EST. IN. PACE. FILO
CASTINO. V C. COS.

Anno U. C. 1177.
Ær. Ch. 425
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. XI.
FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS CÆSAR. } Cos.

Ravennæ,
6 *in Sancti Laurentii in Cæsarea. Ex Hieronymo Fabro.*

STEPHANO PROTASIO ET GERVASIO
BEATO MARTYRIO ET SIBI MEMORIAE
LAVRICIVS DEDICAVIT SVB DIE
XIII. KAL. OCTOBR. THEODOSIO XI
ET PLACIDO VALENTINIANO COSS

In ſecundâ lineâ BEATO MARTYRIO, fortaſſe legendum BEAT. MARTYRIB. Ibidem pro MEMORIAE, Agnellus in Vitis Archiepiſcopor. Ravennat. habet MEMORIA AETERNA.

7 *Romæ, E schedis meis.*

HIC REQVIESCIT VITA
LES SEMA QVI VIXIT AN
PL. M. IIII. ET BENENAT
QVI VIXIT AN. PL M IIII
(ſic)
D PRIDE IDVS AVGVSTAS
DIE MERCVRIS DD NN
(ſic)
TEVDOSIO AVG. XI. ET VALENTA
NO PVERO FLORENTISSIM
O CAESARE

8 *Romæ, in Sancti Pancratii. Ex Boldetto,*

D NN THEODOSIO XI. ET VALENT
TERRVM CONS IDVS DECEM

Quid ſit illud TERRVM, decernere non auſim. Si TERTIVM, pertinebit Inſcriptio ad Annum Chriſti 430. quo *Valentinianus Tertium Conſul* proceſſit; & ſcribendum tunc erit *Theodoſio XIII.* Verùm in Occidente a tribus annis imperabat *Johannes* Tyrannus, qui Conſulatum etiam arripuit, uti ex rarâ ſubſequenti Inſcriptione conſtabit.

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

CONSVLATV HIC REQVIESCIT DATIVA
IOHANNI AVG DEP. VI. KAL. FEB. IN PACE
CVM PRIMA DATIVAE SVBOLES MONSTRARET GAVDIA CARA
CVR SVBITO NOBIS LACRIMAS NON GAVDIA REDDES
NON ITA VOTA TVA MERVERVNT SPECTARE PARENTES
ET BASILIA SOROR EIVS HIC REQVIESCIT DEP. V. IDVS MARTIAS
IN PACE

Iſtam quidem edidit etiam Fabrettus pag. 428. At quia neglectam vidi a Faſtorum concinnatoribus, quamquam ſit non levis ad Hiſtoriam momenti, rurſus ipſam exhibeo. Quoto Anno Romæ Conſulatum inierit *Iohannes* iſte, videlicet num præcedentibus duobus, an præſenti, incompertum eſt mihi. In hunc conjecturæ meæ confluunt, quod Theodoſius & Valentinianus in Oriente Conſulatum gererent, dum Romæ *Iohannes* ille dominabatur. At hic poſt paucos hujus Anni menſes trucidatus, & Auguſtus & Conſul eſſe deſiit.

Anno U. C. 1178.
Æræ Ch. 426.

IMP. FL. THEODOSIUS IVNIOR AUG. XII.
IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS II. AUG.
} Coſs.

Anno U. C. 1179.
Æræ Ch. 427.

HIERIUS. ARDABURIUS. } Coſs.

2 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

QVEM FATALIS V
SET INSTITVTVM EST
HIERIO ET ARTABVRE COSS

3 *Romæ, in pavimento Sancti Martini in Montibus. Ex Domio.*

VERISSIMVS BENEMERITIS
M AVINI VIXIT ANNIS PM XXXI
OCT ☧ CONS ☧ HVERI V C

Anno U. C. 1180.
Æræ Ch. 428.

FLAVIUS FELIX. TAURUS. } Coſs.

4 *In Baſilica Lateranenſi. Ex Ciampinio V. Cl.*

FLAVIVS CONSTANTIVS FELIX VICTOR
MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE
ET CONSVL ORDINARIVS
ET PADVSIA INL. FEMINA EIVS VXOR
VOTI COMPOTES DE SVO
FECERVNT

Gruterus ſimilem habet pag. 1076. num. 6. ſed ibi tanquam modo legitur FL. FELIX. V. C. Cuncta Conſulis hujus nomina ex hoc Lapide nobis innotueſcunt. Innocentius Proſperi Aquitani ad Conſulatum Theodoſii Auguſti junioris XIII. & Valentiniani Auguſti II. ſive ad Annum Chriſti 430. legitur: *Ætius Felicem cum uxore Paduſia, & Grumonum Diaconum, quum eos ſuſpicaretur ſibi præſenſiſſet, interemit.*

5 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus. E ſchedis Donii miſit Gorius.*

DEPOSITVS IN PACE NON
CONSS FLAVIO FELICE

Sed quum Anno Chriſti 511. alter *Flavius Felix* una cum *Secundino* Conſulatum geſſerit, minime certum eſt, ad hunc Annum pertinere fragmentum Lapidis iſtius.

6 *Spoleti, apud Leoncillos. E ſchedis meis.*

OST CONS
S. ET TAVRI. VV. CC.

Anno U. C. 1181.
Æræ Ch. 429.

FLORENTIUS. DIONYSIUS. } Coſs.

Anno U. C. 1182.
Æræ Ch. 430
IMP. FL THEODOSIUS JUNIOR AUG XIII.
IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS AUG. III. } Cos.

Anno U. C. 1183.
Æræ Ch. 431.
BASSUS.
FLAVIUS ANTIOCHUS. } Cos.

1 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
E schedis Donii missi Gorius.

HIC REQVIESCIT FELIX V. C.
VIXIT ANNIS LXI. RECESSIT
CONS BASSO ET ANT

Ideft *Basso & Antiocho.*

Anno U. C. 1184.
Ær. Ch. 432.
FLAVIUS AËTIUS.
VALERIUS. } Cos.

2 *In Basilica Nolana.*
Ex Francisco Blanchinio.

DEP. SACR. VIRG. M
DIE XIIII. KAL. MART. AETIO ET
ET PAVLI PRESB

Signantur quoque, ut infra videbis, *Aëtio* Consule, Anni Christi 446. & 454. Proinde minime certum, an hoc locus sit Inscriptioni illi. Animadverte subsequentes Anni Christi 437.

Anno U. C. 1185.
Æræ Ch. 433.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. XIV.
PETRONIUS MAXIMUS. } Cos.

Anno U. C. 1186.
Ær. Ch. 434.
ARIOVINDUS.
ASPAR. } Cos.

Anno U. C. 1187.
Ær. Ch. 435.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG XV.
IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS AUG. IV. } Cos.

3 *Catinæ,*
apud N. V. Ignatium Rizzarium.
Miserunt NN. VV. Andreas Lucchesius Messanensis, & Antonius Pantò Jurisconsultus Panormitanus.

AVITIANVS FIDE
LIS HIC IN PACE XPI
QVIESCIT QVI VIXIT
AN XII. REQVIEVIT
D. XVI. KL. APRILI
CONS THEODOSI XV
ET FL VALENTINIANI.
IIII.

Anno U. C. 1188.
Ær. Ch. 436.
FL. ANTHEMIUS ISIDORUS
SENATOR. } Cos.

Verùm in Occidente signatus quoque fuit hic Annus

POST CONSULATUM
FL. THEODOSII (junioris) AUG. XV. &
FL. PLACIDII VALENTINIANI AUG. IV.

Ad priorem laterculum Consulum spectat inscriptio hæc:

4 *Florentiæ,*
marmor effossum Anno Ch. 1736.
in Sanctæ Felicitatis.
Misit Antonius Franciscus Marmius Eques Florentinus.

B M
HIC REQVIESCIT IN
PACE AQILIA PAVLINA
L. F. QVAE VIXIT AN
NOS P M LX DEPOSITA
DIE ÇI K. L. OCTOB
CONS ISIDORO ET
SENATORE VV
CC. CON Ꝑ

Siglas L. F. in quartâ lineâ interpretor *Laudabilis Femina*, quæ deposita fuit *Septimo Calendas Octobres*. Accipe nunc alterum Lapidem ad secundam Consulatus hujusce Anni denominationem pertinentem.

5 *Interamnæ.*
Ex Donio.

IN PACE. C
POST CONSVLA
THEDOSI VX
PLAC. VALEN
IIII. AVG

In tertia linea hujus fragmenti animadverte numeralem notam VX. pro XV. scriptam more Græcorum.

Anno U. C. 1189.
Ær. Ch. 437.
AËTIUS II.
SIGISBULDUS. } Cos.

Anno U. C. 1190.
Ær. Ch. 438.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. XVI.
ANICIUS ACILIUS GLABRIO FAUSTUS. } Cos.

6 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii missi Gorius.

ET IVSTE QVO SE VIVI SIBI EMER
CONSS. D. N. TEODOSIO XVI. ET ANICIO
ACIL. GABRIONE FAVST

Nomina & prænomina hæc *Fausti* Consulis Relando, aliisque ignota, nunc nobis ex hoc fragmento innotescunt.

Anno U. C. 1191.
Ær. Ch. 439.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. XVII.)
FESTUS.) Cos.

1 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT EVTIMVS AVRIGA QVI VIXIT
ANN[illegible] M. I. D. VII DEP. V. IDVS. OCTOB
THEODOSIO AVG. XVII. ET FESTO V̄C̄

2 *Ibidem.*
Ex Margarino,
& schedis Donii misit Gorius.

HIC REQVIESCIT IN PACE PRAETEXTATVS V. I. EXQVAE
STOR. S̄C̄ P. D̄P̄. VII IDVS OCTOBR. FESTO V. C
CONS. FILIA EIVS PRAETEXTATA. C. F. D̄P̄. XV. KAL. AVG. DECIO V. C. C.

Alter *Festus* Consulatum gessit Anno Christi 472. ac proinde incertus sum, sit-ne huic Anno, an alteri illi affigenda. Inscriptio ista. Appellatur Praetextatus *Vir Illustris Exquæstor Sacri Palatii*: ejus verò filia *Praetextata* nomine, dicitur *Clarissima Femina*. Consulatus *Decii Viri Clarissimi* cadit in Annum Christi 486.

Anno U. C. 1192.
Æræ Ch. 440.

IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS)
AUG. V.) Cos.
ANATOLIUS.)

Anno U. C. 1193.
Æræ Ch. 441.

CYRUS) solus Consul in Oriente.
In Occidente signatus quoque fuit hic Annus:
POST CONSULATUM VALENTINIANI V. ET ANATOLII.

3 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii misit Gorius.

P CC DD NN VALENTINIANI V ET ANATOLI
DIE XV KALENDAS MAIAS CONSTAN
DEPOSITVS IN PACE QVI
VIXIT ANNIS LXX MEN
LOCVS CONSTANT ARCITEC
QVI FVIT

P CC DD NN. ideſt *Poſt Conſulatum Dominorum Noſtrorum Valentiniani Quintium, Et Anatolii*. Sed *Anatolius* numquam Cæſar, vel Auguſtus fuit. Quare contrà morem DD NN interpretari opus erit *Domini Noſtri*.

4 *Viennæ Allobrogum.*
Ex Chorerio misit Cl. V. Joseph Bimardus
Montis Seleuci Toparcha.

ΟΙΡΗΝΗΣ ΕΤΗ
ΤΕΣΣΕΡΑΚΟΝ
ΤΑ ΚΑΙ ΙΕΡΟΙΣ ΤΕ
ΛΕΤΤΑ ΣΕΤΑ (lege ΜΕΤΑ) ΤΗΝ
ΤΠΑΤΙΑΝ ΤΩΝ
ΔΕΣΠΟΤΩΝ
ΗΜΩΝ ΒΑΛΕΝ :
ΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ
ΠΕΜΠΤΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑ
ΤΟΛΙΟΥ ΤΟΥ ΑΑΜ
ΠΡΟΤΑΤΟΥ ΕΝΙΟ
ΝΙ ΠΕΡΙΤΙΟΥ ΕΚΤΗ
ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑ ΟΜΗ ΕΤΟ
ΦΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑΣ
ΚΕΥ ΚΑΙ ΑΝΑΣΤΑ[illegible]
ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙΣ
ΤΟΥ ΕΣΚΑΜΕΝΟΥ

Ideſt:

Irene Annos nata
Quadraginta, poſt vitam *Sanctè* actam, *Diem*
ſuum *Obiit Poſt*
Conſulatum
Dominorum
Noſtrorum Valentiniani
Quintium, Et Anatolii Viri *Clariſſimi, Menſis Peritii* die *Sextâ*
Et Horâ Simili Tumulata Eſt Die Paraſceves Et Reſurrectionis
Die Chriſti . . . . . .

Erroribus ſcatet. In linea undecima pro ENIONI legendum puto ΕΝ ΜΗΝΙ. In tertiadecimâ pro ΕΡΑ, & ΕΤΟΦΗ, ſcribendum ΩΡΑ, & ΕΤΑΦΗ. Sed quid ſit Sepulturæ mentio *Die Paraſceves & Reſurrectionis*, non aſſequor. Eoque difficilior nodus inſurgit, *I. Peritius* Macedonum Menſis *Januario* Romanorum reſpondet, ut Eruditi quidam cenſent. Sed fortaſſis in Martium cadebat, atque hinc eorum opinio emendanda.

Anno U. C. 1194.
Æræ Ch. 442.
EUDOXIUS. } Cos.
FL. DIOSCORUS. }

1 *In Basilica Nolana.*
Ex Francisco Blanchinio.

DP. EP. PAVLINI IVNIORIS D. IIL SEPTE
FL. DIOSMORO V. C. CONS

Hinc habes, DIOSCORUM Consulem Fastis *Flavio* gentis addendum esse, ac legendum heic DIOSCORO, non DIOSMORO.

2 *Romæ.*
E Sirmondo.

HAEC TENET VRNA DVOS SEXV SED DISPARE FRATRES
QVOS VNO LACHESIS MERSIT ACERBA DIE
ORA PVER DVBIAE SIGNANS LANVGINE VESTIS
VIX HIEMES LICVIT CVI GEMINASSE NOVEM
NEC THALAMIS LONGINQVA SOROR TRIETERIDE QVINTA
TAENARIAS CRVDO FVNERE VIDIT AQVAS
ILLE REMI LATIO FICTVM DE SANGVINE NOMEN
SED GALLOS CLARO GERMINE TRAXIT AVOS
AST HAEC GRAIVGENAM RESONANS ARCONTIA LINGVAM
NOMINA VIRGINEO NON TVLIT APTA CHORO
DEPOSITI NONIS NOVEMB. CONSVL.
DIOSCORI V. C.

Anno U. C. 1195.
Æræ Ch. 443.
PETRONIUS MAXIMUS II. } Cos.
PATERNUS, seu potius PATERIUS. }

3 *Romæ,*
in horto Societatis Sanctorum Apostolorum.
Misit Ciampinius.

DOMINO RERVM HVMANARVM VALETINIANO AVGVSTO
PETRONIVS MAXIMVS V. C. FORI CONDITO
POST QVATVOR PRAEFECTVRAS ET DVOS ORDINARIOS
CONSVLATVS AVCTORI SIBI TOT HONORVM LOCA

Relandus præfert nomen *Paterni*. At vide, quæ habet Pagius, qui præferendum contendit *Paterium*.

Anno U. C. 1196.
Æræ Ch. 444.
IMP. FL. THEODOSIUS JUNIOR AUG. XVIII.
CÆCINA DECIUS ALBINUS. } Cos.

1 *Gennæ, in Basilica Metropolitana. E schedis meis.*

HIC REQVIESCIT BONAE
MEMORIAE SANCTVLVS
SVBDIAC. IN PACE QVI VIXIT
ANNOS. P. M. LXXX. DP. EIVS VI.
KAL. MAIAS CONS. ALBINI VI. C. CONS

Anno U. C. 1157.
Ær. Ch. 445.
IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS AUG. VI.
NOMUS seu NONIUS. } Cos.

2 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

LOCVS LEONIS RI. PREBETERI
INCOMPARABILIS CVIVS FILIA
HIC REQVIESCIT IN PACE QVE VIXIT
ANNOS XX ET D XLI DP VIII KAL NOB
CONS VALENTINIANI VI

Nonium Consulem Pagius, *Nonium* Relandus exhibent. Præferenda mihi creditur Pagii opinio.

Anno U. C. 1198.
Æræ Ch. 446.
AËTIUS III.
Q. AURELIUS SYMMACHUS. } Cos.

3 *Romæ, in Museo Em. Card. Alexandri Albani.*



Anno U. C. 1199.
Æræ Ch. 447.
CALLYPIUS, sive ALYPIUS.
ARDABURIUS. } Cos.

4 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC QVIESCIT GAVDIOSA C̄F̄ ANCILLA DEI QVAE VIXIT ANNVS XL. ET MEN. V. DEP. X. KAL. OCTOB CALLEPIO V C. CON

In primâ lineâ C F. ideſt Clariſſima Femina.

5 *Ibidem. Ex eodem.*

HEC DATILLAE H F DOMVS EST LVCIS A
CVIVS ANIMAM PRO CASTO SANCTO
NEMO DVBITAT CAELVM PET
FORTASSIS HONERET SEPV
SVI PARTE TOTA CVM SA
V. KAL. MART. CONSS CAL

H F. in primâ lineâ, hoc eſt *Honeſtæ Feminæ*.

Anno U. C. 1200.
Ær. Ch. 448.
RUFIUS PRÆTEXTATUS POSTUMIANVS.
FLAVIUS ZENO. } Cos.

Anno U. C. 1201.
Ær. Ch. 449.
PROTOGENES.
ASTERIUS. } Cos.

Anno U. C. 1202.
Ær. Ch. 450.
IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS AUG. VII.
GENNADIUS AVIENUS. } Cos.

6 *Romæ, in pavimento Sancti Martini in Montibus. Ex Donio.*

HIC POSITVS EST ANTIOCCHOS CANDIDATVS PREMECERI
QVI VISIT ANVS P. M. L. IN PACE ♑I. KAL. MART
DOMINI NOSTRI VALENTINIANI AVGG. VII. ET ABINIO COS.

Anno U. C. 1203.
Ær. Ch. 451.

IMP. FL. MARCIANUS AUG. ADELPHIUS. } Cos.

Anno U. C. 1204.
Ær. Ch. 452.

ASPORACIUS. FL. HERCULANUS. } Cos.

Anno U. C. 1205.
Ær. Ch. 453.

VINCOMALUS. OPILIO. } Cos.

1 *In Castello Ostipi in Foro Julii.*
Ex Fontanino.

HIC IN PACE REQVI
ESCIT COLVBA VIRGO
SACRATA DI QVE VI
XIT IN DNO ANNOS
PL M NONAGINTA
DP SVB D. VIII. IDVS
AVGVSTAS OPILIO
NE V. C. CONS. IN. SEC

Verùm quia Anno Christi 524. alter *Opilio* Consulatum gessit, difficile statui possit, an ad istum-ne, an ad illum Annum pertineat Inscriptio præsens.

Anno U. C. 1206.
Ær. Ch. 454.

AËTIUS. STUDIUS. } Cos.

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT IN PACE LAVRENTIA SP QVAE VIXIT ANNOS PLVS MINVS DEP. PRIDIE KAL. FEBRVARIAS POST CONSVLATV OPILIONIS VC

Ad hunc Annum spectare mihi creditur Inscriptio ista, quum nondum novi Consules innotuissent. Spectare tamen posset etiam ad Annum Christi 525. nam præcedenti 524. Consulatum gessit alter *Opilio*.

Anno U. C. 1207.
Ær. Ch. 455.

IMP. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS AUG. VIII. L. ANTHEMIUS. } Cos.

Anno U. C. 1208.
Ær. Ch. 456.

VARANES. JOHANNES. } Cos. in Oriente.
AVITUS IMP. AUG. } Consul in Occidente.

Relando visum fuit, statuendum esse subsequenti Anno Christi 457. Consulatum *Flavii Macilii Aviti*, ad Romanum Imperium præcedenti Anno evecti. At Pagius rectius arbitratur, Consulatum istum referendum esse ad præsentem Annum. Ego adferam, quæ pauca de ephimero Imperatore isto, cui etiam *Eparchii* nomen fuit, habent lapides Consulares.

3 *Romæ,*
in Basilica Vaticana.
Ex Sirmondo.

DEP. TIMOTHEA
IN PACE. D. KAL. NOV
CONS. D. N. AVITI.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Boldetto.



5 *Romæ.*
Ex Eminentiss. Baronio.

LOCVS GERONT. PRESB
REQVIESCIT IN DNO
COS. EPARCHI AVITI V. C.

Sirmondus hanc alteram refert, nisi eadem sit cum superiore, uti suspicor.

6 *Romæ,*
in Sanctæ Agnetis.

LOCVS GERONTI PRESB
DEPOSITVS XIIII. KAL. IVL
CONS. EPARCHI AVITI

In neutra is appellatur *Dominus Noster*, aut *Augustus*, ita ut firmetur sententia Pagii contendentis Avitum *XVI. Kalend. Junii* hoc Anno captum, & depositum fuisse. Propterea Consulatus, non verò Imperii, fiebat mentio. At qui in superiori lapide occurrit Consularus *D. N. Aviti Kal. Novembris?* Heic agnoscitur Imperator longe postquam ab Imperio excideral. Ad *Varanem* quod attinet, nescio an ad ipsum referri possit subsequens Inscriptio, an ad alterum *Varanem*, qui Anno Christi 420. Consul in Fastis legitur. Fortassis ad neutrum.

1 *Augustoriti Pictonum.*
Ex Mabillonio.

CL VARENILLAE-CL VARENI-COS-FILIAE
CIVITAS PICTONVM-FVNVS-LOCVM-STATVAM-
MONIMENT-PVBLIC-M CENSOR PAVIVS LEG-AVG PR PR PRO
VINC-AQVITĀN-CŌS. DESIG-MARITVS HONORE CONTENTVS
SVA P. C. PONEND CVRAVIT

Atque his additam volo Inscriptionem, quæ ingenia doctiorum exercere potest.

2 *Romæ,*
apud Franciscum Ficoronium.

GNOME. PIERINIS
ANCILLA ORNATRIX
ELATA EST AD V K FI
BRVARIAS IMP CAESA
R XII IMP. AVITO SILISMIO COS

Ad hunc ipsum Annum spectare lapidem istum opinor. At quid iterata IMP. mentio? Quid numeralis nota XII.? Quid significat SILISMIO? Fortassis est pro FELICISSIMO.

Anno U. C. 1209.
Æræ Ch 457.
FL. CONSTANTINUS. RUFUS. } Cos.

Anno U C. 1210.
Æræ Ch. 458.
IMP. FLAVIUS LEO AUG. IMP. FL. JULIUS MAJORIANUS AUG. } Cos.

3 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

ET HIC TVMVLVS
PACE REQVIESCIT
GIT FIDISBAE
E PRIDIE KAL. MAIAS D N LEONE
MARATIS ET BASILIAE

Anno U. C. 1211.
Æræ Ch. 459.
PATRICIUS. FLAVIUS RICIMER. } Cos.

Anno U C. 1212.
Æræ Ch. 460.
MAGNUS. APOLLONIUS. } Cos.

Anno U. C. 1213.
Æræ Ch. 461.
SEVERINUS. DAGALAIPHUS. } Cos.

4 *In Basilica Nolana.*
Ex Clariss. Francisco Blanchinio.

SACRE VIRGINIS
DEP. IVSTI V IDS. NOBEBR
FLS. SEVERINO V. C. CONS

Sed quum Anno Christi 482. alter *Severinus* in Fastis Consularibus spectandum se præbeat, ad quemnam ex hisce duobus Annis revera pertineat Inscriptio ista, quis certo sciat?

Anno U. C. 1214.
Æræ Ch. 462.
IMP. FLAVIUS LEO AUG. II. IMP. FLAVIUS LIBIUS SEVERUS AUG. } Cos.

5 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
fragmentum
e schedis Donii missit Gorius.

COMPARAVIT. CONS. D N SEVERI

Scilicet in Occidente *Severus Augustus*, unus a multis memorabatur Consul, in Oriente verò unus *Leo Augustus*. Sed Relandus animadvertit, Inscriptionem a Fabretto editam exstare, ex qua Anno Christi 452. *Severus* Augustus primum Consulatum iniisse videtur. Quare obortatur suspicio, posse hunc lapidem ad Annum illum pertinere. Sed nihil erat, cur Relandus monumentum illud ad Annum Ch. 452. referret, quum ibi legatur D N. SEVERI AVG. PRIMO CONS. certumque sit, Severum Anno demum 461. Majoriano Augusto successisse in Imperio. Quare & illa Inscriptio in hunc ipsum Annum cadit.

Anno U. C. 1215.
Æræ Ch. 461.
FL. CÆCINA BASILIUS. VIVIANUS. } Cos.

Anno U. C. 1216.
Æræ Ch. 464.
RUSTICUS. FL. ANICIUS OLYBRIUS. } Cos.

6 *Romæ,*
in Sanctæ Sabinæ.
Ex P. Montfaucono.

PACE PRAETEST. MIP. CO
AVG. CONSS. RVSTICI ET OLIBRI
PACE DEP V. ID MART
ET HERMINERIC

In hoc fragmento *Consulatus Rustici, & Olybrii* ad præsentem Annum spectans expresse memoratur in secundâ lineâ. Subsequentis Anni quoque Consulum mentionem fieri in postremâ lineâ arbitror ex vocabulis ET HERMINERIC. idest *Et Herminerico* qui cum *Flavio Basilisco* Consul processit eodem sequenti Anno, ut hæc protinus videbis.

Anno U. U. 1217.
Æræ Ch. 465.

HERMINERICUS. } Coſs.
FLAVIUS BASILISCUS. }

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*



2 *Ibidem. Ex eodem.*

Anno U. C. 1218.
Æræ Ch. 466.

IMP. FLAVIUS LEO AUG. III. } Coſs.
TATIANUS. }

Anno U. C. 1219.
Ær. Ch. 467.

PUSÆUS. } Coſs.
JOANNES. }

Anno U. C. 1220.
Æræ Ch. 468.

ANTHEMIUS AUG. II. Conſul ſine Collega.

Præcedenti Anno *Anthemius* Patricius Pridie Idus Aprilis, Romanorum Imperator conſtitutus fuit. Is *Conſul Secundum* in Faſtis ſcribitur, ac propterea laudanda eſt Cardinalis Baronii, ac Pagii conjectura, eumdem putantium Conſulem, qui Anno Chriſti 455. cum Valentiniano Conſul proceſſit.

3 *Interamnæ. Ex Donio.*



Anno U. C. 1221.
Æræ Ch. 469.

FL. MARCIANUS. } Coſs.
ZENO. }

Anno U. C. 1222.
Æræ Ch. 470.

IORDANES. } Coſs.
SEVERVS. }

4 *Vaſione. Ex Itinerario Patrum Benedictinorum.*



Anno Æræ Chriſti 470. quo Conſules iſti proceſſerunt, uti animadvertit Cl. V. Joſeph Bimardus Montis Seleuci Toparca, decurrebat Cyclus Solis III. Litera Dominicalis D; ac propterea dies Lunæ minime cadebat in diem XVIII. Kalend. Novembris. Præterea numquam veteres diem XV. Octobris ſignarunt Diem *XVIII.* ante *Kalendas Novembris*, unum eo die Idus Octobris numerarentur. Quare nulla dubitatio ſupereſt, quin vitiata hæc ſint. Bimardus in Sancti Quinidii fruſtra Lapidem iſtum perquiſivit a Benedictinis productum. At pene certum habeo in eo Lapide ſcriptum fuiſſe XIII. CAL. NOVEMBRIS, qui revera Anno Chriſti 470. cum *die Luna* concurrebat.

5 *Lugduni, in Sancti Irenæi. Ex Marchione Maffejo.*



Sane ad hunc Annum Clariſſ. Maffejum ſequutus retuli Inſcriptionem iſtam, conſonam quoque Faſtis. Verùm animadverte, *Severum* appellari *Dominum Noſtrum*. Hoc nomine ſignati Imperatores, aut Cæſares. Itaque aut Inſcriptio rerrahenda videtur ad Annum Chriſti 461. quo in Occidente *Imp. Fl. Libius Severus Aug.* Conſul proceſſit, & excogitandus eſt ejus Collega *Jordanes*. Aut *Severus* hoc Anno Conſul in conſortium Imperii ab *Anthemio Auguſto* adſcitus fuerit: quod nemini perſuadeatur, quum ne unum quidem de re tanta verbum fecerint antiqui Scriptores.

Anno U. C. 1223.
Ær. Ch. 471.
IMP. FLAVIUS LEO AUG. IV. } Cos.
ANICIUS PROBIANUS. }

Ticini in fronte vetustissimæ Basilicæ Sancti Johannis Baptistæ visitur Inscriptio subsecuens, quam & ego vidi admotis scalis, Græcis characteribus inconditis, ac plane difficillimis, marmori commendatam. Si quid hic desideratur, condonandum lapidi barbariem olenti, ac literis alicubi exesis.

1 *Ticini,*
in Sancti Johannis in Burgo.
E schedis meis.

ΕΝΘΑ ΑΝΑΠΑΤCONTAI ΟΙ ΚΑΛΟΚΥΡ ΠΑΤΡΙΚΙΟC
ΚΑΙ ΠΑΥΛΟC ΓΝΗCΙΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ ΥΙΟΙ ΑΒΒΩCΑ ΚΑΙ ΩΜ
ΜΑΡΩΤΑ ΤΩΝ ΟΡΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ ΕΤΙ ΠΡΟCΕΤΕ
ΤΗΤΗΙ ΜΑΚΑΡΙC ΜΝΗΜΗC ΠΕΤΡΟC ΝΗΤΗ
ΟC ΕΚΓΝΟC ΤΟΥ ΠΡΟΓΕΝΟΥ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ ΥΙΟC
ΘΕΟΔΩΡΟΥ ☧. ΕΥΦΟΙΜΙΑC. CΤΕΛ. ΜΗΝΙ ΓΟΡΠΙΕΟΥC
ΕΝ ΥΠΑΤ. Υ. ΔΕCΠΟΙΝ ΛΕΩΝΟC Υ. Α̅ ΚΑΙ ΠΡΟΒΙΑΝ
ΟΥ Υ. ΛΑΜΠΡ

Ideſt:

Heic Quieſcunt Calocym Patricius
Et Paulus Fratres germani Filii Abboſa Et Om-
marota E finibus Apamcæ. Juxta Etiam Eſt Po-
ſitus felicis Memoriæ Petrus Nete
Ex Patricio Majore Deſcendens, Filius
Theodori Et Euphemiæ. Obierunt Menſi Gorpiæo
In Conſulatu Domini Leonis (Imp.) *IV. Et Probia-*
ni Clariſſimi (Viri.)

2 *Extra Urbem,*
in Sancti Pauli.
Miſit P. *D. Petrus Paulus* Ginanni
Prior Benedictinus.

HIC QVIESCIT IN PACE ANTHEMIVS
CVBICVL QVI VIXIT ANNOS LX. DEPO
SITVS IIII. NON. OCTOBR CONS. PROBIANI.

3 *Ibidem. Ex Margarino.*

PALATI QVI VIXIT
TO DIES VII. DEPOSITVS
PROBIANI V C. CONS.

Anno U. C. 1224.
Ær. Ch. 472.
FESTUS. } Cos.
MARCIANUS. }

4 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus.*
E ſchedis Donii miſit Gorius.

DEPOSITVS PVER NOMINE
ANASTASIVS III. KALENDAS
FEBRARIAS VIXIT ANNO PL
MINVS DIES XXXVI. COS
V̄C FESTO

Sed quum Anno Chriſti 439. alter *Feſtus* Conſulatum geſſerit, minime certum eſt, an ad hunc ſpectet Inſcriptio iſta.

Anno U C. 1225.
Ær. Ch. 473.
IMP. FLAVIUS LEO AUG. V. Conſul ſine Collega.

Anno U. C. 1226.
Ær. Ch. 474.
IMP. FL. LEO JUNIOR Conſul ſolus.

5 *Niciæ.*
Ex Joffredo.

☧ HIC REQVIESCET BONAE
MEMORIAE
SPECTABILIS ☧ EXPECTATVS
Q̄ VIXIT ☧
ANNVS L. M. VII ☧ CVIVS. D̄P
EST SVB ☧
DIE. VIII. KAL. IVNII. D̄N
LEONE. IVN̄RE
V. C. SS

Anno U. C. 1227.
Æræ Ch. 475.
IMP. FLAVIUS ZENO AUG. II. Conſul ſolus.

Anno U. C. 1228.
Æræ Ch. 476.
FL. BASILISCUS II. } Cos.
ARMATUS. }

Anno U C. 1229.
Æræ Ch. 477.

POST CONSULATUM BASILISCI II. ET ARMATI.

Anno U C. 1230.
Æræ Ch. 478.

ILLUS, Conſul ſolus ſine Collega.

Anno U. C. 1231.
Æræ Ch. 479.

IMP. FL. ZENO AUG. III. Conſul ſolus.

Anno U. C. 1232.
Æræ Ch. 480.

BASILIUS JUNIOR, ſine Collega.
Signatur quoque hic Annus
POST CONSULATUM ZENONIS III.

Anno U. C. 1233.
Æræ Ch. 481.

PLACIDUS, Conſul ſolus.

Anno U. C. 1234.
Æræ Ch. 482.

SEVERINUS JUNIOR. } Coſs.
TROCONDUS. }

Anno U. C. 1235.
Æræ Ch. 483.

FAUSTUS, Conſul ſine Collega.
Hic Annus ſignatur etiam
POST CONSULATUM TRICONDII.

Anno U. C. 1236.
Æræ Ch. 484.

THEODORICUS. } Coſs.
VENANTIUS. }

1 *Extra Romam, in Baſilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC REQVIESCIT ANDREAS NOTAR QVI VIXIT
ANN. XXV. DEPOSITVS IN PACE SVB DIE
VENANTIO VC CONS

Quum tamen Anno Chriſti 507. alter *Venantius* Faſtis nomen dederit, & ſubſequenti 508. *Venantius* junior & ipſe Conſulatum geſſerit, non adeo certum eſt ad præſentem Annum pertinere Inſcriptionem iſtam.

2 *In Baſilica Nolana. Ex Franciſco Blanchinio.*

DEP. SANC. FELICIS EPSC. V. ID. FEBR.
POS. CONS. FA. VS. TI. VC.

Hinc vides, Annum iſtum in Occidente ſignatum quoque fuiſſe: *Poſt Conſulatum Fauſti*, quem ſolum præcedenti Anno Conſulem proceſſiſſe conſtat. Heic præterea Eruditorum examini ſubjectam volo Inſcriptionem, cui locum certum reperire nondum potui.

3 *Romæ, in Coloſſeo. Ex Ligorio.*

DECIVS. MARIVS. VE
NANTIVS. BASILIVS
V. C. ET. INL. PRAEFECTVS
VRBI. PATRICIVS. CONS
ORDINARIVS. ARENAM
ET. PODIVM. QVAE. ABOMI
NANDI. TERRAEMOTVS
RVINA. PROSTRA
VIT. SVPTV.(*ſic*)PROPRIO. RESTITVIT

Niſi familiare fuiſſet, Conſules appellare ex poſtremo Cognomine, haberemus heic *Venantium*, qui proceſſiſſe Conſul hoc Anno videri poſſet. Sed *Baſilium*, non *Venantium* Faſti appellaſſent. Non tamen ſemper ſervatum hunc morem vidi. Rurſus Anno Chriſti 463. reperitur *Baſilius* Conſul ordinarius; at ille *Flavius Cæcina Baſilius* creditur appellatus. Ergo, inquies, ſpuria Inſcriptio. Sed maturius ad ſententiam procedendum. Videndum quoque, an ſpectare poſſit ad hunc Annum ſubſequens Marmor.

4 *Sitiani in agro Novarienſi in Eccleſia. Ex Gallerato.*

In fronte.

☩ D
DIC REQVISC. C[illegible]
AVGVSTA PARVVLA
VIXIT IN SAECOLO ANNO
VNO ET MENSES X ET DIE
XXX III. ET DEPOSETA EST SVB DIE
IDVS IVLIAS INDIC XII
FL. SEHVDERICO Vs Cs Cs

In averſa parte hujus lapidis legitur Inſcriptio.

C. ATILI. C. F. MAR.

Anno U. C. 1237.
Æræ Ch. 485.

Q. AURELIUS SYMMACHUS, Conſul ſolus.
Signatus fuit etiam hic Annus
POST CONSULATUM THEODORICI.

Anno U. C. 1238.
Æræ Ch. 486.

DECIUS.)
LONGINUS.) Coſs.

1 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

NONNOSA FIDELIS IN PACE
NS QVI VIXIT ANNOS TRIGINTA
DEPOSITA V. K. NOBEBRES CONS. DECI
S. IN PACE QVI VIXIT ANNIS PLVS M
DEPOS. IDVS OCTOBS

Anno U. C. 1239.
Æræ Ch. 487.

FLAVIUS BOËTHIUS, Conſul ſine collega.
Inſcriptus quoque hic Annus
POST CONSULATUM LONGINI.

2 *Romæ,*
in Sancti Laurentii.
E Sirmondo.

GENEROSVS EVNVCHVS
DEPOSITVS IN PACE
VII. ID. OCTOB
BOETIO V. C. CONS

3 *Romæ,*
in Sanctæ Agnetis.
Ex eodem.

VALENS. V. D. COMIT. DEPOSITVS
KAL. IVL. CONS. BOETHI V. C

4 *Romæ,*
in Sancti Martini de Montibus.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

SCIT IN PACE SABINA QVI VIX
(*ſic*)
QVINQVE DIES DECE DEPOSITA IIII.
CONS BOETIO VC CONSVL

Anno U. C. 1240.
Æræ Ch. 488.

CLAUDIUS DYNAMIUS.)
SIFIDIUS.) Coſs.

5 *Panormi.*
Miſit N. V. Andreas Lucchefius.

HIC REQVIESCET IN PACE MVNATIA
RELIGIOSA FEMINA QVAE VIXIT ANNO
PL. M. LXX. DEPOSITA SVB DIE PRIDIE NONAS
FEBRVARIAS DYNAMIO ET SIFIDIO. VV. CC.

Anno U. C. 1241.
Æræ Ch. 489.

ANICIUS PROBINUS.)
EUSEBIUS.) Coſs.

6 *Maſſiliæ.*
Miſit Bimardus.

HIC REQVIESCIT IN PA
NYMFIDIVS EX PRA
QVI VIXIT ANNOS
RECESSET VIII KALEN
PROBINO ET EVSEB

EX PRA.... videtur EX PRAEPOSITO, ut apud Gruterum pag. 721. num. 10. & ita legendæ apud eumdem figlæ pag. 152. num. 8.

7 *Spoleti,*
lapis effoſſus Anno Chriſti 1650.
Ex Comite Campello.

DP. SCI. AMASI EP
CONS. PROBINI. V. C.
SVB. D. X. KAL. AVG
QVI VIXIT ANNIS LXXXV
EX QVIBVS EP. ANNIS
XIII. MENS. II.

Anno quoque Æræ Chriſti 395. *Probinus* alter Conſulatum geſſerat. Proinde minime certum, an ad hunc Annum titulus iſte, uti etiam ſubſequens, ſpectent.

8 *Romæ,*
in Sancti Martini de Montibus.
E ſchedis Donii.

AN
HIC REQVIESCIT
CONS. PROBINO VC

Anno U. C. 1242.
Æræ Ch. 490.
FLAVIUS FAUSTUS JUNIOR. } Coſs.
LONGINUS II. }

1 *Romæ,*
in Sanctæ Agnetis.
Miſit N. V. Alexander Capponius Marchio.

THOMAS CVM AGNETE
SE VIVO COMPARAVERVNT
DIE KAL. SEPTB. CONS. FAVSTI
V. C. IVNIORIS

2 *In Baſilica Nolana.*
Ex Franciſco Blanchinio.

DP. THEODOSI ~ EPC ~ DIE
VIII ~ IDVS ~ DECEMBRVES ~ FL ~
FAVSTO ~ IVNIORE ~ VC. CONS

Anno U. C. 1243.
Ær. Ch. 491.
OLYBRIUS JUNIOR, Conſul abſque Collega.
Signatus fuit etiam Annus iſte
POST CONSULATUM LONGINI BIS ET FAUSTI.

3 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT IN PACE LAVREN
TIVS PREPOSITVS BASILICE BEATI
PAVLI APOSTOLI QVI VIXIT ANNVS PM. LX
OLIBRIO VC CONS

4 *Viennæ in Delphinatu,*
ad Sancti Andreæ.
Ex March. Maffejo.

IN HOC TVMVLO CONDITVR BONAE
MEMORIAE SEVERIANVS QVI RELIGIONEM
DEVOTA MENTE SVSCEPIT SIC QVEM
ANIMA AD AVTHOREM DM
REMEANTE TERRENA MEMBRA
TERRIS RELIQVIT EXACTIS VITAE
ANNIS XXXII OBIIT PRIDIE IDVS
AVGVSTAS RESVRGIT IN XPO DMO
NOSTRO POST CONSVLATO LONGINI
BIS ET FAVSTI

5 *Interamnæ, nunc* Terni,
in Sancti Valentini.
Miſit N. V. Ferdinandus de Vicecomitibus de Cittadinis.

VV. CC. OLIBRIO CONSS. S. EST AVFIDIVS
QVI VIXIT AN. VII. ITEM HIC POS
D. H. C. LE.

Anno U. C. 1244.
Ær Ch. 492.
IMP. FL. ANASTASIUS AUG. } Coſs.
RUFUS. }

6 *Lugduni,*
in Sancti Irenæi.
Ex Marchione Maffejo.

IN HOC TVMOLO REQ
VIESCIT BONE MEMO
(*ſic*) RIVS CESARIVS VIXI
T ANVS X [illegible] REQVIBIT I
N PACE SVB DIE KAL DE
CEMBRIS ANASTASI
O ET RVFO VV CC

7 *Aquis Sextiis.*
E Sirmondo, & Maffejo VV. Clariſs.

HIC IN PACE QVIESCET ADIVTOR
QVI POST ACCEPTAM POENITENTIAM
MIGRAVIT AD DOMINVM
VIXIT ANNOS LXV. MENS. VII. DIES XV
DEPOSITVS S. D. VIIII. KAL. IANVAR
ANASTASIO V. C. CONSVLE

8 *In oppido Bariſciano agri Aquilani.*
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

HIC HILARIANVS
REQVIESCIT IN
PACE SD XPI. KAL
DECEMBRIIS DN
ANASTASIO PP. AG. CONSL

Ideſt Sub Die XVII. Kalend. Decembris, Domino Noſtro Anaſtaſio, Patre Patriæ, Auguſto, Conſule.

Anno U. C. 1245.
Ær. Ch. 493.
EUSEBIUS II. } Coſs.
ALBINUS. }

9 *Extra Urbem,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Miſit P. D. Petrus Paulus Giovanni Prior Benedictinus.



Incertus ſum, an huic Anno aſſignanda ſit Inſcriptio iſta, in qua prioris Conſulis nomen exeſum eſt. Anno quippe U. C. 1196. Æræ Chriſti 444. alterum *Albinum* una cum *Theodoſio Juniore XVIII.* Conſulem proceſſiſſe, ſupra vidimus.

Anno U. C. 1246.
Ær. Ch. 494.
TURCIUS RUFUS APRONIANUS ASTERIUS. } Cos.
PRÆSIDIUS. }

1 *Ravennæ in Palatio Archiepiscopali.*
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis.

✠ HIC. RQ. IN P. SCS. PAP. IOHAN. D. S. AN. XVI.
M. X. D. XVII. DP. SVB. D. NON. IVN.
ASTERI ET. PRAES. VV. CC.

Ideſt, *Qui ſedit Annos XVI.* Ergo decepti ſunt Rubeus, Ughellius, & alii, qui unum *Johannem* Archiepiſcopum Ravennatem Sæculo Chriſti Quarto agnoverunt, ejuſque Sedis annos ultra metam propagarunt.

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

CAECILIA QVAE VIX
DEPOSITA IN PACE
ASTERIO ET PRAESIDIO

3 *Ibidem.*
E ſchedis Donii.

S. D. X. KAL. APRILIS. DE
CONS. ASTERI ET P
ANNVS XI

Anno U. C. 1247.
Ær. Ch. 495.
FLAVIUS VIATOR. } Cos.
ÆMILIANUS. }

4 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

SIVS INFANS PRID. KAL
NIORE CONS. QVI VIXIT
SES. X. DIES. X
VIATORIS VC
CONPARAVIT
LOCVS H

Anno U. C 1248.
Æræ Ch. 496.
PAULUS, Conſul ſine Collega.
Appellatur quoque hic Annus
A POSTCONSULATU VIATORIS.

Anno U. C. 1249.
Æræ Ch. 497.
IMP. FL. ANASTASIUS AUG. II. Conſul ſolus.

Anno U. C. 1250.
Ær. Ch. 498.
IOHANNES SCYTHA. } Cos.
PAULINUS. }

Fortaſſis ad hunc Annum, aut ad ſubſequentem pertinet ſubſequens Inſcriptio.

5 *Mediolani,*
in Sancti Simpliciani.
E ſchedis meis.

B . M
HIC REQVIESCIT IN PACE LAVRENTIVS
QVI VIXIT ANN. PL. M. LXV
DEPOS. SVB. D. XV. KAL. DECEMB.
ET IO. CON.

Anno U. C. 1251.
Æræ Ch. 499.
IOHANNES GIBBUS. } Cos.
ASCLEPIO. }

Anno U. C. 1252.
Æræ Ch. 500.
PATRICIUS. } Cos.
HYPATIUS. }

Anno U. C. 1253.
Æræ Ch. 501.
POMPEJUS. } Cos.
RUFIUS MAGNUS FAUSTUS AVIENUS. }

Anno U. C. 1254.
Æræ Ch. 502.
PROBUS. }
RUFIUS MAGNUS FAUSTUS AVIENUS } Cos.
JUNIOR. }

6 *Grabedonæ in agro Comenſi.*
Ex Tatti Annal. Sacr.

B M
HIC REQVIESCET IN PACE
FAMVLA CHRISTI AGNELLA. QVAE
VIXIT IN HOC SECVLO ANN
PL. M. XXX. DEPOSETA SVB
DIE III. KA. APRILIS AVIENO
V. C. IND. X.

Præcedenti Anno Chriſti 501. alter *Avienus* Conſul proceſſerat. At Inſcriptionem hanc pertinere ad præſentem Annum Chriſti 502. *Indictio X.* tunc decurrens oſtendit. Referenda-ne ſit ad ipſum, an ad præcedentem altera hæc poſita *Nono Kalendas Septembris*, quis quæſo decernat?

1 *Lugduni,*
in Sancti Irenæi.
Ex March. Maffejo.

IN HOCTVMOLO REQV OBIIT IN PACE ♈III
IISCET BONAE MEMO K SEPTEM
RIAE THALASIA QVI VI BRIS AVIEN
XIT ANNVS XI O C V CON

Anno U. C. 1255.
Æræ Ch. 503.
DEXICRATES, } Cos.
VOLUSIANUS. }

Anno U. C. 1256.
Æræ Ch. 504.
CETHEGUS, Conſul ſine Collega.

Anno U. C. 1257.
Æræ Ch. 505.
SABINIANUS. } Cos.
MANLIUS THEODORUS. }

Ad hunc Annum ſpectare opinor ſubſequentem hanc Inſcriptionem, in cujus fine legendum videtur SABINIANO ET THEODORO COSS.

2 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

HIC REQVIESCIT AMANTIA QVAE VIXIT
ANN. LXX DE XV DP KAL SEPTEMBRIS
[illegible]DORO VV CC IN PACE

Anno U. C. 1258.
Æræ Ch. 506.
AREOBINDUS. } Cos.
ENNODIUS MESSALA. }

Anno U. C. 1260.
Æræ Ch. 508.
VENANTIUS. } Cos.
CELER. }

3 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT HELPIDIVS
QVI VIX. ANN. XVIII[illegible]
DEPOSI[illegible]
FL. MESSALA

Cur *Meſſalæ* huic Conſuli nomen *Ennodii* a Relando, aliiſque tribuatur, nondum didici. Si recte exſcriptus fuit hic Lapis, erit Meſſala iſte *Flaviæ* genti reſtituendus. Sunt ad illum nonnullæ Ennodii Ticinenſis Epiſcopi Epiſtolæ.

4 *Grabedonæ*
in agro Comenſi.
Ex Tatii Annalib. Sacr.

B . M
HIC REQVIESCET IN PACE
FAMVLA CHRISTI HONORIA
QVE VIXIT IN SECVLO ANN
PL. M. XX. DEPOSITA DIE VIII
KAL. IVL. VENANTIO
V. C. IND. I.

Fuerunt, & alii *Venantii* Conſulari munere functi. At *Indictio Prima* præſentem Annum certo nobis indicat.

Anno U. C. 1259.
Æræ Ch. 507.
IMP FL. ANASTASIUS AUG. III. } Cos.
VENANTIUS. }

Anno U. C. 1261.
Æræ Ch. 509.
IMPORTUNUS, Conſul ſolus.

Anno U. C. 1262.
Ær. Ch. 510.

ANICIUS MANLIUS SEVERINUS BOËTHIUS. } Coſs.
EUTARICHUS. }

1 *In Vico* Briard *in Provincia.*
Ex Clariſſ. Marchione Maffejo.

HIC REQVIESCIT
VIR VENERABILIS MANNE
LEVBVSO QVI VIXIT ANNIS LX
MENSIS VI DIES XIII IN VMANE
TATE ET BONITATE MORI
BVS ET CONVERSATIONE
CLARVS OBIIT IN PACE DIE
III IDVS FEBRVARIAS BOETIO
VERO CLARISSIMV CONSVLE
RELIQVIT LIVERTVS IDEST
SCVPILIÒNE

In antepenultimâ linea VERO CLARISSIMV prò VIRO CLARISSIMO. Supra ad Annum Chriſti 487. *Boëthium* Conſulem ſine Collega vidimus. Hoc Anno *Boëthium* alterum Conſulem una cum *Eutarichio* nobis exhibent. Infra ad Annum Chriſti 522. is ipſe *Boëthius* iterum Conſul cum Symmacho occurret. Cuinam ex hiſce Annis tribuenda ſit Inſcriptio iſta, quis certos noſ faciat?

Anno U. C. 1263.
Æræ Ch. 511.

SECUNDINUS. } Coſs.
FL. FELIX. }

2 *Lugduni,*
in Sancti Irenæi.
Ex prælaudato Maffejo.

IN HOC TOMOLVM
REQVIESCIT IN PA
CE BONE MEMORIE
SIMPLICIVS QVI VI
XIT ANNOS PLVS MI
NVS XC OBIIT IN PA
CE V K NOVEMB
FELICE V CC.

3 *Interamnæ,* nunc Terni,
in Sancti Valentini.
Miſit N. V. Ferdinandus de Vicecomit. de Cittadinis.

HIC REQVIESCIT GENIATVS. VL. QVI VIXIT ANN
XXVI. ET MENS VI. D. VII. DEPOSITVS IN
PACE XV KAL SEPT. FELICE V. C. CON

4 *Comodoliaci in Diptycho.*
Ex Sirmondo, & Mabillonio.

FL. FELICIS. V. C. COM. AC. MAG.
VTRQ. MIL. PATR. ET. COS. ORD

Fuit igitur *Flavius Felix* iſte, Conſul Ordinarius hoc Anno, *Comes, ac Magiſter utriuſque Militiæ, & Patricius*, ſi tamen ad eum referenda eſt Inſcriptio; fuit enim alter *Flavius Felix* Conſul Ordinarius Anno Ch. 428. in quem convenire hæc munera videntur. Ad eumdem Annum recurre.

Anno U. C. 1264.
Ær. Ch. 512.

MUSCHIANUS. } Coſs.
PAULUS. }

Anno U. C. 1265.
Æræ Ch. 513.

CLEMENTINUS. } Coſs.
ANICIUS PROBUS. }

Anno U. C. 1266.
Ær. Ch. 514.

M. AURELIUS CASSIODORUS SENATOR,
Conſul ſolus.

5 *Interamnæ,*
in Mendano.
Miſit prælaudatus Ferd. de Vicecomit.

HIC REQVIESCIT. SANCTE
MEMORIAE AELONVS
QVI VIXIT ANNVS LV
ET MENSES III. DEPOSITVS
IN PACE SVB D. NONAS
FEBR. SENATORE V S
CONSVLES

Donius hanc referens legit MEMORIAE CONVS, & in fine CONSVLE.

6 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

MEDICVS DEP.
CONS SENATORE Q VIX
ANNVS XLIII.

Anno U. C. 1267.
Æræ Ch. 515.

ANTHEMIUS. } Coſs.
FLORENTIUS. }

Anno U. C. 1268.
Ær. Ch. 516.
PETRUS, Conſul ſine Collega.

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

VS DEVIO ARCADIA
IVL. PETRO VC COS

2 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus. E ſchedis Donii miſit Antonius Franciſcus Gorius.*

ANNOS XIII MEN III DIES XXI
DECES. CONSVLATV PETRI VC

Anno U. C. 1269.
Ær. Ch. 517.
IMP. FL. ANASTASIUS AUG. IV. } Coſs.
FLAVIUS AGAPITUS. }

Anno U. C. 1270.
Ær. Ch. 518.
MAGNUS, Conſul ſolus ſine Collega in Oriente.

At in Occidente modica ratio habita fuit Conſulis illius Orientalis, ac proinde ſignatus fuit hic Annus Romæ
POST CONSULATUM AGAPITI.

3 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC REQVIESCIT VALERIA CVM FILIAS SVAS
V. KAL. OCTOB PC AGAPITI.

Anno U. C. 1271.
Ær. Ch. 519.
IMP. FL. ANICIUS JUSTINUS AUG. } Coſs.
EUTHARICUS AMALUS. }

In Occidente ſignatus quoque fuit hic Annus
POST CONSULATUM ITERUM AGAPITI.

4 *Vaſione. Ex Johanne Columbo.*

✠ HIC IN PACE
REQVIESCIT
SANCTAE. MEMORIAE
ERIPIVS. PBR
QVI. VIXIT
ANS. XXVII
MENS. X. D. XVIII
OB. VIIII. KL. FEBRVAR
P. C. ✠ ITERVM
AGAPITI. V. C
CONSS

Anno U. C. 1272.
Ær. Ch. 520.
VITALIANUS. } Coſs.
RUSTICUS. }

5 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

✠ HIC REQVIESCIT. IN PACE. V
QVI VIXIT PLM. ANN. XX.
SVA FECIT. ANN. V. M. II. DEP
RVSTICO VC CONS. EMIT
A PETRO PRAEPOSITO

In ſecundâ lineâ ſupple CVM CONIVGE. In penultimâ HVNC LOCVM. Anno quoque Æræ Chriſti 462. *Ruſticus* alter cum *Olybrio* Conſulatum geſſit. Verùm Inſcriptio hæc ad Annum iſtum pertinere mihi creditur, quod *Vitalianus* Conſulis Orientalis non haberetur ratio in Occidente.

6 *Ibidem. Ex eodem.*

IN PACE LAVRENTIVS PATVRNVS
QVI VIXIT ANNVS PSM XL. RVSTICIO V. C. CONS

Anno U. C. 1273.
Ær. Ch. 521.
FL. ANICIUS JUSTINIANUS. } Coſs.
VALERIUS. }

Anno U. C. 1274.
Ær. Ch. 522.
Q. AURELIUS ANICIUS SYMMACHUS. } Coſs.
ANICIUS MANLIUS SEVERINUS BOËTHIUS. }

7 *Ibidem. Ex eodem Margarino.*

HIC REQVIESCIT IN PACE
SABINVS. V. S. PRAEF. ANN
QVI BISIT ANNVS LIIII. ET DIES XXIIII
DP. XVI. KAL. AGVSTAS
CONS. SYMM. ET BOETIO VC
CONSS

8 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC REQVIESCIT IN PACE DECENTIA QVAE VIXIT
PM AN. XXVII. DEP. CONSS. SYMMACHO
ET BOETIO VV CC

9 *Romæ, in Sancti Pancratii. E ſchedis Donii.*

MAXIMVS PARBVLVS QVI
VIXIT. ANNOS. VII. MENSES VII
DIES X. SYMMACHO ET
BOETIO. VVC. CONSS

Anno U. C 1275.
Ær. Ch. 522.
FLAVIUS ANICIUS MAXIMUS, Conſul ſine Collega.

Signatus etiam in Occidente hic Annus
POST CONSULATUM SYMMACHI ET BOËTHII.

1 *Auguſtæ, ſive Aoſtæ in Delphinatu.*
Ex March. Maffejo.

HIC REQVIESCIT
IN PACE BONE ME
MORIE ALIBER
CA QVI VIXIT
ANNOS NVME
RO XXX OBIIT
IN XP̄O III NONAS
FEBR P C SEMMA
CHI ET BOITHI VVCC

2 *Ravennæ,*
in Archiepiſcopatu.
Exſcripſit Dominicus Vandellius Mutinenſis, Matheſeos in patrio Lyceo Profeſſor.

HIC REQVIESCIT IN PA
CE GERONTIVS VC. PA
NITENTIALIS QVI VIXIT
ANN PL M. LVI. DEPOSITV
EST SVB D. NON. DECEMB
MAXIMO VC. CONS. IND. SE

In ſecundâ & tertiâ lineâ legendum POENITENTIALIS, idem atque *Pœnitentiarius*. Sacros ejuſmodi Miniſtros Italicè nunc appellamus *Confeſſori*. Animadverte Indictionem immutatam Septembri Menſe; nam in præcedentibus hujus Anni Menſibus *Indictio Prima* in curſu fuit. A Septembri verò *Indictio Secunda* decurrere cœpit.

1 *Romæ,*
apud Marchionem Capponium.
Miſit Ramagginius.

CIT IN PA
IAE FELICIA
NNVS PLVS
ITVS SVBDIA
MAXIMO VC CON.

Anno U. C. 1276.
Ær. Ch. 524.
IMP. FL. ANICIUS JUSTINUS AUG. II. } Coſs.
OPILIO. }

4 *Lugduni,*
apud Patres Prædicatores.
Ex Marchione Maffejo.

IN HOC TOMOLO REQVI
ESCIT BONAE MEMORIAE
SCVRPILLOSA RELIGIOSA
QVAE VIXIT PLVS MINVS
ANNOS XXXXVIII. OBIIT
IN PACE. PRID. KAL. SEPT
OPILIONE

Jam ſupra monui, alterum *Opilionem* Anno Chriſti 453. Conſulatum ordinarium geſſiſſe. De utro ſit hic ſermo, in obſcuro eſt.

Anno U. C. 1277.
Æræ Ch. 525.
FLAVIUS THEODORUS PHILOXENUS. } Coſs.
FLAVIUS ANICIUS PROBUS JUNIOR. }

5 *Compendii in Tyrrhico.*
Ex Sirmondo, & Mabillonio.

FL. THEODORVS
FILOXENVS
SOTERICVS
FILOXENVS
VIR ILLVST

COM. DOMEST
EX MAGISTRO M.
PER THRACIA
ET CONSVL
ORDINAR

ΤΟΤΤΟ ΤΟ ΔΩΡΟΝ ΤΗ ΣΟΦΗ ΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΤΠΑΤΟΣ ΤΠΑΡΧΩΝ ΠΡΟΣΦΕΡΩ ΦΙΛΟΞΕΝΟΣ

Ideſt:

Docto catoque munus hoc Senatui
Conſul creatus offero Philoxenus

6 *Mediolani in S. Vincentii.*
Ex Puricellio.

HIC REQVIESCIT IN PACE
SANC. M. ADEODATVS PRESB.
QVI VIXIT IN SAECVLO ANN.
PLVS MINVS OCTOGINTA QVIN
QVE. DEPOSITIO SVB DIE NONO
KALENDAS IVLII PROBO IVN.
CONSVLE PER INDICTIONE TERTIA

Anno U. C. 1278.
Ær. Ch. 526.
FL. ANICIUS OLYBRIUS JUNIOR, Conſul ſine Collega.

1 *Interamnæ.*
Ex Donio.

Aut ad hunc Annum, aut ad Annum Chriſti 491. ſpectat fragmentum iſtius Inſcriptionis.

Anno U. C. 1279.
Ær. Ch. 527.
VETTIUS AGORIUS BASILIUS MAVORTIUS, Conſul ſolus.

2 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

MABURTIUM appellatum videas in lapidibus ejus ævi Conſulem hunc pro MAVORTIUM, ac etiam ex inſcriptione mox edenda. Hæc tamen ad Annum ſubſequentem neſcio an ſit referenda, quum ſcriptum fortaſſis ibi fuerit P. C. MABVRTI.

Anno U. C. 1280.
Æræ Chriſti 528.
IMP. FL. ANICIUS JUSTINIANUS AUG. II. Conſul ſine Collega in Oriente.
Verùm in Occidente ſignabatur Annus
POST CONSULATUM MAVORTII.

3 *Romæ, ibidem.*
Ex Donio.

✠ HIC REQVIESCIT IN PACE PASTOR NVM VIR V. QVI
VIXIT ANN XV. MEN. XI. DIE VII DEP SD XIIII. KAL. DECE
MBRIS. PC MABVRTI VC CONS

4 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

6 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex eodem.



Anno U. C. 1281.
Ær. Ch. 529.
DECIUS JUNIOR, Conſul ſolus.

5 *Romæ,*
in Sanctæ Conſtantiæ,
Viâ Nomentanâ.
Ex Donio.

PASCASIVS. ORTOLANVS
ID. IVLIAS. DECI. VC. COS.

7 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
E ſchedis Donii.



Anno Chriſti 486. Conſulatum geſſere *Decius* & *Longinus*. Attamen veri videtur ſimilius ad hunc Annum ſpectare lapides iſtos.

1 *Cajetæ,*
in Cathedrali.
E fchedis meis.

PANDE TVAS PARADISE FORES SEDEMQVE BEATAM
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
CVLTOR IVSTITIAE DOCTRINAE ET PACIS AMATOR
QVEM VOCAT AD SVMMVM VITA BEATA BONVM
PLENVS AMORE DEI NESCIVIT VIVERE MVNDO
AT FAMVLO CHRISTI GLORIA CHRISTVS ERAT
QVAE MEDITATA FIDES ET CREDITA SEMPER INHAESIT
HAEC TE VSQVE AD CAELOS ET SVPER ASTRA TVLIT
NVMQVAM DE MANIBVS TIBI LEX DIVINA RECESSIT
ELOQVIVM DOMINI VIXIT IN ORE TVO
ROMANAMQVE PRIVS DECORAVIT PRESBYTER VRBEM
CVLMINIS AVCTVS HONOR HIC DEDIT ESSE PATREM
DISTRICTVS SVB IVRE PIO ET MODERAMINE CERTO
VTQVE BONVS PASTOR REXIT AB HOSTE GREGEM
HOSPITIBVS GRATVS SE IPSVM DONAVIT EGENIS
ILLOS ELOQVIO HOS SATIABAT OPE
PRAESVLE SVB TANTO FLORENS ECCLESIA MATER
CREVIT MVNERIBVS CREVIT ET OFFICIIS
VIXIT ANN. P M. LXX. PRESB. ROMANVS VII
ET IN EP. ANN. XXVII. M. X. D. XX.
REQVIEVIT IN PACE XIIII. KAL. NOV.
CONS. DECI IVN.

Anno U. C. 1282.
Æræ Ch. 530.
POSTUMUS LAMPADIUS. } Coſs.
ORESTES. }

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIEXIT IN PACE CONSTANTINVS HOR
REARIVS QVI VISET PM AN. XLVII. DIPOSITVS EST VII. KA
DEC. CONS FL. LAMPADII ET OREST S VV. CC. ☩

Itaque in Faſtis adjungendum prænomen FLAVII Lampadio Conſuli. Et hcic habes Palmam, quæ nullum Martyrii ſignum præbet.

1 *Extra Romam.*
Ex eodem.

2 *Ibidem.*
Ex eodem.



Anno U. C. 1283.
Ær. Ch. 531.

POST CONSULATUM LAMPADII ET ORESTIS.

3 *Veronæ,*
in Sancti Petri de Caſtello.
Ex Marchione Maffejo.

HIC REQVIES
CIT IN PACE SCS
VALENS EPS QVI
VIXIT ANN PL M
LXXXV ET SEDIT EPIS
COPATVM ANNOS
ϛII. MENSES ϛII. ET DIES
XϛIII. ET RECESSIT SVB D
ϛIII KAL AVGVSTAS
PC LAMPADI ET O
RESTIS VV CC IND ϛIII

Retulit antea Gruterus Inſcriptionem hanc pag. 1060. num. 7. Rurſus editam volui, tum quod parùm accurate deſcriptam ille accepit, tum etiam ut luculentius intelligas, Notam ϛ pro numero *Sexto* uſurpatam fuiſſe. Anno iſto decurrebat *Indictio Nona* ante Septembrem. Apud Gruterum legitur in lineâ ſextâ & ſeq. ANNOS VII. MENSES VII. ET DIES XVIII. At legendum ANNOS VIII. ET DIES XVIIII. Et in fine IND. VIIII.

4 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT IN PACE THEODOSVS
QVI VIXIT ANNVS XII. DEP. V. KL. AVGVSTAS
HIC REQVISCET IN PACE DVMILDA H F
QVAE VIXIT PLM ANNVS LIIII DPS III. NON
S P C LAMPADI ET ORESTIS

In tertiâ lineâ H F, ideſt *Honeſta Femina*.

Anno U. C. 1284.
Ær. Ch. 532.

POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS ANNO II.

5 *Romæ,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.

EVNVCHVS QVI VIXIT ANNOS
PLVS MINVS ℈ IV ℈ DEPOSITVS SVB D
III ℈ ID ℈ FEBRVARIARVM. ITER. P. C.
LAMPADI. ET. ORESTIS. VV. CC. CONSS

6 *Arelate.*
Ex Petro Saxio.

HIC IN PACE REQVIESC
BONAE MEMORIAE
THAVMASTA QVAE VI
XIT ANNOS XL. ET OBI
SVB D. PR. IDIB. DEC
INDICTIONE VNDECI
MA ITERVM POST COS
LAMPADI ET OREST
VV CC

Anno U. C. 1285.
Æræ Ch. 533

IMP. FL. ANICIUS JUSTINIANUS AUG. III. Conſul ſine Collega.

Anno U. C. 1286.
Ær. Ch. 534.
IMP FL. ANICIUS JUSTINIANUS AUG IV. } Cos.
FL. THEODORUS PAULINUS JUNIOR. }

1 *In Oppido Anſe.*
Ex Marchione Maffejo.

GERMINE SVBLIMI PROBA NOMINE MENTE PROVATA
QVAE SVBITO RAPTA EST HIC TVMVLATA IACET
IN QVA QDQVID HABENT CVNCTORVM VOTA PARENTVM
CONTVLERAT TRIBVENS OMNIA PVLCHRA DS
HINC MESTVS PATER EST AVIAE MATRIQVE PERENNIS
HEV FACINVS PERIT PIETAS
ACCIPE QVI LACHRYMIS PERFVNDIS IVGITER ORA
MORS NIHIL EST VITAM RESPICE PERPETVAM
QVAE VIXIT ANNIS V MENSIS VIIII
OBIIT SD III IDS OCTVBRIS PAVLINO V K
C

Anno U. C. 1287.
Æræ Ch. 535.
FL. BELISARIUS, Conſul in Oriente.
Signatus in Occidente eſt etiam Annus hic
POST CONSULATUM PAULINI.

2 *Ravennæ,*
in Archiepiſcopio.
Exſcripſit Dominicus Vandellius Mutinenſis.

HIC REQVIESC
VIR IVV PRESB B
ET VINDIMIVS QV
VIX. ANN
DEP. EST SVB D
II P C. PAVLINI
CONS IN

3 *Tuſculi.*
Ex Dominico Matthæjo.

QVI VIXIT ANN LXVII.
DEP. D. KAL
VILISARI. VC

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

CON
ANN. XV. MENSI
C. VILISARI

5 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E ſchedis Donii.



Anno U. C. 1288.
Ær. Ch. 536.

POST CONSULATUM BELISARII ANNO I.

6 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT IN PACE
ANDREAE C
QVAE VIXIT VIRGO ANN
DEP. PRIDIE ID. OCTOBR
BILISARI VC IND

Referri etiam poſſit hic Lapis ad præcedentem Annum. Ceterum aliis placuit in Occidente ſignare hunc Annum

POST CONSULATUM PAULINI ITERUM:
uti nos docebunt gemini ſubſequentes Tituli.

1 *Extra Romam ibidem.*
E schedis Donii misit Gorius.

HIC REQVIESCIT I
QVI VIXIT ANN ♁ PL
ITER P C PAVLINI

2 *Ibidem.*
Misit idem.

DEVSDET QVI VIXET ANNVS P M XX
MAIAS ITERVM. POS. CON PAVLINI
AVIT. SOL. ET TREMISSE

Anno U. C. 1289.
Ær. Ch. 537.
POST CONSVLATUM BELISARII V. C. ANNO II.

3 *Augustæ, sive Aostæ*
in Delphinatu.
Ex March. Maffejo.

✠ HIC REQVI
ESCIT IN PACE
BONE MEMO
RIAE INGILDVS
QVI VIXIT AN
NIS IIII ET MEN
SIBVS OCTO
OBIIT IN XPO
III. KL. NOVEMBR
TERTIO P C
PAVLINI IVN
V CC

Itaque signarunt alii hunc Annum hac notâ

POST CONSULATUM PAULINI JUNIORIS V. C. ANNO II.

Anno U. C. 1290.
Ær. Ch. 538.
FLAVIUS JOHANNES Consul sine Collega in Oriente.
In Occidente verò signatus etiam fuit hic Annus
POST CONSVLATUM BELISARII V. C. ANNO III.

4 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii misit Gorius.

☧ HIC REQVIESCIT MARIA H F
DP IN PACE XIII. KAL. ♁ IANVARIS
FL ♁ IOHANNE ORIENTALE V CL ♁ CON

5 *In Basilicâ Nolanâ.*
Ex Francisco Blanchinio.

HIC REQVIESCIT IN PACE IANVARIA ✠
Q VIXIT PL M ANN XXVIIII CVM MA
RITV FEC ANN XV M. XI. D. X. DEP
D XV KA FEBRVAR P C BILI
SARI VI IND PRIMA ✠
✠ HIC REQVIESCIT IN PACE FILICELLVS SBD
QV

Lego in quintâ lineâ BILISARI III. non VI. *Prima* quippe *Indictio* prodit præsentem Annum, qui non *Sextus*, sed *Tertius* fuit *Post Consulatum Belisarii*. Facile nota numeralis III. legenti apparere potuerit VI. In fine penultimæ lineæ SBD, ideſt *Subdiaconus*.

Anno U. C. 1291.
Æræ Ch. 539.
FLAVIUS APPION, Consul sine Collega.

6 *Ticini,*
in Sanctissimæ Trinitatis.
Misit Cl. V. P. D. Gaspar Beretta,
Monachus Benedictinus.

✠ ✠ ✠
HIC IN PACE REQVIESCIT B. M
THEODORA DIACONISSA QVAE
VIXIT IN SECVLO ANNOS PL. M
XLVIII. D. XI. KAL. AVG. V. P. C.
PAVLINI IVN. V. C. IND II

Hinc discimus, in Occidente signatum quoque fuisse Annum hunc, *Quinto*, seu *Quintum Post Consulatum Paulini Junioris Viri Clarissimi*, currente *Indictione Secundâ*.

7 *Gortynæ in Creta.*
Ex P. Montfauconio.

ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΤΑΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΠΙΑΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΛΕΠΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ
ΕΤΥΧΩΣ ΑΝΕΝΕΩΘΗ ΚΟΥ
Ο ΤΟΙΧΟΣ ΤΗΣ ΑΣΦΑΛ.
ΑΠΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ
ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΟΣ Β

Ideſt:

Sub Theodoro Sanctissimo
Archiepiscopo Et Apilio
Conspicuo Proconsule
Feliciter Restauratus Est ....
Murus, Consule Flavio
Appione Splendidissimo
Illustri II.
(vel Post Consulatum ejus Anno II.)

Spectat igitur hæc Inscriptio vel ad hunc Annum Ch. 539. vel ad 541.

Anno U. C. 1293.
Ær. Ch. 540.

JVSTINUS JUNIOR, Conſul ſine Collega.

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC REQVIESCIT ABVNDANTIVS
ECTIANVS QVI VIXIT ANN
PLM XL. DEP. IN PACE VI IDVS
SEPTEMB FL. IVSTINO VC CONS

2 *Lugduni, in Sancti Irenæi. Ex Marchione Maffejo.*

HIC REQVIISCIT
BONE MEMORIE
PORCARIA QVAE MVNDANA
RELIQVIT ET TRADIDIT ANIMA
DO VIXIT ANNIS XL OBIIT ☾III K FEBR
PC IONIS

Fortaſſe legendum POST CONSVLATVM APPIONIS, qui Conſul ſine Collega proceſſit Anno præcedenti 539.

Anno U. C. 1293.
Æræ Ch. 541.
FL. BASILIUS JUNIOR, Conſul ſine Collega.

3 *Ravennæ, in Palatio Archiepiſcopali. Exſcripſit Dominicus Vandellius Mutinenſis.*

HIC REQVIESCIT IN PACE VIR SBL
SEDAIGNVCVS ET CVBICVLARIVS RE
GIS THEODERICI QVI VIXIT ANN PLM
XL DEPOSITVS EST SVB D. IIII. ID
MARTIAS BASILIO IVN. VC. CONS
INDICTIONE QVARTA

Signarunt alii in Occidente hunc Annum, POST CONSVLATVM IVSTINI *Junioris*, quem Anno præcedenti Ær. Ch. 540. Conſulatu functum vidimus. Tefiem do ſupſequentem Lapidem:

4 *Lugduni, in Sancti Irenæi. Ex Clariſſ. Maffejo.*

IN HOC TVMVLO REQ
VIISCET BONAE MEMOR
IAE NECTERIA QVI VIXIT
ANNOS XXV OBIIT IN
PACE PRIDIE KAL MAIA
S P C IVSTINI

Anno U. C. 1294.
Ær Ch. 542.
POST CONSVLATVM BASILII V. C. ANNO I.

5 *Romæ, in Sancti Pancratii. Ex Boldetto.*

CAPPINA R. SE VIVO HIC REQ
XIT. ANN. PLVS. M. XVII. DE
TER PC FL. BASILI. VC CONS

6 *Curiæ in Rhetia, in Sancti Lucii æde. E Goldaſto.*

HIC IACET IN TVMVLO QVEM FLEVIT RHAETICA TELLVS
MAXIMA SVMMORVM GLORIA PONTIFICVM
ABIECTIS QVI FVDIT OPES NVDATAQVE TEXIT
AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA FERENS
EST PIETAS VICINA POLO NEC FVNERIS ICTVM
SENTIT OVANS QVI FETIT ASTRA BONIS
HIC POLLENS TITVLIS VALENTINIANE SACERDOS
CREDERIS A CVNCTIS NON POTVISSE MORI
QVI VIXIT IN HOC SECVLO ANN
PLS. MN. LXX. DPS. SVB DIE ID IAN
SPS. P. CS. BASIL. V. C. IND. V. PAVLI
NVS NEPOS IPSIVS HAEC FIERI OR
DINAVIT

Schobingus legit in ſexto verſu FECIT. Scribendum cenſeo PETIT. Animadverte verſum eumdem claudicare, unoque pede deſtitutum eſſe, ex deſcriptoris fortaſſe oſcitantiâ. In antepenultimâ lineâ DPS. eſt idem ac DEPOSITVS. In penultima verò SPS. P. CS. ſignificant SEPVLTVS POST CONSULATVM &c.

Anno U. C. 1295.
Ær. Ch. 541.
POST CONSVLATVM BASILII V. C. ANNO II.

Anno U. C. 1296.
Ær. Ch. 544.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO III.

Anno U. C. 1297.
Ær. Ch. 545.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO IV.

1 *Augustæ,*
seu Aostæ in Delphinatu.
Ex Marchione Maffejo.

HIC REQVIESCIT IN PACE
BONAE MEMORIAE ADVLESCENS
ITEGRE CARNIS NOMINE
LEVDOMARI QVI VIXIT ANN
IS NVMERO IIII ET DIES VIII
OBIIT IN XPO SEX K MAI
POST C IV BASILI VV
CC SS CNS

2 *Ravennæ,*
in Sancti Michaëlis.
Ex Agnello.

CONSECVTI BENEFICIA ARCHANGELI
MICHAELIS BACHAVDA ET IVLIANVS
A FVNDAMENTIS FECERVNT ET DEDI
CAVERVNT SVB DIE NON. MAII
QVATER P. C. BASILII IVNIORIS
VIRI CLARISSIMI COS. IND. VIII.

Anno U. C. 1298.
Ær. Ch. 546.
In Oriente signabatur Annus

POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO V.

At in Occidente inscribebatur

POST CONSULATUM PAULINI IUNIORIS V. C. DVODECIES, sive Anno XII. *Paulinus* quippe *Junioi* Consul processit cum *Justiniano Augusto Quartum* Anno Christi 534. uti supra vidimus.

3 *Ticini*
in Sancti Epiphanii.
Misit P. D. Gaspar Beretta V. Cl.

DIACONVS QVI VIXIT
IN HOC SECVLO AN
NOS P. MIN. XLV
DEP. SVB. D. V. KAL
NOVEMBR. DVO
DECIES P. C. PAVLI
NI IVN. V. C. IND
X

Indictio *Decima* decurrere cœperat a Septembri hujus anni.

4 *Augustæ Prætoriæ, in S. Ursi.*
Misit Comes Joseph Bagnolius
Patricius Taurinensis.

HIC REQVIESCIT IN PACE
SCE MEMORIAE GALLVS EPS
QVI VIXIT IN EPISCOPATV
ANNOS XVII. MENSES II DIES XX
DPS SVB D. III. NONAS OCTOBRIS
DVODECIES PC PAVLINI IVNIOR. VC
INDICTIONE DECIMA

Episcopum hunc Augustæ Prætoriæ addas velim Italiæ Sacræ Ughellii, cui ignotus fuit.

Anno U. C. 1299.
Ær. Ch. 547.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO VI.

5 *Ravennæ,*
in Sancti Vitalis,
Ex Hieronymo Rubeo.

B. VITALIS BASILICAM MANDATO
ECCLESII EPISCOPI IVLIANVS AR
GENTARIVS AEDIFICAVIT CONSE
CRANTE VERO REVERENDISSIMO
MAXIMIANO EPISCOPO SVB DIE
XIV. KAL. MAII SEXIES P. C.
BASILII IVNIORIS V. C
IND. X

VERO in quartâ lineâ pro VIRO. Ad Annum quoque præsentem referenda mihi creditur subsequens Inscriptio. Erant enim in Occidente, qui Annos numerabant a Consulatu *Flavii Johannis*, qui Consularum absque Collega gessit Anno Christi 538. post quem si novem annos numeres, ad hunc eumdem 547. spectare noveris

NOVIES POST CONSULATUM JOHANNIS V. C in sequenti Marmore memoratum.

6 *Augustæ, seu Aostæ*
in Delphinatu.
Ex Maffejo.

HIC REQVIESCIT
IN PACE BONE MEMORIE
TEOPTCVNDE QVI
VIXIT ANNOS NVM
X OBIIT IN XO
VI KL DECEMR NO
VIES P CONS
IOHANNIS VC

Anno U. C. 1300.
Ær. Ch. 548.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO VII.

7 *Tarracinæ,*
in Templo maximo.
Ex Donio.

HIC. REQVIESCIT. IOANNES. B. M. Q. V.
PL. M. AN. LX. DP. IN PACE. C. III
IDVS. FEBR. SEPTIES PC BASILII VC

Anno U. C. 1301.
Æræ Ch. 549.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO VIII.

1 *Ravennæ,*
in Sancti Apollinaris.
Ex Fabro.

IN HOC LOCO STETIT ARCA BEATI
APOLLINARIS SACERDOTIS ET CON
FESSORIS A TEMPORE TRANSITVS
SVI VSQVE DIA E QVA PER VIRVM
BEAT. MAXIMIANVM EPISCOPVM TRANS
LATA EST ET INTRODVCTA IN BASILICAM
QVAM IVLIANVS ARGENTARIVS A FVN
DAMENTIS AEDIFICAVIT ET DEDICATA
AB EODEM VIRO BEATISSIMO DIE VII
IDVS MAIARVM IND. XII. OCTIES
P. C. BASILI IVN.

Anno U. C. 1302.
Ær. Ch. 550.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO IX.

2 *Ravennæ,*
in Sancti Stephani.
Ex Fabro.

IN HONOREM SANCTI PROTOMARTYRIS STEPHANI
SERVVS CHRISTI MAXIMIANVS EPISCOPVS
HANC BASILICAM IPSO IVVANTE A FVNDAMENTIS
CONSTRVXIT ET DEDICAVIT DIE III. ID.
DECEMBR. INDICT. XIIII. NOVIES
P. C. BASILII. IVN. V. C.

Agnellus habet: IN HONOREM SANCTI AC BEATISSIMI PRIMI MARTYRIS &c. *Indictio Quartadecima* a Septembri Mense decurrere cœperat.

Anno U. C. 1303.
Ær. Ch. 551.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO X.

3 *Ravennæ,*
in Archiepiscopio.
Exscripsit Dominicus Vandelius.

CLAVDITVR HOC TVMVLO
BENEDICTI FIDA IVGALIS
QVAE TENVIT CASTAM DEFVNCTO
CONIVGE VITAM
NOMINE PVLCHERIA FVIT
SED NOMINE FORMAM
SIGNAVIT MENTEMQVE SIMVL
VITAMQ. DECENTEM
FILIVS HIS THOMAS ALVIT
QVEM BLANDA RELICTAE
SIMPLICITER PIETAS CARI
POST FATA MARITI OFFICIVM
(*) SVLA EXIBVIT COMMVNE PA
RENTVM IPSIVS HIC COLLO
GENETRIX PORTATA QVIES
CIT TALE DECVS MERVIT
FVNERIS PIA MATER HABERE
DP. SD. ID. FB. X. PC. PASIL. IND. XIIII.

In ultima linea PASIL. ideſt *Baſilii*.

4 *Viennæ in Delphinatu,*
in Ecclesia Prædicatorum.
Ex Marchione Maffejo.

IN HOC TOMOLO QVIESCIT IN PACE
BONAE MEMORIAE FAMOLA DEI
DVLCITIA SANC MOREBVS OPTIMIS
VOLVNTATE DI [illegible] CHARITATE
LARGISSIMA QVAE VIXIT PLVS
MENVS. ANN. XXXV. OBIIT
IN PACE NON KAL MAIAS
X. P. C. BASILI. V. C. CONS
INDICTIONE QVARTA DECIMA

Anno U. C. 1304.
Æræ Ch. 552.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XI.

Anno U. C. 1305.
Ær. Ch. 553.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XII.

5 *In Basilica Nolana.*
Ex Francisco Blanchinio.

DEP. SANCTE. M. REPARATI
DIAC. DEP. D. XIIII. KAL. NOVEMB
XII. P. C. BASILI V C

Anno U. C. 1306.
Ær. Ch 554.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XIII.

1 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.



Anno U. C. 1307.
Ær. Ch. 555.
POST CONSVLATUM BASILII V. C. ANNO XIV.

Anno U. U. 1308.
Æræ Ch. 556.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XV.

Anno U. C. 1309.
Æræ Ch. 557.
POST CONSULATVM BASILII V. C. ANNO XVI.

Anno U. C. 1310.
Æræ Ch. 558.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XVII.

Anno U. C. 1311.
Ær. Ch. 559.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XVIII.

Anno U. C. 1312.
Æræ Ch 560.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XIX.

Anno U. C. 1313.
Ær. Ch. 561.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XX.

Anno U. C. 1314.
Æræ Ch. 562.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXI.

Anno U. C. 1315.
Ær. Ch. 563.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXII.

2 *Romæ,*
in Basilica Vaticana.
Ex Donio.

LOCVS. MARCELLI. SVBD. REG. SEXTE
CONCESSVM. SIBI. ET. POSTERIS EIVS
A BEATISSIMO PAPA IOANNE
QVI VIXIT. ANN. PL. M LXVIII
DEP. P. C BASILI. V. C. ANN. XXII
IND. XI. VNDECIMV. KAL. IANV
ARIAS

REG. SEXTE Ideſt *Regionis Sextæ*, vulgo *Rions*.

Anno U. C. 1316.
Ær. Ch. 564.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXIII.

Anno U. C. 1317.
Ær. Ch. 565.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXIV.

3 *Romæ,*
in Sancti Auguſtini.
Ex Celſo Cittadinio.



Anno U. C. 1318.
Æræ Ch. 566.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXV.

Anno U. C. 1319.
Æræ Ch. 567.
POST CONSULATUM BASILII V. C. ANNO XXVI.

Anno U. C. 1320.
Æræ Ch. 568.

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Calepodii.
Ex Boldetto.

✠ HIC REQVIESCIT IN PACE IMPORTVNA ☬ FILIA
DIVLIALI ARCARIS QVI VIXIT
ANN PLM. XVII. DEPOSITA SVB DIAE VII KAL. IVNIAS
IMP. DN MN IVSTINO EODEM CONS P. INDICD
PI MA ☬ ☬

Lego heic ſine hæſitatione *Indictionem Primam*; ac propterea ad hunc Annum, quo ipſa decurrebat, Inſcriptionem iſtam retuli. In penultimâ lineâ pro CONS. P. legendum videtur CONS. II. aut III. *Per Indict. Prima.*

1 *Narniæ,*
in Cryptâ Sancti Cassii Episcopi.
E Boldetto.

✠ CASSIVS IMMERITO PRAESVL DE MVNERE CHRISTI
HIC SVA RESTITVO TERRAE MIHI CREDITA MEMBRA
QVEM FATO ANTICIPANS CONSORS DVLCISSIMA VITAE
ANTE MEVM IN PACE REQVIESCIT FAVSTA SEPVLCRVM
TV ROGO QVISQVIS ADES PRECE NOS MEMORARE BENIGNA
CVNTA RECEPTVRVM TE NOSCENS CONGRVA FACTIS
SD. ANN. XXI. M. VIII. D. X
RQ. IN PACE PRID. KAL. IVL, PC, BASSI, IVC, ANN. XXVII.

Cardinalis Baronius in Annalib. Ecclesiastic. ad Annum Christi 558. hoc idem Epitaphium refert non una cum varietate. Sed potissimùm legit in postremâ lineâ P. C. BASILII. AN. XVII. quo revera decurrebat Annus prædictus. Si vera hæc lectio, ad eum Annum referenda est ita Inscriptio. Quod si legas POST CONSULATUM BASILII V. C. aut BASILI IVN. ANN. XXVII. habes Annum Christi 562. Sed tunc mortis potius fuit designatus Annum alterâ formulâ petitâ a Consulatu *Justini junioris Augusti*. Censuit item Eminentiss. Baronius hoc Anno Justinum ipsum *Secundo* consulem processisse. Negat Pagius. At sunt, quæ non imatem ostendere possunt Baronii sententiam. Clariss. V. Scipio Maffeius Marchio in Histor. Diplomatic. pag. 101. Diploma protulit scriptum Ravennæ *Imp. D. N. Justino P. P. Augusto, Anno Septimo, & post Consulatum ejus Secundo Anno Quarto sub die Tertio Nonarum Juniarum, Indictione Quartâ*, uti idem Maffeius animadvertit, scriptum ibi fuerit *Quinta*; nam *Septimus Annus* Imperii Justini decurrebat *die III. Junii, Indictione Quintâ*. Hæc ergo fiudeie videntur, fuscepium a Justino *alterum Consulatum* Anno Christi 568.

2 *Albinzanni,*
apud Pelosios.
Misit P. D. Gaspar Beretta *Mon. Beretiff.*

✠ HIC REQVIESCIT IN PACE B. M. HO
NORATA CLARISSIMA ET P. F. CONIVNX
TZITTANI COM. ET TRIB. QVAE VIXIT
IN HOC SAEC. ANN. XL. DEPOS. EST
SVB D. KAL. FEBR. IND. PRIM. IMP.
ET CONS. D. N. IVSTINO PP. AVG. ANNO
TERTIO ✠ ✠ ✠
ROGO TE PER DM. OMNPM. ET IHM. X... NAZARE
NVM NE ME TANGAS NEC SEPVLCRVM MEVM VIOLIS
NAM ANTE TRIBVNAL AETERNI IVDICIS MECVM CAV
SAM DICIS ✠ ✠ ✠

Calendis Februariis Anni Christi 568. decurrebat *Annus III. Imperii Justini II. Augusti.*

Anno U. C. 1321.
Æræ Ch. 569.

3 *Capuæ.*
Misit Johannes Bernardinus Tafurius V. Cl.

HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
IVSTINA ABBATISSA FVNDATRIX
SANCTI LOCI HVIVS QVAE VIXIT
PLVS MINVS ANNOS LXXXV. DEPOSITA
SVB DIE KALENDARVM NOVEMBRIVM
IMP. D. N. N. IVSTINO P. P. AVG
ANNO III. P. C. EIVSDEM INDICTIONE TERTIA

Indictio III. in cursu esse cœpit Septembri Mense Anni hujusce 569. A primo Consulatu Justini petitæ sunt Notæ istæ Chronologicæ.

Anno U. C. 1322.
Ær. Ch. 570.

Anno U. C. 1323.
Æræ Ch. 571.

1 *Caſtrinovi in Sicilia.*
E Gualterio.

HIC REQVIESCI
T IN PACE PLA
CIDIA VNIVERA
QVAE VIX ANN PL M
XXXV PC BASIL VC
PER INDICTIONE
QVARTA ANNO
XXC III ↄ

VNIVERA ſcriptum pro VNIVIRA, hoc eſt unius viri uxor. *Indictio Quarta* in cauſâ fuit, cur huic Anno, quo ipſa fluebat, Lapidem hujuſmodi adſignarem. Verùm neceſſe eſt, non ſatis accurate deſcriptus fuerit Annus *Poſt Conſulatum Baſilii V. C.* qui heic dicitur XXCIII. Præfecti Anno decurrebat Annus Poſt Conſulatum ejuſdem Baſilii XXX. aut XXIX. ſi ad Annum præcedentem, quo curſus eſſe cœpit Septembri Menſe *Indictionis Quartæ*, Inſcriptionem ipſam retrahas. Fortaſſis itaque in hoc marmore ſcriptum ANNO XXↄIII, ideſt *Anno Vigeſimo Nono poſt Conſulatum Baſilii*. Ex numerali quippe notâ ↄ reſtitutâ hoc in loco, & a deſcriptore neglectâ, difficultas circa eumdem Annum protinus evaneſcit.

Anno U. C. 1324.
Æræ Ch. 572.

2 *Capuæ.*
Ex Philippo a Turre Epiſcopo V. Cl.

VIB BEATISSI
MVS PROBINVS EPISC
SEDIT ANN. I. MENS. VIIII.
DIES IIII DEPOSITVS SVB DIE
XIII. KAL. SEPTEMBRES. IMP. D. N
IVSTINO ANNO VII. P. C. EIVS
DEM ANNO V. INDICTI
ONE QVINTA

3 *Ravennæ,*
in Palatio Archiepiſcopali.
Exſcripſit Dominicus Vandellius.

HIC REQVIESCIT
IN PACE FAVSTINVS
V C [illegible]
Q VIXIT ANN PL M
LIII DEPOSIT EST SVB D
PRID KAL MAI IND. V
IMP. DN IVSTINO PP A

Anno U. C. 1325.
Æræ Ch. 573.

Anno U. C. 1326.
Ær. Ch. 574.

Anno U. C. 1327.
Ær. Ch. 575.

Anno U. C. 1328.
Ær. Ch. 576.

Anno U. C. 1329.
Ær. Ch. 577.

Anno U. C. 1330.
Ær. Ch. 578.

Anno U. C. 1331.
Æræ Ch. 579.

4 *Ravennæ,*
in Palatio Archiepiſcopali.
Exſcripſit idem Vandellius.

HIC REQVIESCIT IN PACE [illegible]NSH
RIT QVI VIXIT ANNOS PL M XXX
DEPOSITVS EST SVB DIE VIII. ID
IANVARIARVM IND XII IMP
ERANTE DNO CONSTANTI
NO PP AVG ANNO QVINTO ET
CONSILIAT EIVSDEM AN
NO PRIMO

Inſcriptionem hanc retuli ad *Tiberium Conſtantinum Auguſtum*, qui revera ineunte Januario præſentis Anni agebat Annum Quintum Imperii, & Conſul primùm proceſſit. Tibi liceat alium ei locum adſignare.

Anno U. C. 1332.
Æræ Ch. 580.

Anno U. C. 1333.
Æræ Ch. 581.

5 *Ravennæ,*
in eodem Palatio.
Exſcripſit idem.

HIC REQVIESCIT IN PACE
GEORGIVS VC. ARGENTA
RIVS FILIVS PETRI VC. AR
GENTARII IVN QVI VIXIT
ANN. PL M XVII. DEP. SVB D
PRID. NONAR AVG IND XIIII
IMP. DNN TIBERIO CONSTAN
TINO PP. AVG. ANNO VI. ET PC
EIVSDEM ANNO III ↄ

Heic autem rurſus habes notas chronicas ad rite dignoſcendum Annos Imperii, & Conſulatus Tiberii Conſtantini Auguſti.

Anno U. C. 1334.
Æræ Ch. 582.

Anno U. C. 1335.
Æræ Ch. 583.

Anno U. C. 1336.
Æræ Ch. 584.

Anno U. C. 1337.
Æræ Ch. 585.
POST CONSULATUM MAURICII AUG. ANNO II.

1 *Romæ*,
Ex Cardinali Baronio.

HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA
C. F. QVAE VIXIT PL. M. ANN. L.
DEP. IV. ID. SEPT. IMP. D. N. MAVRITIO
PP. AVG. ANNO IV. P. C. EIVSD. ANN. II.
IND. QVARTA

Anno U. C. 1338.
Æræ Ch. 586.

2 *Arelate*,
Ex eodem Baronio.

MENSIBVS ET GEMINIS CONCLVDENS TEMPORA VITAE
VIVIT IN AETERNVM NVLLVM MORITVRA PER AEVVM
ISTA VALENS FIERI FLETV MANANTE ROGAVIT
IVRA SACERDOTII SERVANS NOMENQVE IVGALIS
OBIIT BONAE MEMORIAE CAESARIA MEDIVM NOCTIS
DIE DOMINICA INLVCESCENTE VI. ID. DECEMBRIS
QVATRAGIES ET VI P. C. BASILII IVNIORIS. V. C. C.
ANNO XII. REGNI DOMNI CHELDEBERTI REGIS
INDICTIONE QVINTA

Eminentiſs. Baronius hanc refert ad Annum Chriſti 587. ſed pertinet ad præcedentem 586. quo decurrere jam cœperat Septembri Menſe *Indictio Quinta*, & dies *VI. Idus Decembris* Dominicus fuit.

Anno U. C. 1339.
Ær. Ch. 587.

Anno U. C. 1340.
Ær. Ch. 588.

Anno U. C. 1341.
Ær. Ch. 589.

Anno U. C. 1342.
Ær. Ch. 590.

Anno U C. 1343.
Ær. Ch. 591.

Anno U. C. 1344.
Ær. Ch. 592.

Anno U. C. 1345.
Ær. Ch. 593.

Anno U. C. 1345.
Ær. Ch. 554.

Anno U. C 1347.
Ær. Ch. 595.

Anno U. C. 1348.
Ær. Ch. 596.

Anno U. C. 1349.
Ær. Ch. 597.

Anno U. G. 1350.
Ær. Ch. 598.

Anno U C. 1351.
Ær. Ch. 599.

Anno U. C. 1352.
Ær. Ch. 600.

Anno U. C. 1353.
Ær. Ch. 601.

1 *Lugduni, in Sancti Irenæi. Ex Clariss. Maffejo.*

EPYTAFIVM HVNC QVI INTVIS LECTOR
BONE RECORDACIONIS AGAPI NEGVCIATORIS
MEMBRIA QVIESCVNT NAM FVIT ISTE STACIO
MISERIS ET PORTVS EGENIS OMNEBS APTVS
FVIT PRECIPVE LOCA SANCTORVM ADSE
DVE ET ELEMOSINAM ET ORACIONEM
STVDVIT. VIXIT IN PACE ANNS LXXXV OB
VIII. KAL APRILIS LXI PC IVSTINI INDICT QVARTA

In quarta linea OMNEBS APTVS, ideſt *Omnibus apertus*. Mirum viderur Clariſs. Maffejo, neque immerito, quei tamdiu habita fuerit ratio Conſulatus geſti a Juſtino Juniore Imperatore Anno Chriſti 567. idque in Gallia, quæ a Romanorum Cæſarum ditione avulſa antea fuerat. Is autem cenſet ſermonem heic eſſe de *Juſtino juniore Auguſto*, & ſpectare Inſcripsionem ad Annum Chriſti 626. quocum tamen minime conjungitur *Indictio Quarta*. Si Anno 567. proceſſit Conſul Juſtinus junior Auguſtus, ergo *Annus LXI. Poſt Conſulatum* ejus cadit in Annum Chriſti 628. Sed neque cum Anno iſto *Indictio Quarta* concors eſt. Quare *Juſtinus*, in marmore hoc memoratus, non alius mihi creditur, niſi *Juſtinus*, qui Anno Chriſti 540. Conſulatum geſſit, *Germani Patricii* filius, & pronepos Juſtiniani Auguſti, non verò *Juſtinus junior*, qui eidem Juſtiniano Auguſto ſucceſſit. Si Annis 540. addis Annos 61. habes Annum Æræ Chriſtianæ 601. quo decurrebat *Indictio Quarta*.

Anno U. C. 1354.
Ær. Ch. 602.

Anno U. C. 1355.
Æræ Ch. 603.

Anno U. C. 1356.
Æræ Ch. 604.

Anno U. C. 1357.
Ær. Ch. 605.

Anno U. C. 1358.
Ær Ch. 606.

Anno U. C. 1359.
Ær. Ch. 607.

Anno U. C. 1360.
Ær. Ch. 608.

Anno U. C. 1361.
Ær. Ch. 609.

Anno U. C. 1362.
Ær. Ch. 610.

Anno U. C 1363.
Ær. Ch. 611.

Anno U. C. 1364.
Ær. Ch. 612.

Anno U. C. 1365.
Æræ Ch. 613.

Anno U. C. 1365.
Æræ Ch. 614.

Anno U. C. 1367.
Ær. Ch. 615.

Anno U. C. 1368.
Æræ Ch. 616.

Anno U. C. 1369.
Ær. Ch. 617.

Anno U. C. 1370.
Æræ Ch. 618.

Anno U. C. 1371.
Ær. Ch. 619.

2 *Romæ, in Sanctæ Cæciliæ. Ex Cardinali Baronio.*

HIC REQVIESCIT THEODORVS V. C. GRAECVS VIZ
TEVS QVI FVIT FIDELIS ET CARVS AMICVS MVLTORVM
PVBLICAE IVDICVM AMICITIAE CVSTOS BENIGNVS PIVS DOMVI SV
AE BENE PRAEPOSITVS. QVEM ETIAM LOCVM COMPARAVIT A VV
IORE ARCHIPBO TIT SCAE CECILIAE SOLIDOS SEX DEPOSITVS DIE QVAR
TADECIM AVGVSTI IND. SEPTIMA. ET EIVS FILIVS THEODORIG.
BIXIT M VII DEPOSITVS IDVS OCTOBRIS IMPP. DD. NN. PIISSIMIS AVGG. HERA
CLIO ANNO NONO P C EIVSDEM DNI ANNO OCTABO. ATQVE HERACLIO CON
STANTINO NOVO FILIO IPSIVS ANNO SEPTIMO INDICT. SEPTIM. QVI
VIXIT ANNOS PLVS MINVS LXXV.

Pertinet Inſcriptio ad hunc eumdem Annum Æræ Ch. 610. cujus Auguſto Menſe in curſu erat *Indictio Septima*, & *Annus Nonus* Imperii Heraclii, & *Annus Octavus Poſt Conſulatum eo ſdem* Heraclii Auguſti, & *Annus Septimus* Heraclii Conſtantini junioris Auguſti. Depoſitus fuit *Theodorus* die XIV. Menſis Auguſti; ejus autem filius *Theodorus* Idibus Octobris.

JUvat nunc subjicere aliquot alios Lapides, Consulem quempiam nobis offerentes, cui locum invenire in Fastis mihi hactenus non licuit, sive quod literæ e Marmoribus exciderint, aut minori, quàm par erat, diligentiâ exscriptæ fuerint, sive etiam quod Consules suffecti & honorarii occurrant, qui quoto Anno nomen suum Fastis dederint, aut quo tempore vixerint, dignoscere nunc nimium difficile sit. Exempli causâ apud Gruterum pag. 303. num. 1. videas Cn. *Domitium Sex. F. Vel. Affrum Titium*, *Marcellum*, *Curvium* (*Curvium* habent schedæ meæ) *Lucanum Cos. Procos. Provincia Africæ* &c. qui sub Vespasiano, & Tito imperantibus floruit. Huic, si potis ea adsigna locum in serie Consulum. Ita apud Fabrettum pag. 171. visitur *C. Umnidius* (*Umnidius* est apud Mabillonium) *C. F. Ter. Durmius Quadratus Cos. XV. Vir* &c. sub Augusto, ac Tiberio; de quo tamen nihil Consulares Fasti habent. Hisce adde *P. Platium Romanum Consulem Pref. Urbi* &c. apud Fabrettum pag. 411. & apud Reinesium class. II. num. 26. & *Cn. Cornelium Dolabellam Cos. Procos. Provinciæ Asiæ*, apud eumdem Fabrettum pag. 620. Et ifi fane ad quem Annum sint referendi, ignotum mihi est: an & alius, nescio. Alia ejusmodi generis monumenta ego quoque supra dedi. Reliqua nunc profero.

1 *Romæ*,
in Tessera Gladiatoria.
E Malvasia.

ASPER
STATII
SP. X. IVN
ARRIO. VIR

2 *Florentiæ*,
in Musæo Medicæo, Cippus lapideus,
in quo vir sistet in lectisternio cum catulo.
Circumstant duo Servi.
Ex Gorio.

EX CES VIIII GERM IIOIII SANIA
NIO ET BLAESO. COS

3 *Romæ*,
in Cœmeterio Prisciliæ,
in Iatereulo.
Ex Boldetto.

OP. DOL EX. PR. CR F. I. RPD
EX FIG. PONT. C. V. COS. II.

4 *In* Saldnac,
aut Aurariâ Parvâ in Dacia.
Misit Apostolus Zeno V. Cl.

I. O. M
T. AVRELIVS
DIOCLES B.
PROC
V. S. D
IMP. AVG. COS

B. PROC. fortasse *Beneficiarius Proculi Voto Suscepto Deæ* Imperatore Augusto Consule.

5 *Anconæ.*
E schedis Farnesii.

Q. LEPIDIVS. M. F.
OVIVS. M. F COSS. IIII.
Q. POMPONIVS. Q. F. SAB. SEVERVS
SIBI ET LIB. OMNIBVS. F. L.
H. M. H. N. S.

Hæc mendosa puto, & nihil ibi haberi pertinens ad Consules.

6 *Fulginiæ.*
Ex Ligorio.

GENIO CENTVRIAE
C. OCCIVS. C. F. PAP. CVRIVS
COS. PROCOS. PROVINC. BAETICAE
PROC. AVG. XX HEREDIT. PROC. AVG
CADVC

7 *In opido* Caldes *in Catalaunia.*
E schedis meis.

M. FONTEIVS
NOR
CONSVL

8 *Tiburi*,
duæ pares tabulæ.
Ex Ligorio.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ
ΣΩΤΗΡΙ
ΑΣΙΝΚΙΟΣ. ΝΑΤΑΛΙΟΣ
ΤΠΑΤΟΣ. ΑΝΤΤΠΑΤΟΣ. ΑΤΒΙΗΣ
ΑΤΓΟΤΡ. ΠΡΕΣΒΕΤΤΗΣ. ΚΑΙ
ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΜΤΣΙΑΣΤΗΣ. ΚΑΤΩ
ΤΟΝ. ΝΑΟΝ. ΚΑΙ. ΤΟΝ. ΣΩΜΟΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Idest:
Æsculapio
Servatori
Asincius Natalius,
Consul, *Proconsul Africæ*,
Augur, *Legatus*, Et
Vicarius Augusti In Exercitu
(fortè) *Ad Mare Mysiæ*
Templum Et Aram
Posuit.

Corruptum reor *Asincii* nomen; neque enim Romanum videtur.

1 *Romæ.*
Ex Donio.

DIS. MANIBVS
D. AVRELI. ASIATICI
CONSVLIS DESIGNATI

3 *Velitris,*
apud Ginettos.
Ex P. Vulpio e Societ. Jesu.

Q. POM. MVSAE COS.

Hujus *Pompeji*, sive *Pomponis Musæ* Consulis nullum mihi vestigium occurrit.

4 *In oppido Civitatis Laviniæ,*
in majori Templo.
Ex eodem.

C. MEVIO. C. F. DONATO
LAVINO CONSVLI
PROCONSVLI SICIL. I
[illegible] PROVINCIAE. P. R.
HONORIS SI
SVI LATIVM
[illegible] VMBRO
AELI. C. AVG.

In Fastis nullum tale nomen occurrit. Num *Mevius* iste *Donatus* fuit *Consul Municipalis* Lanuvii?

7 *Forepopilii.*
E Vecchiazzano.

MER. S.
C. POPILIVS. PET. GN. LAB. F.
P. CONS. DESIG. FRATRI
SVO B. M. F.

Hanc Urfatus exstitisse Patavii scribit, & aliis plane verbis describit, videlicet.

MER. S.
D. POPILIVS. PAETVS. CN. LABE
PAETO. COS. DESIG. FRATRI
SVO. B. M. F
HVNC. SOMNO. AETERNALI
PATRIA. RETINET

Legendum fortassis est in secundâ lineâ CN. LABERIO. Sed hæc depravata sunt. Nam primò tabella votiva *Mercurio* sacra apparet; deinde convertitur in titulum defuncto positum.

2 *In veteri Buda.*
Ex eodem.

VOLCANO SACRVM
VER. ET. GR. COS
AD. LEG. II. AD ER
RAM AGEN
TIB. VAL. RES
PECTO. ET. VT
EDIO. MAXIMO
MAG

5 *Ferrariæ,*
Ex Historia Ferrariensi.

AVRELIO VICTORI
VETERANO EX. G. R
AT. COS. VELIA
QVINTA MARI
TO B. M.

Nil rei esse huic titulo cum Consulibus censeo. Scriptum ibi videtur EX COHOR....

6 *Albæ Pompejæ.*
E Guichenonio.

I. LVC[illegible]O. Q. F
PRO[illegible] I
COS. PR. AEDIL. PL
EMANENSES
PVBLICE

Guichenonium parum in exscribendis marmoribus accuratum sæpe deprehendi, ac dolui.

8 *Romæ,*
apud Fabricium Romanum.
E Ligorio.

Q. F. M. F. GAL. IVLIA
NO. OPTATIANO. L. FA
BIO. GEMINO. COR
NELIANO. COS
SEX. OCTAVIVS RV
FINVS PATRONO

Defectibus undique laborat Inscriptio hæc. Duo Consules videntur, lapis tamen uni, Patrono videlicet positus fuit. In principio quoque sunt quæ non probes; neque enim illustrium virorum nomina signari consueverunt unicâ literâ, uti *Fabius*, *Fulvius* &c.

1 *Romæ,*
Miſit Alexander Marchio Capponius.

FECERAT EVFRANOR BACCHVM QVEM GALLVS HONORAT
FASTORVM CONSVL CARMINE TVRE SACRIS

Complures cognomine *Galli* diverſis Annis Conſules proceſſere.

2 *Mediolani,*
in Sanctis Vincentii.
E Caſtillioneo.

S.
IOVI
ET PROBO
V. C. CON

Probos multos habent Faſti Conſulares. Illud ET vitioſum puto.

3 *Cluſii.*
E ſchedis Antonii Giganti.

HIC IN PACE REQVIESCIT LAVRENTIA L. F.
QVAE CREDIDIT RESVRRECTIONEM
ET VIXIT ANNOS PL. M. XXV. MENSES....
ET DEPOSITA EST SVB DIE PRIDIE
NONARVM IVNIARVM ALBINO V. C. CONSVLE

Sunt plures hujus cognominis Conſules.

4 *Lugduni,*
in Monaſterio Sanctæ Mariæ Angelorum.
E ſchedis Nicolai Paetdiani.

IN HOC TVMVLO REQVIESCIT
BONAE MEMORIAE LEOPOCENOS
QVI VIXIT ANNOS XXXXII.
OBIIT IN PACE XVI. KAL. MAIAS
MAXIM. V. C.

Non unum Conſulem *Maximum* Faſti nobis exhibent.

5 *Romæ.*
E Malvaſia.

VARIVS OPELENTIVS. ET. C. LVCENTINVS. TVT. NECESS. CONSECR
IMP. C. AVR. CAESAR. FELICISS
SACERDOTIBVS ANNIO COSSVTIO AVGVRE
TITO SOPHRONIO MESSIO. A. INITIATO
TORQ. ET P. PATRATO CONSVL. AEDIT.
P. ASPERATO FORMIONE ET. M. THIA
REO MAIORE

Mihi incertum, an hinc aliquem Conſulem deducere poſſis.

6 *Foropotilii.*
E Vecchiazzano.

POMPILEO[illegible]S. L. H. F. C. POP. C. F. ANVS
COS. VI. VIR. AVGVSTALIS. SODALIS [illegible] PRO
VINC. APHRICAE AVO PRO SENATV
PROVINC. DALMACIAE. PROVINC. PANNO
NIAE DACIAE ITERVM PRAETOR LEG. X.
FR. CVRATOR VIAE AEMIL. II [illegible]
PRAETOR AQVARVM II
GAM[illegible] NOVAT. II
VICTOR III. V[illegible]

Iniquiſſime deſcripta, aut fœde lacerata in marmore.

1

Arimini,
in Ecclesia Cathedrali.
E sfebedis Farnesiis.

HVMANO GENERI LEGEM NATVRA CREATRIS
HANC DEDIT VT TVMVLI MEMBRA SEPVLTA TEGANT.
LIBERII SOBOLES PATRI MATRIQ. SEPVLCRVM
TRISTE MINISTERIVM MENTE DEDERE PIA
HIC SVNT MEMBRA QVIDEM SED FAMAM NON TENET VRNA
NAM DVRAT TITVLIS NESCIA VITA MORI
REXIT ROMVLEOS FASCES CVRRENTIBVS ANNIS
SVCCESSV PARILI GALLICA IVRA TENENS
HOS NON IMBELLI PRETIO MERCATVS HONORES
SED PRETIVM MAIVS DETVLIT ALMA FIDES
AVSONIAE POPVLIS GENTILES RITE COHORTES
DISPOSVIT SANXIT FOEDERA IVRA DEDIT
CVNCTIS MENTE PATER TOTO MEMORABILIS AEVO
TERDENOS (*) TRIS PROXIMVS OCCVBVIT
O QVANTVM BENE FACTA VALENT CVM MEMBRA RECEDVNT
NESCIT FAMA MORI LVCIDA VITA VALET

Quis fuerit vir ille *Liberii* filius, *Consulatus* munere functus, qui Gallias rexit, qui exercitibus præfectus fuit, divinare nescio. Non legimus hoc illius nomen, quod in superiori marmoris parte insculptum fuisse opinari non immeritò possumus.

2

Barcinone,
in ædibus Galvez del Rogome.
E sfebedis Patris Cattanei.

L. ALIS. COS. PROCOS. TALIS. LEG. AVG. PR.
PR. DIVI TRAIANI HADRIANI AVG. PROVIN
HISP. LVET. TIBERIS ET RIPARVM ET [illegible]-ANI
PARTHICI LEG. III. AVG. LEG. BIS DONATVS
EXPEDITIONE DACI. CORONA VALLARI MVRALI
AVREA LEG. PR. PR. PROV. AFRICAE. PROC.
VIAR. CVRANDAR. EIVS. F. AVGVR. TRIB.
PLEBIS. PR. PATRIS. S. PROVINC. AFRICAE
K. TVIC. III. VIR MONETALIS. A. A. A. F. F.
L. LIBVS SOLO SVO ET [illegible] FECERVNT

In tertiâ lineâ pro LVET. fortasse legendum LVSIT. aut ALVEI, sive CITER. In fine ejusdem lineæ fortasse supplendum TRAIANI. Dolendum est tam oscitanter descriptum fuisse marmor meliori fortunâ dignum.

3

Florentiæ,
in Dyptycho,
in Musco Riccardio.
E Gorio.

BONO REIPVBLICAE ET ITERVM
ET INL EX COM DOM PAT CONS ORD

1 *Veronæ.*
Ex Marchione Maffejo.

DACIANA DIACONISSA
QVE V. AN XXXXV. M. III.
ET FVIT F. PALMATI. COS
ET SOROR. VICTORINI. PRESBRI
ET. MVLTA. PROPHETAVIT
CVM. FLACCA. ALVMNA
V. A. XV. DEPOSITA. IN. PACE. III. ID. A

Palmatum Conſulem nulli Faſti agnoſcunt. Inclinante Romanorum Imperio, ornatus fuerit honorario Conſulatu, hoc eſt poſt Annum Chriſti 412. quo *Palmatus* (idem fortaſſis ac noſter) *Præfectus Urbi* fuit. Ejus autem nomen in memoriam mihi revocat Inſcriptionem a Gualterio productam, cui neſcio, an aliquid rei ſit cum iſto Palmato.

2 *Syracuſis.*

NERATIVS PALMATVS V. C. C
ETIAM FRONTEM SCAENAE O

3 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.
Ex editis curâ Eminentiſſ. Cardinalis de Polignac.

PHILADELFO. COS. L.
POTITIANO. PISTORI

Hic libertate donatus videtur a Conſule quopiam. Erant enim antiquis temporibus *Servi Publici* inſervientes Conſulibus, Senatui, Coloniæ, Collegiis &c.

4 *Romæ,*
in pavimento Sanctæ Cæciliæ,
fragmentum.
Ex Donio.

C. ATEIO. CAPITONE
C. VIBIO. POSTVMO. COS

Aut nulli Faſti hoſce Conſules exhibent, aut oculos meos ii fefellerunt.

5 *Ibidem.*
Ex eodem.

L. AELIO ANTONINO
ET PETO. COS EX RAT
SEX. ET. HER. LOCCLX
N ∞ LXXXIII

In figulinâ hæc ſcripta erant; ſed utinam ſatis accurate exſcripta fuiſſent. Ad quemnam Annum Conſules iſti referendi ſint ſtatuere neſcio. Vide Faſtos ad Annum Ch. 137. & 167.

6 *Romæ,*
in Muſeo Em. Card. Alexandri Albani.

D. D. N. N. VAL
ENTINIANO CO
NVS. QVI V
VL DEPOS
BENE ME

7 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

DVLCISSIMO FILIO CONSTANTIO
QVI VIXIT ANNIS N. XX. DIES
TO IN PACE VII. KAL. OCTOB. DN. HON

8 *Ibidem.*
Ex eodem.

HIC REQVIESCIT RVSTICVS
DEPOSITVS IN PACI XV. KAL. NOVEMB
AVGVSTO SECVNDO CONSVLE COMPARAVIT

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

IN HVNC LOCVM REQVIESCIT MA
RIA C. F. QVAE VIXIT ANNOS
DEPOSITA XIIII. KAL. NOVEM
TRO CON DE VV. CC CONSVL

Conſulum nomina vitiata. Accuratiori deſcriptore opus fuiſſet.

1 *Extra Romam. Ex eodem Margarino ibidem.*

....IAS HOC TEGITVR SVPERIS INVISA SEPVLCHRO
FLEBILIS HAEC SVBOLI FLEBILIS ISTA VIRO
ISTA VERECVNDO SERBABIT IVRA CVBILI
EDIDIT ET PROLEM PIGNORA CARA TORI
EN TAMEN HAEC TRISTES HABITAT PO[illegible]IMINE SEDES
[illegible]SED CHRISTO SIDERA CELSA TENET
DEPOS. VIIII. KAL. SEPTEMBRIS
[illegible]CONS DN ARCADIO AVG[illegible]
QVAE VIXIT ANNVS PM. XXXVIII.
[illegible]RESTITVTVS MARITVS COMPARAB.

2 *Ibidem. Ex eodem.*

SABINILLVS DEP. NON
QVI VIXIT ANN. XL[illegible]
CONSS HONORI ET[illegible]

3 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC IACET NOMINE BRINGA QVI VIXIT AN
NATVS CONSVLATVM. DN. VALEN[illegible]

4 *Ibidem. Ex eodem.*

LOCVS LE[illegible]
ESCENTIA BE
DEPOSITA EST DIE
ARCADIO ET HONORIO

5 *Ibidem. Ex eodem.*

[illegible]MA QVAE VIXIT
THEODOS. ET VAL CONS

6 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC REQVIESCET MAXIMVS FENARIVS
VIXIT PM. ANN. XIII. DEP. ID. MARTIAS FL[illegible]
TIO VC. CONS. IND[illegible]

7 *Ibidem. Ex eodem.*

MAGISTRI LVDI LITERARII
NON. FEB. CON. FLIPI

8 *Ibidem. E fchedis Donii miſit Clariſs. Gorius.*

[illegible]ANNOS P. M. XXVIII
[illegible]VS FL. BASILI

8 *Romæ, in ædibus N. V. Alexandri Marchionis Capponii. Miſit ipſe.*

RISCHNO COS.

Uti me monuit præclariſſimus Marchio Capponius, hæ tantùm literæ legebantur in prægrandi Marmore, ex quo fruſtum iſtud ipſe ſecandum juſſit. Ad ſervandam Anni alicujus memoriam ſcriptæ fuiſſe videntur per Conſulis mentionem. Sed quinam hic Conſul? Barbaricum, non Latinum nomen eſt *Riſchnus*. Faſti omnino ſilent. Quare aut nullius Conſulis nomen heic habes; aut ſi habes, ſuffectum Conſulem puta.

1

Romæ,
lapis effossus, nunc in Musco D. Sloane Londini.
Ex Transactionibus Philosoph.
Misit Thomassinus Mazaugues Præses Sen. Aquisext. V. Cl.



Postremum in Classe ista locum dedi eximio huic Antiquitatis frusto, quod Consules signatos habeat *C. Calpurnium Flaccum*, & *L. Trebium*. Sed fateri cogor, me nondum percepisse, quo Anno hi Consules pro esserint. Certe in Fastis, quibus utor, nusquam eorum nomen mihi occurrit, nisi me fefellerint oculi. Dum quisquam felicius quam ego tempus ejusmodi Consulatus perscruterur, suffectos ambos opinari liceat. Ceterum in Chirographo isto multa occurrunt, quæ eruditam interpretationem exposcerent. Sed ipsam a me aliò festinante Lector minime expectet.

1 *Extra Romam. Ex eodem Margarino ibidem.*

....IAS HOC TEGITVR SVPERIS INVISA SEPVLCHRO
FLEBILIS HAEC SVBOLI FLEBILIS ISTA VIRO
ISTA VERECVNDO SERBABIT IVRA CVBILI
EDIDIT ET PROLEM PIGNORA CARA TORI
EN TAMEN HAEC TRISTES HABITAT PO[illegible]IMINE SEDES
SED CHRISTO SIDERA CELSA TENET
DEPOS. VIIII. KAL. SEPTEMBRIS
CONS DN ARCADIO AVG[illegible]
QVAE VIXIT ANNVS PM. XXXVIII.
RESTITVTVS MARITVS COMPARAB.

2 *Ibidem. Ex eodem.*

SABINILLVS DEP. NON
QVI VIXIT ANN. XL[illegible]
CONSS HONORI ET

3 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC IACET NOMINE BRINGA QVI VIXIT AN
NATVS CONSVLATVM. DN. VALEN[illegible]

4 *Ibidem. Ex eodem.*

LOCVS LE[illegible]
ESCENTIA BE
DEPOSITA EST DIE
ARCADIO ET HONORIO

5 *Ibidem. Ex eodem.*

[illegible]MA QVAE VIXIT
THEODOS. ET VAL CONS

6 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC REQVIESCET MAXIMVS FENARIVS
VIXIT PM. ANN. XIII. DEP. ID. MARTIAS FL[illegible]
TIO VC. CONS. IND[illegible]

7 *Ibidem. Ex eodem.*

MAGISTRI LVDI LITERARII
NON. FEB. CON. FLIPI

8 *Romæ, in ædibus N. V. Alexandri Marchionis Capponii. Misit ipse.*

RISCHNO COS.

Uti me monuit præclarissimus Marchio Capponius, hæ tantùm literæ legebantur in prægrandi Marmore, ex quo frustum illud ipse secandum jussit. Ad servandam Anni alicujus memoriam scriptæ fuisse videntur per Consulis mentionem. Sed quinam hic Consul? Barbaricum, non Latinum nomen est *Rischnus*. Fasti omnino silent. Quare aut nullius Consulis nomen heic habes; aut si habes, suffectum Consulem puta.

8 *Ibidem. E schedis Donii misit Clarisſ. Gorius.*

ANNOS P. M. XXVIII
VS FL. BASILI

1 *Romæ,*
lapis effossus, nunc in Musco D. Sloane Londini.
Ex Transactionibus Philosoph.
Misit Thomassinus Mazaugues Præses Sen. Aquisext. V. Cl.



Postremum in Classe ista locum dedi eximio huic Antiquitatis fructu, quod Consules signatos habeat *C. Calpurnium Flaccum*, & *L. Trebium*. Sed fateri cogor, me nondum percepisse, quo Anno hi Consules pro essent. Certe in Fastis, quibus utor, nusquam eorum nomen mihi occurrit, nisi me fefellerint oculi. Dum quisquam felicius quam ego tempus ejusmodi Consulatus perscrutetur, suffectos ambos opinari liceat. Ceterum in Chirographo isto multa occurrunt, quæ eruditam interpretationem exposcerent. Sed ipsum a me alio festinante Lector minime expectet.

OPERA, ET LOCA PUBLICA, ET PRIVATA.

CLASSIS VI.

1 *Neapoli.*
Miſit Vir Nobilis Ignatius Maria Como Neapolitanus.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAX. COS.
XIII. TRIBVNICIA. POTESTATE
XXXII. IMP. XVI. PATER
PATRIAE MVRVM TVRRESQVE
REFECIT.

Notæ indicant Annum Urbis Conditæ 762. vel 763. Ante Chriſtum 9. aut 8.

2 *Jaderæ.*
E ſchedis meis.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVG.
PARENS COLONIAE MVRVM
ET TVRRES DEDIT
T. IVLIVS OPTATVS. VETVSTATE
CONSVMPTAS IMPENSA SVA RESTITVIT
CVM TILIIS ARMIS ADDITIS.

Quid ſint *Tilia* heic, aut *Tilia*, divinare neſcio. Gruterus pag. 84. 7. & pag. 166. 5. hanc eandem dedit, ſed omiſsâ poſtremâ lineâ, five quod revera in Marmore deſideretur, five quod barbaricum aliquid ſonare videretur.

3 *Romæ in Via Lavicana.*
Ex Ligorio.

IVL. TEP. MAR
IMP. CAESAR
DIVI. F.
AVGVSTVS
EX. S. C.
LIV
P. CCXL.

Effoſſum puto marmor in ductu Aquæ *Julie Topidæ Marciæ*; quippe Juliam Auguſtus Marciæ junxit, uti Morlianus, & Fabrettus animadverterunt. E ſchedis Vaticanis Domus quoque hanc dedit.

4 *Brixiæ in Cathedrali nova.*
Ex Vinaccesio.

DIVVS AVGVSTVS
TI. CAESAR DIVI
AVGVSTI. F. DIVI. N
AVGVSTVS
AQVAS IN COLONIAM
PERDVXERVNT

5 *In Civitate Venafri.*
Miſit Ignatius Maria Como.

IVSSV IMP. CÆSARIS
AVGVSTI. CIRCA. EVM
RIVOM QVI AQVAE
DVCENDAE CAVSA
FACTVS EST. OCTONOS
PED. AGER. DEXTRA
SINISTRAQVE VACVVS
RELICTVS. EST

6 *Romæ ſuper Porta Salaria.*
E ſchedis Cyriaci,
apud Baronem Philippum Stoſch V. Cl.

IMP. CAESAR
DIVI IVLI F AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
COS. XII.
TRIBVNIC. POTEST. XIX
IMP. XIIII. CENS.
AQVARVM OMNIVM
REFECIT.

Pertinet Inſcriptio hæc ad Annum U. C. 738. aut 747. Ante Æram Vulgarem 4. aut 3. CENS. ideſt, ut arbitror, *Cenſum Aquarum omnium* per Aqueductus in Urbem deductarum *Referit*. Neque enim Auguſtus univerſalis Cenſor appellatus videtur *Cenſor Aquarum*. Verum Cl. Vir Johannes Polenus Marchio in fronte Frontini de Aquæduct. a ſe illuſtrati hanc eandem Inſcriptionem protulit (fortaſſe & alii antea ediderant) atque in ea pro CENS. legit RIVOS: quod ſane cum *Referit* melius cohæret. Attamen antiquiore, eoque probato Auctore nititur lectio mea. At hæc eximium opus fuiſſet *Rivos omnium Aquarum* Romæ fluentium *Reficere*. Suetonius tamen, & Frontinus, tanti operis nullam habent mentionem.

1 *Romæ in Colle Hortorum Sanctissimæ Trinitatis. Ex Ligorio.*

IMP. CAESAR. DIVI. F.
AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. TRIB.
POTEST. XXXIV.
EX. S. C.
FINIBVS. POMERIVM AMPLIA
VIT. TER. QVE

Ideſt *Terminavitque*. Ex Feſto, Vopiſco, & Gellio conſtat, Urbis Pomerium ampliatum ab Auguſto fuiſſe. Cippum quoque alterum marmoreum rei teſtem protulit Boiſſardus, quem pag. 196. num. 3. rurſus dedit Gruterus. Anno Ch. 32. aut 33. poſita fuit Inſcriptio.

4 *Romæ. Ex Ligorio.*

IMP. CAESAR. DIVI. F.
AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS.
TRIBVNIC POTEST. XVII.
EX. S. C.
TERMINOS. POMERI
RESTITVENDOS CVR.

Ideſt Anno U. C. 747. aut 748. Ante Æram Ch. 7. aut 8.

6 *Prope Forum Julii in Provincia in loco* Au Puget. *Ex eodem.*

IMP. CAESAR. DIVI. F.
AVGVSTVS. IMP. XI.
TRIBVNITIA
POTESTATE. XI.
IIII

Cippus milliarius poſitus Anno U. C. 742. Ante Æram Ch. 12.

7 *Romæ in Via Salaria. Ex eodem.*

VIRG
TI. CAESAR. AVG.
PONTIF. MAXIM.
TRIB. POT. XXXVIII.
COS. V. IMP. VIII.
I
P. CXL.

Ideſt Anno Chriſti 36. Spectare hæc mihi creditur ad ductus *Aquæ Virginis*, quæ celebris olim Romæ fuit.

2 *Nemauſenſi in agro. Ex Clariſſ. Marchione Maffejo.*

IMP CAESAR
DIVI F AVG PONTIF
MAXIMVS COS XII
COS DESIGNAT XIII
IMP XIIII TRIBVNICIA
POTESTATE XX

Ideſt Anno U. C. 751. Ante Æram Chriſti 3.

3 *Faganiæ in Foro Julii. Miſit Jacobus Marchi Utinenſis.*

Imp CAESAR
Aug. DIVI. F. COS. XIII
TR. POT. XXII

XXXIII

Cippus milliarius poſitus Anno U. C. 751. Ante Æram Chriſti 2.

5 *A tergo tabulæ, quæ titulum continebant:* CN. POMPEII POMPEIAE CN. MAGNI F LIB. ISOCHRYSIS, *a Grutero editæ pag. 990. hæc legebantur. Ex Donio.*

IVSSV. IMP. CAESARIS
AVGVSTI
GERVLIS. PED. IIIS.

Ideſt, ut opinor, locus aſſignatus *Gerulis*, *Pedes tres & ſemis*.

8 *Laude Pompeja in Palatio Broleti. E ſchedis meis.*

TI. CAESAR AVG. F.
AVGVSTVS
DRVSVS CAESAR AVG. F.
PORTAM F. C.

9 *In agro Sancti Canati in Provincia. Ex P. Ant. Pagio V. Cl.*

TI. CAESAR
DIVI AVGVSTI. F.
AVGVSTVS
PONTIFEX
MAXVMVS
TRIBVNICIA
POTESTATE XXII.
REFECIT ET
RESTITVIT

Ideſt Anno Chriſti 20. vel 21.

1 *In Oppido Santa Cara in Hiſpania. E ſchedis Farneſii.*

IMP. CAESAR. DIVI AVG.
F. AVG. COS. II.
TRIB. POTEST. XVI.
IMP. VII. PONT. MAX.
M. IL

Eſt Cippus Milliarius poſitus Anno Chriſti 24. aut 25.

2 *Nemauſi. E ſchedis Guirani in Bibliotheca Cæſarea.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. PONTIFEX
MAX. TRIB. POT. XXI. REFECIT
ET RESTITVIT

Ideſt Anno U. C. 772. aut 773. Ær. Ch. 19. aut 20.

3 *Ibidem. Ex eiſdem.*

TI. CAESAR
DIVI AVG. F. AVG.
PONTIFEX. MAX.
TRIBVN. POT. XXX
REFECIT ET
RESTITVIT

Ideſt Anno Chriſti 28. aut 29.

4 *Aterni, nunc* Peſcara, *lapis effoſſus Anno Chriſti 1736. Miſit Cl. V. Petrus Polidorus.*

IMP. TIBERIVS. CAESAR
DIVI. AVG. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIB. POTEST. XXX.
RESTITVIT.

5 *In agro Nemauſenſi. Ex Marchione Maſſejo.*

TI. CAESAR
DIVI AVG. F AVG
PONTIF MAX
TRIB POT XXXIII
REFECIT ET
RESTITVIT
LXXIII

Hoc eſt Anno Chriſti 31. aut 32.

6 *Ampuriis in Provincia. E ſchedis meis.*

TI. CAESAR
DIVI AVG. F. AVG.
PONT. MAXVM
TRIB. POTEST
XXXIII. P. P.
RESTITVIT ET
REFECIT

Ideſt Anno Chriſti 31.

7 *Epheſi. Ex Whelero.*

DIANAE EPHE. ET. IMP. CAESARI AVG. ET TIB. CAESARI. AVG
ET. CIVITATI EPHE. SEXTILIVS P. F. VET. POLLIO. CVM OFILLIA
A. F. BASSA. VXORE. SVA. ET. C. OFILLIO. PROCVLO F. SVO. CETERISQVE
LIBEREIS SVIS PONTEM DE
SVA PECVNIA FACIENDVM CVRAVIT

ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΦΕΣΙΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ
ΚΑΙ ΤΙΒΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΩ. ΚΑΙ ΤΩΙ Δ
ΗΜΩΙ ΤΩΝ ΗΦΕΣΙΩΝ ΓΑΙΟΣ ΣΕΞΤΙΛΙΟΣ ΠΟΠΛΙΟΥ ΥΙΟΣ
ΟΥΕΤΟΥΡΙΑ ΠΟΛΛΙΩΝ ΣΤΗ ΟΦΙΛΛΙΑ ΛΤΑΟΥ
ΘΥΓΑΤΡΙ ΒΑΣΣΗ ΤΗΙ ΕΑΥΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΙ ΓΑΙΩ ΟΦΙΛΛΙΩ
ΠΡΟΚΛΩ ΕΑΥΤΟΥ ΥΙΩ ΚΑΙ
ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΤΕΚΝΟΙΣ ΤΗΝ ΓΕΦΥΡΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

1 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Cardinal. Alexandri Albani.
Miſit Ignatius Maria Como Neapolita.

GERMANICO CAESARI
TI. CAESARIS. F. DIVI. AVGVSTI. N.
C. IVLIVS. CHIMARVS. IDEM. STATVAS
ET. AEDICVLAM. FECIT
SEDES. MARMOREAS. POSVIT

2 *Cordubæ ad Portam* El Fonſario.
E ſchedis P. Cattanei.

. . . . . .
GERMANICI CAE.....
TI. AVG. NEP.
DIVI AVG. PRONEP. DIVI
IVLI ABN. AVG. PATER PATRIAE
COS. II. IMP. TRIB POTESTATE
II PONTIFEX MAX. A BAE
TE ET IANO AVGVSTO AD
OCEANVM
LXXIII.

Poſitus eſt lapis Milliarius Anno Chriſti 38. aut 39. in Caji Caligulæ memoriam, cujus poſtea nomen abraſum fuit. *Janum Auguſtum*, Templum opinor Jano dicatum, aut Oppidum in tribus Inſtitutionibus apud Gruterum pag. 153. memoratum.

3 *Ultra Tibur ex ductibus Aquæ Martiæ.*
Ex Donio.

AQVAE. MARCIAE. CAERVLEAE.
CVRTIAE. ALBVDINAE
IMP. CAES. TI. CLAVDIVS. AVG
PONTIF. MAXIM.

De hiſce Aquis videndus Frontinus a Cl. V. Johanne Poleno Marchione illuſtratus.

4 *Romæ Lapis in Monte Cœliolo*
effoſſus Anno 1729.
Miſit Ignatius Maria Como Neapolita.

TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR PERPETVVS
AVCTIS POPVLI ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAVIT TERMINAVITQVE
XXXV.

Huic ſimilem produxerat Lipſius ad Tacitum, eamque dedit Gruterus pag. 196. num. 4. Plures enim ejuſdem tenoris cippi collocati fuere. Tacitum verò, & Gellium ſeries habemus ampliati ejuſdem Pomerii a Claudio Auguſto. Poſitus eſt lapis Anno Chriſti 49. Hæc legitur *Cenſor Perpetuus*: at apud Gruterum *Cenſor P. P.* quod etiam interpretari poſſis *Pater Patriæ*.

5 *Solatii, hodie* Solize,
inter Lugdunum & Viennam.
Miſit Cl. V. Joſeph Bimardus
Montis Seleuci Baro.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F
CAESAR. AVGVST
GERMANICVS
PONT. MAX. TR. POT. III.
IMP. III. COS. III. PP
VII

Lapis iſte Milliaris refertur etiam a Grutero pag. 188. ſed non ſine mendis. Spectat ad Annum Chriſti 45.

6 *In Vico* Iſaquemays,
inter Divionem & Lingonas
in columna milliaria.
Miſit idem.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F
CAESAR. AVG. GER
MANIC. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. III. IMP
III. P. P. COS. II. DE
SIG. IIII
AND. M. P. XXII

Mutilam dederat Gruterus pag. 153. Clariſs. Bimardus legit in fine *Andematuno Millia Paſſuum XXII.* Num. ex Valeſio Notit. Gallar. pag. 20. diſcimus *Andematunum* fuiſſe nomen Civitati Lingonum, quam nunc *Langres* appellamus. Notæ Conſulares Annum Chriſti 40. deſignant, quum ſubſequenti Claudius *Conſul IV.* proceſſerit. Quare pro TRIB. POT. III. ſcribendum eſt TRIB. POT. VI. Scribendum quoque IMP. XI. non verò IMP. IIII. ita quippe habent Nummi.

7 *Romæ in forma Aquæ Virginis.*
E Mabillonio V. Cl.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. FIL. CAESAR. AVGVSTVS
GERMANICVS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POTEST.....
IMP. XI. P. P. COS. DESIG.....
IIII. ARCVS. DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS
DISTVRBATOS. PER. C. CAESAREM
A FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT
AC. RESTITVIT

1 *In agro Nemauſenſi.*
E Scipione Maffejo Marchione V. Cl.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONTIF. MAX. TRIB
POT. COS. DESIG. $\overline{II}$
IMP. $\overline{II}$. REFECIT

Poſitus fuit Lapis Anno Ch. 41.

2 *In Caſtello Pedias in Inſula Cretæ.*
Ex Donio.

ΤΙΒ. ΚΛΑΤΔΙΟϹ
ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΓΕΡ
ΜΑΝΙΚΟϹ ΤΑϹ ΟΔΟΤϹ ΚΑΙ
ΤΟΤϹ ΑΝΑΡΟΒΑΜΟΝΑϹ ΑΠΟ
ΚΑΤΕϹΤΗϹΕΝ. ΔΙΑ. Κ. ΠΑΚΩΝΙΟΥ
ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΥ. Β. ΚΑΙ ΔΟΡΟ
ΘΕΟΥ ΤΙ.....

Ideſt:

Tiberius Claudius
Cæſar Auguſtus Ger-
manicus Vias &
Androbamonas re-
ſtituit per Cajum Paconium
Agrippinum iterum, & Dero-
theum .....

Vocabulum ΑΝΔΡΟΒΑΜΟΝΑϹ Clariſſ. Gorius in Notis interpretatur *Virorum mecenſus* (*incenſus* puto) *Not patrio ſermone Marciapiedi*. Ego vitiatam vocem ſuſpicor.

3 *Romæ in Via Salaria.*
Ex eodem.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. $\overline{IIII}$.
COS. $\overline{III}$. IMP. $\overline{VII}$. P. P.
I
P CCXL.

Poſitus eſt lapis Anno Chriſti 44.

4 *In Hiſpania.*
Ex eodem.

TI. CLAVD. NERO. IMP. AVG.
PONT. M. TR. P. COS. XIII.
AVGVSTOBRIGAM
M. P. XXII.

Ad Neronem Auguſtum Inſcriptio pertinet; ſed mendoſe in exhibetur *Conſul XIII.* Conſulatum tantummodo quintum ab eo initum novimus.

5 *In agro Forojulienſi*
in Gallo-Romana Provincia in vico Lucus.
Ex eodem.

NERO. CLAVDIVS
DIVI. CLAVDI. F.
GERMANICI. CAESAR.
N. TI. CAESAR. AVG. PRO
NEP. DIVI. AVG. ABNEPOS
CAESAR AVG
GERMANICVS. PONTIFEX
MAX. TR. POT. IIII.
IMP. ITER.
COS. III. P. P.
RESTITVIT.

Lapis hic poſitus Anno Chriſti 58. Mediobarbus eo Anno Neronem *Imperatorem III.* nobis exhibet. Tutius cum iſto marmore ipſum *Imperatorem Secundum* ſtatuemus.

6 *Callii ad celebrem Apennini tranſitum,*
cui nomen il Furlo.
Ex Brichio,
qui tamen literarum veſtigia vix apparere fatetur.

.....VESP. CAE. AVG. PONT. MAX. PP.
HOC OPVS FACIVNDVM CVRAVIT

7 *Inter Alcantaram & Coriam*
in Hiſpania.
Ex Surita.

IMP. CAES. VESPASIAN
AVG. PONT. MAX. TR. P. II
IMP. VII. COS. III. DESIG. IIII
PP. VIAM. A. CAPPARA. VRBE
AD. EMERITAM. VSQ. AVG
IMPENSA. SVA. RESTITVIT
LXIII

Hiſce notis deſignatur Annus Chriſti 71.

8 *In Villa* Macomes *in Sardinia.*
Miſit Joſeph Dani J. C. Taurinenſis.

LVI. A. TVRRE
IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
PONTIFEX. MAXIMVS TRIB. POT
XIII. COS. V. DESIGN. VI. CENSOR
REFECIT ET RESTITVIT

Conſulatus V. Annum Chriſti 74. deſignat. Vitium eſt in Tribunicia Poteſtate, quæ eo Anno fuit V. aut VI. Neque Veſpaſianus tamdiu in Imperio vixit.

1 *Thyatiræ.*
Ex Whelero.

IMP. CAESAR VESPASIANVS
AVG. PONTIF. MAX. TRIB
POT. VI. IMP. XIII. COS. VI
DESIG. VII. CENSOR. VIAS
FACIENDAS CVRAVIT

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥ
ΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣ
ΔΕΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Ϛ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΟ ΙΓ ΠΑΤΗΡ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΥΠΑΤΟΣ ΤΟΥ Ζ
ΚΑΙ ΤΙΜΗΤΗΣ ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Posita fuit Inscriptio Anno Christi 75.

2 *Romæ columna milliaria prope Sancti Andreæ de Fratis.*
Ex Donio.

VII

IMP. CAESAR
VESPASIANVS. AVG
PONTIFEX. MAX
TRIB. POTEST. VII
IMP. XVII. P. P. CENSOR
COS. VII. DESIGN. VIII.

IMP. NERVA. CAESAR
AVGVSTVS. PONTIFEX
MAXIMVS. TRIBVNICIA
POTESTATE. COS. III. PATER
PATRIAE. REFECIT

Prior Inscriptio signat Annum Christi 76. Altera verò Annum 97. Priorem in Via Appia septimo ab Urbe lapide positam esse constat e schedis Eminentiss. Cardinalis Corradini.

3 *Laodiceæ,*
ad ferarum caveam.
Ex Thoma Smitho.

ΤΙΤΩΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ ΥΠΑΤΩ
ΤΟ Ϛ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑ
ΝΟΥ ΤΙΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΛΥΚΙΟΥ
ΤΟΥ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ ΤΟΥΤΟΝ
ΛΙΘΟΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΤΑ ΠΡΟΣΛΕΙΠΟΝΤΑ
ΤΟΥ ΕΡΓΟΥ ΤΕΛΕΙΩΣΑΝΤΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝΤΟΣ ΔΕ ΤΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ

Ideſt:

Tito Cæſari Auguſto Veſpaſiano Conſuli
VI. Imperatoris Veſpaſiani Filio, & Populo, Nicoſtratus Lucii
Nicoſtrati (Filius) Hunc
Lapidem De Suo Poſuit, Reliquum
Operis Perficiente Nicoſtrato
Ejus Herede, Dedicante Verò
Trajano Proconſule.

Trajanus iſte *Proconſul* Aſiæ non alius eſſe poterit, quàm qui poſtea Romanorum Imperator tantam ſibi peperit ex virtutibus ſuis gloriam; aut illius Pater, quem Conſulem fuiſſe novimus.

4 *Capuæ. Ex eodem.*

IMP. CAESAR
VESPASIANVS
AVG. COS. VIII
FINES LOCORVM. DICATORVM
DIANAE. TIFATINAE
CORNELIO. SVLLA. EX
FORMA. DIVI. AVG.
RESTITVIT

Anno Ch. 77. aut 78. positus fuit Lapis.

1 *Romæ ad Portam Næviam. E schedis Nicolai Pacediani.*

IMP. CAES. T. DIVI. F. VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. X.
IMP. XVII. PATER PATRIAE CENSOR COS. VIII. AQVAS CLAVDIAM
ET ANIENEM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA A
DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS CVM CAPITE
AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT NOVA FORMA
REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT (*) ANIENEM VETEREM
M. CVRTIVS CENSOR CVM L. PAPINIO ANNIS XL. POST APPIAM
PERDVCENDAM DE MANVBIIS EPYRO CAPTIS CVRAVIT
CONCIPITVR SVPRA TYBVR XX. MIL. EXTRA PORTAM
ROMANAM ANIENEM VERO NOVAM OPERE SVMPTVOSO
ET STRVCTVRA MIRABILI IVLIVS FRONTINVS A DIVO
NERVA CVRATOR AQVARVM FACTVS RESTITVIT AC IN VRBEM
PERDVXIT.

Quæ hcic usque ad asteriſcum leguntur, eadem videntur atque edita a Grutero pag. 176. num. 1. niſi quod ibi legitur *Aquas Curtiam & Cæruleam perductas*: hcic verò *Aquas Claudiam & Anienem perductas*. Quæ poſt asteriſcum ſequuntur, ad alteram Inſcriptionem ſpectant, in qua celebris vir *Julii Frontini* eſt mentio.

2 *Senis in fiſtula plumbea. Ex Gorio.*

OCXC. IMP. DOMITIANI AVGVSTI GERMANICI
CVRA POLLVDOVICIS L. PROC.
PHILIAVTVS LIB. FECIT

Scriptum videtur *Polydeucis*.

3 *In Hiſpania. Ex Donio.*

IMPERATOR NERVA
CAESAR. AVG
PONTIFEX
MAX
CXI CXI

4 *Romæ in columna. E ſchedis Vallicellianis miſit P. Joſeph Blanchinius Franciſci V. Cl. Nepos.*

IMP. NERVA. CAESAR
AVGVSTVS PONTIFEX
MAXIMVS TRIBVNITIA
POTESTATE CONS. III.
PATER PATRIAE
REFECIT

Ad Annum Ch. 97. referenda Inſcriptio.

5 *Apud* el Eſpino *in agro Cordubenſi. E ſchedis P. Cattanei.*

IMP. NERVA CAES
AVG. PONT. MAXIM
TRIB. POTEST. II. COS. II.
PROC. PATER PATRIAE
CORD. RESTITVIT

Cum Tribunitia Poteſtate II. Nervæ jungendus eſt Conſulatus III. aut IV. atque erit Annus Chriſti 97. aut 98.

6 *Petrovaradini in Hungaria. E Comite Marſilio.*

IMP. NERVA. CAES. AVG.
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNICIAE POTESTAT
COS. III. P. P.
A MALATA.....CVS
M. P. X.
IMP. CAES. M. AVREL
ANTONINO AVG. PIO
FEL. A. MALATA....S. V
CVS. M. P. XVI.

Anno Chriſti 97. poſitus eſt cippus Milliarius in honorem Nervæ Auguſti.

7 *In Via Appia, ad Turrim* di tre Ponti. *Ex Eminentiſſ. Cardinali Corradino.*

IMPER. NERVA
CAESAR AVGVST.
PONTIFEX
MAXIMVS
TIBVNITIAE
POTESTATIS X
COS. III.
PATER PATRIAE
FACIEN. CVRAVIT
XLIII

Pro *Tribunitia Poteſtate X.* ſcribendum eſt tum hcic, tum in ſubſequenti TR.B. POT. II. neque enim Nerva Auguſtus ultra unum Annum & aliquot Menſes ſuum produxit imperium, & vitam. Spectat hic Lapis ad Annum Ch. 97.

1 *In Via Appia.*
Ex Eminentiſs. Cardinali Corradino.

IMPER. NERVA
CAESAR AVGVST.
PONTIFEX
MAXIMVS
TRIBVNITIAE
POTESTATIS X
COS. III.
PATER PATRIAE
FACIEN. CVRAVIT
XLIV

2 *Ibidem.*

IMPERAT. NERVA
CAESAR AVGVST.
PONTIFEX
MAXIMVS
TRIBVNITIAE
POTESTATIS
COS. III.
PATER PATRIAE
FACIEN. CVRAVIT
XLV

3 *In Hiſpania.*
E ſchedis P. Johannis Baptiſtæ Cattanei.

IMP. CAESAR DIVI NERVAE FILIVS NERVA
TRAIANVS AVGVSTVS GERMANICVS PARTHI
CVS MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE
CONSVL ITERVM RESTITVIT
C. III.

Ideſt Anno Chriſti 98.

4 *In agro Veliterno,*
in Paludibus Pomptinis.
Ex P. Vulpio Soc. Jeſu V. Cl.

IM. CAESAR
NERVA AVG. GERM.
PONTIF. MAX. TRIB.
POTEST. III. COS. IIII. P. P.
SVA PECVNIA CONST.

Legendum TRIB. POTEST. II. Non enim Nerva Auguſtus *Tertiam* iniit, niſi forte qui lapidem poſuit, illam præcupavit, ratus longiorem fore optimi ſenis vitam. Ad Annum Chriſti 98. ſpectat Inſcriptio.

5 *Inter Fundos & Tarracinam.*
E ſchedis Ambroſianæ Bibliothecæ.

IMP. CAESAR
DIVI NERVAE
FILIVS. NERVA
TRAIANVS
AVG. GERMANICVS
DACICVS. PONT
MAXIMVS. TRIBVN
POTESTATIS. XIII
IMPERATOR. VI. COS. V.
P. P. PONTEM. VETV
STATE. COLLAPSVM
RESTITVIT

Ideſt Anno Chriſti 109. aut 110.

6 *Ibidem.*
Ex eodem.

IMP. CAESAR
NERVA DIVI NER.
F. TRAIANVS AVG.
GERM. PONTIF. MAX.
TRIB. POT. III. COS. III.
P. P. CONSTR. CVRAVIT
XXXVIIII.

Pertinet lapis ad Annum Chriſti 100.

7 *Ibidem.*
Ex eodem.

IMP. CAESAR
DIVI NERVAE F
NERVA
TRAIANVS
AVGVSTVS
GERMANICVS
PONTIFEX
MAXIMVS
TRIBVNITIAE
POTESTATIS III. COS. III.
PATER PATRIAE
REFECIT.

Ideſt eodem Anno Chriſti 100.

1 *Inter Buccam, & Sarum fluvium in Frentani. Miſit Petrus Polidorus V. Cl.*

IMP. M. VLP. NERVA TRAIANVS
CAES. AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. COS. III. P. P.
VIAM LAPID. STRAVIT
PONTEM FECIT. SVBSTRVCTIONES
ADDIDIT

3 *Regii in Calabria. E ſchedis Farneſiis.*

LAP
MIL. CCCLXXXVI.
IMP. CAES. NERVAE
TRAIAN. AVGVST.
GERM. DACIC. PAR
TH. TRIB. POTES. V.
P. P.
OPTIMO PRINCIPI
EX. S. C.
FAC. CVR.

Ideſt Anno Chriſti 101. aut 102.

5 *Cippus Cilleja Vindobonam deductus, & in Palatium Cæſareum invectus. Miſit Pius Nicolaus Girellius Eques, & Conſiliarius Cæſareus.*

IMP. NERVA TRAIA
NVS CAES. AVG. GER
PONT. MAX TRIB. POT
P. P. COS. IIII.
VI.

Ideſt Anno Chriſti 101. Tot autem Inſcriptiones teſtes nobis ſunt ſtudii, quo Trajanus Auguſtus tenebatur, ut ubique lapides miliarii reſtituerentur, aut primùm figerentur. Adde etiam cupiditatem famæ, quæ illi objecta fuit, quod ubique nomen ſuum lapidibus commendandum curaret: quare *Herba parietina* appellatus eſt.

6 *Prope Vicum Canales in agro Numantino. Ex Donio.*

IMP. CAESAR NERVA
TRAIANVS AVG. GER.
PONT. MAX. TRIB.
POT. P. P. COS. I. ITER. F
AB. AVGVSTOBRI
M. P. VIIII.

Pertinere Inſcriptio videtur ad Annum Chriſti 98. quo Traianus Imperium iniit. At is eo Anno *Conſul Secundum* proceſſit. Quare ſcribendum videtur COS. ITERVM.

2 *Romæ, in vinea Cardinalis Carpenſis. Ex Ligorio.*

LAPIS MILIAR
IIII. TER
APPIAE. VIAE. STRA
T. RESTIT. CVR. EX
S. C. EX AVCTORIT
IMP. CAES. DIVI. NER
FIL. NERVAE TRAIAN
AVG. GERMAN. DACIC.
PARTHIC. PONT. MAX.
TRIBVN. POT. VIIII. IMP. V.
COS. V. P. P.
OPTIM. PRINC.
CVRANTE TI. IVLIO
ET.....

Referendus eſt lapis ad Annum Chriſti 105. aut 106.

4 *In Sancti Johannis in Carico, Diœceſis Aquinatenſis. Miſit Vir Doctiſſ. Ignatius Maria Como Neapolitanus.*

IMP. CAESAR
DIVI
NERVAE FIL
NERVA
TRAIANVS
AVGVSTVS
GERMANICVS
DACICVS
PONTIF. MAXIMVS
TRIB. POT. VIIII
IMP. IIII. COS. V. P. P.
RESTITVIT

Notæ indicant Annum Chriſti 105.

7 *Tarracinæ ante Cathedralem Eccleſiam Sancti Cæſarii lapis Miliaris. Ex eodem.*

X

IMP. CAESAR
DIVI. NERVAE
FILIVS. NERVA
TRAIANVS. AVG
GERMANICVS. DACICVS
PONTIFEX. MAX
TRIB. POT. XIIII
IMP. VI. COS. V. P. P.
XVIIII. SILICES SVA
PECNIA
RESTITVIT

Ad Annum Chriſti 116. aut 111. referenda eſt Inſcriptio hæc.

1 *Alacante in Hiſpania.*
In ædicula conſtructa paucis ſed magnis lapidibus,
nunc Divo Juliano dedicata.
E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem Danum V. Cl.

IMP. CAES. DIVI NERVAE. F
TRAIANO DACICO GERMANICO SACR
TEMPLVM IN RVPE TAGI SVPERIS ET CAESARE PLENVM
ARS VBI MATERIA VINCITVR IPSA SVA
QVIS QVALI DEDERIT VOTO FORTASSE REQVIRET
CVRA VIATORVM QVOS NOVA FAMA IVVAT
INGENTEM VASTA PONTEM QVI RVPE PEREGIT
SACRA LITATVRO FECIT HONORE LACER
QVI PONTEM FECIT LACER ET NOVA TEMPLA DICAVIT
SCILICET ET SVPERIS MVNERA SOLA LITANT
PONTEM PERPETVI MANSVRVM IN SAECVLA MVNDI
FECIT DIVINA NOBILIS ARTE LACER
IDEM ROMVLEIS TEMPLVM CVM CAESARE DIVIS
CONSTITVIT FELIX VTRAQVE CAVSA SACRI
IMP. CAES. DIVI NERVAE. F. TRAIANO
DACICO GERMANICO PONT. MAX. TRIB
POT. V. COS. P. P.

Nobilis hæc Inſcriptio poſita fuit Anno Chriſti 101. aut 102.

2 *Maceratæ in Gymnaſio publico.*
Miſit P. Philippus Camerinius Camerinenſis.

DIVOS TRAIANVS
AVGVSTVS
CONCESSA TVSCILI
NOMINATI HEREDIT
REIPVB. RICINENS.
BALNEVM ET PLATEAS
REPARARI MANDAVIT

Ricinenſis, ſive *Recinenſis* Reſpublica, olim fuit Civitas, & Colonia Romanorum *Helvia Ricina*, ex cujus ruinis crevit Civitas, quæ nunc eſt *Recanati*. Hereditas Tuſcili a Trajano Auguſto ei conceſſa fuit ad reparandum Balneum, & Plateas. Tunc enim Fiſcus ex Lege Papia ſuccedebat decedentibus ſine teſtamento, & juſtis Heredibus &c. Bona *Caduca* ejuſmodi Hereditatibus erat nomen. Hinc *Procurator Caducorum*, cujus eſt mentio inter hujus Operis Magiſtratus. *Tuſcilii Nominati* Cauſſarum Patroni meminit Plinius junior Lib. 5. Epiſt. 4. & 14.

3 *Orſaviæ in Dacia. Ex Paſchali Cariophylo V. Cl.*

IMP. CAESAR. DIVI NERVAE. F
NERVA. TRAIANVS. AVG. GERM
PONT. MAXIMVS. TRIB. POTEST
PATER. PATRIAE. COS. P. P
MONTI D BV
S ATI

Divinatore heic opus eſt. Mihi legere liceat: PONTES MONTIBVS DATI. Aut PRAEFECTI, ſive PRAEFECTVS PRAESIDII MONTIBVS DATI. Hæc tamen formula dativum expoſceret.

4 *In Villa Calmatii agri Foroſempronienſis.*
Miſit Lucas Antonius Gentilis.

IMP. CAESAR
DIVI NERVAE F.
NERVA TRAIANVS
OPTIMVS. AVG. GERM.
DACICVS. TRIBVNIC.
POTEST. XIX. IMP. XI.
COS. VI. P. P.
FACIVNDVM
CVRAVIT

Ideſt Anno Chriſti 116. Sed pro IMP. XI. ſcribendum IMP. IX. Atque ita legit Boldetrus V. Cl. in altera ſimili (niſi eadem ſit) Ferentini poſita in Foro in Columna, in qua tamen non legit *Nerva Trajanus*, ſed legendum forer. Ibi quoque VII. habetur, quod quamvis in principio ſit, indicare tamen videtur lapidem Milliarium.

1 *Prope Certimam, ad Ædem Sanctæ Mariæ de la Cuerta in Hiſpania. Ex Donio.*

IMP. CAESAR. D. NERVAE
TRAIANI. F. NERVAE NEPOS
HADRIANVS TRAIANVS AVG
DACICVS MAXIMVS. BRITAN
NICVS. MAXIMVS. GERMANICVS
MAXIMVS PONTIFEX MAXIMVS. TRIB.
POTEST. II. COS. II. P. P. PRAETERQVAM
QVOD. PROVINCIIS. REMISIT. DECIES
NONIES CENTENA MILLIA. N.
SIBI DEBITA. A. MVNDA ET FLVVIO
SIGILA AD CERTIMAM VSQVE
XX. M. P. P. S. RESTITVIT

Anno Chriſti 118. *Certima* dicatus fuit hic lapis in honorem *Hadriani Auguſti* Anno ſuperiori ad Imperium evecti. *Is* in primordio tantæ dignitatis, ut habet Spartianus in ejus Vita, *Aurum Coronarium* (tributum videlicet) *Italiæ remiſit; in Provinciis immuit.* Lege in fine *XX. Millibus paſſuum pecuniâ ſuâ.*

2 *Inter Alcxonaſirejo & Villarejo in Hiſpania. Ex eodem.*

IMP. CAESAR. D. NERVAE
TRAIANI. F. NERVAE. N.
HADRIANVS. TRAIANVS. AVG.
DACICVS. MAXIMVS. BRITAN
NICVS. MAXIMVS. GERMANICVS
MAXIMVS. PONTIFEX MAXIMVS
TRIB' POT. IIII. IMP. III. COS. IIII
P. P. A CERTIMA. M. P. D. X.
RESTITVIT. IMPENSA. SVA

Certima oppidum Hiſpaniæ a Livio memoratum, quod a *Certima* Municipio diverſum creditur. Dicata eſt inſcriptio hæc *Hadriano Auguſto* Anno Chriſti 120. aut 121. ſi Tribuniciæ Poteſtatis numerus recte ſe habet. Verùm cetera non conſentiunt. Numquam Hadrianus *Quartum Conſulatum* iniit. Neque Imperator III. unquam proclamatus fuit, ſi Mediobarbum audimus. Quamobrem ſcribendum videtur IMP. II. COS. III.

3 *Romæ, Ex Nardino.*

COLLEGIVM
AVGVRVM. AVCTORE. IMP. CAESARE DIVI
TRAIANI PARTHICI. F. DIVI. NERVAE. NEPO
TE. TRAIANO. HADRIANO. AVG PONT
MAX. TRIB. POT. V. COS. III. PROCOS. TER
MINOS POMERII. RESTITVENDOS CVRAVIT

De Pomerii Romani terminis, atque ampliationibus erudite egerunt Donatus, Nardinus, & alii. Hanc ideo protuli, quia per literas monuit me nobilis, & amicus vir Abbas Rodulfinus Venuti, qui jam Romæ eruditionis ſuæ non unum ſpecimen dedit, alterum ſimilem Cippum ante paucos annos effoſſum fuiſſe a Monachis Silveſtrinis del Cacco, dum ſuo Monaſterio additamentum pararent. Is autem Cippus in ſpiſſi muri fundamentis innexus erat.

4 *Apud Vulturnum. E ſchedis Ambroſianis.*

IMP. CAES DIVI
TRAIANI FIL
AELIVS HADRI
COS. II. TRIB. POTES.
SVBVERSVM. RES.

Anno Chriſti 118.

5 *Sueſſæ. Miſit Ignatius Maria Comes.*

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTH. FIL DIVI
NERVAE NEP.
TRAIANVS HADRIANVS AVG PONT. MAX.
TRIB POT. VI. CONS III.
VIAM
SVESSANIS MVNICIPIBVS
SVA PEC. FEC.

Hoc eſt, Anno Chriſti 122. aut 123.

6 *In Oppido Santa Cara in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

IMP. CAES. DIVI
TRA. PART. F. D. NER. N.
HADRI. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. XIIX.
IMP. COS. III. P. P. A CARA
M. P. III.

Anno Chriſti 134. aut 135. poſitus fuit lapis hic milliarius.

7 *Romæ. Cippus Anno 1700. effoſſus. Exſcripſit Johannes Vignolius.*

EX AVCTORITATE
IMP. CAESARIS. DIVI
TRAIANI PARTHICI. F.
DIVI. NERVAE. NEPOTIS
TRAIANI HADRIANI
AVG. PONTIF. MAX. TRIB.
POTEST. V. IMP. IIII. COS. III.
L. MESSIVS. RVSTICVS. CVRATOR
ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS ET
CLOACARVM. VRBIS. RR. RESTITVIT
SECVNDVM. PRAECEDENTEM
TERMINATIONEM. PROXIMI. CIPPI
PED. CVII.

Alterum ſimilem produxerat Gruterus pag. 157. num. 5. Nimirum variis in locis cippi idem elogium complexi collocabantur, immutatâ dumtaxat pedum menſura. Pro *proximi cippi* vide an legendum ſit *proximum cippum*, ut in aliis, atque in ſubſequenti. Legendum quoque IMP. II. non verò III. Pertinet Lapis ad Annum Chriſti 121. aut 122.

1 *Cippus Cillejâ Vindobonem devectus, atque in Palatio Cæsareo collocatus. Misit Pius Nicolaus Garellius Eques, & a Consiliis Aug. Cæs.*

IMP. CAESAR. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. F
DIVI. NERVAE. NEPOS
TRAIANVS. HADRIANVS
AVG. PONTIF. MAX. TRIB
POT. XVI. COS. III. P. P. PROCOS
VI

Spectat ad Annum Christi 132. aut 133.

3 *In oppido Portus Portusgallentis. E schedis Ramberti apud Canonicum Bertoli.*



ISTVRICAE corruptum nomen mihi creditur. Nisi obstaret enormis locorum distantia, restituerem ASTVRICAM. Ad *Hadrianum* Augustum, atque ad Annum Christi 134. aut 135. sive ad Marcum Aurelium Augustum, atque ad Annum Christi 164. aut 165. referenda videtur Inscriptio hæc.

4 *In agro Cingulano apud Custodem Ædis S. M. S. Flviani. Misit Nob. Eques Cavallinus.*



2 *Romæ, in Ponte Neronis, qui nunc dicitur il Ponte rotto. E schedis Alberti Lollii Ferrariensis.*

IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHIC. FIL.
DIVI. NERVAE. NEP. TRAIANO. HADRIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. II.
COS. III.
DERESIVS. RVSTICVS
CVRATOR. VELLETRIARVM
TIBERIS. ET. CLOACARVM. VRBIS
R. R. RESTITVIT
SECVNDVM. PRAECEDENT. TERMINATIONEM
CIPP. C̄V̄. N. XS.

Habes alteram similem a Grutero editam, positamque (ut is ait: per errorem puto) *in Transilvania*. Tum hèic, tum illic Tribunicia Potestas XXII. Hadriano tribuitur, quum tamen Anni illius Imperii Vigesimam primam tantummodo admittere videantur, & Nummi ultra eam non excedant. Eutropius tamen, & Victor Annos XXII. Imperii Hadrianei numerant. Fortasse Cippi ita compositi fuere, ut XXII. Anno Imperii collocandi forent. Verùm Hadriani mors uno Mense constitutum tempus antevertit.

5 *In macerie olim Civitatis Lavinia apud Franciscum Forgium. Misit nobilis vir Ignatius Maria Como Neapolit.*

IMP. CAESAR. DIVI. TRAIANI
PART. F. DIVI. NERVAE. N
TRAIANVS. HADRIANVS. AVG
PONT. MAX. TRIB. POT. X̄X̄. COS. I̅I̅I̅. P. P.
IS. MR. STATVAM. EX. DONIS. AVREIS
ET. ARG. VETVSTATE. CORRVPTIS
FIERI. ET. CONSECRARI. IVSSIT
EX. AVRI. P. III. ET. ARG. P. CCVI.

Isidi Matri statua hæc dicata videtur. Id fuadent *dona vetustate corrupta*, quæ Templo alicui facta fuerant. Anno Christi 136. aut 137. posita fuit Inscriptio, uti innuunt Notæ chronologicæ.

6 *Romæ, in Museo Eminentiss. Card. Alexandri Albani.*

IMP. CAESAR. DIVI. TRAIANI PARTHICI FILIVS. DIVI NERVAE NEPOS
TRAIANVS HADRIANVS AVGVSTVS PONTIFEX. MAX. TRIB. POTEST. V. COS. II.
AEDEM FORTVNAE VETVSTATE CORRVPTAM RESTITVIT

Spectat ad Annum Christi 121. aut 122.

1 *Romæ,*
in Collegio Germ. Sancti Apollinaris in tubo plumbeo.
Miſit P. Joſeph Blanchinius Presb. Orator. Rom. V. Cl.

IMP. ANTONINI. AVG. PII. STATIONIS
PATRIMONI. SVB. CVRA. DIOSCORI

Doctiſſimus Abbas Rodulfinus Venuti legebat DIOSCVRI. Ad Formas Aquæductuum ſtruendas multos pro ſua virili aut ſponte, aut coactos concurriſſe mihi perſuadeo. Ad eam Aquæductus portionem fabricandam ſuo quoque ære adſtitiſſe videtur *Statio Patrimonii*, hoc eſt Officiales rei privatæ, ſive Patrimonio Principis præfecti, qui in publica aliqua *Statione*, ſive officina ſuo munere fungebantur.

2 *Villanovæ in Hiſpania in Columna.*
E ſchedis Ambroſianis.

IMP. CAESARI
TRAIANO HADRIANO
AVG.
PONTIF ℌ MAX.
TRIB. POTES. XVIII
COS ℌ III. P. P.
A BRACARA
M. P. X

Celebris Hiſpaniæ Civitas olim fuit *Bracara*, nunc *Braga* in Regno Luſitano. Cippus milliarius ibi poſitus fuit Anno Ch. 134. aut 135.

3 *Prope fornicem 42. Aquæductus Epheſini.*
Ex Clariſs. March. Maffejo.

. . . . . PROC
IMP. CAES. TRAIANI HADRIANI
. . . . . AD DIOECESIN ALEXANDR
. . . OC. BIBLIOTHECAR. GRAEC. ET
LATIN. AB. EPIST. GRAEC. PROC. . . . LYC
PAMP. GALAT. PAPHL. PISID. PONT
PROC. HEREDIT. ET. PROC. PROVIN
CIAE. ASIAE. PROC. SYRIAE
HERMES. AVG. LIB. ADIVT
EIVS
H C

4 *Ad ruinas Amphiteatri Capuani*
Inſcriptio mutila, quam ſupplevit Cl. V.
Alexius Symmachus Mazochius Canonicus Capuanus.

*Colonia Jul*IA. FELIX. AV*g. Capua*
FECIT
*Divus Hadr*IANVS. AV*g. Reſtituit*
Imagines ET COLVMNAS AD*di Juſſit*
*Imp. Cæſ. T. Æ*LIVS. HADRIANVS. *Antoninus*
Aug. PIVS. DEDICAVIT

Inſcriptionem hanc juſto Commentario illuſtravit doctiſſimus Mazochius, & Capuani Amphitheatri memoriam propagavit.

5 *In Portu Puteolano.*
Ex Capacio.

IMP. CAESAR. DIVI. ADRIANI FIL.
DIVI TRAIANI PARTHICI. NEPOS
DIVI NERVAE PRONEPOS T. AELIVS
ADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS
PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. DESI
GNAT. III. P. P. OPVS. PILARVM. VI.
MARIS CONLAPSVM A DIVO PATRE
SVO PROMISSVM RESTITVIT

Pertinet hæc Inſcriptio ad Annum Chriſti 118. *Hadrianus* non *Adrianus* ſcribi conſuevit.

6 *Romæ in fiſtula plumbea.*
E ſchedis meis.

IMP. CAES. HADRIANI. ANTONINI. AVG. PII
SVB. CVR. PORCI. POTITI. PROC. ANN. SYMPO. F.

7 *Narbonæ ad Sancti Paulli.*
Ex Marchione Maffejo,
qui & ſupplevit.

IMP. CAES. DIVI. HADRI*ani Fil. Divi*
TRAIANI PARTHICI NE*pos Divi Nervæ*
PRONEPOS T. AELIVS H*adrianus Antoninus*
AVG. PIVS PONT. MAXI*mus Trib. Pot. XX.*
IMP. II. COS. IIII PP. THE*rmas Vetuſtate*
CONSVMPTAS CVM POR*ticibus*
ET BASILICIS ET OMNI *Cultu Impenſa*
SVA *Reſtituit*

Supra Claſſ. I. in Corſinienſi Inſcriptione vidimus *Sacellum Lyceium adjectis Baſilicis reſtitutum*. Ibi ſuſpicabar, *Baſilicarum* nomina deſignari aut Cubicula, aut Porticus. Hæc diſerte *Porticus* a *Baſilicis* diſtinguuntur, ita ut conjectura in *Cubiculis* fixat. Poſitus fuit lapis poſt Annum Chriſti 144. edituſque jam fuerat a Cl. V. Petro de Marca, & ſupplerus Lib. I. Marcæ Hiſp. Is in fine legit *Et Baſilicis & OMNIB. ornam. de pecunia ſua reſtituit*.

1 *Gallicani in Via Prænestina.*
E schedis Farnesiis, & Donio.

LAP. XIIII
IMP. CAESARI. DIVI. HADRIANI
FIL. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI. DIVI. NERVAE
PRONEPOTI
T. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
PONTIFICI. MAX. TRIB. POT. VI
IMP. II. COS. DESIGNAT. IIII. P. P.
CVR. VIAR.
C. VALERIVS.....VICTOR
C. TORRANIVS.....FELIX
C. LAENATVS.....CASTOR
P. CAESIVS.....POENA
IIII. VIR.....CON.....

Donius legit *Trib. Pot. VI. IMP. IIII. COS. II.* Spectat Inscriptio ad Annum Christi 145.

2 *Vindobonam e Cilleja cippus deductus, & in Palatio Cæsareo conlocatus. Misit Pius Nicolaus Garellius Eques, & a Consiliis Cæsaris.*

IMP. CAESAR. T AELIVS
HADRIANVS. ANTONINVS
AVG. PIVS. P. P. PONTIFEX (*sic*)
MAXIMVS. TRIB. POTESTATIS
IMP. II. COS. III.
VI.

Hoc est Anno Christi 140.

3 *Pisis Florentiam translata Columna Miliaria Viæ Æmiliæ. Ex adversariis Cardinalis Norisii.*

IMP. CAES. T. AEL.
HADRIANVS ANTONINVS
AVG. PIVS. P. M. TR. POT. VI. COS. III.
IMP. II. P. P. VIAM. AEMILIAM
VETVSTATE DELAPSAM OPERIBVS
AMPLIATIS. RESTITVENDAM. CVR.
A ROMA M. P. CLXXXVIII.

Spectat hæc Inscriptio ad Annum Christi 143. aut 144. Clarissi. Gorius hanc in *Pisano Cæmeterio* ponit, & legit T. AELIVS: & infra DILAPSAM OPERIB.

4 *In agro Nemausensi.*
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAESAR
DIVI HADRIANI F.
T AELIVS HADRI
ANVS ANTONINVS
AVG PIVS
PONT MAX TRIB
POT VIII IMP II COS IIII
P P RESTITVIT
I

Ejusmodi notæ signant Annum Christi 145. aut 146.

5 *Budæ in columna Balnei publici.*
E schedis Farnesiis, & Capponiis.

IMP. CAES.
M. AVREL. ANTONIN.
AVG TRIB. POT. XV. COS. III.
IMP. CAES. L. AVREL. VER.
AVG. TRIB. POT. I. COS. II.
DIVI. AVG. ANTONINI. FILI
DIVI. HADRIANI. NEPOTES
DIVI. TRAIANI PARTHICI
PRONEPOTES. DIVI. NERVAE
ABNEPOTES
AB. AQ. M. P.....

Notæ chronologicæ ostendunt Annum Christi 161. Sed Lucio Vero tribuendus Consulatus II. non vero III.

6 *In Arcu Tripolitano.*
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. AVG. PP. ET. IMP. CAES. L. AVRELIO. VERO. ARMENIACO. AVG.
SER. CO..... SORTITVS. PROCOS. CVM. VTTEDIO. MARCELLO. LEG. SVO. DEDICAVIT
C. CALPVRNIVS. CELSVS. CVRATOR. MVNERIS. PVB..... S. II. VIR QQ FLAMEN. PERPETVVS
ARCVM. PECVNIA. SVA..... EX. MARMORE. SOLIDO. FECIT

1 *Salonæ.*
E schedis Antonii Gigantis, & Julii Guastavini.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII. P. P. COH. I. DEL. SVB. CVR. GRANI. FORTVNAT. TRIB. COH. EIVSDEM MVRI P. DCCC. IN HIS. TVRR. VNA

Anno Christi 170. aut 171. posita fuit Inscriptio a *Coborte Prima Delmatarum*. Alibi quoque *Delmatæ*, non *Dalmatæ*, occurrunt. Vide infra Militares. Ita ut *Delmatæ* gentilium Populi illius Nomen olim fuisse pro certo habeam.

2 *Arimini apud Sanctii Gaudentii.*
E schedis Alexandri Marchionis Capponii.

IMP. CAESAR. DIVI. ANTONINI. PII. F DIVI. HADRIANI. NEP DIVI. TRAIANI. PARTH. PRONEP DIVI. NERVAE. ABNEP M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS AVG. GERMANIC. PONTIF. MAX TRIB. POT. XXVIII. IMP. VI. COS. III. P. P. PROCOS. RESTITVIT

Spectat ad Annum Christi 174.

3 *Romæ,*
cippus effossus prope Pontem Ceslium Anno 1631.
Ex Donio.

IMP. CAES. M AVRELIVS ANTONINVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POTEST. XV. COS. III. IMP. CAES. L. AVRELIVS VERVS AVG. TRIB. POT. COS.... TERMINOS. VETVSTATE COLLAPSOS EXALTAVERVNT. ET RESTITVERVNT. PROXIMO TERMINO. PED....POSITOS EX AVCTORITATE IMP. CAESARIS. NERVAE TRAIANI AVG. CVRANTE. A. PLAETORIO ....LOTE. CALPHVRNIANO. CVRAT. ALVEI. TIBERIS. ET. RIPARVM ET. CLOACARVM. VRBIS

4 *Romæ in Capitolio.*
Ex P. Mabillonio.

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS INCENDIO CONSVMPTAM RESTITVIT DIVO VESPASIANO AVGVSTO S. P. Q. R. IMPP. CAESS. SEVERVS ET ANTONINVS PII. FELICES. AVG. RESTITVERVNT S. P. Q. R. AEDEM. CONCORDIAE VETVSTATE CONLAPSAM IN MELIOREM FORMAM OPERE ET CVLTV SPLENDIDIORE RESTITVERVNT

Postremam tantùm partem e Marochio dedit Gruterus pag. 100. num. 6. Sunt verò tres diversæ Inscriptiones diversis temporibus ad Ædem Concordiæ positæ. Hæc verò hasce proferre statui, quòd Septimii Severi, & Antonini Caracallæ Augustorum postremo loco mentio fiat, qui initio Sæculi Tertii a Christo nato imperarunt.

5 *Romæ in tubo plumbeo.*
Missit Ficoronius.

IMP. CAES. L. SEPT. SEVERO PIO PERTIN. AVG. N. III. ET IMP. M. AVRELIO ANTONINO AVG. F. COS.

6 *In Castello quodam agri Damasceni.*
Ex Cornelio le Bruyn.

LVCIO SEPTIMIO ET PIO PERTINACI SEMPER AVGVSTO LIVIVS. CALPVRNIVS. PROCOS COELOSVRIAE. P. HOC PRAESIDIVM CON STRVXIT IN SECVRITATEM PVBLICAM ET SCAENITARVM ARABVM TERROREM

Arabes *Scenitæ* appellati olim fuere, qui instabiles, nullique certo domicilio addicti, perpetuò vagabantur una cum armentis, uxoribus, & filiis, non dissimiles a Lybicis pastoribus, de quibus Vergilius Lib. 3. Georgicor.

Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque, Lavemque,
Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram.

A *Scenis*, sive Tabernaculis, atque tentoriis, sub quibus vaga gens jugiter habitabat, *Scenitarum* nomen ist inditum fuit. Certum est ex complurium fide ipsiusmet adhuc moribus vivere non paucas Arabum Tribus in Oriente. Pro L. SEPTIMIO ET PIO legendum est in primâ lineâ L. SEPTIMIO SEVERO PIO, aut L. SEPTIMIO M F. PIO. In tertiâ verò pro LIVIVS CALPVRN.VS scribendum videtur L. CALPVRNIVS.

7 *Vindobonæ,*
in Palatio Cæsareo.
Misit doctissimus Eques Gavellius.

IMP. CAES. L. SEPT. SEVERVS. PIVS. PERT. AVG. ARAB. ADIAB. PART. MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XII. PP. COS. PROCOS ET IMP CAES. MAR. AVR. ANTONINVS PIVS FEL. AVG PART. MAX. BRIT. MAX. GERM. MAX. PONT MAX. TRIB. POT. XVII. IMP. III. COS. IIII. PP. PROCOS MILIARIA VETVSTATE CONLAPSA RESTITVI IVSSERVNT VI.

Septimii Severi Augusti notæ indicant Annum Christi 206. aut 201. Quæ verò Antoninum Caracallam ejus filium signant, innuunt Annum Christi 215. Eumdem porro Annum exigebat una, unoque tempore posita Inscriptio. Opinari juvat, geminum hic de re edictum promulgatum diverso tempore, ejusque habitam fuisse rationem in marmore. *Miliaria* pro *Milliaria* etiam alibi videas. In exemplo ad me misso legitur *Trib. Pot. Severi Aug. VIII.* at scribendum suspicor *XVIII.* Anno videlicet 210. quo Nummi Severum exhibent IMP. XII.

1 *Romæ in Sanctæ Mariæ Rotundæ.*
E fchedis meis.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS. SEVERVS
PIVS PERTINAX. ARAB. PARTHIC.
MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III.
P. P. PROCOS
ET IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS
FELIX. AVG. TRIB. POT. V. COS. PROCOS.
Q.... TVM VETVSTATE CORRVPTVM
CVM OMNI CVLTV RESTAVRAVERVNT

Anno Chriſti 202. Monimentum hoc poſitum fuit. Sed quid reſtauratum ab hiſce Auguſtis fuerit exeſa literæ nobis furripuerunt. De Severo Auguſto ſcribit Spartianus: *Magnum illud in vita ejus, quod Romæ omnes Ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, inſtauravit.* Pantheum quoque ab eo reſtauratum, par eſt credere.

2 *Budæ,*
in Sancti Johannis.
E fchedis Ramberti,
apud Canonicum Bertoli.

IMPP. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS
PERTINAX ARABICVS ADIA
BENICVS MAXIMVS ET
M. AVR. ANTONINVS AVGG. ET
SPLENDIDISSIMAE
CVRANTE L. BAEBIO CAE
CILIANO LEG. AVG. PROCVRATORE

3 *Ravennæ,*
in Claſſenſi Baſilica,
in latere ingentis lapidis.
Miſit P. Fiacchi Mon. Camald.

SEV. ET. ANT. IM.

Ideſt: *Severo & Antonino Imperatoribus.*

4 *Sueſſione,*
in prædiis Sancti Medardi
lapis effoſſus Anno 1724.
Ex Itinerario duorum Benedictinorum.

IMP. CAES. L
SEPTIMIO SE
VERO PIO PER
TINACE AVG. ARA
BICO ADIABENIC.
PARTHICO MAX
PP. COS. III. ET IMP. CAES.
M. AVRELIO ANTONINO
PIO FELICE
AVT. P. VII. COSS. III. PPE
COS. CVRANTE L. P
POSTVMO LEG. AVGG
PP. AB AVG. SVESS.
LEVG. VIII.

Pertinere videtur ad Annum Chriſti 208. Sed accuratius exſcriptam deſideraſſem. Pro PPE COS. certe legendum PROCOS. Quid ſit AVT. P. VII. non aſſequor. Neque Tribunicia Poteſtas VII. concors eſſe poteſt cum Conſulatu III. Caracallæ. Mendum quoque reor *L. P. Poſtumo.* Habemus heic *Leugæ*, vocem nempe Galliſcam, uti monuerunt Jordanus de Reb. Getic. & Iſidorus Lib. XV. Origin. Ammianus Marcellinus antiquiſſimus omnium, qui *Leugæ*, ſeu Leucæ mentionem fecerint, Voſſio creditur. Sed hæc in Inſcriptione Gruteriana occurrit pag. 1078. num. 7. Attamen Gruterianæ noſtra antiquitate præcellit. Alteram infra habes, ubi legitur *Augusta Sueſſionum*, nunc *Soiſſons*.

5 *Cordubæ.*
E fchedis P. Cattanei.

IMP. CAESAR. M..... S..... SEVERVS
PIVS FELIX AVG. PONTIFEX. MAXIMVS
TRIB. POTEST. P. P. COS. PROCOS. FECIT
C. III.

Ad quemnam ex Imperatoribus ſpectet hic lapis, decernere non audeo. Si *Lucii* prænomen heic appareret, Septimium Auguſtum haberemus.

6 *Apud Piloſam oppidum euntibus Beneventum.*
E fchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PER
TINAX PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT. VI. IMP
XI. COS. II. P. P. PROCOS. ET
IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS. AVG
IMP. SEVERI AVG. F. TRIB. POTEST. PROCOS
PONTEM VETVSTATE DILAPSVM A SOLO SVA
PECVNIA RESTITVERVNT

Ad Annum Chriſti 199. ſpectat Inſcriptio hæc. Dederat & Gruterus, ſed mancam, pag. 1020. num. 2.

1 *Apud Piloſam oppidum euntibus Beneventum.*
Ex iiſdem ſchedis apud Philippum Stoſch.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG
ARABICVS. PARTHICVS. MAXIMVS PONTIF
PATER PATRIAE
TRIB. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET
IMP. CAES. M. AVRELIVS. L. FIL. ANTONINVS PIVS FELIX
AVG. TRIB. POTEST. VI. IMP. VI. PROCOS.
INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVERVNT

Eamdem, ſed mancam, protulerat etiam Gruterus pag. 172. num. 5. poſt Smetium. Ipſa autem pertinet ad Annum Chriſti 203. aut 204. Dicitur heic M. Aurelius Antoninus, ſcilicet *Caracalla*, IMP. VI. ſed numiſmata repugnant. Numerus VI. per oſcitantiam e Tribunicia Poteſtate huc etiam irrepſiſſe mihi creditur.

2 *In columna milliari effoſſa prope Auguſtam Sueſſionum. Miſit Bimardus V. Cl.*

IMP. CAES
M. AVRELIO AN
TONINO PIO
AVG. BRITANNI
CO MAX. TRIB
POT. XIIII. IMP. II
COS III PP PRO
COS AB AVG
SVESS LEVG
VII

Pertinet Inſcriptio ad Annum Chriſti 211. aut 212.

3 *In Magna Britannia apud Wiſley Caſtle. Miſit idem Bimardus.*

IMP. CAES LVC
BICI. ADIA
MAX. FIL DIVI ANTONINI G
SARM. NEP. DIVI ANTONINI. PRON
DIVI. HADR. ABNEP. DIVI. TRAIANI
PARTH. ET. DIVI. NERVAE. ADNEP
M. AVR. ANTONINO. PIO
FEL. AVG. G
TR. POT. X IMP. COS. IIII. P. P
PRO PIETATE REDE. VOTO
COMMVNI CVRANTE
LEG. AVG
COH. III. NERVIO
RVM. C. R. POS

In primâ lineâ ſupplet Bimardus *Lucii Septimi Severi Auguſti Arabici*. In ſecundâ *Adiabenici Parthici Maximi, Pontificis*. In tertiâ *Germanici*. In octavâ *Germanico, Sarmatico, Parthico Maximo Pontifici Maximo*. Suppleo & ego in lineâ nonâ TRIB. POT. XV. IMP. III. Poſtremæ ſiglæ C. R. ſignificant *Civium Romanorum*. Et hæc pertinet ad Caracallam, atque ad Annum Chriſti 213. Caracallæ *Britannici* cognomen addendum. Is autem hoc Anno dumtaxat Germanicus appellatus videtur.

4 *Malacæ.*
Pro foribus domus Hernandi Perez.
E ſchedis Ambroſianis, & Rambertinis ap. Canon. Bertoli.

ABNEPOS. M. AVRELIVS
ANTONINVS
PIVS. FELIX. AVG. PARTHICVS
MAX. BRITANNICVS
MAX. GERMANICVS
MAX. PONTIFEX. MAX. TRIB
P. XVII. IMP. IIII. COS. VIIII.
PROCOS. RESTITVIT

Notæ Chronologicæ corruptæ ſunt. Quum ad Antoninum Caracallam referenda ſit Inſcriptio, reſtitue IMP. III. COS. IIII. ideſt Anno Ch. 215.

5 *Maceratæ in Sancti Juliani.*
Miſit P. Philippus Camerinus Presbyter Oratorii Camertis.

IMP. CAES. M. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS. FELIX
AVG. PARTHIC. MAX.
BRITAN. MAX. PONT. MAX
P. AQVAM MARTIAM
VARIIS CASIBVS IMPEDITAM
PVRGATO FONTE NOVO
IN ANTONINIANAM
SACRAM VRBEM SVAM
DVCENDAM CVRAVIT

In Theſauro Gruteriano pag. 177. num. 1. hæc eadem legitur, ſed plenior; diciturque poſita *Romæ ad Portam Eſquilinam*, ut neſciam, quæ hæc (ſi tamen eadem eſt) Maceratæ nunc adſerverur. Ideo verò heic repetitam vului, ut Lector animadverrit diſcrimen. Gruteriana habet *Adquiſito etiam fonte novo Antoniano* (ſaltem ibi ſcribendum *Atanniano*) *in ſacram* &c. Heic verò *Purgato fonte novo in Antoninianam ſacram* &c. Quid ſi demens Imperator aut Urbem ipſam, aut ejus partem, *Antoninianam* appellandam juſſerit?

1 *Prope Fundos in Via Appia Monticelli.*
Ex Ligorio.

IIII

BONO REIP. NATO

IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. INVICTVS. PIVS

FELIX. AVG. PONT. MAX. BRIT. MAX. GER. MAX. PONT

MAX. TRIB. POTES. XVIIII. IMP. III. COS. IIII.

PROCOS. VIAM. ANTE. HAC. LAPILLEAM. VTILITER. STRATAM

ET. CORRVPTAM. SILICE. NOVO. QVO. FIRMIVS. COM

MEANTIBVS. ESSET. PER. MILIAR. SVM. XXI. SVA

PECVNIA. FECIT

LXXI

Spectat Inscriptio ad Caracallam, atque ad Annum Christi 216. aut 217. Sed non satis accurate descripta fuit: Pro AVG. PONT. MAX. scribe AVG. PART. MAX. Suspecta quoque mihi est *Via Lapillea*, utpote vox insolens. Lubentius legerem *Lapillis*. Formula etiam *Bono Reip. nato*, ad Seculum Constantinianum spectare mihi creditur. Et certe haec extra locum sita est, & cum Grammatica pugnat, ita ut suspicer, confusum fuisse finem alterius diversa Inscriptionis cum ista.

2 *Biserta in Africa.*
Misit Antonius Maria Salvinius V. Cl.

IMP. CAES
M. AVRELIVS
ANTONINVS
PIVS. FELIX. AVG
PARTHICVS. MAX
BRITANNICVS. MAX
GERMANICVS. MAX
TRIB. POT. XVIIII.
COS. IIII. P. P.
RESTITVIT
XLIX

Ideft Anno Christi 216. aut 217. Hanc etiam evulgavit Clariss. Marchio Maffejus inter Antiquit. Galliae felectas, eamque in agro Tunetano adservari ait.

3 *Prope Damascum.*
Ex Cornelio le Bruyn.

IMP. CAES. M. AVRELIVS
ANTONINVS PIVS FELIX AVGVSTVS
PONTIFEX. MAX. BRITANN. AGGERE M
MAXIMVS PONTIFEX MAXIMVS
MONTIBVS IMMINENTIBVS
IN CAELVM INCISIS VIAM DILATAVIT
ANTONINIAM SVAM
INVICTE IMPERATOR
ANTONINE FELIX AVGVSTE MVLTIS
ANNIS IMPERES

Non uno vitio fœdatam Inscriptionem dedit imperitus Scriptor. In linea tertia pro PONTIFEX MAX. restituendum est PARTHIC. MAX. sicuti pro AGGERE M scribendum ET GER. ideft *Germanicus*. Suspecta mihi est vox IN CAELVM. Num VI CAELORVM, *de gli Starpelli*? Et ista ad Caracallam pertinet.

4 *In Anglia.*
Misit Bimardus.

IMP ANTONINO
AVG PIO
LEG
II
AVG
F. P. III. CCLXII

Suspicio mihi est, uti ad me scripsit Clariss. Bimardus, significari, *Legionem Secundam Augustam* per tria Millia & CCLII. passus Vallum in Britannia continuasse, muro cespiticio ducto, ad continendos Populos devictos, Antonino Caracallà imperante. Vide Capitolinum Cap. V.

1 *Cippus e Cilleja Vindobonam devectus, nunc in Cæsareo Palatio conlocatus. Misit eruditiss. Garellius Equit.*

IMP. CAES. M
OPELLIVS SEVERVS
MACRINVS PIVS FEL
IX AVGVSTVS PONTI
FEX. MAX. TRIB. POT
II. P. P. COS. PROCON
SVL ET M. OPELLIVS
ANTONINVS DIADV
MINIANVS NOBILISSIMVS
CAES. PRINCEPS IVVENTVT (*sic*)
PROVIDES. C. LXIIIIS (*sic*)
NTISSIMI AVG. FECERVNT (*sic*)
VI

Positus est lapis ille Milliarius Anno Christi 218. Sed qui Secundum Consulatum hoc Anno tribuunt Macrino, lapidem hunc pæne adversantem habent. Is enim tantummodo *Consul* dicitur, neque vestigium iteratæ dignitatis hic ullum habemus. Quare aut natat Consulatus ejus sufferctus Anno præcedenti, aut ordinarius præsenti. Pedes CLXIIIIS. infra habes. Junge S. cum subsequenti ANTISSIM. AVGVSTI. Hæc sane confusa. Primo *Diaduminianus* appellatur *Cæsar*, & *Princeps Juventutis*: non ergo Augustus. Tum in fine habetur *Santissimi* (pro *Sanctissimi*) *Augusti*. Addita hæc puto, quia Anno eodem, ut ex Nummis constat, *Diadumenianus*, sive *Diadumenianus* creatus est a Patre *Imperator Augustus*.

2 *Bracaræ in Lusitanis. Ex Donio.*

.....
SEVERI PII..... ANTONINI
PII MAGNI FILIO. M. AVRELIO
ANTONINO..... FELICI. AVG.
PONT. MAX..... TRIB POT. II.
COS. II. PROCO.....
FELICISSI.....
PRINCIPI
A BRACARA
M. P. III

Ad *Elagabalum Augustum*, cujus nomen post mortem e Monumentis abrasum fuit, atque ad Annum Christi 219. spectare Inscriptio hæc videtur.

3 *Tiburi. Ex eodem.*

EX AVCTORITATE
IMP. CAES. M. AVR. SEVER.....
ALEXANDR.....
PONT. MAX.....
M. PVPIVS. M. F. ANTONIANVS
P. CAEPONIVS. P. F. CLAVD. PARATVS
AED. PR. CENS
F. C.

Sub *Alexandro Severo* circiter Annum Christi 223. positus fuit lapis. Fortasse scribendum AED. P. R. scilicet *Ædiles Populi Romani*, nisi ibi fuerit POT. CENS. hoc est *Potestate Censoria*.

4 *Petrovizæ in Sirmio. Ex Comite Marsilio.*

IMP. CAES.
.....
ALEXANDER. PIVS. FE
LIX. AVGVSTVS. PON
TIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTE
STATIS VII
IMPERATOR
M. P. XV.

Ideſt Anno Christi 228. aut 229.

5 *Florentiæ, in Museo Mediceo ex Africa fragmentum delatum. Ex Gorio.*

.....
..... I HADRIANI. ABNEPOTIS
.... TONIS ET EXEDRIS. CVM. STATVIS

6 *Petrovarsdini in Hungaria. Ex Comite Marsilio.*

IMP. CAES
M. ANTONIO GORDIANO
P. F. AVG
PONTIFICI
MAXIMO
TRIBVNICIAE
POTESTATIS
PATRI PATRIAE
COS. PROCOS
A MALATA
.....

Incertum est, num spectet hæc Inscriptio ad *Gordianum* Augustum Seniorem, atque ad Annum Christi 237. an ad Gordianum Tertium. Postremum veri similius.

1 *In Anglia.*
E Tranſactionibus Anglicis Philoſophicis.

IMP CAESAR. M. ANTONIVS
GORDIANVS. P. F. AVG
PRINCIPIA ET ARMAMEN
TARIA CONLAPSA RESTITV
IT PER MAECILIVM. FVSCVM. LEG
AVG. PR. PR. CVRANTE M. AVR
QVIRINO. PR. COH. I. L. GOR

Principia locus tutior, ac nobilior in caſtris, ubi jus dicebatur. Ne tempus teram, vide Pitiſci Lexicon, qui de iis longum ſermonem habet. Mæcilius Fuſcus appellatur heic *Legatus Auguſti, & Propretor*. Quirinus verò *Præfectus Cohortis Primæ Legionis Gordianæ*. Ad tertium e Gordianis Auguſtis pertinere Lapidem reor.

2 *In Anglia.*
Ex eiſdem Tranſactionibus.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIA
NVS. P. F. AVG. BALNEVM CVM
BASILICA A SOLO INSTRVXIT
PRE GN. LVCILIANVM. LEG. AVG.
PR. PR. CVRANTE M. AVR
QVIRINO PRE (*ſic*) COH I L GR

Heic Inſpicida ſculpſit PRE pro PER, uti etiam PRE pro PRAE, ideſt *Præfecto*, ac demùm GR pro GOR, nempe *Gordianæ* legionis. Interim vide ſupra ad Inſcriptionem Narbonenſem T. Ælio Hadriano Antonino poſitam Anno Chriſti 144. ea quæ de *Baſilicis* ad Balnea ac Thermas innui.

3 *In Villa Mandeurre prope Montembelliardum.*
Miſit Cl. V. Thomaſſinus de Mazaugues
Præſes Aquiſext.

FLAVIVS CATVLLVS
TESTAMENTO. AD MARMORAN
DVM BALINEVM LEGAVIT. R. P. X. LXXV
QVOD DI . . . . . ALLVS HER. P. C
. . . . . BVTIS LEGAT. SS
. . . . . MATIONEM

Catullus iſte legavit *Reipublicæ Denariûm ſeptuaginta quinque millia ad Balneum*, ideſt Balneum, publicum Marmore ſternendum. Ejus *Heres*, fortaſſe *contributus*, ideſt additus *legato ſegraſcripta* aliquot denariûm millibus, opus perficiendum curavit.

4 *Veronæ in Muſeo Publico.*
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAES.
G. MESSIVS. Q.
TRAIANVS DECIVS
P. F. AVG. P. M. TRIB. POT
II. COS. II. P. P.
XVIII

Ideſt Anno Chriſti 251.

5 *Herberiæ in agro Regienſi ad Sanctli Fauſtini.*
E ſchedis P. Cattanei.

IMP. CAES. P. LICINIVS
VALERIANVS. PIVS. FEL. AVG. PON
MAX. GERM. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII.
P. P. PROCOS. ET IMP. CAES. P. LICINIVS
GALLIENVS. GERM. PIVS. FEL. AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. VII. COS. III. P. P. PROCOS. ET P. CORNELIVS SALONINVS
VALERIANVS. NOBILISS. CAES. PONT. SECVL. VI IGNIS CONSVMPT. INDVLG.
SVA RESTITVI CVRAVERVNT

De nobili hac Inſcriptione, Anno Chriſti 259. poſitâ, multa dixi in *Antiquitatibus Italicis*, Diſſertatione XXI.

6 *Cordubæ in Noſocomio. E ſchedis Ambroſianis.*

IMP. CAES.
M. CASSIANI
VS. LATINIVS. POS
TVMVS. PIVS. FEL
INVICTVS. AVG
GER. MAX
PONT. MAX
COS. III. P. P.
PROCOS. RES
TITVIT

Anno Chriſti 263. quo *Poſtumus* in Galliis, & Hiſpaniis Conſul II. proceſſit, poſitus fuit lapis. Vulgo Imperator iſte, ſive Tyrannus, appellatur *M. Caſſius Latienus Poſtumus*. Neque enim Caſaubonum moror ſcribentem in Notis ad XXX. Tyrannos Trebellii Pollionis: *Vocatur in Nummis C. Caſſius Poſtumus Latienus*: utique parum accurate. At ubi revera ita ſcriptus ſit hic lapis, germana habemus *Poſtumi* nomina. Videlicet is appellatus *M. Caſſianius Latinius Poſtumus*. Vulgaris opinio hactenus nixa eſt Nummis. At in iis tantummodo legitur M. CASS. LAT. POSTVMVS: quas literas quis interpretari oporteat, Inſcriptio hæc docet.

1 *Ad Sanctli Mellorii in minore Britannia. Miſit Bimardus.*

IMP. CAES
AVONIO. VICTORINO
PPIS
LEVGI

In Nummis apud Mediobarbum hic appellatur M. PIAVONIVS. Quare ſupplendum eſt C. PI. Et huic mentio eſt LEVCarum, utpote in oppido Miſliari; quippe mos fuit in Gallia Celtica per *Leucas* ſignare ſpatia. Poſitus fuit Lapis circiter Annum Chriſti 263.

2 *Petrovaradini in Hungaria. Ex Comite Marſilio.*

IMP. CAES.
MARCO
AVRELIO
CLAVDIO
PIO FELICI
INVICTO
A MALATA
CVS. M. P. XVI.

Circiter Annum Chriſti 269.

3 *Forojulii in Galloprovincia, nunc* Frejus, *in atrio Epiſcopii. E ſchedis P. Cattanei, & ex March. Maffejo.*

RESTITVTOR. ORBIS
IMP. CAES.
L. D. AVRELIANO
PIO. FEL. INVICTO
AVG. PONT.
MAX. GER. MAX.
GOT. MAX. PART. MAX.
TRIB. POT. IIII. COS. III.
P. P. P. COS.
V.

Speſſat hæc Inſcriptio ad Annum Chriſti 275.

4 *In Villa Cappigniæ in Luſitania. In columna rudi, ac literis inconditis. E ſchedis meis.*

IMP. CAE
SARI MARCO
CLODIO TACITO
PIO FELICI INVICTO
V. C. PONTIFICI MAXI
MO TRIBVNICIE POT
ESTATIS PATRI PATRIAE
PROCONSVLI
IIX

In Theſauro Gruteriano geminas Inſcriptiones ex Reſendio ſumtas, & in Luſitania poſitas habemus, ubi *Tacitus* Auguſtus appellatur *M. Claudius*. At in noſtra *M. Clodius* eſt ei nomen. In utra parte error jaceat, Eruditorum judicium eſto. Nummi præferentes breviata nomina, hoc eſt M. CL. TACITVS, tam pro ita, quàm pro eo nomine militant. Spectat autem Inſcriptio ad Annum Chriſti 275.

5 *Carvaſſone, in columna milliaria. Miſit Bimardus.*

PRINCI
PI IVVEN
TVTIS M
NVMERIO
NVMERIA
NO NOBI
LISSIMO
CAESARI
N M P I

Falſi putat Clariſs. Bimardus eos, qui poſtremas literas quidi per conventionem interpretantur *Numeriano Principi Juventutis*. Rectius ille legit *Cæſari Noſtro Militare Paſſuum Primum*. Ceterum hæc Inſcriptio pertinet ad Annum Chriſti 282. aut 283. poſtquam Carus Auguſtus filium *Numerianum Cæſarem* appellavit. Is autem in Nummis tantummodo numen gerit *M. Aurelii Numeriani*. Quid eſt hoc, quod hoc ille nuncupatur *M. Numerius Numerianus*? Vide Claſſem IV. Imperatorum, ubi altera Inſcriptio Hiſpanica ipſum itidem appellat *Martium Numerium Numerianum*. Dicendum proprecti fuerit, huic nomina fuiſſe *M. Aurelii Numerii Numeriani*.

6 *Cordubæ. E ſchedis P. Cattanei.*

IMP. CAES.
MAXIMIANO
PIO FELICI
AVG. EBORA
M. P. XII.

7 *Laudæ Pompeja. In domo Parochi Salarani in columna porphyretica. E ſchedis meis.*

IMP. CAES. AVREL. VAL
DIOCLETIANVS
P. F. INV. AVG.
ET IMP. CAES. M. AVREL. VAL.
INV. AVG.
MAXIMIANVS
P. F. VOTO
ET FLAVIVS VAL. CONSTANTIVS
ET GALERIVS
NOBILISSIMI CAESARES
M. P. .....

Anno Chriſti 292. aut inſequentibus facta fuit Inſcriptio hæc. Sed in linea ſeptima illud VOTO mendoſum eſt, & reſtituendum videtur INV. AVG. Alteratim propeſimilem habes apud Gruterum pag. 150. num. 1. ibi quoque corrigendum CONSTANTINVS, & ſcribendum CONSTANTIVS. Fortaſſis in Marmore noſtro ſcriptum fuerit MAXIMIANVS INV. AVG.

8 *Fani Fortunæ. E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem Danum.*

IMP. CAESS. FLAVIO DIOCLETIANO
ET AVRELIO VALERIO MAXIMIANO
PIIS FELICIBVS SEMPER AVGG
ET FLAVIO VALERIO CONSTANTIO
GALERIO VAL. MAXIMIANO
NOBB. ET INVICTISS. CAESS.
AB VRBE ROMA EX S. C. DESIG

Deſiderat imperfectam Gruterus pag. 279. num. 2. Milliarium numerus in fine deſiderari hic etiam videtur,

1 *Veronæ.*
In Muſeo publico.
Ex Cl. March. Maffejo.

IMP. CAES. C. VAL. DIOCLE
TIANVS. P. P. INVICT. AVG. ET
IMP. CAES. M. AVREL. VAL. MAXI
MIANVS. P. F. INVICT. AVG. ET
FL. VAL. CONSTANTIVS
.....
NOB. CAES.....
M. P. VIIII.

3 *Veronæ,*
In Muſeo publico.
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAES. C. AVREL. VAL. DIOCLE
TIANVS. P. F. INV. AVG. ET
IMP. CAES. M. AVREL. VAL. MAXIMIANVS
P. F. INV. AVG. ET
FL. VAL. CONSTANTIVS .....
.....NOBILL. CAESS
XVII

Tam ex iſto, quàm e præcedenti lapide eraſum fuit nomen *Galerii Maximiani*.

5 *Veronæ.*
In Muſeo Publico.
Ex March. Maffejo.

IMP. CAES. M. AVR. VAL
MAXENTIO. P. FEL.
INVICTO AVG
M P XI

XI
M. P. XI
CAESS
CL. CONSTANTINVS NOBB
DD NN IVL CRISPVS ET

6 *In Vico Avii Diœceſis Tridentinæ.*
Miſit doctiſſ. V. Jacobus Tartarottus
Roveretanus.

IMP. CAES
M. AVR. VAL
MAXENTIO
P. F. AVG

Poſtrema exciderunt. Cippum milliarium fuiſſe mihi perſuadeo.

2 *Fani*
in columella.
Ex Donio.

IMPP. CAESS. VALER
IO. DIOCLETIANO ET
AVRELIO VALERIO
MAXIMIANO. PIISS. FE
LICIB. SEMPER AVGG
ET FLAVIO VALERIO
CONSTANTIO. GALERI
O. VAL. MAXIMIANO
.....
.....
ROM. C. XCI.
CVRANTE L. TVRCIO APRO
NIANO V. C. PRAEF. VRB. FIL
ASTERIO. CORR. FLAM. ET
PICENI

Eadem videtur, atque ſuperior Faneſtris. Fuit *L. Turcius Apronianus Præfectus Urbi*: ejus verò Filius *L. Turcius Aſterius Corrector Flaminiæ, & Piceni*, de quo infra ſermo recurret. Sed hèic geminas Inſcriptiones confuſas habes. Neque enim *Apronianus* ſub Diocletiano Præfecturam Urbis geſſit; ſed quidem ſub Conſtantini Magni filiis Anno Chriſti 339. Præterea ſcribendum *Apronianus*, uti ſenſus exigit, & ex altera Inſcriptione infra conſtabit.

4 *In Albercæ vico*
quatuor leugis ab Aſtenſi Civitate.
E ſchedis P. Cattanei.

IMP. CAES
FLAVIO VALE
RIO CONSTAN
TIO NOBILISSI
MO CAES. P. P.
M. P. N. XXIIII.

In Annum Chriſti 305. aut ſubſequentem cadit Inſcriptio hæc. Sed Conſtantius Chlorus ſimul appellatur *Imperator Cæſar*, & *Nobiliſſimus Cæſar*. Hæc inter ſe pugnant.

7 *Romæ in Sancti Euſebii,*
in ea ipſa Columna, ubi memoratur
Annia Regilla Herodis Attici uxor.
Ex P. Montfauconio.

(*ſic*)
DONINO
NOSTRO
MAXENTIO
PIO FELICI
INVICTO
AVGVSTO
VII.

Circiter Annum Chriſti 307.

1 *In Civitate Salæ.*
Miſit Johannes Bernardinus Tafurius.

.....DIVI GALER.....
.....ERVM FLAMEN DIA
.....PLVM IOVIS DE
S. P. REFECIT

3 *In Caſtro Gandulphi,*
in vinea Collegii Hibernici.
In menſa ex marmore candido.
Ex P. Lupo e Soc. Jeſu V. Cl.



6 *Cæſenæ.*
Ex Claramonte, & Donio.

D. N. IMPERATORI CAESARI
FL. CONSTANTINO
MAXIMO
P. F. VICT. AVG
PONT. MAX
TRIB. POT. XXIII
IMP. XXII. CONSVLI VII
P. P. PROCONSVLI
HVMANARVM RERVM
OPTIMO PRINCIPI
DIVI CONSTANTI FIL
BONO R. P. NATO
M. P. XV

Poſita Inſcripcio Anno Chriſti 328. aut 329. Alteram plane ſimilem habes in Gruteriano Theſauro pag. 159. num. 6. *Parmæ* exſtitentem. Donius legit PROCOS. CONS. HVMANARVM RERVM DIVI &c.

8 *Bottonagi,*
in agro Brixiano.
Ex Octavio Rubeo.

D. D. N. N. D. D. D. D. N. N. N. N.
MAGNO.....FL. CONSTANTINO MAX.
.....TORI SEMPER AVGVSTO ET
.....TORI INVICTO
.....ET PERPETVIS
AVG. FL. IVL. CONSTANTIO NOB. CAES
.....TIS. R. P. N.
IIIIII

Mendis ſcatet hic lapis.

2 *Veronæ.*
In Muſeo Publico.
Ex editis a Scipione Marchione Maffejo.

DN CONSTANTINVS
MAXIMVS IMPERAT
VIIII
A P
XXXX

4 *In Columna Sancti Petri de Cariano*
agri Veronenſis.
E ſchedis Farneſii.

D. N. CONSTAN
TINO. MAXIM
M. P. XXXX

5 *Rivoltellæ*
in agro Brixiano.
E Rubeo.

D. N. FLAVIO CONSTANTINO
MAXIMO PIO FELICI
INVIC. AVGVSTO
M. P. XXIII.

7 *In Provincia,*
Ex Boucheo.

IMP. CAES. FL. VAL.
CONSTANTINO. P. F. AVG.
DIVI. MAXIMIANI. AVG.
NEPOTI. DIVI CONSTAN
TII. AVG. FILIO
XXXIIII

9 *Effiſſi prope Tibur*
Anno 1715. Menſe Novembri.
Miſit Franciſcus Victorius Eques doctiſſimus.

BEATISSIMO SAECVLO
DOMINORVM
NOSTRORVM
CONSTANTI
ET CONSTANTIS
AVGVSTORVM
SENATVS POPVLVSQ
ROMANVS
CLIVVM. TIBVRTINVM
IN PLANITIEM. REDEGIT
CVRANTE L. TVRCIO
SECVNDO. APRONIANI
PRAEF. VRB FIL.
ASTERIO. V. C.
CORRECTORE. FLAM
ET. PICENI

Nobilem hanc Inſcriptionem illuſtrabit eruditiſſimus vir P. D. Didacus de Revillas Abbas Hieronymianus Mathematices Profeſſor Romæ in Sapientiæ Gymnaſio in Diſſertationibus ad Topographiam Tiburtinam, quas brevi evulgabit.

1 *Onfati,*
in agro Brixiano.
Ex Octavio Rubeo.

CONSTANTINO MAX.
DDD. NNN. FLAVIO LICINIO
LICINIANO IV.....
L. CONSTANTINO IVN.
.....CAESAR.....
.....
VIIII

Heic aliqua tum in principio, tum in fine desiderantur. Neque debitum locum occupant siglæ DDD. NNN. Habes heic nomen *Flavii Licinii Liciniani Junioris*, nempe e Licinio Augusto geniti. At is in Nummis appellatur *Flavius Licin.* (hoc est *Licinianus*) *Licinius*. Inscriptio posita fuit post Annum Christi 316. Pro L. CONSTANTINO scribe FL. CONSTANTINO.

2 *Parmæ,*
E schedis meis.

T. FL. CLAVDIVS CONSTAN
TINVS
IVN. NOB. CAES.
M. P. L.

Constantinum Juniorem *Titi* prænomen tulisse, nulla monumenta me docent.

3 *Veronæ,*
in Musco publico.
Ex editis a Marchione Maffejo.

IMP. CAESS.
D N CL IVLIANO
P F VICTORI AC TRIVMP
SEMPER AVG P M IMP VI
.....PAT PATR
.....PROCOS
M P XV

Lapis positus Anno Christi 362. vel 363.

4 *Ibidem.*
Ex editis ab eodem.

D N FL IOVIANO
VICTORI AC TRIVMFATORI SEM
PER AVGVSTO
B R P N
XV

Hoc est Anno Christi 363. aut 364.

5 *Romæ,*
apud Stephanum Longum Marmorarium.
Ex Donio.

D D. NN. VALENTINIANVS
ET VALENS AVGVSTI
ORNATVI PVBLICO
CONSTITVI LOCARIQVE
ADMINISTRANTE RVFIO
VOLVSIANO V. C. EX PRAEF
.....VRBI IVD
.....COG.....

De isto Cejonio *Rufio Volusiano*, qui Præfecturam Urbi gessisse videtur Anno Christi 373. loquuntur alii lapides apud Gruterum, & Contelorium. Repetitam autem inter Romanas habes hanc eamdem Inscriptionem, ibique in fine legitur: V. C. EX PR..... ET PRAEF. VRB. IVD. ITER. SACRAR. COG..... i.dest *Cognitionum*.

6 *Ibidem,*
in Foro Palatini.
E schedis Cyriaci apud Philippum Stosch.

FORVM PO. ROMANO SVO
DOMINI ET PRINCIPES NOSTRI
VALENTINIANVS ET VALENS
CVRANTE
FLAVIO EVPRAXIO V. C.

Aliquid excidisse videtur.

7 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.

FLORENTE IMPERIO DDD. AAA. CCC. Q. NNN. GRATIANI
VALENTINIANI ET THEODOSI PRINCIPVM MAXIMORVM
THERMARVM SPECIEM RVINAE DEFORMITATE SORDENTEM
ET PERICVLOSIS PONDERIBVS IMMINENTEM QVAE LABANTEM
POPVLVM METV SOLLICITVDINIS DETERREBAT EXCLVSA TOTIVS
SCABIE VETVSTATIS AD FIRMAM STABILITATEM VSVMQVE TECTORVM
ANICIVS AVCHENIVS BASSVS V. C. PROCONSVL CAMPANIAE
VICE SACRA IVDICANS REPARAVI IN MELIOREM CIVITATIS EFFIGIEM

Illustris hujus viri *Auchenii Bassi*, ex Anicià gente celebertimâ, mentio est in Gruteriana Inscriptione pag. 1010. num. 2. & in Reinesiana pag. 155. Utrobique is appellatur *Proconsul Campaniæ*, & in postrema *Præfectus Urbi*, & *Prætor Tutelaris*. Ante Annum Christi 383. quo Gratianus Imperator interfectus fuit, Bassus ille hisce muneribus functus est, atque ab eo posita fuit Inscriptio ista. Reinesius ad Annum Christi 402. *Anicium Bassum Consulem* Italis inscriptum inveniens, eumdem arbitratus fuit pag. 68. Syntagmat. veter. inscriptionum, atque *Bassus* in ista, & in geminis nuper laudatis memoratus. Ego alium suspicor, hujus fortasse filium.

1 *Romæ,*
in ædibus Barberinis.
E fchedis Francifci Ptolomei.

SALVIS DDD NNN ☧
GRATIANO VALENTINIANO ET THEODOSIO
VICTORIBVS SEMPER AVGVSTIS
VALERIVS ANTHIDIVS V. C. AV. PRAEF. PRAET.
STABVLVM NE ANIMALIA CVRSVS PVBLICI
LONGI ITINERIS LABORE DIVTIVS DISPERIRENT
PROVIDIT CONSTITVIT AEDIFICAVIT
☧ ADQVE DEDICAVIT IVDIXMEIS
☧ CVRANTE T. CASTERIO DEPVTATO ☧ IIX

Circiter Annum Chriſti 382. poſita fuit Inſcriptio. Addendus *Anthidius* iſte Catalogo *Præfectorum Prætorio*, niſi obſtet illud AV. Corrupta ſunt IVDIXMEIS. Dic, quo dedicatio facta fuit, ibi, ut opinor, ſignatur, exempli cauſſa: IV. ID. MAIAS. Inter Dounanos Lapides hic quoque legitur. Ibi pro T. CASTERIO habetur FL. ASTERIO. Et fine AV. ibi eſt V. C. PRAEF. PRAET. Utique rectius.

2 *Tarracinæ,*
ante Cathedralem Eccleſiam.
Ex Donio.

LIII

DDD NNN FFF CCC
THEODOSIO ARCADIO
ET HONORIO. PPP. FFF.
SEMPER AV
GGG BONO REIP
NATIS

3 *Veronæ,*
in Muſeo Publico.
Ex Clariſſ. Maffejo.

IMPP AVGG DD NN
MAG MAXIMO ET
FL VICTO
PERPETVIS
PRINCIPIBVS
M P V

Circiter Annum Chriſti 387. poſita *Maximo* Tyranno, ejuſque filio *Flavio Victori*.

4 *Romæ,*
in Theatro Pompeji.
Ex Mabillonio V. Cl.

DD. NN. ARCADIVS ET HONORIVS
PERPETVI AVGG. THEATRVM POMPEII
EXTERIORE AMBITV MAGNA ETIAM INTERIORI
VIRTVTE CONVVLSVM
SVBDVCTIS ET EXCITATIS INVICE.....

5 *Ciresæ in Hiſpania, in Sancti Petri.*
Ex Donio.

IVSSV. DOMINI. ET. PRINCIPIS. NOSTRI-------
MAGNI. MAXIMI. VICTOR----------
SEMPER AVGVSTI
ANTONIVS. MAXIMINVS----------
NOVA. PROVINCIAE. MA----------
PRIMVS. CONSVLARIS. ET----------
PRAESES. VIAM. AB----------
RVPIBVS. FAMOSAM----------
CON-------A. NAVISSO-------OPIC-------
PERDOMITO. AVERSO----------
INVNDATIONES. O----------

1 *Romæ.*
E schedis Alberti Lollii Ferrarienſis.

IMP. CLEMENTISS. ET. FELI
CISS. TOTO. ORBE. VICTORIBBB
DDD. NNN. ARCADIO. HONO
RIO. ET. THEODOSIO. AVGGG. AD
PERENNE. INDICIVM. TRIVM
PH. QVOD. GOTHORVM. NATIO
NEM. IN. OMNE. AEVVM. DOM
EXTR. ARCVM. SIMV
LACRIS. EORVM. TROPHEISQVE
DECORA----------
S. P. Q. R.
TOTIVS. OPERIS. SPLENDORE

Gruterus hanc ipſam dederat pag. 287. num. 1. Pleniorem ego rurſus adfero. Anno Chriſti 406. Arcus iſte erectus fuit in honorem Auguſtorum, ob inſignem victoriam præcedenti Anno reportatam de Radagaiſo Gothorum Rege, & immani ejus exercitu in Tuſciæ montibus.

2 *Romæ, juxta Circum in Calcaria.*
Ex Ligorio.

..... DD. NN. AETERNIS. PRINCIPIBVS. HONORIO. ET. ARCADIO
ANICIVS. ACILIVS. GLABRIO. FAVSTVS. V. C. PRAEF. VRBIS. VICE. SACRA. IVDIC.
FATALI. CASV. SVBVERSAM. IN. FORMAM. PRISCI. VSVS. RESTITVIT

E Smetio hanc etiam ſumſit Gruterus, protulitque pag. 192. num. 2. Ligorius longe antea vidit, minuſque exeſam reperiens, plura nobis ſervavit. Legerem in principio SALVIS. DD. &c.

3 *Romæ proximis hiſce annis Lapis detectus.*
Miſit Alexander Marchio Capponius.

SALVIS AC FLORENTIBVS DD. NN. HONORIO ET THEODOS.
PERPETVIS. SEMPER AVGG. CAECINA DECIVS ACINATIVS
ALBINVS V. C. PRAEF. VRBI VICE SACRA IVDICANS
CELLAM TEPIDARIAM INCLINATO OMNI PARIETE LABENT.
DE QVA CELLARVM RVINA PENDEBAT ERECTORVM A FVN
DAMENTIS ARCVVM DVPLICI MVNITIONE FVLCIVIT
D. N. M. Q. EORVM

4 *Noræ in Sardinia,*
in Sancti Epheſi.
Ex Bonfanto.

SAL ℣ VIS ℣ DD. NN ℣ IMPP
THEODOSIO ET PLACIDO VALENTINIANO AVGG.
SVBDVCTOS OLIM LATICES PATRIAEQVE NEGATOS
RESTITVIT POPVLIS PVRO FLAVIOLVS AMORE
CVRANTE
VALERIO ENNODIO PRINCIPALE AC
PRIMARIO EIVSDEM VRBIS

Lin. 4. pro PVRO in altero exemplo legitur TYRO. In lin. poſtrema pro PRIMARIO habetur PRIMORE.

1 *Romæ, in hortis Farneſianis. E ſchedis Ptolomeis.*

CAESARVM
DECENNALIA
FELICITER

Inſcriptionem hanc duo Genii hinc inde tenent ad latera Sacrificuli cum hoſtiis.

2 *Ravennæ, in Palatio Archiepiſcopali. Exſcripſit Dominicus Vandellius Mutinenſis.*

..... GIPID. PIVS. FEL. INCL. VICT. A. .....
..... FVISSE AD NECESSARIA MINI. .....
..... QVAEDVCTVVM. EIVSD. CIVI. .....
..... ONSTITVTA SMARAGDVM V. .....

Fortaſſis hcic mentio habetur *Smaragdi Patricii*, qui ſub Mauricio, & Phoca Auguſtis Ravennæ ejuſque Exarchatui Præfectus fuit.

3 *Romæ, in lamina ænea, apud Rodulphinum Venuti V. Cl.*

SALVIS. D. D.
N. N. ALBIN
VS. S. C. FECIT

4 *Romæ, in Sancti Hadriani ad Forum Romanum. Ex Donio.*

SALVIS DOMI--------
AVGVSTO. ET. CL-------
THEODOSIO. V---------
EX. COM. DOMEST-------
IN ATRIO LIBER---------
QVAE VETVS.--------
VE CONFECIT----------
-----FECT-------------

Legendum fortaſſis eſt: *Salvis Dominis noſtris Honorio Auguſto, & Flavio Theodoſio* &c. circiter Annum Chriſti 420.

5 *Arelate, Ex Petro Saxio.*

SALVIS DD. NN
THEODOSIO ET
VALENTINIANO
P. F. V. AC TRIVM
SEMPER. AVG. X. V.
CONS. VIR. INL.
AVXILIARIS PRAE
PRAETO. GALLIA
DE ARELATE MA
MILIARIA PONIS
M. P. I

Auxiliaris Nomen fuit, ſive Agnomen Viti hujus *Præfecti Prætorio Galliarum*.

6 *Ravennæ. Miſit P. D. Petrus Paulus Ginanni Prior Benedictinus.*

REX THEODERICVS FAVENTE
DŌ. ET. BELLO. GLORIOSVS. ET
OTIO. FABRICIS. SVIS. AMOENA CON
IVNGENS. STERILI. PALVDE. SICCATA
HOS. HORTOS. SVAVI. POMORVM FOE
CVNDITATE DITAVIT

7 *Trapezunte. Ex Tourneforio. Miſit Joſeph Bimard de la Baſtie Baro Montis Seleuci V. Cl.*

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΦΛ
ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ ΑΛΑΜΑΝΙΚΟΣ ΓΟΘΙΚΟΣ ΦΡΑΝΓΙ
ΚΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΠΑΡΤΙΚΟΣ ΑΛΑΝΙΚΟΣ ΟΤΑΝ
ΔΑΛΙΚΟΣ ΑΦΡΙΚΟΣ ΕΥΣΕΒΗΣ ΕΥΤΥΧΗΣ ΕΝΔΟΞΟΣ
ΝΙΚΗΤΗΣ ΠΡΟΠΕΟΥΧΟΣ ΑΕΙ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΑΥΓΟΥΣ. ΑΝΕΝΕΩΣΕΝ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑ ΤΑ ΔΗΜΟΣ.....
ΚΤΙΣΜΑΤΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΠΟΤΑΝΚΑ ΕΠΙΜΕΛΙΑ
ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΟ.....
ΧΣ ΤΠ. Γ

Hæc ita vertit Bimardus:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei noſtri. Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus Victor, ac Triumphator ſemper colendus, Auguſtus, refecit liberaliter publica..... Civitatis Ædificia; diligentiâ & curâ Uranii Theophili.....

Scripſit Bimardus *Anticus* pro *Parthicus*, quod habet Tournefortius. Nuſquam enim legitur Juſtinianus retuliſſe victoriam de Parthis, qui etiam longe antea in Perſarum nomen, & ditionem conceſſerant. *Anticus* verò ſubſtituit: hoc enim cognomine donatur Auguſtus ille in Conſtitutionibus Digeſtorum, & Inſtitutionum. Jordanus quoque Hiſtoricus auctor eſt, ab *Antis* Sarmatiæ Populis devictis Juſtinianum appellatum fuiſſe *Anticum*. Cæterum ſupplendus hujus inſcriptionis beneficio Procopius, qui in Libro de Juſtiniani Ædificiis, nullam Trapezuntinorum mentionem habet.

1 *Ticini,*
apud Nob. V. Balthaſſarem Beccariam.
Ex Mediobarbo.

✠ D. N. ATALARICVS REX ✠
GLORIOSISSIMVS HAS
SEDIS SPECTACVLI ANNO
REGNI SVI TERTIO FIERI
FELICITER PRECEPIT ✠

Ideſt Anno Chriſti 528.

2 *Ad Parochialem Cittanovæ in Via Claudia,*
V. paſſuum millia a Mutina.

HAEC XPS FVNDAMINA POSVIT FVNDATORE
REGE FELICISSIMO LIVTPRAD PER[illegible]VM. CEB
HIC VBI INSIDIAE PRIVS PARABANTVR
FACTA EST SECVRITAS VT PAX SERVETVR
SIC VIRTVS ALTISSIMI FECIT LONCIBARD.
TEMPORE TRANQVILLO ET FLORENTISS.
OMNES VT VNANIMES [illegible]PLAE [illegible]IS PRINC

Circiter Annum Chriſti 730. poſita fuit Inſcriptio Romanis literis exarata in loco olim celebri, cujus mentio eſt in poſtremis tabulis Caroli Magni, atque in aliis veterum monumentis.

3 *Tarenti,*
in loco Caſtel Saracino.
Miſit Petrus Polidorus,
apud Em. Card. Hannibalem Albanum cauſſis audiendis Præfectus.

* ΡΩΜΑΝΩΣ ΒΑCΙΛΕVS ΡΩΜΑΙΩΝ
ΚΡΑΤΙSΤΟS ΜΕΤΑ ΔΕΔΑΜΑCΜΕΝΟVS
ΤΟVS ΑΡΟSΤΑΤΙΚΟVS ΚΑΙ ΤΟVS LΑΟVSΤΗS
ΚΑLΑΒΡΙΑS ΘΟRVΒΩΔΗS ΕΡΙ ΑVΤΟΚΡΑΤΟRΟS
ΚΟΝSΤΑΝΤΙΝΟS CIN ΤΩΝ CΑRRΑΚΕΝΩΝ
ΒΟΗΘΕΙΑ ΤΟ ΝΕΟΝ ΦΡΟVRΙΟΝ ΕΝ ΤΗ ΠΟΑΕΙ
ΤΑRΑΝΤΩ ΕΚ ΘΕΜΕLΙΩΝ ΚΕΚΑΕVΚΕ ΟΙΚΟΔΟΜΕΙΝ

Ideſt:

Romanus Rex Romanorum
Fortiſſimus Poſt Domitos
Rebelles Et Populos
Calabriæ Tumultuoſos, Imperante
Conſtantino, Cum Sarracenorum
Auxilio Novum Caſtrum In Civitate
Tarento A Fundamentis Ædificari Mandavit.

Ad Sæculum Decimum Chriſti pertinet Inſcriptio. Agatur-ne heic de *Romano* Auguſto ſeniore, an de juniore, aliis decernendum reliquo. Animadverte Literas Romanas in Græcam ſcripturam invectas.

4 *Aquilæ.*
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

C. ACVLENVS. Q. F. L.....
C. TEVDICIVS. N. F. LIB.....
IIII VIR
AQVAM. VENTINAM. EX. S. C.
CLVDENDAM. CELLASQ. FONTIS
ET VENTINAE. ET. VIRIVM
FACIENDAS. CONCAMERAND
CVRARVNT. PROBARVNT
DEDICAVERVNTQVE

Hanc etiam ad me miſit P. Alexander Berti e Congregatione Lucenſi Matris Dei, ipſam ponens *in Crotate Penne ad Aqueductus*. Idem fortaſſe voluit & Antinorius.

5 *Romæ,*
Ex Donio.

AELIVS. AVXENTIVS
V. C. DEDICAVIT

6 *In oppido Aſculi.*
Miſit Octavius Bocchius Juriſconſultus Venetus.

BALINEVM VI IGNIS CONBVSTVM
CVRANTE
P ACILIO. P. FIL. DOMORO
CVRATORE REIPVBLICAE

1 *Æsernia*,
apud Sanctimoniales Sanctæ Mariæ.
Misit P. Alexander Bertii Lucensis.

L. ABVLVS DEXTER
MACELLVM. PORTICVM. CHALCIDICVM
CVM. SVIS. ORNAMENTIS. LOCO. ET
PECVNIA. SVA

Chalcidicum genus ædificii fuit, cujus meminere Vitruvius, Dio, Festus, & alii. Turnebo visum fuit *Canaculum*. Et sane Arnobius hæc habet Lib. 4. *Scribuntur Dii vestri in trielitiis cœlestibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare*. In schedis meis hic lapis ponitur *Aiserni ad Portam Sanctæ Mariæ Sanctimonialium*. Subest in altero lapide altera hæc Inscriptio.

MACELLVM. TERRAEMOT:BVS. LAPSVM
AVIENO. IVSTINIANO RECTORE. PROVINCIAE
DISPONENTE. CASTRICIVS. VIR. PRIMARIVS
SVMPTV. PROPRIO. FIERI. CVRAVIT. CVM
SILVERIO. FILIO. ACCEPTIS. COLVMNIS
ET. TEGVLIS. A. REPVBLICA

Avienus Justinianus, uti & *Rector Provinciæ*, aliquid peregrini præferunt. Vide Classem VII. ubi *Avienus* ejusdem nomen recurrit.

4 *Carthaginæ.*
E schedis Ambrosianis.

L. AEMILIVS SENEX HERES SINE DEDVCTIONE XX.
VEL TRIBVTORVM EX CCL. LIBRIS ARGENTI FECIT.

5 *Tusculi*,
in Aquæductu,
Misit Johannes Joseph Ramagginus.

L. AENNIVS FORTVNATVS

6 *Ibidem.*

N. IVNI. FAVSTI

7 *Hispelli*,
ad Mausoleum in Via Quadrani.
E schedis Ferdinandi Abbatis Passarini.

CN. AEQVASIVS C. F. CALVS
L. AELIVS. L. F. II. VIR. I. D.
EX. D. D. VIAE. LATITVDIN.
ADIECER. SVBSTRVCTION.
ET. ERISMAS. FAC. LOC.
IN. ID. OPVS. EX. D. D. PECVN.
LVD. HS. IↃↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ
CN. AEQVASIVS. C. F. CALVS
L. AELIVS. L. F. II. VIR. I. D.
M. SVESTIDIVS. L. F.
C. ARRENVS. M. F. II. VIR. I. D.
DEDER. IDEMQ. PROB.

Erismæ Vitruviana vox, cujus interpretationem dabit Johannes Polenus Marchio V. Cl. in suis ad Vitruvium Commentariis. Arcus obnitentes vulgo creduntur. Eâ & hæc Inscriptio inter Donianas.

2 *In macelli Philippopolis.*
Misit Bimardus.

ΑΚΤΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΤ ΤΟΤΣ ΚΑΙΜΑΚ
ΤΕΡΑΣ ΚΑΤΕΣΚΕΤΑΣΕΝ ΣΤΝ ΤΟΙΣ
ΤΠΟΘΕΜΑΣΙΝ ΕΚ ΚΟΝΙΑΟΣ ΦΤΑΗ
ΑΡΤΕΜΕΙΣΙΑΔΙ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ
ΕΠΙΜΕΛΕΤΕΤΟΝΤΟΣ ΦΑΛΒΙΟΤ ΕΤΑΛΙΜΟ
ΝΟΣ ΤΟΤ ΚΑΙ ΦΑΛΒΙΑΝΟΤ

Ex versione Bimardi.

Actius Maximi Filius Gradus Ædificavit Cum
Fundamentis Ex Calce Tribui
Artemisiadi, Civitatis Sibi Datæ
Gratiâ, Curam Agente Flavio Eudæmone, Qui Et Flavianus (dicitur.)

3 *In agro Tudertino*, alli Quadrelli.
E schedis Classensibus missit
P. D. Marisangelus Fiacchi Monachus Camaldulensis.

COERARVNT
SEX. AELIVS. SEX. F. SEX. FVFIDIVS. C. F.
C. EGNATIVS. Q. F. L. COELIVS. N. F.

In schedis meis post ista additur

ERN LVNDANAE. L. N. B. S
AESIA GALLA.

8 *Celani in Sanctæ Sabinæ.*
E schedis meis.

ALFIA. P. F. QVART------
MVLIEBRE. A. SOLO------
EADEM. LAPIDE. VA------
ORNAVIT. LABRVM. AE---
FOCVLO SEDES POSV----

9 *Assisi*,
in Sancti Antonii Patrum Tertii Ordinis
Sancti Francisci.
Misit P. Philippus Camerinus Camerinensis
Presb. Oratorii.

C. ALFIO C. F. SERGIA
CLEMENTI MAXIMO IV VIR. I. D.
AEDILIQ. PECVNIARVM
PVBLICAR. Q. ALIMENTOR
PVERI ET PVELLAE QVI
EX LIBERALITATE SACRATIS
SIMI PRINCIPIS ALIMEN
ACCIPIVNT CONSENSV
PARENTVM EX AERE
CONLATO
------ C. L. D.

Supra vidimus inter Inscriptiones Imperatorias, *Pueros & Puellas* elogia dicasse Augustis. Ii *Pueri & Puellæ Alimentarii* appellabantur, quia ab ærario Principis alimenta recipiebant. Boni quippe Principes, uti Trajanus, Antoninus Pius, & M. Aurelius, quamvis Ethnicismi tenebris obvoluti, agnoscebant quantum præstaret inter opera Virtutis subsidium egenorum. Hanc in rem multa adferre possem ex Historia Romana; sed progredi juvat.

1 *Romæ,*
in Vineis Julis.
Ex Ligorio.

SIMVLACRVM. MINERBAE
ABOLENDO. INCENDIO
TVMVLTVS. CIVILIS. IGNI
TECTO. CADENTE. CONFRACTVM
ANICIVS. ACILIVS. AGINATIVS
FAVSTVS. V. C. ET. INL. PRAE. VRBI
VIC. SAC. IVD. IN MELIVS
INTEGRO. PROVISO PRO
BEATITVDINE TEMPORIS. RESTITVIT

Mutilam dederat Gruterus pag. 1067. num. 5. Anno Christi 425. sub Valentiniano III. Augusto Præfecturâ Urbanâ functus fuit *Faustus*, uti constat ex Codice Theodosiano.

4 *In Valle Dianæ, Caputaquensis Diœcesis.*
loco la Civita.
Ex eodem.

ANSIA. T. ARVI. L
RVFA. EX. D. D. CIRC
LVCVM. MACER
ET. MVRVM. ET. IANV
D. S. P. F. C.

Hæc *circa Lucum*, alicui Deo sacrum, *Macerium*, *Murum*, *& Januam de suâ pecuniâ facienda curavit*. Atque hinc liquet, *Macerium*, sive *Macerum* non idem fuisse cum *Muro*. Illa quippe ex lapidibus sine calce, aut ex lapidibus non coctis; ille verò ex lapidibus coctis & calce constabat. Hæc per conjecturam.

5 *Coræ,*
fragmentum.
Ex Ligorio.

.....NAE. SERVEIS. CONTVL. H-S
..... ∞ ∞ ∞ V.....
.....VS. SELEIVI. P. S. LEIBER. COER
.....AVIT. TIMOTHEVS. POPILLI. L. M. S.
.....ANTI. POP. S. LEIBER COER
.....TERRO FVRI. L. S. RAFVRI. L. P. C. S
ANTIOCHVS. VTILI. CN. S. LEIBER. COER

7 *Romæ,*
in Aquæductu,
apud Principem Burghesium.
Misit P. Joseph Blanchinius.

APPI. ANNI. MARSI
VOLVSI. SATVRNINI

8 *Thermis in Sicilia.*
Ex Gualterio.

AQVAE
CORNELIAE
DVCTVS
P. XX.

2 *Coræ*
fragmentum.
Ex Ligorio.

ANICIVS ANNIVS
PAVLINVS. V. C.
PRAEFECTVS VRBI
REPARAVIT

Anno Christi 380. sub Gratiano, & Valentiniano juniore Augustis Præfectus Urbi occurrit *Paulinus* in Codice Theodosiano.

3 *Romæ,*
juxta Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.

AD STATVAM TVLERVNT
NOMINA. SVNT
ANNIVS. MAXIMVS
SICCONIVS. VERANVS
HERENNIVS. POTENS
IVLIVS. SILVINVS
SIRONIVS. QVINTVS
TITVS. MAXIMIANVS
AVRELIVS. D....SS....VS
AELIVS. DARDANVS
FLAVIVS. VINDEX

Hoc est, qui pecuniam contulere ad fabricandam Statuam, aut Principi, aut illustri alicui viro dicatam, quæ superimposita erat.

6 *Vasione.*
Ex Donio.

L. APONIVS
CHRYSOMAL
LVS
OB. GRADVM. PER
SICVM
DEDICAVIT

9 *Zagaroli,*
in Beatæ Mariæ Annunciatæ.
E schedis Fratris Jucundi missis Gorio.

C. ARVNCEIVS COTTA COLONIS INCOLIS
OSPITIVM ADVENTORIVM SERVISQVE EORVM
LAVATIONEM EX SVA PECVNIA GRATVITAM
IN PERPETVVM DEDIT

Sed quibus Colonis & Incolis beneficium hoc præbueris Cotta ille, non agnoscimus.

10 *Romæ,*
in ædibus Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis.

RESTITVIT
APOLLONI
VS. PAL

1 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Episcopo V. Cl.

S. S. . . . . .
PECVNIA. REFECERE. ET
INAVRATA. IN. FASTIGIO V.
ET. SIGNA. DVO. DEDERVNT
. . . . . NIO. P. L. PRINCIPE
POTITIOR. SEX. L. ARGENTILLO
MAG. VIC

3 *Regii Lepidi,*
in lamina ænea.
E schedis Farnesii.

. . . . . .
. . . . . QVARTA H-S. CCLXIIS ⊏
. . . . . I. H-S. V. CCCCLIIIIS ⊏
. . . . . IONI CONDVCTORI
. . . . . NEREAE. ATILL CINNAMI
STRVCTVRAM BASIS
. . . . . SVMMA OMNIS
XXI:: ⊏

5 *Vicentiæ,*
ex editis a March. Maffejo.

SEX. ATILIVS. M. F. SARANVS. PROCOS.
EX. SENATI. CONSVLTO
INTER. ATESTINOS. ET. VEICENTINOS
FINIS. TERMINOSQVE. STATVI. IVSIT

Quamquam Gruterus hanc ipsam attulerit pag. 158. num. 6. placuit tamen iterum proferre accuratius exscriptam ex marmore a Cl. Maffejo.

7 *Anxani in Frentanis.*
Misit Petrus Polidorus.

Q. AVRELIVS MITRANIVS. C. F. P. N
PORTICVM RESTITVIT. GRADVS FEC.

2 *Veronæ.*
Ex Cl. V. Marchione Maffejo.

. . . . . .
. . . . . LVCIL. IVSTINVS
EQVO PVBLICO
HONORIB. OMNIB
IN MVNICIPIO. FVNCTVS
IDEM. IN. PORTICV. QVAE
DVCIT. AT. LVDVM. PVBLICVM
COLVMN. IIII. CVM. SVPERF[I]C
IE. STRATVRA. PICTVRA
VOLENTE. POPVLO. DEDIT

a tergo:
Ω P A
K A I
T T K H

Ideſt *Opportunitas & Fortuna*. Adagium eſt. Vide Gruterum pag. 1050. num. 6. Dederat hanc lapidem Panvinius. Dedit & Remeſius ex illo Claſſ. II. num. 87. Legebat Panvinius LVCIL. IVSTINVS, quod retinui. In reliquis accuratiorem puto Maffeji lectionem. Repetitum infra videas prælaudatum Adagium in Lapide Caſinate.

4 *In Insula Sancti Antiochi*
apud Sardiniam.
Misit Joseph Dani, Jurisconſ. Taurinenſis.

C. ASINIVS
TVCVRIANVS
. . . . PROCONS
PLATEAM QVAE STRATA
NON ERAT STRAVIT

6 *Varcisini in agro Tudertino apud Stephanuccios.*
Misit P. D. Marianglelus Fiacchi Monach. Camaldul.

. . . . . .
. . . . . IMMVN . . . . . .
. . . . . ATINVS ⊕ ADIECTA ⊕ PECVNIA
. . . . . INAE FECIT ITEMQVE EXORNAVIT
. . . . . RIONVM CVIVS OB DEDICATIONEM
. . . . . AMPLIVS SINGVLIS DECVRIONIBVS
. . . . . TIOS DVODENOS AVGVSTALIBVS
. . . . . LO. VIRILIS SEXSVS SESTERTIOS
. . . . OS NVMMOS DEDIT INTRA PORT. II . . .

8 *Athenis.*
E schedis Cyriaci.
Misit Abbas Compagnonius.

Δ Α Ρ Υ Π Α Ρ Α Σ Ι Ο Σ Ε Υ Τ Υ Λ Ι Δ Ο Υ Φ Α Λ Α Σ Ι Ο Σ Α Ν Ε Θ Η Κ Ε Α Π Ο Τ Ο Ν
Σ Τ Ρ Α Τ Η Γ Ο Υ. Π. Α Ι Α. Α Α Κ Ι Δ Α Μ Ο Υ Χ Ο Λ Ε Ι Δ Ο Υ Κ Η Ρ Υ Κ Ο Σ Α Τ
Β Ο Τ Α Η Σ Α Ι Δ Ι Ο Υ Χ Ρ Υ Σ Ο Υ Σ Φ Η Τ Τ Ι Ο Υ

Ideſt:

Aurelius Paraſius Eutylidis filius Phliaſius dicavit,
Prætore, ſeu Duce exercitus P. Ælio Alcidamo Colilo, Præcone
Senatus Ælio Chryſo Sfettio.

Phliaſius, ideſt ex *Phliunte* oppido Sicyoniæ, aut Peloponneſi.

1 *Romæ, in tubo plumbeo,*
in Collegio Germanico Sancti Apollinaris.
Misit Joseph Blanchinius Presbyter Oratorii.

AVR. TELESFORI. ET. AELIA. LVCILLA
VTRISQVE FECER.

V. Cl. Rodulfinus Venuti Auditor Eminentiſs. Cardinalis Alexandri Albani in hoc eodem tubo (Aquæductus indicio) legebat VTRIVSQVE.

3 *Nicææ,*
in vinea Nobilium de Gubernatis.
Ex Joffredo.

M. AVRELIO. MASCVLO
V . E
OB EXIMIAM PRAESIDATVS
EIVS INTEGRITATEM. ET
EGREGIAM. AD. OMNES. HOMINES
MANSVETVDINEM. ET. VRGENTIS
ANNONAE. SINCERAM. PRAEBITIONEM
AC. MVNIFICENTIAM. ET. QVOD. AQVAE
VSVM. VETVSTATE. LAPSVM REQVI
SITVM. AC. REPERTVM. SAECVLI
FELICITATE. CVRSVI. PRISTINO
REDDIDERIT
COLLEG. III
QVIB. EX. SCC. P. EST
PATRONO DIGNISS.

Poſtrema verba ita ſunt explicanda: *Collegia tria; quibus ex* (S. C. C.) *Senatus Conſulto congregari permiſſum eſt*. Non femel ſub Romana Republica, aut ſub Imperatoribus, fluctuantibus Civium, aut Populorum animis, interdictum fuit Collegiis in unum coire. Sed ſubinde ex indulgentia Principum nonnullis licuit. Nolo chartam ſaturare veterum teſtimoniis.

2 *Romæ apud Urſinos.*
Ex Comite Malvaſia.

----------SPRENAS.
----------AXIVS. NASO. TR. PL
----------CILIVS. CORNVTVS
----------TIVS. CATVLVS
----------NIVS. STOLO
CVRATORES LOCORVM PVBLICORVM
DICANDORVM EX. S. C. EX PRIVATO
IN PVBLICVM RESTITVERVNT

4 *Drepani in Sicilia,*
in Sancti Rocchi,
Inſcriptio literis Arabicis.
Miſit Antonius Pantò Juriſconſ. Panormitanus.

Arabica ita ſonant.

BEAMANET MARSAALI GHANASA VASILDVAR
UBNIAT VENALATRO KALECHO . . . SELLAM
SELLIMAH.

Pantò ita vertit:

Pro communitate Portus eminentis decertavit
Baſilduar, & ædificavit, conſtituitque eum in
fractione naviun . . . . in pace perfecta.

Quo tempore Saraceni rerum potiebantur in Sicilia, hoc eſt Sæculo Chriſti Nono, Decimo, & Undecimo, poſitum fuit hoc Monumentum.

5 *Ad Monaſterium* de Taloire *in Sabaudia.*
E Gaichenonio.

HOROLOGIVM CVM SVO AEDIFICIO ET
SIGNIS OMNIBVS ♑ ET ♑ ♑ CLATRIS
C. BLAESIVS FIL. VOLTIMIA GRATVS EX H-S. N....
ET EOAM FILIVS AD ID HOROLOGIVM ADMINI
STRANDVM SERVM HS. N. IIII. D. S. R. D.

Guichenonius ex iis fuit, qui in exſcribendis veterum monumentis nullam diligentiam omittem habent. Scribe C. BLAESIVS C. FIL. VOLTINIA, ſcilicet Tribu. *Eoam* & *Serum* corruptæ voces. Denique reſtitue D. S. P. D. ideſt *de ſua pecunia dedit*. Atque heic Eruditorum attentione dignum eſt hoc *Horologium*. Solare minime fuit, quum foret *adminiſtrandum*. Campanarium, quale nunc eſt in uſu, veteres ignoraſſe creduntur. Ergo aut ad pulverem, aut ad aquæ curſum adminiſtratum videtur a *Servo*.

6 *Bononiæ,*
in Sigillo æneo.
Ex Achille Bocchio.

ΒΟΤΠΑΛΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ
ΑΓΑΛΜΑ ΕΡΓΑΣΟΜΕΝΟΣ
ΤΥΧΗΣ ΠΡΩΤΟΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ideſt:

Bupalus Smyrnæus
Fortunæ ſtatuam
primùm effecit.

Ibi viſuntur duæ figuræ Fortunam præferentes.

7 *Romæ,*
ante oſtium domus Alexandri Creſcentii.
Ex Donio.

OPVS BRYAXIDIS.

8 *Florentiæ in Muſeo Medicæo*
fragmentum ex Africa adductum.
E Falconerio.

. . . . IANAM BASILICAM
. . . TROILVS CAECILIANVS CVR. R. P. FECIT.

Ideſt *Curator Rei publicæ*. Heic mentio eſt *Trajanæ Baſilicæ*.

1 *in Monte Venda, agri Patavini. Ex Urſato.*

L. CAECILIVS. Q. F. PR
OCON TERMINOS
INISQVE. EX. SENATI
CONSVLTO. STATVE. IVSIT
INTER. ATESTINOS
PATAVINOSQVE

3 *Callipoli. Miſit Bimardus.*

L. CALEA. L. F.
ARN. RVFVS PP
O SAC PED. ω ω
D. S. P. F. C

Divinando heic interpretari liceat: *Pontifex Perpetuus Ordinis Sacerdotum Pedes Bis Mille* (ſupple Mutorum, aut Vias alicujus) *De Suâ Pecunia Faciundos Curavit.*

6 *In ruinis antiqui Tuſculi. Ex Donio.*

CN. CANINIVS. AMIRO
ET. P. AELIVS. FELIX
AEDILES
MENSVRA. ET. PON
DERA. INIQ.
IVSSERVNT

Ideſt: *Menſuras & Pondera iniqua tollenda juſſerunt.* Ad munus Ædilium inquiſitio illa ſpectabat.

8 *Neapoli, in aquæductu plumbeo. Ex Johanne Vignolio.*

C. CASSI CAMILI (*ſic*)

9 *Anxani in Frentanis, in Aquæductu. Miſit Petrus Polidorus V. Cl.*

Q. CASSIVS LONGINVS SVA PEC. F.

10 *Nemauſi, ſub ſtatua. E Graſſero.*

CINTIAE HONORAT.
FIDELIS TABVLA

11 *Cividati in Valle Camonica agri Brixiani. Ex Cl. Marchione Maffejo.*

C. CLAVDIVS
SASSI. F. QVIR.
SACERDOS AVG
D. P. S. RESP. TRIBVNAL
FECIT ET COLVMNAM
MVTAVIT

2 *Aquilæ, in turri. Miſit Antonius Aminorius.*

L. CAESIENVS ..... RAN .....
QVAEST. PRAEF. I. D. C. .....
L. CAESIENVS. FIRM. .....
L. PRON. QVAEST. QVINQ. .....
TRIS. MILIT. FLAM. AVG. Q .....
.... NEVM. D. S. P. FEC

Fortaſſe *Balineum* ſive *Balneum* heic ad uſum publicum dicitur fabricatum.

4 *Reatæ, in fiſtula aquæductuum Fontis Neminii. Miſit Antonius Aminorius.*

A. REA. TIN. CALLIMORPHVS
F.

Fortaſſis: AREA.

5 *Veronæ, juxta Hoſpitium Capelli. E ſchedis Farneſii, & Comite Malvaſiâ.*

CAMVRII TACVNVS ET HERMES LIB. VI. VIR
AVG. SIGNA BACCHI CVM SIGNIS II. HERCVLE
ET AMPHALE COLLEG. DENDROPHOR. D. D.

Omphale ſcribendum eſt.

7 *Comi, fragmentum. E ſchedis Benedicti Jovii miſit Philippus Argelatus Cæſaris a Secretis.*

.....
ORNAMENTVM
ET. ROSA. PONERETVR
RELIQ. INTER. SE
SPORTVLAS
DIVIDERENT
IN. CVIVS. TVTEL.
DEDERVNT
CANINIVS. VIATOR
ET CANIN. EVPREPES
HS . ∞

12 *Corfinii, ſupra januam Sancti Johannis. E ſchedis meis.*

RESPVBLICA
POPVLVSQVE CORFINI
ENSIS. FORMAM. AQVAE
DVCTVS. VETVSTATE
CORRVPTAM. D. D. REFECIT

1 *Ad Lacum Vulſinium, in Amphitheatro. Miſit P. Johannes Proſper a Sancto Hubaldo, e Congregatione Scholarum Piarum.*

L. COMINIVS L. F. A. N.
C. CANVLEIVS. L. F.
T. TVLLIVS. T. F. KANVS
L. HIRRIVS. L. F. LATINVS
IIII. VIR
THEATRVM. ET PROSCAENIVM
SVA PECVNIA FACIVNDVM
COERAVERVNT

4 *In Vico Scafati ditionis Neapolitanæ. E ſchedis meis.*

.....CVSPIVS. T. F. M. LOREIVS M. F.
IIII. VIR. L. SEPTVMIVS L. F.
D. CLAVDIVS D. F. IIII. VIR. EX
PEQVNIA PVBLICA D. D.
S. F. CVRAVERVNT

Primum IIII. VIR. ſuperfluere videtur.

6 *Aſſiſii, in muro ciſternæ apud Vignatos. Miſit P. Philippus Camerinius.*

P. DECIMIVS. P. L. EROS
MERVLA. VI. VIR
VIAM A CISTERNA
AD. DOMVM. L. MVTI
STRAVIT. EA. PECVNIA

Sua ſcribendum puto.

7 *Termis in Sicilia. Ex Gualterio.*

Q. DICYMIVS. Q. F
II. VIR
PORTICVS. DE. S

2 *Carthagenæ in Hiſpania. E ſchedis Farneſiis.*

CN. CORNELIVS
L. F. GAL. CINNA
II VIR
MVRVM LONGITV. P. CII
EX. D. D. F. C. I. Q. P.

Ideſt: *Ex decreto Decurionum faciendum curavit, idemque probavit.*

3 *Brixiæ, ad Sanctæ Mariæ de Pace. Ex Vinaccefio.*

Q. CORNEL.....
IIII. VIR. I. D. Q.....II. V.....
IN BALINEVM FAC.

5 *Thermis in Sicilia. E Gualterio.*

Q. DICIMIVS. Q. F
II VIR
PORTICVS. DE. S.....

Ideſt, *Porticus de ſua Pecunia fecit.* Pro *Dicimius* veri ſimile eſt, DECIMIVS in marmore legi.

8 *Saponariæ, in Regno Neapolitano. Miſit V. Cl. P. Sebaſtianus Pauli, quam ita ſupplendam reor.*

BALNEA
EX DISCIPLINA *Augurum*
L. DOMITI. AVreliani *In*
VICTI. AVG. POſt *Longam*
SERIEM. ANNorum *Reſti*
TVIT
Q. AEMILIVS. VICTor
SAXONIANVS

De Aureliano Auguſto ſcribit Vopiſcus: *Sacerdotia compoſuit: Templum Solis fundavit, & Pontifices roboravit* Par eſt credere, inanem quoque Augurum diſciplinam ab eo fuiſſe reſtauratam.

8 *Volcei in Lucania, ſupra Pontem antiquum. Miſit V. Nob. Franciſcus Valletta J. C. Neapolit.*

C. DEXIVS. C. F. P. VELLIVS. P. F. M. ACCIVS M. F. IIII VIRI IVR. DIC.
EX S. C. EX PECVNIA PVBLICA ET CONLATITIA QVAM MVNICI
PES ET INCOLAE
SVA VOLVNTATE CONTVLERVNT FACIVNDAM CVRARVNT EI
DEMQVE
PROBARVNT

1 *Regii in Calabris.*
E Gualterio.

T. EBERVENVS. T. F. SABINVS. III. VIR. AED.
POT. II. TESTAMENTO. LEGAVIT MVNICIPI
BVS REGINIS. IVL. IN. PRYTANAEO. STATVAM
AEREAM. MERCVRI. TRVLLAM. ARGENTEAM
ANAGLYPTAM. P. H-S. L. LARES ARGENTEOS
SEPTEM. P. H-S. C. PELBEM. AEREAM CORINTHE
PVGILLARES. MEMBRANACIOS. OPERCV
LIS. EBOREIS. PYXIDEM. EBOREAM. TABV
LAS. PICTAS. XVIII
HEREDES EIVS
PONENDA CVRA
VERVNT

2 *Parmæ.*
E Bonaventura Angelo, & schedis Farnesist.
Hunc lapidem ita suppleri posse censeo.

NuMINI AVGVST
In EgNATIVS APSYRTVS
IIIIII VIR. ET AVGVSTAL
Is. ViaM. LAPIDE TVRBINAT
E. a FORO AD PORT
An RAV. ET *in* CREPiDINE
.... CASTELLA POSVIT PORT
An mARMORIBVS STATuit
.... IVLEIS ET SALIENTIBus
OrNAVIT. D. P. S.

Ideſt: *de Pecunia ſua.* Ut alibi monui, *Salientes* ſunt aquæ per tubulos emiſſæ. Ceterum ſchedæ Farneſii hic habent pro MINI AIG. C. MINIVS AVGVSTALIS..... Inter Donianas retulit Gorius.

3 *Cajetæ.*
Ex Ligorio.

ΕΡΜΗΣ
ΔΙΟΔΟΤΟΣ
ΒΟΗΘΟΤ
ΕΠΟΙ

Ideſt:
Mercurius, (ſive *Hermes*)
Diodotus
Boëthi (*Filius*)
Fecit.

Dubius ſum, fuerit-ne ſub ſtatua quapiam ſcriptum *Mercurii* nomen, itidemque Artificis, an potius unus Artifex hæc deſignetur.

4 *Mevaniæ.*
Miſit Dionyſius Sancaſſanius Medicus.

M. ESTIVS. CN. L. T. BAL.....
OPTATVS FAVS.....
.....I. EGNATIVS. C. L. C. AVFI.....
..... LIX AERO.....
..... ANVS. CN. L. C. BAEBIVS.....
..... BVS NOTHVS.....
VAL. VIAM. A PORTICV. AD. M.....

Ab eruditis Mevanatibus edoceri vellem, quomodo *Valeria Via* (ſi illius hic mentio eſt) per eorum fines duceretur. Sed fortaſſe Mevaniam aliunde advectus fuerit lapis.

5 *In Monte Caſino.*
Ex Donio.

FABIA. PHILEMAI
BALONIA. PHILEMAI
GRAECINIA. MYRINNA
.....GRADVS ET
EPIMEDIA. S. P. F.

In averſa parte.

Ω P A
K A I
T T X H

Ideſt, *Opportunitas & Fortuna*, uti ſupra in Lapide Veronenſi.

1 *Mantuæ,*
in Sancti Andreæ.
E schedis Farnesiis, & Jacobi Valerii.

D. M.
M. FABIO. C. F. SAB. PRAESENTI
SACERDOT. CAENIENS. EQVO
PVBLICO. IVDICI. EX. V. DECVR
AVG. IIVIR. I. D. HIC. R. P. SVAE
HS. CCCC. LEG. ET. AD. SCHOL
EXORNANDAM. H-S. C. Q. L.

Schedæ Valerii habent CAENINENS. & quidem rectius; nam tres alias Inscriptiones adfert Gruterus, in quibus *Sacerdotum Caninensium* mentio habetur. At quinam sunt *Caninenses Sacerdotes?* Ita appellatos reor a *Cenina*, Latii, sive Sabinorum oppido, cujus meminere Livius, Ovidius, Propertius, Plutarchus, & alii. Ibi, ut opinor, in honore fuit Templum aliquod, cujus Sacerdotes appellati *Caninenses*.

2 *Tusculi,*
in aquæductu.
Ex Dominico Matthæjo.

FELIX. AR. IMP
SER. GALBA. V. C

3 *Pisauri in summitate Pontis.*
Ex Equite Oliverio.

C. FLAMINIVS
SVA PECVNIA

4 *Athenis,*
ad Portam Arcis.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

Φ Λ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΣ
ΦΛΑΜ. ΚΑΙ ΑΠΟ ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΟΤΣ ΠΥΛΩΝΑΣ
ΤΗ ΠΟΛΕΙ

Ideſt:
Flavius Septimius Marcellinus
Flamen, & unus ex Agonothetis,
ære proprio Portas Urbi (ſubaudi *ædificavit.*)

5 *Florentiæ,*
in Muſeo Riccardio.
Ex Gorio.

SVB
SCRIBA
FONTEIO
EVTYCHO

6 *Allifani, pro foribus Sancti Petri.*
E ſchedis Ambroſianis.

Q. FVFIVS. Q. F. BAL IIII. VIR. Q.
C. ANTRACIVS. C. F
DE. S. S. BALNEVM REF. CVR.
C. ANTRACIVS. C. F. PROBAVIT

Legitur inter Donianas, ibique pro FVFIVS eſt FVSIVS. Singularia ita explicanda: *Quatuorviri Quinquennales*: & *De ſuo ſumptu*.

7 *Romæ,*
in Sancti Clementis.
Ex Donio.

GABINIVS VETTIVS
PROBIANVS
PVBLIVS STRAVIT

8 *Celani,*
in Sancti Benedicti.
E ſchedis Ambroſianis.

Q. FRESGIDIVS. Q. F.....
GALLVS
MACELLVM. ET AR.....
IN. PERPETVOM. O.....
MVNICIPIO. DE.....

9 *Ad Liſſon Urbem Dalmatiæ.*
E ſchedis meis & Cyriaci.

L. GAVIAR.....NN. AVG
II. VIR. QVINQ. DEC.
DECR. MVR. REF.
IDEMQ. PROB. CO.....

In ſchedis Cyriaci legitur DEC. DECVR. quod idem eſt atque DEC. DECR. *Decurionum decreto*. Ibi in fine CORQ.

10 *Milacæ,*
in Hiſpania:
E ſchedis Farneſiis, & P. Cattanei.

L. GRANIVS SILO LACVM IMPENSA
SVA FACTVM DEDIT DONAVIT

11 *In oppido Vicovari.*
Mſit P. D. Didacus de Revillas Abb. Hieronymianus V. Cl.

M. HELVIVS. M. F. CAM. RVFVS
CIVICA. PRIM. PIL.
BALNEVM
MVNICIPIBVS ET INCOLIS
DEDIT

12 *Extra Nepete, in Sancti Heliæ.*
Ex Ligorio.

Q. HATERIO -
QVOD. L. PROTACIVS. MAX. - - - - - - - - - - -
QVAM. IS. DE. SVA. PEQV- - - - - - - - - - - - -
VTI. EA. PORTICVS. PRIMO V- - - - - - - - - - - -
QVIS. ALIVS. EAM PORTIO- - - - - - - - - - -
VTI. QVI. CONDVXISSET. AR- - - - - - - - - -
EIVS. EAM PORTICVM. ATQVE - - - - - - - -
NVNDINANDI. GRATIA COSISTEN- - - - - -
TIBVS. EIVS. PORTICVS. ESSET- - - - - - - -
P. AEMILIVS. M. F STE. C. CVSONIVS - - - - - -
A. CAMILLIVS. A. F. STE ARAFVS. L. CVSO- - -
SEX. VOLTINIVS. SEX. F. STE TVCCIANVS. - -
C. CASSIVS. C. F. STE. SEDOSVS. Q. ATV - - - - -
MAXIMVS PANCHARIVS. T. F. - - - - - - - - - - -

Habes hanc ipſam apud Fabrettum pag. 640. ſed in pluribus quam heic deficientem.

1 *Ferentini.*
Ex Boldetto.

A. HIRTIVS. A. F. M. LOLLIVS C. F. FVNDAMENTA
MVROSQ. A SOLO FACIENDA CVRAVERE EIDEMQ.
IN TERRAM FVNDAMENTVM E. S. PEDES ALTVM
XXXIII. IN TERRAM AD IDEM EXEMPLVM QVO
SVPRA TERRAM

2 *Signiæ,*
apud Franciſcum Cantorem.
Ex Ligorio.

P. HORDEONIVS PAGALLVS. HERCVLEI. M
CAECILIVS. M. F. RVFVS. C. CLAVDIVS
C. F. PRISCVS. IIII. VIR. I. D. S. C.
AVGVRES. AEDEM. REFICIENDAM
SIGNVM. TRANSFERENDVM. BASIM
PONENDAM. CVRAVER. P. P.

In Prima linea lego: P. HORDEONIVS P. F. GALLVS. HERCVLEI. *Munus.* In fine *Propria Pecunia*, non verò publicâ.

3 *Cremonæ,*
juxta Sancti Auguſtini.
E ſchedis Alexandri Marchionis Capponii.

IMPRAESENTIVS. Q. F.
P. HELVECIVS. P. CAED
OB. HONOREM. IN. VIAM
HS

Deſcriptoris incuriâ quid ſibi velit hic lapis, in obſcuro eſt. At rectius hunc e ſchedis Cyriaci deſcripſit Abbas Pompejus Compagnonius:

Pro GENI reſtituendum videtur CENT. aut GEM. In Foro quippe Vinario, uti animadvertit in Diſſertatione XVI. Antiquitatum Italicarum medii ævi, *Argentarii*, & *Vinarii* potiſſimùm verſabantur, ac officinas ſuas habebant.

5 *In incerto loco.*
Ex Donio.

Q. AZONIO
Q. F. FAB. FELI
CI. DEXTRO
C. V
AED. CVRVLI
DESIGNATO
COLLEGIVM
FABRVM
TIGNVARIOR
PATRONO

1 *Sarzanæ, in ædibus Griffiorum. E schedis meis.*

NOMINA. COLLEGI. FABRVM. ILIC

PATRONI	DECVRIONES
NVNNIVS MONTANVS	A. OCTAVIVS FAVSTVS. TI
VALERIVS PROCVLVS	L. ANNIVS FAVSTVS
VALERIVS PROCVLVS FIL.	M. VIPSANIVS POLYBIVS TI
FABRICIVS FESTVS	M. LIVIVS APTVS M
TERENTIVS GENIALIS	P. AQVILLIVS SOTERICHVS. SE
POMPEIVS FESTVS	Q
FISIDIVS PROCVLVS	SEX
CLAVDIVS FELIX	P
LABERIVS LVPVS	T. FLAVIVS PROCVLVS. C.
CASSIVS FESTVS	Q.ALBATIVS CORINTHVS HARVSPEX.T.C.
VOLVMNIVS TACITVS	Q. ALBATIVS VERNA SCRIBA. M.
CLAVDIVS SYMPHOR	L. TETTIVS GLYCON MEDICVS. C. IVL.
AQVILIVS EGLECTVS	L. TETTIVS APOLLONIVS MEDICVS. C.C.
NVMISIVS CORNILIANVS	C. IVLIVS ITALICVS. S. P.
NVMISI. S.TACITVS PATER COLLEGI BISELLEARIVS	C. IVLIVS MATHO. S

Altera Tabula ibidem.

VETTIVS DONATV	S
TETTIVS LVCINV	S
FORTVNATVS AV	G
POMPEIVS AFRICANV	S
AQVILIVS IANVARIV	S
FVLVIVS HERMERO	S
AQVILIVS EVCHARISTV	S
LIVIVS HELIODORV	S
FLAVIVS APRILI	S
VETTIVS PROFVTVRV	S
OCTAVIVS MNESTAEV	S
OCTAVIVS SVCCESSV	S
RVTILIVS PROCVLV	S
LICINIVS TACITV	S
TETTIVS GEMELLV	S
PEDANIVS LIBERALI	S
IVLIVS MAXIMV	S
TETTIVS TETTIANV	S
VALERIVS PROBV	S
HERENNIVS DEMETRIV	S

OCTAVIVS LVKANVS
FALTONIVS AFRICANVS
MARCIVS ACHILLA
AQVILIVS IANVARIVS
IVLIVS SALVILLVS
VALERIVS VELOX
LEPIDVS FORTIS
PAIEDIVS THREPTVS

IMMVN.

HERENNIVS. DEMETRIVS IVN.
FLAVIVS IVSTVS

MAT

LEPIDA. IVLIA. TITINIA. CRISPIN.
NVMITORIA FELICITAS
FILIAE. IVLIA. PROBIT. FL. ATHENAIS
TETTIVS GAEMINVS
BOIAELLIVS ♆ EIODOTVS
L. POPILIVS GANDIDVS
ANNIVS ♆ SVCCESSVS
TERENTIVS PROCVLVS
AVRELIVS GLYCERIVS
BISELL. DENDROPHOR. D. ♆ D

Sarzanæ ipsemet sub oculis habui, & exscripsi geminas hasce Tabulas, in quibus memoratur *Collegium Fabrûm Ilicitanorum*, aut *Ilicensium*. Sed quinam hic locus? In mediterraneis Contestanorum in Hispania oppidum olim fuit a Plinio *Ilici*, a Mela *Ilice* appellatum, nunc *Elche*. Portus quoque *Ilicitanus* a Ptolemæo commemoratur. Sed quei Sarzanæ in Liguria hic lapis? Conjecturæ meæ veniam posco. Quod oppidum in *Sinu Spodio* nunc dicitur *Lerice*, paucis a Sarzana passuum millibus distans, is fuisse mihi creditur apud veteres *Ilax*, & Portus *Ilicensis*. Equidem novi, a Baudrando laudari Ptolemæum & Antoninum, quasi locum illum veteres appellarint *Ericis Portum*. Holstenius quoque pro eâdem sententiâ pugnavit. Sed eos, ut opinor, heic sua eruditio defecit, & adhuc diligentius in eam rem foret inquirendum. Qui Topographiam eorum Locorum calleat, quæstioni diu imendæ supra ceteros idoneus erit. Cluverium & Cellarium Locus iste fugit. In Part. II. Antiquitatum Estensium animadverti, Anno 1461. Borsium Estensem Mutinæ Ducem emisse Castrum & Oppidum *Illicis*, situm *in agro Jovensi, seu Lunensi, cum Fortalitio, Arce, & Portu*. En ad ea usque tempora nomen Loci servatum. Ceterum in hisce Tabulis primo recensentur *Patroni* Collegii. Tum *Decuriones*. Apud Fabrettum pag. 73. in Mediolanensi Inscriptione habemus *Decuriones Decuriæ V. ex Centuria IV. Collegii Fabrûm & Centonariorum*. Ergo Collegia in *Decurias* & *Centurias* dividebantur. Quod etiam constat ex altero lapide apud ipsum Fabrettum pag. 448. & ex Gruteriano XII. num. 7. In altera Tabula recensentur *Immunes*. Adduntur etiam *Matronæ*. Sed quod præcipue heic animadvertas velim, doctissimus Chimentellus Anno Christi 1666. integrum Librum edidit *de Honore Bisellii*, Sellâ nempe honorificâ, in Pisano marmore memoratâ. Multum ille exspatiatur, inquirens, cui *Bisellium* traderetur, atque in eam tandem sententiam inclinavit, *Bisellium* præstantiori inter *Seviros Augustales* fuisse traditum honoris causâ. Fabrettus quoque supra laudatus pag. 227. Chimentellio adhæret in tribuendo Seviris Augustalibus *Bisellio*, sed ita ut honorem *Bisellii* ab honore *Augustalitatis* diversum arbitretur. At nunc a geminis hisce Tabulis ediscimus, non ab *Augustalibus* dumtaxat, sed & a *Collegiis Fabrûm*, atque *Dendrophorûm* usurpatum fuisse Subsellium, quod *Bisellium*, quasi duplex Sella, appellabatur. Habemus heic *Bisellarium Fabrorum* in prima Tabula; habemus & in secunda *Bisellarium Dendrophororum*. His adde subsequentem Inscriptionem, quæ nobis exhibere videtur *Decurionem Libertorum*, & certe prodit *Honorem Bisellii & Augustalitatis*.

1 *In Civitate Potentiæ.*
Misit Ignatius Maria Como Neapolita.

NVS. DEC. LIB. DIGNVS
NOREM BISELLI. ET. AVG
DICAM. MORE. DEDIT. SINGVL
AVG. H.S. XII. POPVLO

COLLEGIUM FULLONUM.

3 *Falariæ, nunc* Falerone.
Misit P. Philippus Camerinius
Presbyter Oratorii Camertis.

D. M
T. SILLIO. T. LIB.
PRISCO
MAG. COLLEG
FABR. ET. Q.
MAG. ET. Q. SODAL.
FVLLONVM
CLAVDIAE LIB.
VXORI EIVS MATRI
SODALI. C. FVLLON
T. SILLIVS KARVS ET
TI. CLAVDIVS PHI
LIPPVS MAG. ET
Q. COLLEG. FABR
FILI PARENTIB
PIISSIMIS

COLLEGIUM HERCULANIUM.

6 *Tiburi,*
in Sanctæ Margaritæ.
Ex Ligorio.

IVNIAE. SPECTATAE. C. F.
ALLECTAE. AB. ORDINE. SAC
IN COLLEG. AB. HERCVL
ANIO. R. S. P. Q. TIB.
L. D. S. C.

Dicitur heic *Junia Spectata Clarissima Femina* allecta in Collegium *ab Herculanio ab Ordine Sacerdotum*. Apud Gruterum habemus Collegium *Isidis, Silvani* &c. Ita exstitisse videtur Collegium quoque *Herculanium*. Obscuramen est ejusmodi vox, uti & R. subsequens. Reliquas enim siglas legimus: *Senatus, Populusque Tiburs; Locus datus Senatus Consulto.*

COLLEGIUM FAMILIÆ JUNIORIS JULIANÆ.

2 *Romæ,*
Ex Malvasia, & ex Donio.

IVLIAE EVTYCHIAE
C. IVLIVS FORTVNATVS
CONIVGI. CARISSIMAE
FECIT SIBI ET SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
MONVMENTO ADSIGNATO EX DECRETO
MAGISTRI. Q. Q. COLLEGI FAMILIAE
IVNIORIS IVLIANAE
HOC. MON. HER
ED. EXTER. NON SEQVET
H. M. D. M. A

Collegium Familiæ Junioris Julianæ constitutum fuisse videtur ex Libertis inservientibus domui Julii Cæsaris Imperatoris. Indicatur autem nomine *Familiæ Junioris* fuisse alterum quoque Collegium *Familiæ Senioris*.

COLLEGIUM GERMANORUM.

4 *Romæ,*
in Vinea Ginettorum.
Ex Donio.

DEC
NATIONE
VIXIT. ANN. XXV. H. S. E
POSVIT MARSVS
DEC. COTINI
HERES EX
COLLEGIO GERMANORVM

5 *Romæ,*
in Villa Feronia ad Viam Aureliam.
Misit Rodulfinus Venuti Abbas, V. Cl.

ACILMACHVS
NERONIS. CLAVD
CAESAR. AVG. N
CORPORIS. CVST.
DECVRIO. ALBANI
NAT. BATAVVS
VIX. ANN. XXXV
NEROS. VIT.
BATAVVS. DEC. MONTANI
HERES EX. COLL. GERM.

Collegium istud ex viris militaribus constitutum videtur.

COLLEGIUM JUVENUM BRIXIANORUM, ET PUTEOLANORUM.

1 *Brixiæ, in Foro. Ex Ligorio, & Rubeo.*

SEXTIAE
T. FIL
ASINIAE POLLIAE
M. NONII ARRII
MVCIANI COLLEG
IVVENVM BRIXIAN
OB MERITA

Rubeus legit POLLAE. Ita quoque in schedis Barberinis Cyriaci Anconitani.

2 *Puteolis. Ex Ligorio, ac Donio.*

MAGNO. IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO. AVGVST. PONT. MAX
TRIBVNIC. POTEST. COS. PROCOS
IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABEN
PARTHICI. FORTISSIMI. FELICISSIMI
P. P. FILIO. D. MARCI. AVRELI. ANTO
NINI. GERMANICI. SARMATICI. NEPOTI
DIVI. ANTONINI. PII. PRONEPOTI
DIVI. TITI. AELI. HADRIANI. ABNEPOTI. DI
VI. MARCI. VLPI. TRAIANI. GERMANICI
PARTHICI. DACIC. ET. DIVI. NERVAE
ADNEPOTI
COLLEG
IVVENVM. PVTEOLANOR
OB. MERITA
D. D. D

Q. Q. II VIR. POTEST
C. FABIVS. AXIVS
L. LVCRETIVS. PAVL
LINVS. II. VIR. CVR
COLON.

Vide Fabrettum pag. 685. qui hunc ipsum lapidem in suum Commentarium intulit, sed omissis, quæ in latere legebantur. Quid fuerit *Collegium Juvenum Puteolanorum*, atque, ut nuper vidimus, *Brixianorum*, nondum reſcire potui. Inter Augustales numerabantur *Juniores*. At incertum, an ii Collegium peculiare constituerint.

COLLEGIUM LENUNCULARIORUM.

3 *Cære, sive Castellacciæ. Ex Ligorio, ac Donio.*

IMP. CAESARE. AELIO
HADRIANO. AVG. COS. III.
P. P. MAG. LENVNCVLAR. CAER
IMM. ANNO. VIII.
NOMINA. MAG. LIBER. ET. SERVORVM
AVG. N. D.
L. LVTATIVS. L. LIB. PHILADELPHVS
L. AVRELIVS. T. L. PATROCLVS
L. POMPONIVS. L. L. HERMES
T. SEXTIVS. T. AVG
L. ZOPYRVS
FLAVIANVS
T. FLAVIVS. T. L. PAMPHILVS
P. AGRIVS. D. L. MARTANVS
C. CLAVDIVS. C. L. TROPHIMVS
TI. CLAVDIVS. T. L. NICOSTRATVS
C. AGRIVS. T. L. PANNYCHVS
TI. CLAVDIVS. AVG
L. HESYCHVS
C. IVLIVS. D. L. DEXTER
Q. AVRELIVS. Q. L. EPAPHRA. P. ANNIVS. P. L. PHILARGYRVS
IN. HOC. D. D. S. Q. D. QVOD. EST. H-S. LXXXIX
OB. CEN. CVM. STAT. STAT. EST. PRO. GRAT
NSV. C. K IVN
NO
OS

Imperfectam dedit Donius, qui in priori linea legit CAESARI, in postremis verò D. D. S. P. Q. QVOD. & infra CVM SAT. STAT. *Lenuncularii* nobis nunc Italice appellantur *Barcaruoli*. Spectare potest Inscriptio ad Annum Christi 119.

COLLEGIUM MARTENSIUM.

1 *Beneventi,*
apud Sanctli Januarii.
E ſchedis meis, & ex Donio.

C. VMBRIO. VBIO. NVMISIO
PATRONO RELIGIOSISS. CIRCA OMNES
CIVES. LIBERALISS. SEMPER. CIRCA
SE. COLLEGIVM. MARTENS. ET. BOIANVM

Apud Donium legitur C. VMBIO VBIO PRIMVSIO. Poſt vocem COLLEGIVM nihil aliud habetur in ſchedis meis. Quid ſit *Collegium Martenſium*, decernere neſcio, niſi quod infra videbimus *Conubium Veteranorum*, *ſive Martenſium*: ita ut *Martenſes Veteranorum* Collegium fuiſſe ſuſpicer. *Bojanum* in Samnio Romanorum Colonia, non procul a Benevento, memoratur Straboni. At Urbs iſta *Bovianum* eſt Livio, ac Plinio. Vide inſubſequenti *Sodales Martenſes*.

COLLEGIUM MENSORUM MACHINARIORUM.

3 *Romæ,*
extra Portam Pincianam
in vinea Stephani Margani.
E ſchedis meis.

D. M.
C. TVRIVS. C. F. LOLLIANVS QVIT
QVIT EX CORPORE MENSORVM
MACHINARIORVM FVNERATICI
NOMINE SEQVETVR RELIQVM PENES
R. P. S. S. REMANERE VOLO EX CVIVS
VSVRIS PETO A VOBIS COLLEGE VTI
SVSCIPERE DIGNEMINI VI. DIEBVS SO
LEMNIBVS SACRIFICIVM MIHI. FACI
ATIS IDEST IIII. ID. MART. DIE NATALIS
MEI VSQVE AD ✳ XXV. PARENTALIS ✳ XIIS.
FLOS ROSA ✳. V. SI FACTA NON
FVERINT TVNC FISCO STACIONIS
ANNONAE DVPLVM FVNERATICIVM DARE
DEBEBITIS

Corpue *Menſorum Machinariorum* heic nobis occurrit. Ira apud Gruterum pag. 96. num. 1. vſiuntur *Menſores Machinarii*, *quibus ex S. C. coire licet*. Memoratur quoque *Menſor Machinarius* in l. *Vel cujus alterius ff. ſi Menſor*. Cujacius ita appellatos cenſet, qui Machinâ, turmâ, ſive Quadrâ agros metiebantur. Divinatorem is egit. Hæreo ego: nam veteres nomine *Machinæ* tormenta bellica, & Mangana præcipue deſignaverunt. Fuerunt & Machinæ Theatrales, Frumentariæ ad molendum., aliæque huiuſmodi, ita ut dubiam mihi Menſorum iſtorum Artem efficiant. Sigſus in feſta linea R. P. S. S. interpretor, pecus *RemPublicam Supra Scriptam*. Sed quærnăm hæc? Ejus deſideratur nomen, quia particulam Teſtimenti a *Turio* ido *Lolliano* conditi, Lapis iſte complectitur, atque in ſuperioribus Reipublicæ illius facta fuerat mentio. Animadverte *Fiſcum Stacionis Annonæ*: quo nomine deſignatur locus, ſive officina, in qua morabantur Miniſtri Fiſci Cæſarei ad colligenda Vectigalia ex Annona. Apud Gruterum pag. 592. num. 1. habemus *Donatum Auguſtorum Tabularium Rationis Fiſci Frumentarii*.

COLLEGIUM JUMENTARIORUM.

2 *In Eccleſia Sanctæ Mariæ*
in Pantano Maſſæ in Umbria.
Miſit Franciſcus Maria Campellus Comes.

C. SVRIINVS. T. F.
ANI. SENECA. ARIMINI
MIL. COH. VII. VOLVNT
MIL. A. XIV. VIX. ANN. XXXII
HIC. RELIQVIT. SODALIBVS
MARTENSIBVS. IN. OSSA. SVA
TVENDA. H.S. ∞ ∞. COLLE
GIVM. IVMENTARIORVM
HVIC. CIPPO. LOCVM. DEDIT

Miles iſte Ariminenſis feſtertiorum duo millia reliquit *Sodalibus Martenſibus*. Ergo *Martenſes* Milites fuerint, & quidem Veterani, ut in præcedenti innui. Fortaſſe autem Martenſium vocabulo appellati, quòd *Martis* Numen peculiari quadam religione ac cæremoniis in Sodalicio aut Collegio ſuo colerent. *Collegium Jumentariorum* ex hoc lapide nunc primùm *in* lucem prodit. Hanc etiam edidit Clariſs. Eques Hannibal de Abatibus Oliverius in Inſcript. Piſaur. Is autem legit

CON. VII. PR. VOLVNTAR.

Pro COLLEGIVM habet COLLEGIUS, atque ita in marmore ſcriptum ait.

COLLEGIUM MILITUM.

4 *Alexandriæ in Ægypto,*
ut fertur, repertus Lapis.
Miſit P. Philippus Camerinius.
Edidit etiam Pompejus Compagnonius in Regia Picena,
ab Aſcanio Scoto J. C. Peruſino acceptum.

L. COMINIO. L. COMINI F. CAMERTI
MAG. MIL. PICENO
EX. DELECT. POMP. VMBRO
MIL. EQVIT. PRAEFECTO
TRIB. POT. LEG. III. ITAL. ADEPTO
IIII. VIR. I. D. ARCHIFLAM.
AC SACRO. BONAE. DEAE
F. O. E. CAM. IVDICI SELECTO
A. PTOLOMEO. R. AEGYPTO. ASCRIPTO
AC. IN CIV. DONAT
COLLEG. MILIT. P.

Heic quidem habes *Collegium Militum*, ſed Inſcriptionem minime habes certam, numeriſque omnibus rite nobis commendatam. Pro POMP. VMBRO fortaſſe feribendum POP. VMBRO. ideſt *Populi Umbrorum*. Lege *Tribunicium Poteſtatem Leg. III. adepto*. Qui in Gruteriano lapide pag. 29. num. 12. dicitur *Primus Flamen*, heic eſt *Archiflamen*. Ita *Archigalli* appellati Antiſtites Sacerdotis magnæ Matris Deûm. Nullum tamen aliud *Archiflaminis* exemplum hactenus ſe mihi obtulit. Vitium ſuſpicor in penultimæ lineæ verbis AC IN CIV. DONAT. ideſt: *Ac in Civitate donato*. Vitioſum quoque eſt PTOLOMEO pro PTOLOMAEO. Peregrinæ ſunt Siglæ F. O. F. CAM.

COLLEGIA NAUTARUM.

1 *Veronæ*,
in publico Muſeo.
Ex Cl. Marchione Maffejo.

P. VIRVCATE
P. F. MAXIMI ET VALERIAE
P. F. VRSAE P. VIRVCAE
MAXIMI N. ET TERTIVS PAR
ENTIBVS. B. M. QVORVM
OB MEMOR. DEDERVNT. COLL. N
V. A. CONSTIT. H-S. IIII. N. V. EX
REDITV. EIVS. QVODANIS
ROSAS EIS DEDVCATVR. ET.
CIBOS PONENDVM. SECVS VETE
REM CONSVETVDINEM
H. M. H. N. S

Habes heic in ſiglis ſextæ & ſeptimæ lineæ, *Collegium Nautarum Veronenſium Abeſt Conſiſtentium*. Pro V. EX. legendum VT EX. In decima linea, SECVS eſt pro SEQVN. ideſt *Secundum Veterem Conſuetudinem*. Cetorum Linguæ cadentis vitia heic ſentit in iis verbis *Quadanis Roſas Eis Deducatur, & Cibos Ponendum.*

3 *Ibidem.*
Ex eodem.
Miſit etiam Joſeph Bimard la Baſtie
Montis Seleuci Baro.

COMINIO
LAVD....I
AGRICOLA....ELIO
A PROPRAEF. COHOR
TERT. BRACAR AVGVSTAN
TRIBVN.....ADIVT PROCVR
AVGVSTORVM AD ANNONAM
PROVINCIAE NARBONENSIS
ET LIGVRIAE PRAEF. A.....LARIAE
IN MAVRETANIA CAESARIENSI
NAVIC. MARIN AREL
CORP. QVINQ. PATRO
OPTIMO ET INNOCENTIS
SIMO

Occurrunt heic *Navicularíorum Marinorum Arelatenſium Corporis Quinquennales*. Indicatur etiam *Ala Militaria in Mauritania Cæſarienſi* conſiſtens, uti opinatus eſt doctiſſimus Maffejus. Sed amicus vir Bimardus eumdem Lapidem iterum iterumque ſcrutatus, ita legit: APRO PRAEP. COHOR. TERT. BRACARAVGVSTANO TRIBVNO LEG....ADIVT. ita ut quæ Officia Maffejus heic ſe deprehendiſſe putabat *Præpoſiti*, & *Adjutoris Procuratoris* &c. evaneſcant. Fuit enim *Cominio* iſti cognomen quoque *Apro*. Atque is *Præpoſitus* fuit *Cohortis Tertiæ Cæſarauguſtanorum*, & *Tribunus Legionis*, (ut videtur *Primæ*) *Adjutricis*.

2 *Arelate*,
in Palatio Archiepiſcopi.
Ex eodem Maffejo.

C. IVL. POM
COLLEGA FAB
NAVALIVM C
CVRATOR EIVS
CORPORIS ET
SEVERA VIVI
POSVERVNT ET
DEDICAVERVNT

4 *Saguntí*.
E ſchedis meis, & Capponiis.

D . M
OTITIO. SERTORIANO
OTITIVS. SEVERVS. FILIVS
QVI. ET. COL.
NAVIMA. DEDIT
H-S. CCCC. AD. ROSAS. ET
ESCAS. DVCENDAS. EI
OMNIBVS. ANNIS

Scribendum opinor COL. (ideſt *Collegio*) NAVICLA. ideſt *Naviclariorum*. In ſchedis Capponiis legitur OPTITIO, & OPTITIVS &c.

5 *Comi*,
dudum in hortis Sancti Euſebii;
nunc Mediolani, apud Archintos.
E ſchedis Valerii.

C. MESSIO
FORTVNATO
VI. VIR. ET. AVG. ET
CAT-----IAE
OP--------
VXORI
COLLEGIVM
NAVTARVM
COMENS.

6 *Mediolani*,
in muro Foſſarum.
Ex Donio, & ſchedis Farneſiis, & Capponiis.

RIS. CISALPIN. ET. TRANSALP.
PATR. COLL
NAVT. COMENS
HEREDES
FAC. CVR

1 *Veronæ,*
in publico Muſeo.
Ex March. Maffejo.

ITEM DEDIT COLL
NAVT. ARILIC. H-S. XII. N
VT. EX. EIVS. SVM. REDITV
ROSAL. ET. PARENT. IVSTO F
IVSTAE. VXORI. ET. SIBI. OMNI
AN. IN. PERPETVVM PROCVR
ET ADIECIT. PONTIA. IVSTA. ISD
COLLEG. IN MEMOR. FORTVNATAE
LIB. OB. EAND. CAVSAM H-S N. DC
ET VT MONVMENTVM. REMVND

Arilicienſes Populus fuerint ad Athefim ſitus, cujus *Nauta* Collegium conſtituebant.

4 *Ibidem.*
Ex Ligorio.

MAVORTI. ET. GENIO
COLONIAE
T. FLAMINIVS. T. F. VEL
VERINIANVS
VI. VIR. AVGVST. PATR
MVNICIP. Q. Q. COLLEG
FABR. DENDROPH. ET
PABVL. IN. CVIVS. DEDIC
CEN. DED. L. D. D. D

Ex eodem quoque Ligorio veniunt geminæ Inſcriptiones a Sponio productæ: quod animadvertendum.

COLLEGIUM PASTILLARIORUM

5 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ Tranſtiberim.
E ſchedis Cyriaci Anconitani
apud Philippum Stoſch, Baronem Danum,

LOCVS BENE QVESQVENTIS MARCELLI
PATRONI CORPORIS PASTILLARIORVM
VIXIT ANNIS LXXII
DEPOSITVS III. KAL. IANVAR
DD NN. THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII.
AVG. CONS.

Ad Chriſtianum hominem ſpectat Inſcriptio hæc, atque ex Conſularibus Notis ad Annum Chriſti 435. Quid *Paſtilli* ſorent, unde *Paſtillaris* appellati, qui eiſdem conficiendis operam dabant, non ſatis liquet. Si Feſtum audimus, *formam Panis parvi* imitabantur, & *Paſtillus diminutivum Panis* fuit. *Paſta* vox, etſi exemplis careat apud veteres Latinos, nihilominus tunc vixiſſe in vulgo videtur. Erant autem *Paſtilli* odoriferi, erant & medicinales. *Paſtillas* adhuc Hiſpani appellant Rotulas, ſive Orbiculos ex odoratâ paſtâ compoſitos. Nunc primùm *Paſtillariorum Corpus*, ſeu Collegium ex hoc lapide erumpit, quem ſi Ligorius nobis ſervaſſet, naſum corrugaſſent Cenſores nonnulli. Quum a fidiſſimo & antiquiſſimo Auctore profectum videant, hoc eſt a Cyriaco Anconitano, diſcant, non tam facile indulgere cenſuræ.

2 *Lugduni.*
Miſit nuper laudatus Bimardus.

SPLENDIDISSIMAM
PERPETVAM VACATIONEM
L. D. D. N. ARARIC

Ideſt: *Locus Datus Decreto Nautarum Araricorum.* Qui videlicet in fluvio *Arari* victum ſibi ſuis navibus quærebant. Et iſtos Collegium conſtituiſſe, par eſt credere.

COLLEGIUM PABULARIORUM.

3 *Tolentini.*
Ex Donio.

T. FLAMINIO. T. F. VEL
VERIN. EVOK. AVG.
ET. SEPT. VIR. AVGVST
PRAEF. FABR. PONTIF
TOLENTIN. COLL. DEN
DROPH. ET. COLLEG. CEN
TON. ET. PABVL. PATRO
NO. OB. M. E. STAT. AEN
D . D
L. D. D. D

Si lapis habet SEPT. VIR. ab uſu certe nimis recedit. Ego *Seviros* tantùm *Auguſtales* novi, non verò *Septemviros*. Gemmos lapides, in quibus mentio eſt *Collegii Pabulariorum* produxit Sponius. Is eos putat, qui in militiâ *ad pabula colligenda mittebantur, & propterea ſæpius cum hoſtibus congredi & velitari cogebantur.* Italice diceres *Foraggieri*. Mihi verò ſunt, qui pabula militibus parabant, dum hyeme in caſtris conſiſtebant. Nondum tamen ſuſpicionem abjeci, pro *Pabulariorum* poſitum fuiſſe in vetuſtis ſaxis TABVLARIORVM, uti infra videbis. Nam *Pabularios* nullus veterum memorat.

COLLEGIUM PAVIMENTARIORUM.

6 *Romæ,*
in Via Appia.
Ex Donio.

GENIO COLLEGI
PAVIMENTARIORVM
M. ALFIVS ONESIMVS
DEDIC. K. MART
M. SIL. L. NORB. COS.

Spectat Inſcriptio hæc ad Annum Chriſti 19. *Pavimentarii* fuere, qui *Pavimenta* ſternebant. Hæc autem multiplicis generis fuere. Cæterum nuſquam in aliis lapidibus *Pavimentarios* hactenus offendi.

COLLEGIUM PAUSARIORUM.

1 *Romæ*,
Marmor Anno Ch. 1634. *effossum*.
Ex Jacobo Philippo Tomasino.

PRO. SALVTE. DOMVS. AVGVSTI
EX. CORPORE. PAVSANIORVM. ET
ARGENTARIORVM. ISIDI. ET
OSIRI. MANSIONEM
AEDIFICAVIMVS

Hanc etiam produxit Salmasius in Notis ad Caracallam Spartiani, sed emendatiorem. It enim habet in primâ linea DOMVS AVGVSTAE, in secundâ verò PAVSARIORVM. Si illum audimus, *Pausarii* appellati fuere, qui *Pausas in sacris Isidis explerent*, & *Anubim portarent*. Tum addit: *Mansio & Pausa idem est*; atque ubi *Pausas* interpretatur Stationes, ubi consistebant Anubim portantes. Vereor, ut is vocis significationem fuerit assecutus. Seneca Epist. 57. ait: *Sic me ad omnia duravi, ut audire vel Pausarium possim, voce asperrimâ remigibus modos dantem. Modos dare* forte fortuna est *Intonare* Italicum, sive *dare il tuono di qualche Canzonetta*. Lipsius, Vossius, & alii censuerunt, *Pausarii* nomine designatum, qui remigibus pergendi & pausandi modos daret. At *Celeusta*, non *Pausarius*, ille appellari consuevit.

COLLEGIUM PECUARIORUM.

2 *Romæ*.
Ex Malvasia, ac Donio.

Q. MARCIVS ITALICVS DECVRIALIS
NEGOTIATOR COLLEGII PECVARIORVM
SIBI ET SVIS VIVVS FECIT ET
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ.
EORVM. H. M. D. M. A.

Ideſt: *Huic Monumento Dolus Malus Abesto*, vel *Absit*. Donius verò legit H. M. H. N. S. nempe *Hoc Monumentum Heredem Non Sequitur*. *Pecuariorum* mentio est in Gruteriano lapide pag. 647. num. 6. Vide & Lib. 14. Codicis Theodosiani Tit. 4. *de Suariis, Pecuariis* &c. Honorius & Theodosius Augusti ex *Suariis* & *Pecuariis* unum Corpus constituerunt. Eorum fuit Pecudes tributi nomine exigere a Provinciis, Populoque Romano erogare. Alia fuit Asconii ævo hujus nominis notio.

COLLEGIUM PONTIFICUM.

4 *Romæ*,
in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.
Ex Boldetto.

D. M.
HYGIA. FEC. SIBI. ET ALEXANDRO MARITO SVO ITA
VT POST MORTE HYGIAE NEMO IN HOC SARCOFAGOS
PONANTVR NISI IPSA. ET MARITVS SVVS. QVOD SI QVI
ALIVM POSVERIT DET COLLEGIO PONTIFIC. PENA H-SS
DEC M N S IN̄

In aliis bene multis Gruterianis marmoribus hujusce Collegii mentio est.

COLLEGIUM PRÆGUSTATORUM.

5 *Romæ*,
in ædibus Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis, ac Donio.

DIS MANIBVS
CHRYSAORI AVG. LIB
PRAEGVSTATOR
BENEMERENTI
COLLEGIVM
PRAEGVSTATORVM
FECIT. CVRAVIT
ERIDANVS AVG LIB
PROCVRATOR

Nunc primùm noscendum se præbet *Collegium Prægustatorum*, quod utique in Aula Augustorum institutum fuit ex Libertis eorumdem. *Prægustatorum Procuratorem* in Gruteriano quoque lapide habes. Notum est, eorumdem fuisse cibum ac potum Cæsarum prægustare, ut fidem facerent non immixti veneni.

COLLEGIUM SCABILLARIORUM.

6 *Romæ*,
apud Martium Milesium.
Ex Donio.

C. GALERIO. FORTVN
COLLEG. SCAB. DEC. X
P. ININIVS. FELIX
D S

Scabilla instrumenta fuere, quæ *in sacris Tibicines pede sonare consueverunt*, uti memoriæ prodidit Statii Interpres. Qui hæc pulsabant, *Scabillarii* appellabantur, nisi velis eorumdem Instrumentorum venditores. Vide Bartolinum de Tibiis veterum. Eorum mentio est in Classe sequenti.

1 *Romæ.*
Apud Ficoronium V. Cl.

M. OFANIVS
ARISTIONIS
D. XVI. FECIT
SIBI. ET. M. OFA
NIO PRIMO FIL.
COL. SCA

D. XVI. ideſt *Decuriæ Decimæ Sextæ*. Scabillariorum quippe Collegium in plures Decurias dividebatur, uti & in ſubſequenti Inſcriptiuncula rurſus videbis.

2 *Ibidem.*
Apud eumdem.

DEC. XII
C. IVLIVS
CYTHISVS
COLLEG. SCABILLARIORVM

COLLEGIUM SILVANI.

5 *Romæ,*
in baſi,
apud Equitem Odam.
Miſit Abbas Rodulfinus Venuti *V. Cl.*

ONESIMVS ATTILI COLLEGIO
SILVANI CRATERAM
CVM SVA BASI DONVM
DEDIT

Collegium iſtud *Silvani* compoſitum mihi creditur ex Cultoribus Silvani, ſive Sodalibus in ejus honorem inſtitutis. Si tu Sacerdotum mavis, per me tibi liceat. In Theſauro Gruteriano pag. 318. num. 11. memoratur *Collegium Silvani Gemini*. Apud antiquos in uſu fuit *Crater Crateris*, ſed & interdum *Cratera Crateræ*. Vas potorium fuit aheneum ſæpe, ejus magnitudinis, ut ex eo convivæ omnes bibere vinum poſſent, & libare Diis. Vergilius Lib. I. Æneid.

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Auctor eſt Arrianus Lib. 8. in convivio quodam Alexandri novem hominum millia ex eodem Cratere bibiſſe. Erant enim Crateres ſtabiles, e quibus quiſque vinum eliciebat. Id genus fuiſſe ibi videtur, quippe ſuperimpoſitus *baſi*.

COLLEGIUM SPECLARIORUM.

6 *Romæ.*
Ex Donio.

M. OGVLNIO FEROCI
AEDITVO. AEDIS. CONCORDIAE
COLLEGIVM
SPECLARIORVM
PATRONO OPTIMO. D D

Spectarii idem eſt ac *Speculorii*: quo nomine donati, qui *Specula* faciebant. Ex hoc lapide dumtaxat innotuit nobis eorum Collegium. In l. *Artifices* C. *de Excuſationibus Artificum*, inter alios recenſentur *Speculorii*.

3 *Ibidem.*
Apud eumdem.



Corrupta, ut arbitror, litera in marmore, corruptam nobis peperere ſectionem.

COLLEGIUM SEVIRUM.

VIDE SUPRA COLLEGIUM AUGUSTALIUM.

4 *In Sancti Jacobi ad Hoſpitalettum*
in agro Brixiano.
E ſchedis Ambroſianis, ac Donio.

CLODIAE AC
HILLEE SIVE CY
RILLAE QVAE VIXIT
ANN. XXVIIII. MEN. XI.
DIAES VI. L. VETTIVS
VRSINIANVS MARITVS
VXORI INCOMPARABILI
QVI DEDIT COLL. VI VIR.
SOCIOR. H-S. N. ∞. VT EX
VSVRIS EORVM PROFVSA
EI FIANT PARENTAL. ITEM
ROSIS QVODANNIS CELEBRENT

Lego CLODIAE A. F. HILLAE. Nihil aliud eſt Collegium VI VIRVM, niſi Collegium Auguſtalium, de quibus nihil eſt, quod ego addam.

COLLEGIUM SUTORUM.

7 *Uxamæ*
in Hiſpania.
Ex Donio.

LVGOVIBVS
SACRVM
LOC. PVRCI
CO. COLLE
GIO. SVTORV
M. D. ☿ D

Lugoves, Dii nobis ignoti, & *Uxamæ*, nunc *Oſma*, in Urbe Hiſpaniæ Tarraconenſis olim culti. Ibi quoque *Collegium Sutorum* fuit, hoc eſt Italice *de Calzolai*, cujus mentio nunc primum auditur.

COLLEGIUM TABULARIORUM.

1 *Romæ baſis. Ex Ligorio, ac Donio.*

PONTIFICI. MAXIMO. TRIBVNIC
POTESTAT. IMP. XV. P. P. COS
VII. DESIGN. VIII. CENS. PERPET FORTVN
T. FLAVIVS. T. LIB. AGATHANGELVS SAC
PROCVRATOR ET SACERDOS
AED. MINER. EX. STAT. CORINTHEA
COLL. TABVLARIORVM. D. D.

T. AELIVS. VENVSTVS. DED. H-S. N. IIII.
T. AELIVS. GRATIANVS. IND. H-S. N. II.
T. AELIVS. SVESSVLANVS. IND. H-S. N. II.
T. AELIVS. SYRVS. VICTOR. IND. H-S. N. II.
T. AELIVS. MILTIADIS. IND. N. XX.
T. AELIVS. SABINVS. IND. N. XXX
T. AELIVS. IVLIANVS. IND. N. LXI
T. BIVIVS. AVARISTVS. IND. N. LI
T. BIVIVS. SILVANVS. MAIOR. IND. N. LII
T. BIVIVS. SILVANVS. MINOR. IND. ⚹. XI
TI. CLAVDIVS. LANARIVS. IND. ⚹. IIX
TI CLAVDIVS. CLAVDIANVS. IND. ⚹. IX
TI. CLAVDIVS. PACCIVS. IND. ⚹. II
TI. CLAVDIVS. LVCCEIANVS. IND. ⚹. I
P. DECIMIVS. PROCVLEIVS. IND. ⚹. II
P. DECIMIVS. MACRINVS. IND. ⚹. I
P. DECIMIVS. SEXTILINVS
P. DECIMIVS. STEPHANVS
P. DECIMIVS. CARINVS
L. PEDIVS. MAIORINVS IND. ⚹. II
L. PEDIVS. EPITE MINOR. IND. ⚹. II
L. PAVLLVS MAXVMVS. IND. ⚹. IS
L. PAVLLVS. VITALIVS. IND. ⚹. IIS
L. PAVLLVS. IANVARIVS. IND. ⚹. I
L. PAVLLVS. MAIINIVS. IND. ⚹. I
L POETELLIVS. AGATHANGELVS. IND. ⚹. IS
L. POETELLIVS. GRATIANVS. IND. ⚹. I
L. POETELLIVS. FILIPPVS. IND. ⚹. II

SEX. AILLIVS. NATAL. L. VIRIVS. IND. ⚹. IS.
SEX. AILLIVS. VENVLEIVS. SARDVS. ⚹. II
SEX. APPVLEIVS. PHILVMENVS. IVN. ⚹. IS
SEX. APPVLEIVS. ONESIMVS. IND. ⚹. I
SEX. APPVLEIVS SILVANVS. FALYX. ⚹. IS
P. AVONIVS. LAIDVS. IND. ⚹. IS
P. AVONIVS. PRIMITIVVS. IND. ⚹. II
P. AVRELIVS. HORATVS. IND. ⚹
P. AVRELIVS. SABINVS
M. AVRELIVS
M. AVRELIVS
M. AVRELIVS. TRIPHONIVS
M. ANTISTIVS. SPENDON
M. ANTISTIVS. EROS. PRIMIT.
⊖ D. BELLICIVS
D. BELLICIVS
D. CAVLIVS
⊖ D. CAVLIVS
SEX. CAVLIVS
SEX. CATINIVS
A. CATINIVS
L. FVFFECIVS
L. FVFFECIVS
D. FVFFECIVS. VENVLENVS. IND. ⚹. IS
D. FVFFECIVS. ROSCIVS. IND. ⚹. I
T. GAVIVS. CRATIN
D. HORTENSIVS. MINOR
D. HORTENSIVS. IVSTVS
C. IVLIVS. XANTHVS
C. IVLIVS. CHRESIMVS
P. MATRINIVS. P. F. FELIX
Q. ORTENSIVS. Q. F. SPERATVS
Q. LVCRECIVS. SEX. F. VALENS

Donius hunc Lapidem protulit *e ſchedis Manutianis Bibliothecæ Vaticanæ*. Hauſi ego ex *Ligorianis*. In principio habet Donius FORTVNAE SAC. In exemplo Ligorii hoc legitur in littere baſis. Præterea Donius habet COLL. PABVLARIORVM, qui videlicet in tabulas referebant reditus Fiſcales Cæſarum. Donius quoque legit ET. STAT. CORINTHEA. Ligorius EX. STAT. CORINTHEA. Utrumque obſcurum. Videtur tamen erecta Imperatori Statua ex celebratiſſimo ære Corinthio. Sed quinam hic Imperator, cujus nomen excidit cum lapide, non verò ex lapide eraſum fuit? Is mihi creditur *Veſpaſianus*, qui Anno Chriſti 76. ſimul fuit *Imperator XV. & Conſul VII. deſignatus VIII.* uti ex ejus Nummis apud Meliobœbum conſtat. Aut fuiſſe exiſtimes Titum ejus filium, qui Anno Chriſti 79. & ipſe *Imperator XV.* & *Conſul VII. deſignatus VIII.* renuntiatus fuit. In nemine alium ex Auguſtis note iſtæ conveniunt. Adde *Cenſorii* nomen, quo munere priores tantum Imperatores functi fuere. Porro vox breviata IND. figillatim repetita, fortaſſis eſt *Induxit*, ſed diviſis literis, & in ſiglas redactis I. N. D. *In Numerato Dedit. Seſtertios*, aut *Denarios*, ſuis notis ibidem ſignatos habes. Cæterum quæ diſcrimina ſint inter Ligoriana, & Doniana Marmoris hujus nomina, nihil refert innuere.

COLLEGIUM TIBICINUM.

1 *Romæ,*
in Sancti Blasii prope scalas Aræ Cœli.
Ex Domio.

P. OCTAVIO. P. FIL
VOL. MARCELLINO
O LVCO FERONIAE
VETERANO. AVGV
STORVM. QVI. MILIT
AVIT. IN. CH. V. PR. AN
NNIS. XVIII. HONESTA
M. MISSIONE. MISSV
S. FRVMENTO. PVB
LICO. COLLEGIO. TIBICIN
VM. QVI. VIXIT. ANNIS. XXX
VII. MENSIBVS. SEX. DIEB.
BVS. XXIII. PATRONO. ET. COI
VGI. MERENTISSIMO. OC
TAVIA. HERMIONE. LIBERTA
V . F

In Gruteriano quoque Thesauro pag. 175. num. 10. & in Reinesiano pag. 184. *Collegium Tibicinum* tibi occurret. *Ollavius* iste *Marcellinus* fuit Miles. Pro O in tertia linea, scribendum fortasse DO. ideſt *Domo*, sive Natione *Luco Feroniæ*. Livius Lib. 27. Cap. 4. *in agro Capenate*, ait, *ad Lucum Feroniæ*.

COLLEGIUM UTRICULARIORUM.

4 *Temisvarii in Hungaria.*
Ex Comite Marsilio.

DEAE NEMESI
AEL. DIOGENES
ET. SILIA. VALERIA
PRO. SALVTE SVA. ET
FILIORVM. SVORVM
MATER. ET. PATER
EX. VOTO. A. SOLO
TEMPLVM. EX. SVO
FECERVNT. COLLEGIO
VTRICVLARIORVM

In non paucis Gruterianis marmoribus *Utricularii* occurrunt. Sponius quoque Inscriptionem protulit, in qua visitur *Collegium Utriculariorum*. Fuerunt *Utricularii* species Nautarum, Utriculis, navibus nempe exiguis, utentes. Appellati quoque *Utricularii*, qui Tibiâ utri junctâ ad sonandum utebantur, quemadmodum & nostris temporibus circumvagari quosdam ejusmodi instrumenta deferentes interdum conspicimus. De *Nautis* tamen hoc sermo est, uti & in subsequentibus.

COLLEGIUM VENATORUM.

2 *In pavimento Ædiculæ semidirutæ Sancti Petri, vix mille passus a Corsinio.*
E schedis meis.

M. ATTIO. M. F
SER. DRACONI
CLODIANO
ANNAVO RVFO
COLLEGIVM
VENATORVM

Ex hac una Inscriptione discimus, fuisse olim *Collegium Venatorum*. Certe nulla mihi illius mentio alibi occurrit.

COLLEGIUM VETERANORUM.

VIDE SUPRA COLLEGIUM MARTENSIUM.

3 *Salonæ.*
Ex Johanne Lucio,
& schedis meis.

IVLIVS MARTIANVS SE VIBO POSVIT
ET CONIVGI OBSEQVENTISSIMAE SVAE
AELIAE CASSIAE. SI QVI VERO POST
MORTEM NOSTRAM EANDEM AR
CAM APERIRE VOLVERIT INFERET
CONVIBIO VETERANORVM SIVE
MARTENSIVM ⸸ C.

In schedis Antonii Scoti Canonici Tarvisini legitur IVLIVS MARCIANVS SIBI VIVO. Donius hunc ponit *Ravennæ apud Sanctæ Mariæ in Portu*, non *Salonæ*. In schedis Capponiis pro CONVIBIO legitur CENOBIO. Supra ad Inscriptionem *C. Umbri* invenimus *Collegium Martensium*. Idem mihi creditur atque illud, ex *Veteranis* compositum.

5 *Arelate,*
Misit N. V. Joseph de Bimard
Montis Seleuci Baro.

IVNIO MESSIANO
VTRICL. CORP. ARELAT
EIVSD. CORP. MAG. IIII. F
QVI. VIXIT ANN. XXVIII
M. V. D. X. IVNIA VALERIA
ALVMNO CARISSIMO

1 *Ad Forvieram*
in agro Lugdunenſi.
Ex Marchione Maffejo.

C. CATI. DRIBVRONIS
CORPORIS. VTRICLA
RIORVM. LVGDVNI
COSISTENTIVM
CATIVS. PVPVS. PATRI
PIENTISSIMO. ET. CATIA
SILVINA CONIVGI
PIENTISSIMO ET
NVRVS. SOCRO. DVL
CISSIMO. PONENDVM
CVRAVERVNT. ET. SVB
ASCIA. DEDICAVERVNT

Inſcriptionem hanc debemus Clariſſ. Marchioni Scipioni Maffejo, nunc illuſtri Veronenſis Urbis, & Reipublicæ Literariæ ornamento; qui inter Galliæ antiquitates ſelectas eamdem evulgavit in Epiſtola XL. ad me pro ſua humanitate ſcripta, ibi egit ille de *Aſciâ Sepulcrali*. Egerunt jamdiu & alii, ſed ita ut adhuc in nocte jaceat antiquorum mens in illius uſu. Dicam & ego quod ſentio, ſed mature cum Cicerone Lib. I. de Natura Deorum proteſtatus: *Nec ego nunc ipſe aliquid adferam melius; & Quod non ſit certius, quàm Quod ſit, eloquar.* Notum eſt, olim in Gallia Narbonenſi, Viennenſi, & præſertim Lugdunenſi, paſſim uſurpatam fuiſſe in Titulis ſepulcralibus formulam ET SVB ASCIA DEDICAVIT. Quod & in nuper edito Lapide, atque in aliis bene multis Collectionis hujus unuſquiſque animadvertet. Eâ quidem formulâ uti perquam raro conſueverunt Itali; ſed rem ipſam non pauci retinuere, quum in compluribus lapidibus *Aſciæ* figura inſculpta cernatur, per quam ſignificari idem arbitror, quod per formulam modò laudatam Gallicæ genti ſignificare mos fuit. Quatuor Inſcriptiones *Aſciæ* figuram præferentes, atque in Etruria adſervatas, ante paucos annos protulit Eruditiſſ. Gorius. Alias Donius dedit, ut Gruterianas, & Fabrettianas omittam. Ego quoque nonnullas exhibui in Opere illo. Sciſcitatur adhuc Lector, quo conſilio *Aſciæ* ipſius effigiet, quove formula *Sub Aſcia Dedicavit*, olim Sepulcris adjecta fuerit.

Primus, ut reor, qui heic terram eruderare cœpit, fuit Aldus Manutius. Animadvertit ille in Legibus XII. Tabularum ſcriptum fuiſſe: ROGVM ASCIA NE POLITO. Unum hoc hominis ſatis ſuperque fuit, ut ſibi perſuaderet, non aliam antiquis temporibus mentem fuiſſe, niſi per *Aſciam* lignandi mediocres, rudeſque Tumulos, abſque ornatu patatos. Verùm interpretationi hujus jamdiu aſſenſum negarunt Eruditi, quippe *Aſcia* in duodecim Tabularum Legibus memorata, inſtrumentum fuit Fabrûm Lignariorum. Lex verò Ligna, ex quibus Rogus componebatur, expoliri *Aſciâ* vetabat, ne opera, & impenſa profunderetur, quum Rogus brevi comburendus in cineres eſſet abiturus. At ubi de Sepulcris agitur, quæ aut ex Marmore, aut ex Lateribus ſtruebantur, nil rei *Aſcia* Lignariorum fuit. Præterquamquod cur viatores monere de rudi Sepulcrorum formâ? Dum oculis minime carerent, id perſpicere vel non monitus quivis per ſe poterat.

Paucis verbis Reineſius Claſſe XII. num. 34. Antiquar. Inſcriptionum, ſuam hac de re ſententiam protulit, ſcribens: *Significarunt autem eâ* (Aſciâ) *ſi Marmorarius, quorum Aſciâ & Dolabrâ* (λαξευτικὰ ὄργανα) *faciendum locaſſe, hoc eſt ab inchoato opus curaſſe*. Raphael Fabretius, vir doctiſſimus, & de re Lapidaria optime meritus, ſed aliorum quandoque contemtor, acerrime in eamdem opinionem pag. 204. ſuarum Inſcriptionum inſurrexit, veluti omnium abſurdiſſimam eamdem fugillans, quum ad artem Quadratariam minime *Aſcia* & *Dolabra* pertineant. At paucos ante annos Reineſii tutelam ſuſcepit CL. V. Alexius Symmachus Mazochius Canonicus Capuanus, in Libro de Gympano Amphitheatro pag. 85. Arbitratur ille, ſub *Aſcia* nomine veniſſe exiguam *Securim*, ad findenda & expolienda Marmora uſurpatam. Quam in rem laudat ille verſiculum ſextum Pſalmi 73. ubi ſecundùm verſionem τῶν Septuaginta, legitur ὡς ἐν τέλμασι ξύλα ἀναβιβάσουσιν τὴν ἀξίνην αὐτῶν, ideſt ſecundùm Vulgatum Interpretem: *In Securi, & Aſcia dejecerunt eam*, ita ut *Aſcia* Latinorum reſpondeat Græco ἀξίνη, ſignificanti *Ferramentum Lapicidarum*. Liceat mihi dicere, tantam non eſſe vim hujuſce Pſalmi vocibus, ut propoſitum nodum diſſolvere rite queat. Neque enim facile oſtendas, Græcum vocabulum Hebraico reſpondere, neque per Latinam appoſite reddi Græcam vocem. Præterea, ſi *Aſciam* in Monumentis ſpectatam vis eſſe ſpeciem *Securis*, ſive *Ferramenti* ad cædendum & poliendum apti, conſtare antea deberet, Lapicidas adhibere *Securim* in ejuſmodi uſum. Ego id tantummodo novi, eoſdem ferreo inſtrumento uti, quod *Raſpa* appellant, ad complanandam, & lævigandam Marmorum ſuperficiem, non vero *Securi*, aut *Aſciâ*. Denique oſtendendum prius foret, *Aſciam* in Sepulcris duntaxat Marmoreis atque expolitis ſpectari, non verò in rudibus, ac latericiis, in quibus nullus eſt Marmorario locus.

Ad Fabrettum quod attinet, is poſtquam animadvertit, interdictam olim fuiſſe *Sepulcrorum Magnificentiam*, ſibi perſuaſit, adjectum *Aſcia* ſignum indicaſſe Tumulos mediocres, *latericios, ope ac miniſterio ſolius Aſciæ* ita elaboratos, ut *elegantia operis materiem ſuperaret*. Nihil eſt opus multis ad hujuſmodi opinionem dejiciendam. Uno exemplo rem conficiam. Retulit Reineſ. Claſſe XII. n. 113. Inſcriptionem *Latinæ Veri*, quæ adhuc exſtitit in Vico Ambranæo, ſive *Ambournay* ſecus Rhodanum in Sabaudia, in cujus fine legitur SVB ASCIA DEDICAVIT. Atqui teſte Clariſſimo P. Mabillonio Sepulcrum illud *fere pedum cum dimidio longitudinis* &c. ſtructum fuit *ex rudi & impoſito lapide*, ſcilicet *Marmore*. Ad hæc minime oſtendit Fabrettus, *Aſciam* Inſtrumentum fuiſſe Fabrûm Cæmentariorum, ſive Structorum, quo conficerentur ædificia elegantis, & exquiſiti operis.

Ceterum Eruditi nonnulli jamdudum *Aſcia* mentionem apud Vitruvium conſpicati, inde tantum lucit mutuari ſe poſſe cenſuerunt, ut quæſtionis hujus tenebræ omnino diſſiparentur. Tradit ille Lib. 7. Cap. 2. cationem dignoſcendi, an Calx, unde parietes dealbantur, ſatis ſoluta temperataque ſit. *Sumatur*, inquit, *Aſcia, & quemadmodum materia* (ideſt Lignum) *dolatur, ſic Calx in lacu macerata aſcietur. Si ad Aſciam offenderint calculi, non erit temperata* &c. Hinc viſa iis eſt *Aſcia* Inſtrumentum a Structoribus adhibitum, & a *Malleo* parum diſpar. Verùm in *Aſcia* a Vitruvio memorata nihil aliud invenias, niſi ſpecimen *Ligonis*, quo certe agitetur Calx, ejuſque diſſolutio proberur, nunquam vero ad ſtruendos muros, atque ædificia latericia.

Uti nuper monui, in hujuſmodi controverſiam invaſit etiam doctiſſimus Marchio Maffejus, atque in pariter ſibi ante oculos ſtatuit memoratum Vitruvii locum; ſed aliam inde interpretationem ipſe deduxit. Videlicet, *nihil aliud Aſciæ figurâ ſignificari voluiſſe, niſi ea monumenta de novo fuiſſe excitata, & nulli antea patuiſſe*. Triplex enim, ut ille animadvertit, ſpecies olim *Aſciæ* fuit. Scilicet *teli, ſive armamenti genus Securi proximum*. Inde adagium: *Aſciam cruribus ſuis illidere*. Et uti habet Pſalmus, *in Securi & Aſciâ dejecerunt eam*. Hinc *Azza* Italicum, *Hache* Gallicum. Tum ita appellatum Ferrum, quo ligna lævigabantur, uti in Duodecim Tabulis vetitum *polire Aſciâ rogum*. Denique inſtrumentum, *quo Fabri murarii utebantur, ut extremam muri navarent operam*, Albario oimirum, ſive calce albâ ſuperinductâ. Proinde quum dealbati parietes novitatem operis arguerent, præcipui ad id adhibiti Inſtrumenti nomine ac figurâ, monumentum illud recenter fabricatum fuiſſe ſignificabant. Apud Gruchenonium, & apud Reineſium pag. 450. in quadam Inſcriptione legitur CONSVMMATVM HOC OPVS SVB ASCIA EST. Adde, & in Evangelio memorari *Sepulcra dealbata*. Quin ſumme ingenioſa ſit ejuſmodi opinio, nemo neget, atque ad eam accedit auctoritas Jacobi Gutherii, qui Lib. 2. Cap. 28. de Jure Manium, eamdem ante centum annos tradiderat. Attamen ad illam (liceat dicere) ſatis firmam, verique ſimilem credendam adduci nondum ego potui. Nam uſui quidem olim fuit, & adhuc eſt, Calcem ſpecie quadam Ligonis, ſive ferreo inſtrumento, quod veteres *Aſciam* appellarunt, agitare, & commiſcere in lacu, & ſubinde perentare, an bene diluta, ac ſoluta ſive macerata ſit: at numquam ut Inſtrumento illo albus color, ſive calx alba ædificiis inducatur. Pennicillo, aut alia ratione Albarium opus peractum fuiſſe mihi creditur. Ac proinde quum *Aſcia* Inſtrumentum minime fuerit, quo ſumma manus imponeretur ædificiis, ne uſurpatam quidem excogitare poſſumus ad indicandum novitium & perfectum opus. Præterea & heic recurrit jam ante propoſita conſideratio, nempe ejuſmodi ſigno nihil opus fuiſſe ad Viatores monendos, novum eſſe & dealbatum Ædificium quodquam, quum oculis utenti res ipſa ſine monitore pateret.

rit. Denique in Inſcriptione ſpectante ad Viennam Allobrogum, quam Gruterus prætulit pag. 709. num. 5. legimus: HOC SAX. SVB. ASC. DED. EST. Si unicum Marmor, ad ſervandam tumulati hominis memoriam expoſitum, *ſub Aſcia* dedicatum fuit: ergo nullus hoc locus relinquitur Sepulcris dealbatis, & nuper conſummatis.

Memoranda denique mihi ſupereſt ſententia Clariſſ. P. Mabillonii, qui in Epiſtola *de cultu Sanctorum Ignotorum* hæc habet: *Forte ſolemni illâ Sub Aſciâ ſepulcrorum dedicatione Dii Manibus ſacrâ, nihil aliud volebant veteres, quàm ut ejuſmodi Monumenta inviolata redderentur ſub pœna Aſciæ, ſeu Capitis, quam violatoribus Sepulcrorum intentarent.* Suam laudem & iſta opinio meretur, quum commune fuerit apud veteres votum, ne ſua Sepulcra violarentur; & nihilominus Violatores abundarent, contra quos militant nonnullæ Codicis Theodoſiani Leges, & complura Nazianzeni Carmina, quæ publici juris ego feci in Anecdotis meis Græcis. Neque defideran-tur Inſcriptiones, quibus minæ ac pœnæ, pecuniariæ præſertim, proponuntur adverſùs hoc perditorum hominum genus. Immo animadverti locum egregium Palladii de Re Ruſtica Lib. I. Cap. 15. qui cum præſenti quæſtione non parum analogiæ habet. Diſſerit vetuſtus ille Scriptor *de remediis horti vel agri*, atque inter cetera inquit: *Contra Grandinem multò dicuntur. Pannus roſeo malo cooperitur. Item cruenta Securis contra calum-niantes levantur.* Ridendum ſane antidotum, ſed a-quo nihilo ſecius ſatis veri ſimilis nobis tradidit uſus *Aſciæ* ad incutiendum metum violatoribus tumulorum. Præterea animadverti, nonnullis in Lapidibus *Aſcia* Sepulcralis aciem adverſùs Cælum reſpicere, quaſi lepido Palladii amuleto vrteres urerentur, ut a ſuis tumulis grandinem ac procellarum inſultum averterent. Proin-de Mabillonianam opinionem reliquis præferrem, niſi me deterreret figura *Aſciæ*, quæ in tot Inſcriptionibus, ut infra dicam, aliena deprehenditur ab eorum conſilio, qui terrorem inferra voluiſſent. Semper *Securim* unam, quam Italico *Scure*, *Scura*, & *Mannaia* appella-re ſolemus, non verò aliquando & *Aſciam*, quæ nobis *Zappa* nuncuparur, adhibuiſſent, atque inſculpſiſſent veteres Monumentis Sepulcralibus, ſi animus eiſdem fuiſſet abſterrendi Violatores. Quamquam & animad-vertendum, in priſcis lapidibus nequaquam occurrere capitis pœnam indictam malefico ejuſmodi hominum cœtui. Quare jam res poſceret, ut verbis Clariſſimi P. Montfaucònii Tom. V. Antiquitat. explic. utentes, poſt tot opinionum examen fateremur, ſub tenebris adhuc concluſam eſſe ſignificationem *Aſciæ Sepulcralis*, neque ſperandam nobis germanam illius interpretationem, *donec alienod monumentum ervatur*, *quod tam obſcura rei lucem adferat.*

Attamen cur non liceat & mihi poſt aliorum opinionem, meam quoque exercere? Exeram profectò, & quamvis vellus hoc aureum mihi nequaquam pollicear, ſolatio tamen mihi erit, ſocios habere tot egregios viros, a quibus irrito ſucceſſu ſuſcepta fuit eadem navigatio. Fortaſſis etiam quædam proferam, quibus aliquis alius felicius utatur ad firmius ædificium conſtruendum. Et primò juvaret, probe perſpectas habere quaslibet *Aſcias* ſepulcralis figuras. Nemo enim non intelligit, deduci rectius inde poſſe, quem in uſum veteres inſtrumentum illud ſervarent, & cur Sepulcris inſculperent. Monuit me per literas Cl. V. Joſeph Bimardus a Baſſe Monachus Seleuci Baro, Patrem Franciſcum Oudin e Societate Jeſu virum doctiſſimum, hac de re Diſſertationem inſtituiſſe, atque hactenus diverſi generis *Aſcias* tres & triginta in veterum Monumentis deprehendiſſe. Ei au-ctor idem Bimardus fuerat, ut haſce in quatuor veluti Claſſes diſtribueret. Scilicet in primâ, quæ modico ma-nubrio inſtructa ex una parte *Securem* curvatam, ex al-tera *Malleum* referebant. In ſecundâ, quæ brevi manu-brio junctæ, *Securiculam* in poſtica, & in antica *Dolabram* præferunt. In tertiâ, quæ longioribus manubriis innexa *Ligonem* incurvum & ſatis amplum referunt, quales ſunt Lugdunenſes quamplurimæ In quartâ, quæ peculiarem formam gerunt, puta *Ligonem biconem* &c. Sanctus Iſidorus Lib. 15. Cap. 15. Origin. *Aſciam* deſcribit, ſed ex notione, quæ non omnes complectitur illius ſpecies, & formas. *Aſcia*, inquit, *ab Aſſulis dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen eſt Aſciola. Iſta autem manubrio brevi, ex adverſo parte referens vel ſimplicem Malleum, aut cavatum, vel bicorne Raſtrum.* Perpendendum foret, an *Raſtrum* irrepſiſſet huc pro *Roſtrum*. Hinc autem diſcimus, nihil aliud Iſidoro fuiſ-ſe *Aſciam*, niſi Ferrum ex una parte ſecans, qualis eſt *Accetta* ſeu *Mannaia* Italorum, aut potiùs quod a nobis appellatur *Manarra*, & a Gallis *Hache*, quum dicatur habere *brevi manubrium*. Ea altera verò parte ſecun-dùm Iſidorum *Aſcia* exhibebat *Malleum*, aut ſpeciem *Ligonis* curvi, quem Artifices lignarii apud nos vocant *Zappetto*, Galli verò *Herminette*, & quidem manubrio brevi. Propterea verò quod *Aſcia* ad cædendum uſurpa-retur, Voſſius, & alii a Græco Ἀξίνη eam vocem de-duxere: quod ſane vocabulum Euſtathius Iliad. ν verſ. 663. a verbo ἀσσω, quod eſt *frango*, derivandum puta-vit. Neque *Aſciam* a *Securcula*, immo ne a *Dolabra* quidem Latinorum, diverſam arbitrati ſunt eruditi aliquot viri.

Complura Marmorum Lugdunenſium, & Lugduno finiti-morum, exempla Gruterus adfert, in queis *Aſcia* figu-ram præfert *brevis Ligonis*, nobis lo *Zappetto*, ex uno latere, & *Mallei* ex altero, quamquam dubius ego ſim, an revera Malleus fuerit, quum interdum videa-tur ferrum in ea quoque parte acutum, aut ferrum-ita compoſitum, quemadmodum eſt in Securibus no-ſtris, ideſt *nullo Accetta*, ſive *Mannaia*: quod Malleum parùm apte appelles. Vide, ſi lubet, pag. 428. num. 10. pag. 518. num. 4. pag. 678. num. 6. pag. 698. num. 7. & pag. 801. num. 4. *Aſciam* itidem apud præ-laudatum Gruterum pag. 532. num. 4. cum longo ma-nubrio intueri poteris. In aliis etiam non paucis lapi-dibus perquam rudi formâ ſculpta viſitur *Aſcia*, ita tamen, ut quicumque ſignum illud inſpiceret, e veſtigio intelligeret ſecundum eorum temporum mores, quid per illud ſignificaretur. Juvabit interea exhibere heic aliquot veterum *Aſciarum* effigies. Et primò Li-gnariorum Fabrorum *Aſciam* accipito. Ravennatem Inſcriptionem edidit Gruterus pag. 640. num. 1. ſed non ſatis expurgatam, & quod plus eſt ſine figuris. Haſce, quales a doctiſſimo Equite Johanne Franciſco Bonamico procuravit mihi Petrus Franciſcus Manettus Murinenſis J. U. D. & Ravennatis Clericalis Semina-rii ſeu Collegii Rector, ſpectandas nunc profero.

P. LONGI-



Ascia Lignariæ figura, ex Anaglypho illo depromta; ejusmodi est:



Quisquis verò Lugdunensem *Asciam* perspectam habere cupit, a Mabillonio petat, qui eamdem sub hac formâ dedit in Epistola de *Cultu Sanctorum ignotorum*.

Alteram similem *Asciam* suppeditarunt nobis Cl. PP. e Soc. Jesu Trevoltiensium Actorum Scriptores ad Mensem Majum Anni Christi 1715. in Inscriptione Lugdunensi *Hylatis Dymachori, sive Asiliarii*, quam & ego dabo infra in Classe VIII. de *Spectaculis*. En ipsius typum:

Sed & nuper a me laudatus Montis Seleuci Baro Bimardus Inscriptionem ad me misit, cujus verba, uti & Asciam, adjecta heic volo.

1

Habemus heic formam *Securiculæ*, nobis *Manarino*, qualis etiam conspicitur apud Fabertum pag. 203. in Inscriptione positâ *Saluti Fortunatæ*, & in aliis a Chiffl. Gorio evulgatis tum in Collectione Doniana, tum in Inscriptionibus Etruriæ. Ab hisce discedit altera Asciæ figura in Inscriptione olim exstitente Romæ apud Angelum Colotium, quam refert Ligorius in Libris suis MStis.

2

Hanc etiam a Comite Malvasia editam habes inter Marmora Felsinea pag. 406. *Ascia* figurâ ita deformatâ, ut apud eum nihil aliud spectes nisi *Malleum*. Nec defuere, qui rudibus lineis *Asciam* efformatum, significatumve tamen, ut puto, exiguum *Legumen*, nobis una *Zappetta*. Quatuor Parmenses habeo parum dissimilis figuræ.

3 *Parmæ,*
in Sancti Johannis.
E schedis Farnesis, & Capponiis.



4 *Ibidem,*
in Sanctæ Crucis.
E schedis Capponiis.



5 *Ibidem,*
in ædibus Thaddæi Ugoletti.
E schedis Farnesis.

1 *Parmæ, apud Iosephum Goldanigam. E schedis meis.*

T. FLAVI. EPICTETI
FVNERI ACERBISSI
MO QVI VIXIT ANN.
III. M. VIII. D. XXII.
T. FLAVIVS NATALIS
ET FLAVIA EPICTESIS
PARENTES

Rudior etiam forma *Asciæ* conſpicitur in aliquot Lugdunenſibus marmoribus a Grutero productis, uti & in ſubſequenti, quod Mabillonius luce donavit.

2 *Veſontionenſi in agro in Vico Sancti Ferreoli.*

AVE EVSEBI
CASONIAE DONATAE QVAE VICXIT. ANNIS
XXXXVII. D. XI. HORIS. IIII. CANDIDVS. AVG.
PII. VERNA. EX. TEST. CONIVGI. BENE. MERENTI
POSVIT. EVSEBI
HAVE. ET. VALE
LOC. LIB

Parum ab iſta abludit altera *Aſciæ* figura, quam ex altero lapide Ravennate hauſit ſupra laudatus Eques Bonamicus. Ejus ectypon exhibeo.

Ravennæ itidem viſitur Inſcriptio, elegantiorem *Aſciæ* figuram præferens, quam ex ipſo marmore expreſſam ad me detulit Dominicus Vandelſius, in Mutinenſi Lyceo Mathematices Profeſſor.

3

D. M
M. AVR. THEO
DOT. FIL. Q. V. AN
IIII. M. AVR. THEO
DOT. N. ATTIA. N
COP. ET. POPPEI
SECVNDIN. MAT
PARENT. FIL. POS

Doctiſſimus Montfauconius hunc ipſum titulum referens, legit ATTIANAR. COPIAR. Opinor ego, *Aurelium* ipſum *Theodotum*, alterius Theodori, cui inſcriptio poſita fuit, patrem, *Numerii Attiani Copiarium* fuiſſe. Reſtat alia *Aſciarum* ſpecies, quæ in aliquot marmoribus Italicis proſtat. Rogatus a me per literas Clariſſ. Gorius, ut delineatam ad me mitteret *Aſciam*, in Inſcriptione Florentina apud nobiles Gaddios exiſtentem, ſub forma ſubſequenti eamdem mecum perhumaniter communicavit.

4

D M
L. VALERIO. PHILVMENO
FILIO. QVI. VIXIT. AN. VIII
L. VALERIVS ADIECTVS
ET SATIVA. MARGARIS
FECERVNT. SIBI. ET. SVIS
LIB. LIBERTAB. Q. P. Q. EORVM



Similis quoque præcedentibus eſt *Aſcia*, quam ex Urbe æterna dudum devectam, & ad ſcalas Typographiæ Cœnobii Sancti Dominici Bononienſis Civitatis, muro infixam, deſcripſit, mihique tradidit amiciſſimus mei Petrus Hercules Gherardius Mutinenſis.

1

D M

MINDIAE. NEMESI
L. MINDIVS. GALENVS
CONIVGI. CARISSIMAE
FECIT. ET. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM

Denique ejusdem formæ eſt *Aſcia* in Marmore exſtitente in Ædæ Sanctæ Mariæ nobilis oppidi Tuſcanellenſis, quam ad me miſit doctiſſimus amicus meus Sebaſtianus Dinius.

2



D M

ELIO SECVNDO
CRITOSOMIS
COI. B. M. P. Q. V
A. XXXII.

Hiſce poſitis, conſtare jam poteſt, veterum *Aſciam* interdum nobis occurrere ſub ſpecie *Securis*, aut *Securiculæ*, aut *Dolabræ*. Ac proinde minime a vero adhorrere videtur Pierii Valeriani ſententia, qui primus opinatus fuit, *Aſciam* indicare preces, aut minas, ſic quiſquam Sepulcrum evertat, vel defuncti memoriam obliteret. Placuit ante aliquot annos ſententia hæc eadem Domino de Valbonais Gratianopolitano, ut conſtat ex binis ejus Literis Anno 1715. editis inter Monumenta Literaria Patrum Trevoltienſium Societ. Jeſu. Sibi perſuaſit ille, *Aſciam* fuiſſe *Malleï* ſpeciem, quo Fabri Cementarii non minus ad ædificandum, quam ad demoliendum uterentur. Idcirco arbitratur, Populos olim Galliæ Narbonenſis, quum ſolemni ritu ſua Sepulcra dedicarent, in graves erupiſſe imprecationes, & minas adverſus Tumulorum Violatores; earumque memoriam refricatam fuiſſe per *Aſciæ* mentionem, ſive adſpectum. In eamdem ſententiam Philippus a Turre in Monumentis veteris Antii, Anno Chriſti 1700. editis. Is enim pag. 356. geminas Inſcriptiones Aquilejenſes exeruit, inquarum altera legitur: *Si quis hanc Aream vendere, aut emere, aut* EXACISCLARE *volet, tum pœna nomine* H-S. XX. *Reſpublicæ Aquilejenſi dare debebit*. Atque in altera: *Si quis hanc Aream aperuerit, aut* EXACISCLARE*VERIT, & aliud Corpus poſuerit, inferet Fiſco* &c. Uti*mox videbimus, Aciſculum* diminutivum *Aſciæ* fuit; & quum exploratum habeamus, verbum *Exaciſclare* efformatum fuiſſe ex vocabulo *Aciſculum*, vel *Aciſclum*, ſumtum pro *Deſtruere*, *Evertere* &c. veri videtur ſimile, *Aſciam* ſignum exſtitiſſe deprecantium, aut minantium, ut intacta perſtinerent ejuſmodi Sepulcra. Et præſertim quod *Aſcia*, uti infra oſtendam, a veterum *Dolabrâ* non diſſimilis ſæpe fuerit. Cur huic opinioni ego neutiquam adquieſcam, in cauſſa eſt tot aliarum *Aſciarum* figura, quæ nobis *Ligonem* (*una Zappa*, aut *una Zeppetto*) exhibent: quod ſane inſtrumentum ad demoliendos Tumulos ineptum quiſque fateatur. Itaque ſupereſt, ut interpretationem excogitemus, quæ ad quamcumque *Aſciarum* figuram accommodari queat, ſive *Securis*, ſive *Dolabra*, ſive *Ligo* fuerit. Mihi nulla alia veri videtur ſimilior, niſi opinari, *Aſciam* inſculptam fuiſſe Tumulis, Tumuloque *ſub-Aſcia* fuiſſe dedicatos preces injectâ, aut ſubintellectâ, ut eſſet Corpori, aut Cineri *Terra levis*. Ejus nempe inſtrumenti ſigno rogabantur Heredes, ſeu Poſſeſſores Agri, in quo Sepulcra condita erant, ut eadem a Damiis, Cæſpitibus, Vepribus, aliiſque aut Herbis, aut Arbuſculis moleſtis purgarent, quæ ſubinde ſupra Defunctorum Corpora, aut circum eorum Tumulos enaſci, & creſcere poſſent. Ad hoc munus aptiſſima erat *Aſcia* ferrea, quæcumque ea foret, tum ad Silvam cædendam, eradicandaque Dumeta, tum ad Plantarum, aut Herbarum horrentium opus tollendum, quæ tumulatæ gentis quietem infeſtare crederentur. Hactenus Eruditi *Aſciam* tantummodo agnoverunt, qua Fabri Lignarii, Cementarii, & Marmorarii utebantur quamquam poſſumus hæc adhuc mihi dubia videatur. At iis animadvertendum fuit, uſos quoque *Aſciâ* fuiſſe Agricolas: ex qua tamen potior lux affulgere poſſe videtur ad rollendas quæſtionis iſtius tenebras. Palladius Lib. 1. Cap. 43. de Re Ruſticâ recenſens inſtrumenta Ruſticalia, inter cetera enumerat *Secures ſimplices*, *aut dolabratas*: *Sarculos ſimplices*, *vel bicornes*: *vel ASCIAS*, *aut averſis parte referentes Raſtros*. Num pro *Raſtros* legendum ibi *Roſtrum*, Italice *Becco*)? Ita Columella Lib 4. Cap. 25. Vinitorum Falcem deſcribens, ait: *Quæ pars adunca eſt*, *Roſtrum appellatur*. *Aſcia* ruſticæ erat ſpecies *Ligonis* (ſcilicet *Zappa*, vel *Zeppetto*) ſed recurvata, ac deſinens in Roſtrum. Immo *Aſcia* (*Ligonis* nimirum, vel *Zappæ* ſpecie) uſû quoque credendi ſunt Fabri Structores (nunc *Muratori*) ad fodiendas ædificiorum fundamenta, & ad calcem aquâ ſolutam commiſcendam. Digna eſt, quæ attente conſideretur ſubſequens Inſcriptio. Hanc miſit ſuperioribus ſchedis meis: ſed & alterum exemplum ad me miſit Amicus meus perquam eruditus Antonius Antinorius Civis Aquilanus.

3 *Aquilæ*,
apud Nobiles Alexandros.

D . M
M. AVRELIVS. AFRODISVS. AVG. LIB
NOMENCLATOR. SE. VIVO. AB ASCIA
FECIT MONIMENTVM. MVRO. CIN
TVM. SIBI. ET. SVIS. ET. AVRELIAE. HEDO
NETI. CONIVGI. ET. M. AVRELIO
REGINO. AVG. LIB. NOMENCLATORI
AB. AMISSIONE. FILIO. DVLCISSIMO
QVI. VIXIT ANNIS XXIIII. MENSIBVS. XI.
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POS
TERISQVE. EORVM. MONIMENTVS
IN. AG. P. XV. IN. F. P. X. AB. ANTE. LON.
P. XIS LATV. P. XIIIS.

Ad tempora Marci Aurelii Auguſti ſpectat Inſcriptio hæc, in qua AB AMISSIONE eſt pro AB ADMISSIONE. *Aurelius* nempe iſte *Reginus* in *Cæſarea* domo functus eſt munere *Nomenclatoris* pro iis, qui ad Auguſtum *admittebantur*, ſive ut nunc dicimus, *erano introdotti all'udienza dell'Imperadore*. Vide Claſſem XII. de *Officiis Domus Auguſtæ*. Niſili aliud hic mihi ereditur innui a voce AB ASCIA, niſi quod in aliis lapidibus ſignificatum fuit formulâ A FVNDAMENTIS, ſive A SOLO FECIT: quippe *Aſcia* (uti & nunc *le Zappe*) adhibebatur unacum aliis inſtrumentis

tis ad fodienda fundamenta. Eoque magis id verum puto, quod *Asciæ* interdum Dolabratæ, vim noſtri Italici *Piccone* ex una parte habentes, in uſu olim fuere. Antiqui *Foſſores* primis Eccleſiæ Sæculis, quibus circum Romam ſtructa fuere miranda illa Hypogea, quæ *Catacumbæ* appellantur, Inſtrumento utebantur, perquam ſimili nonnullis *Aſciis* hactenus a me productis. Earum figuram intuere Lib. 4. Cap. 14. pag 101. Romæ Subterraneæ Aringii, uti & Lib. 4. Cap. 37. pag. 283. Immo ipſiſſimam Aſciarum noſtrarum formam apud eumdem offendes Lib. 6. Cap. 49. pag 678. ita ut jam habeamus, non Lignariis tantùm Fabris, ſed & Agricolis, & Foſſoribus in uſu fuiſſe *Aſciam*. Fortaſſis etiam parum diſcriminis interceſſit inter *Aſciam* ac *Dolabram*, niſi idem fuerit. *Dolabrâ* verò uſi quoque Agricolæ, atque Foſſores. Columellam audi ita ſcribentem Lib. 2. Cap. 2. *Nec minus Dolabrâ quàm Vomere bubulcus utatur, & præfractas ſtirpes, ſummaſque radices, quibus ager arboſto conſtitus impleatur, omnes refodiat, ac perſequatur*. Et Lib. 3. *Quæ falce amputari non poſſunt, acutâ Dolabrâ abradito*. En munus Dolabræ Ruſticalis. Ejus ope purgabatur ager ab infeſtis dumis, atque virgultis, eorumque radices proſcindebantur. Quod ſi figuram Dolabræ ſpectare cupis, oculos converte ad Marmor in agro Aquilejenſi adſervatum apud nobiles Viros Comites Savorgnanos. Exemplum ejuſdem debeo amico, & erudito viro Johanni Dominico Bertoli Canonico Aquilejenſi, qui ſummâ diligentiâ Antiquitates omnes regionis illius a ſe collectas jam prælo parat.

TI. CLAVDIVS
TI. CLAVDI
EPAPHRODITIAN
VET. LEG. VII. CL. P F
PILASTILVS
DOLABRAR. COL. FAB
VIVOS. FECIT. SIBI. ET
IVLIAE. DIONISYADI
CONIVGI
BENE----------

Pro PILASTILVS in Ephemeridibus Literatorum Venetis legitur FIL. ASTYLVS. Sed accuratiori Bertolo major adhibenda eſt fides. PILASTILVS mihi creditur appellatus, qui *Pilam* in *Haſta* gerebat: Vexillarius videlicet; nam in Signis militaribus *Pila*, ſi doro teſte, cernebantur. Globulos Lipſius putat *Dolabram*, quam hic in humero geſtat, Foſſorum *Dolabræ* omnino ſimilem deprehendas; eaque ad *Aſciam* accedit, in nonnullis gentis Italicæ tumulis inſculptam. Porro Agricolis in uſu fuiſſe *Dolabram*, ex Columella itet um ediſces, ſcribente Lib. 4. Cap. 14. *Semper circa eam Dolabellâ movenda eſt terra*. Nihil aliud erat *Dolabella*, niſi exigua *Dolabra*. Quare quum Plautus in Afinaria Act. 2. verſ. 93. ait: *Jam hoc opus eſt Exaſciatum*, ideſt rudiore operâ inceptum (Italice *Abbozzato*) perpendendum forer, phraſis ne iſta e Fabris Lignariis, ſive Cœmentariis, an potius ab Agricolis deſumta fuerit, qui ad culturam redacturi agrum incultum, in vepretis, ac radicibus exſcindendis primam operam collocant. Ibi certe de negotio rudi, neque expolito, neque conſummato ſermo eſt. Denique ut intelligas quaſdam *Aſciarum* ſpecies minime diſſimiles a *Dolabrâ* fuiſſe, intuere Nummum gentis Valeriæ, jam a Patino in Libris Urſini de Familiis Romanis evulgatum, ubi figuram *Dolabræ*, nuper a me prolatam, conſpicere poteris, literis circumpoſitis ASCIGVLVS, ideſt *brevis Aſcia*.



Ita in Gloſſis Iſidori legimus *Aſciculus*, *Aſciola*, *Dolabra*. Pro *Aſciculus* fortaſſis ille ſcripſerit *Aciſculus*. Sive ergo ab antiquis *Aſcia* inſcriberetur Sepulcris ſub figurâ *Securis* aut *Securiculæ* (*di un' Accetta*, *Mannaja*, *o Manerino*) ſive ſub *Ligonis* grandis aut parvi (*di una Zappa*, *o Zappetto*) ſive ſub *Dolabræ* (*di un Piccone*, *o Beccaſſrino*) ſive denique non *Aſcia* fuerint ſingula Inſtrumenta Tumulis inſculpta, ſed diverſæ ſpeciei ac nominis: agnoſcere tamen potuimus, ſingulas haſce ſpecies aptas fuiſſe ad munus & votum, quod veteres ſibi propoſuiſſe mihi creduntur in conſummandis & dedicandis Tumulis ſuis. Scilicet monebantur, exorabantur poſſeſſores agri, Sepulcrum complectentis, ut identidem amputarent Vepreta, urticas, herbaſque ruſticanas, Arbuſtaque, & eorum radices, a queis Tumulus, & Corporum quies infeſtari poſſet. Neque mihi tantùm crede. Ejuſmodi votum antiqua ipſa Monumenta teſtantur. Egregia eſt in hanc rem Inſcriptio Mutinenſis, quam Ludovicus Vedrianus Tom. I. Hiſtoriar. Mutinenſ. (Anno Chriſti 1666. editarum) ſcribit, repertam fuiſſe in excavandis foſſis Urbis noſtræ juxta propugnaculum Sancti Petri. En ejus verba,

SALLVSTIAE
APHRODITE
CONGIDIVS L. F
CONIVGI BENE
MERENTI CVM QVA
VIXIT ANNIS XXVII.
MENSIBVS VIII. DIEBVS. VI.
QVOD VIVA MERVI MORIENS QVOD ET IPSA ROGAVI
CONIVGIS HOC MOESTI REDDIDIT ECCE FIDES
SIT LICET INFERNAE NOCTIS TRISTISSIMVS HORROR
ME TAMEN ILLIVS CREDO IACERE TORIS

TE PIE POSSESSOR SIVE COLONE PRECOR
NE PATIARE MEIS TVMVLIS INCRESCERE SILVAS
SIC TIBI DONA CERES LARGA DET ET BROMIVS

Habes hic impensum Romanæ gentis studium ac desiderium, ut sua Sepulcra expurgarentur, atque ut removerentur virgulta, vepres, & arborea stirpes, inerescentes circum Tumulos, si supra terram attollebantur; aut supra, si Corpora humi condita fuerant, unico Cippo, memoriam defuncti indicante. Cicero Lib. V. Tuscul. auctor est, se studiosissime, dum Syracusis versabatur, exquisisse Sepulcrum Archimedis celeberrimi viri, Civibus prorsus illud ignorantibus, ipse tandem detexit; qua verò ratione, is memoriæ prodidit, inquiens; *Cujus ego Quæstor ignoratum a Syracusanis, quum esse omnino negarent, septum undique & vestitum Vepribus, & Dumetis indagavi Sepulcrum.* Tum addit: *Immisi eum falcibus multis purgarunt, & aperuerunt locum.* Propterea divitum olim mos fuit in postremis tabulis commendare Heredibus curam & custodiam Sepulcri sui, & præcipue, uti scribit Jacobus Gutherius Lib. 2. Cap. 31 de Jure Manium, ut *Monumenta vepribus diligenter purgarentur.* Quod diserte verbis constitutum videas in Inscriptione Veronensi, quam supra dedi in hac eadem Classe ad Collegia Nautarum. Ibi *Pontia Justa Collegio Nautarum Aristocensium in memoriam Fortunatæ Livitæ* reliquit *Sestertios numero Sexcentos*, ut ei in perpetuum parentetur,

ET VT MONVMENTVM REMVNDETVR:

Ita videas infra in Classe XIII. *de Artibus* ab A. Sempronio Laco Legata Sestertium septem Millia *Huic Monumento in cultorum*. At quibus minores erant vires, saltem eum fuit, signum *Ascia*, sive exigui *Ligonis*, vel *Securicula*, aut *Dolabræ*, in cippo Sepulcrali insculpere, posteroque monere, se *sub Ascia* dedicasse Tumulum, aut Saxum, ut qui agrum possiderent, pietate moti, quum opus foret, locum emundarent, atque ab importunis arbustis, aut dumetis, radicibusque increscentibus liberarent. *Terra neglecta sentes & dumos creat*, inquiebat Quintilianus. *Ascia* verò, etiamsi tantummodo *Ligonis* speciem referret (*sive di Zappa, o Zappetta*) qualis in Inscriptionibus Galliæ Narbonensis plerumque conspicitur, ejusmodi officium præstare potuit; mos quippe fuit, ut Ovidius ait,

- - - - - - - *purgare Ligonibus arva.*

Ex geminis autem cauffis manabat enixum hoc Ethnicorum studium. Altera fuit, ne Viatoram oculis eriperetur Tumulorum conspectus, si circum aut supra ipsos silva aliquando increfceret. Quippe Monumenta in eum quoque finem olim conftruebantur, aut bafe feu cippus & lapis supra defunctorum offa vel cineres collocabatur, ut certiores fierent superstites & posteri, quis ibi tumulo datus fuiffet. Altera fuit, quam primo innuebam. Scilicet Romanorum animos invaferat opinio, pæne dixi puerilis atque ridenda, qua sibi perfuadebant, Animabus post mortem molestiam exerari, si super Ossa ac cineres Terra gravitaret. Propterea tam frequens occurrit in Inscriptionibus, præsertim Hispanicis, formula

SIT TIBI TERRA LEVIS;

Terramque exorsbant, ne gravis esset Defunctorum ossibus, hoc verso:

Tellus, huic Tumulo ne gravit esse velis.

Digna est, quæ locum hoic habeat Inscriptio, ex quatuor rudibus versiculis conflans. Eam Romæ possidet Cl. V. Franciscus Fieoronius, cui acceptam refero.

2

D. M
TITIVS HIC SITVS EST
IVLI BASSI BASSIANVS
ANNOS QVI VIX. X
ET. XIIII. SOLES
QVEM QVONIAM
MANES VT ALVMNVM
DI RAPVERVNT
NEC. CALCARE VELIS
NEC. GRABIS. ESSE
LOCO.

Præterea Viatorem deprecabantur, ut penes Sepulcrum transiens pro quiete Defuncti eadem verba reperet; ut est in Thesauro Gruteriano pag. 977. num. 13. in qua legitur

ORO VT PRAETERIENS DICAS
SIT TIBI TERRA LEVIS

Alios lapides omitto ejusdem moris, & voti fuculentissimos telles.

Hæc autem opinione imbuta gens olim Ethnica, minum non est, ægro eam animo tulisse, si quando circum & supra Sepulcra sua innafcerentur & crefcerent dumi, sentes, & silvestres arbores, ac herbæ, quasi materies hæc horrens cineribus suis gravis, infenaque evaderet. Huc facit nobile Epitaphium, Anno Christi 1710. Nemausi effossum, nunc ibi apud Dominum Demissoli exsitens. Evulgarum illud habemus a Sallengre in Præfatione ad Tomum I. Gontinuat. Antiquitat. ac deinde ab eruditissimo Marchione Maffejo in Epist. XI. ut supra innui, ad metatâ.

D M

2

D M
C. VIBI LICINIANI
ANN. XVI. M. VI
C. VIBIVS
AGATHOPVS. ET
LICINIA. NOMAS
FILIO. OPTIMO. PIISSIM

ΑΝΘΕΑ ΠΟΛΛΑ ΓΕΝΟΙΤΟ ΝΕΟΔΜΗΤΩ ΕΠΙ ΤΥΜΒΩ
ΜΗ ΒΑΤΟC ΑΤΧΜΗΡΗ ΜΗ ΚΑΚΟΝ ΑΙΓΙΠΤΙΟΝ
ΑΑΑ' ΙΑ ΧΑΙ CΑΜΨΟΤΧΑ ΚΑΙ ΤΑΑΤΙΝΗ ΝΑΡΚΙCCΟC
ΟΥΕΙΒΙΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ CΟΙ ΠΑΝΤΑ ΓΕΝΟΙΤΟ ΡΟΔΑ

Ideſt:

Flores Multi Sint Super Tumulo Recens Excitato:
Non Rubus Horridus, Non Malus Ægipyrus.
Sed Violæ, Et Amaraci, Et Aquatilis Narciſſus:
Vibie, Circa Te Sint Omnia Roſæ.

Hanc etiam Latinis verſibus ita reddidit idem Maffejus.

Plurimus hunc tumulum flos induat, inque recentem
Haud rubi horrentes, ægipyruſque mala,
Sed properent violæ, & amaracus, & narciſſus,
Vibie, & omnis humus te prope jam roſa ſit.

Simile vorum conceptum videas in Gruteriana Inſcriptione 889. 2. junctoque etiam deſiderio *Terræ levis*. Scilicet:

SIT TIBI TERRA LEVIS CINERES
QVOQVE FLORE TEGANTVR

Quod ergo iſtis difertis verbis optarunt, ne feliciter Rubeta ſuper Tumulum fucreferent; alii verò ne ſilva Tumulum prorneret: ceteri, ut ajebam, *Aſcia* ſigno expetiiſſe mihi credantur. Ita autem adeo cordi erat, ne ſuper oſſa ſua quidquam gravitaret, ut quandoquidem Cippus ſaltem, aut Ara, ſive Marmor imponendum erat Sepulcro, ad ſervandam Defuncti memoriam, Diſique Manibus honorem habendum: Marmor ipſum poſtea rogarent, ut levi pondere ſupra Defuncti cineres & oſſa incubaret, quemadmodum in Gruterinno Lapide pag. 685. num. 3. ſcriptum legimus hoc verſu:

TE LAPIS OBTESTOR LEVIS VT SVPER OSSA QVIESCAS:

In altero verò marmore pag. 984. num. 6. diſtichon hoc inſculptum occurrit:

TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA RESERVA
NE NOSTRO DOLEAT CONDITVS OFFICIO

Fortaſſis etiam in votis olim fuit, non ſolùm ut ex Tumulis amoverentur rubi, ſentes, virgulta, atque Arbores, ſed etiam ut leniter Terra ideniidem ſuper ipſis, & circum ipſos commoveretur, quaſi levior & ipſa fieret, nec ſuper Defunctorum cineres, oſſave-niinium gravitaret. Ad quod munus *Aſcia* in primis, *Ligonis* exigui formam referens, ſive *Zappetæ*, apta erat. Plerique mediocris conditionis homines tunc humo mandabantur, integrumque viſibile eorum Sepulcrum ſitum erat in Cippo, aut Lapide ſuperpoſito, indeante Defuncti ſub terra compoſiti nomen. Id genus opinor ego fuiſſe non paucos ex Tumulis Galliæ Lugdunenſis, atque Viennenſis, in queis legitur SVB ASCIA DEDICAVIT, uti & complures ex Italicis, in quibus ſculpta viſitur *Aſcia*. Qui ad Marmorarios ſepulcralem *Aſciam* referunt, ſtatuere-cogantur univerſa illa Sepulcra ex Marmore, & quidem perpolito: quod perſuaderi numquam poterit conſideranti non pauca ex iis Monumentis ab infimâ Plebe poſita, atque uni ſæpe homini deſtinata. Ad me quod attinet, plerumque formula, SIT TIBI TERRA LEVIS, indicaſſe mihi creditur, humi tumulatos in Urnis. Ita Ovidius Lib. 3. Elegiâ 9. Amor. in morte Tibulli ait:

Oſſa quieta, precor, tutâ requieſcite in Urnâ,
Et ſit humus Cineri non onerоſa ſuo:

Quare fieri potuit, ut ſuperpoſita Urnis tellus interdum *Aſcia* leviter commoveretur, quaſi eâ patione-leviore evaderet, & gratior propterea crederetur Defunctorum cineribus. Tibullus ipſe ſuper memoratus in Elegia ultima Lib. 2. ſcribit:

Sic bene ſub Tenerâ parva quieſcat Homo.

Terra iſta *Tenera* indicio eſſe queat, opinatos olim-fuiſſe Ethnicos, *Terram Duram* oſſibus Defunctorum-pondus, ac moleſtiam creare. Erit interea heic locus Inſcriptioni, quam Aterni apud Frentanos effoſſam, ad me perhumaniter miſit Cl. V. Petrus Polidorus penes Eminentiſs. Cardinalem Hannibalem Albanum, audiendis cauſſis Præfectus.

2



D. M. S.



DECIMVS A PRIMA SECTATVS CASTRA IVVENTA
CIRCITOR MORIOR. PRAEMIA PARCA SENEX
QVI NVLLI GRAVIS EXTITERAM. DVM VITA MANEBAT
HAC FVNCTO AETERNVM SIT MIHI TERRA LEVIS
DAT PATRVO OB MERITVM FERALEM FLAVIVS VRNAM
NINNIVS. ET CINEREM SPARGIT ODORE GEMENS

Geminæ *Aſciæ*, ſeu gemini *Ligones* (*Zappetti*) heic poſiti innuere videntur, quod in ipſo Titulo expoſitum fuit uſitatâ illâ formulâ SIT TIBI TERRA LEVIS. Nempe ad eam levem reddendam *Ligo*, ſeu *Zappa*, Idoneum inſtrumentum fuit.
Demum quod eſt ad formulam SVB ASCIA DEDICAVIT, Clariſſimi Viri Canonicus Mazochius, & Marchio Maffejus arbitrati ſunt, idem fuiſſe DEDICAVIT, atque POSVIT, FECIT, PERFECIT &c. Et ſane in Nemauſenſi lapide apud Gruterum pag. 760. num. 3. legitur SVB ASCIA POSVIT. Verùm obſtant tot aliæ Inſcriptiones, in queis primo habetur POSVIT, aut FACIENDVM CVRAVIT: quæ verba jam factum conſummatumque opus oſtendunt. Deinde

de additur ET SVB ASCIA DEDICAVIT: quod rem diversam indicare videtur, non sine aliquot cæremoniis peractam, uti consuevit fieri, quam ædificia jam consummata dedicabantur. Tunc præsertim par est credere postremo VALE, additum fuisse SIT TIBI TERRA LEVIS, idemque votum per *Asciam* fuisse indicatum. Consuit autem prælaudatus Mazochius, nihil aliud significatam fuisse per verbum DEDICAVIT, nisi *ejusmodi Monumenti situlo cadaver inclusum*, sive *ejus structuram* exercuisse mihi quoque licuerit.

Has vero Italicè Liguâ conscriptas antea Lector acceperat, editas nempe a Cortonensibus Academicis in Libro, cui titulus *Saggi di Dissertazioni dell' Accademia Etrusca*, Tomo Secundo, typis tradito Romæ Anno 1738. Ut illas rursus efferrem, hujus Operis argumentum poscebat. Quæstionem hanc agitaverat Clariss. Marchio Scipio Maffejus in Epistolâ ad me pro sua humanitate data, atque uti jam monui, editâ Anno 1733. Ita verò ille ad me scribebat. *Quamam ea, quæ aliquando meditor, tum mihi probatum iri non est quod sperem, nisi prius doctis & amicis veris probentur: de lapidario anygmate sententiam tuam rogatum venio, petiturusque, ut ultrum explicationem meam tutam facias, candide, hoc est more tuo, profiteri velis.* Parui; sed utinam unquam paruissem, quamquam obiter da egregii viri opinione fuerim loquutus. Illum enim male habuit, me ab eo dissensisse. Immo usque adeo asperse ille in Libro, cui titulus *Osservazioni Letterarie* Tom. IV. Veronæ edito hoc Anno 1739. ut speciem conjutationis Italicæ in literatios fœtus suos sibi fingens, me quoque in conjuratorum album invitum, atque insciam coojteerit. Equidem persuasum habebam, liberum cuicumque esse, atque esse debere in Italia, suas in rebus Literariis opiniones efferre; & tum solum justam inter viventes querelarum esse causam, quum in contemtom, maledicentiam, & sarcasmos, inurbana censura erumpit. Maffejus idem non semel antea censorem meatum terum egerat. Nihil propterea vetaste amicitiæ nostræ, neque erga illum obsequii deperierat. An ego postea, & quidem ab ipso rogatus, in ejus opiniona recensenda, minimeqoa probanda, ab officio discesserim, quamque Dissertationem hanc legerit, facile judicabit. Interea dolendum mihi est, immo & ceteris in Italia Literarum cultoribus, ubi criminis loco in posterum habeatur, ab opinionibus Illustrissimi Maffeji recedere. Si Literarum progressum ac honorem, si Veritatis investigationem & patrocinium ille sibi tribuit, tamqaam suorum studiorum finem (quod verum sane arbitror), & ipse, quæso, non aliò collineare mea quoque, & reliquorum Italicorum studia intelligit; neque aliam sibi, aliam ceteris Literarum amatoribus legem statuat. Atque hæc in præsentia.

At immerito, inquis, Maffeji opinio rejecta fuerit. Immo mihi crimen ingeritur, quod ad eam *Veri similem* repatandam adduci nequiverim. Maffejo monente egissem modestios, si *Veram* mioime a me credi diissem. Sed nemo alius contemtum in hisce verbis deprehendat. Inter tot de *Ascia* Sepulcrali opiniones, re portissimum gravibus teoebris circumsepta, nemo nostrùm aedeat decernere, quænam vera sit, quænam falsa Heic tantum quæritor quænam eâ Veri similitudine conflet, cui adhærere non imprudenter possit intellectus. Ne meam quidem afferere Veram ego sum ausus; Veri tamen similem me proposuisse censui. Porro ita opinionem suam Maffejus exhibet. *Opinor, nihil aliud eâ formulâ, & Ascia figurâ significari, nisi ea Monumenta de novo fuisse excitata, & ventas antea patuisse.* Car vero dubita fuerit *Ascia* figura, & formula *sub Ascia dedicavit*, ea ratio adfertur, quod Vitruvio teste *Calx in lacu macerata, Ascia ope adsuatur*. Quamobrem usurpata censetur illius figura, ut postremis manus, hoc ait Albarium, novo adficio impositæ fuisse intelligator. Reponebam ego, tot Alcin figuras haberi, quibus nil rei est cum Ligone albario. Addebam, nihil opus fuisse viatorem monere de novo, ac dealbato Sepulcro, dum is oculorum usu frueretur. Ad hæc fuera Sepalera ex Marmore nobili, aut *rudi & impolito*, eaque *sub Ascia dedicata*, quibus nemo eredat adhibitum Albarium. Hæc ille aut dissimulat, aut nihil facit. Habetur etiam in Inscriptione, quam Gruterus a Scaligero & Verdetio accepit: HOC SAXVM SVB ASCIA DEDICATVM EST. De veritate hujus Inscriptionis dabitat Clarissimus Marchio: qua ratio nimium commoda foret, si locus ei tam facile futurus esset in Critica Literaria. Spem contra eictoriæ is collocat in Reinesiano Marmore Cl. VI. n. 512 obi legitor CONSVMMATVM HOC OPVS SVB ASCIA EST. *Ultimum quippe*, ut ait, *instrumentum, quo in structuris, sive subterraneis cubiculis ædificandis, ut & in ædificiis aliis, utebantur, Ascia erat, qua calx macerabatur ad inducendum testorium murii, ut adhuc fit.* Perpendit quanto Lector, qua umquam ratione Asceta, sive Ligo, quo cala alba in lacu macerarat, ultimum appellari possit instrumentum, quo ædificia absolvuntur. Proposita autem Inscriptio utique germana est, sed a Gutenhonio profecta, quem antiquorum Epigrammatum descriptorem parum accuratum sæpe deprehendimus. Reinesius ipse, qui eamdem e Gutenhonio hausit, in ea defectus agnoscit. Illam confulat Lector. Obscura ibi & confusa multa fateatur. Inter ceteta *Rufus Catulus vivus Ædicum* (fortasse *Ædilem*) *cum unca & murris* reliquit *ad opus consummandum*. Tum dicitur *consummatum hoc opus*. Præsertquamquod, si Maffejo credimus, hia Italice eorum verborum sensus est: *Quest' Opera è stata perfezionata sotta quella Zappa, con cui la calce bianca si dimena nella buca.* An fieri possit, ut quisquam eâ significatione usus, in Epitaphio hæc scripserit, scripturusve sit, Lectorum judicium appello. Mihi certe nunquam veri videatur simile, instrumentum hoc seligi potuisse ad iodicandam ædificiorum novitatem, quum Ascia diversa plane sit ab Albario. Si ea mens fuit, eor oon potiat Trulla (*la razzaola de' Muratori*)? cur non Pcoicillos, quo parietes dealbantur, potios quam Ligo, hoc est *la zappa*, quo cala in lacu macerarur, usurpatur fuit? Atqui in Græco Epigrammate habemus *instaurare & renovare, in Sepulcro novitas ædificata*. Quid tum? Innameras sepulcrales Interiptiones Italia fuppeditat, & ex iis complures novis sepulcris adjectas cum formulis *Fuit fuisse. Posuit. Faciendum, Ponendum curavit*. Novum aliquid hisce votibus signabatur. Quod si novi ædificii peculiaris interdum mentio occurrit, id factum ex aliqua peculiari causa, qualis fuit, ot aliis taceam, Lectorem munere, illud *de suo*, sive *de sua pecunia* positum fuisse. Et apud S. Johannem *Monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat*, ideo adnotatum, ut intelligeremus, anum Christum Dominum ibi positum resurrexisse. Nihil autem est, quod Gutherii opinionem refricem, ad quam deficaisse Maff jam dixi. Prostant Libri.

Ad meam Opinionem quod attinet, *Ei tieno* inquit doctissimus vir, *che il dedicar sub Ascia fosse un pregar gli Eredi a tener netti i sepolcri dalle spine e dalle tristre erbe. Questa preghiera poetica, e che mai non fu fatta se non in versi, sarebbe diventar poesia tutte le Iscrizioni sepolcrali, e poesia della più recondita, perche non si potrebbe immaginare il più bizzarro modo di esprimere tal sentimento.* At hæc verba sunt. Equidem oovi, ea antiquis poetis antiquoorum temporum mores deproini; atque esse mirandum, cur tantus est hoie neger, quod Eruditus quisqua, & ipse in primis alibi, co sedit atqua usurpat. Pergit ille inquiens, Ligonas (*le zappe*) ului minime fuisse ad virgulta, & vepres amovendos a Sepulcris: quasi unos Ligones in Sepulcris ego adinvenerim. Jam videtit Lector, me complura attulisse Asciarum exempla, siquidem uno nomine cæsa appellare velimus. Quippe in Monumentis non tantum Ligones, sed & Dolabræ, Secures, & Securicolæ insculptæ esiumur. Quæcumque vero sint ejusmodi ferreorum instrumentorum figuræ, omnes in opinionem meam conveniunt, tum ad vepres, tum ad arbusta importuna, atque ad herbas horrentes e tumuiis averruncandas. Edocear Clarissimus Marchio, si potis est, etiam Secures (*le Mannaie*) ad subigendam calcem albariam fuisse usurpatas. Contra quum in iis acies spectetur, cujus usus est, semperque fuit ad aliquid caseindendum; aut ibi Ligoris forma spectetur, ad terram mundandam, levemque reddendam aptè: recta consequitur, fieri potuisse, ut per ejusmodi Signum Heredes ad Sepolera purganda ineitarentur. Quamobrem stupeas, peregrinum videri tam perspicacis ingenii viro, Ligonum sive Securiom Signum potuisse adhiberi ad indicandum desiderium vitæ functorom, ut Sepulcra ab infestis vepribos, herbis, & rubetis mundarentur, quando ejusmodi desiderium in Ethnicis satis ostendi, atque ad illud complendum Asciarum varia genera idonea forent. Hæc varietas præsertim in quæstione hac considetanda est, ot verisimilis aliqua explicatio eidem accommodetur. Nulla autem dubitatio superesse potest, quin circum Sepulcra prominentia supra terram, & supra subterranea, escreleera potuisse tubos, virgulta, & sentes, quibus liberanda forent. Archimedis Sepulcrum exemplo sit.

Ma sarebbe da considerare (subdit doctissimus Marchio) *che questa adoprar la zappa sopra e intorno a i sepolti, era appunto quello, che non si dovea fare, e th'era vietato*,

to, e fommamente temuto, a questo riguardando le perpetue mute, che s' incidevano nelle Iscrizion sepolcrali, dinotanti quanti piedi di terreno douesso rimanere intatti, e non fe-riti mai da rusticani ferri. At haec testibus confirmanda erant, neque unius auctoritate dicentis proponenda. Exploratum est, religiosa facraque loca huiusmodi Ethnicorum Sepulcra, ita ut ea violare nefas fuerit. Opinari etiam integrum nobis fit, non licuisse praesinitum in circuitu solum aratro findere, iblque incongruas arbores educare. Verum non tantummodo licebat, sed opus erat sepulcra, praesertim subterranea, ac Tumulos a succrescentibus urticis, rubetis, & spinis expurgare, ne prospectum eorum, si supra terram essent, obtuerent, ut liber illuc aditus esset ad sacrificia, ad liquores infundendos &c. atque ut Cippum, seu Aram cum Titulo quisque nullo negotio spectare ac legere posset. Propterea in superiori Inscriptione rogatum vidimus Posseforem, sive Colonum,

Ne patiare meis tumulis increscere silvas

Proinde inter antiquorum dicas in invisos homines ea quoque numerabatur, imprecari videlicet, ut spinis eorum Sepulcra obruerentur. Testem do Propertium Lib. IV. Eleg. V. Is in Lenam iratus haec ei adprecatur:

Terra tuum Spinis obducat Lena Sepulcrum:

Ergo in votis tunc erat, ne innascerentur Spineta Sepulcris; si vero exfurgerent, ut tollerentur. Quei id praestandum? Ligone, vel Securi. Ex hoc voto rite confequitur, appositam Monumentis figuram Afciae multiformis, ut de mundando Sepulcro heredes aut coloni memores essent. Eodem quoque Propertio teste, secundum quorumdam Ethnicorum superstitionem cavebatur, ne *Capresicus* supra tumulos gravitaret, aut alceretur. Haec evidentia rece. Deinde, uti jam pluribus confirmavi, *terram levem* super defunctorum cadavera habere, frequens erat Ethnicorum votum, sed praecipue Transalpinorum. Hinc etiam ridenda superstitione factum est, ut amorum cuperent quidquid gravitare super ea videretur. Ad ea praestanda Ligonibus, aut Securibus opus erat.

Atqui (pergit dicere ingeniosus Censor) si hoc Ethnicis desiderium erat, *credium nos, che l' avrebbono mai fatto con quelle parole fub Afcia dedicavit? Qual relazione c' è mai tra il Dedicare, e l'esortare, e il pregare? Chi potrebbe persuadersi, che per lasciare un ricordo a' posteri, avessero detto Dedicavit?* Nihil huic intellectu difficile, nili confundatur Dedicationem cum Afcia. Hic posteremā tantum, non vero Dedicando, rogabantur Heredes. Et sane si Dedicatio cum caeremoniis peragebatur (hoc autem fuit in more, quum de locis religiosis agebatur) nihil obstat, quin excogitemus, caeremonias quasdam usurpatas fuisse, sive in tradendis sepulcto cineribus, aut corporibus, sive in Titulo supra tumulum collocando. Tunc autem praecabantur de more Defuncto quietem, ac *Terram levem* consuetā formulā *Sit tibi terra levis*. Quid si Afcia in eum ritum invecta est, ferramentum videlicet, quo ut omnes norant, Terra levis fieri, servarique consuevit, & inimico virgultorum, herbarumque nocentium pondere liberanda fuit? Non *Dedicavasse* inquam, vocabulo, sed *Afcia* mentione indicari desiderium ejusmodi potuit. Inter tenebras conjecturis agere fas est, easque satis est proferre, quas possibiles, neque inverisimiles appareant, & consiliari cum certis principiis possint. Certa principia appello desiderium *levis terrae*, atque ut a Sepulcris amoverentur rubi, ac vepreta: quod sine Ligonibus & Securibus effici non poterat. In Inscriptione Lugdunensi apud Gruterum pag. 652. n. 9. legimus: VNICO FILIO P. C. ET SVB ASCIA DEDICAVERVNT. MVLTIS ANNIS VIVAT QVI DIXERIT ARPAGI TERRAM LEVEM. En desiderium *Terra levis* cum *Afcia* mentione conjunctum. Ad haec nihil opus est excogitare in hanc rem caeremonias peculiares. In Transalpinis Inscriptionibus Dedicatio facta *fub Afcia* mihi creditur, quod in superiori parte eadem Afcia insculpi consuevit, quoque diversa erant *Dedicatio* & *Afcia*... Illa ad placandos Deos Manes, quibus dedicabatur Monumentum, sive Titulus, adhibebatur, ut bene esset Animae defuncti. *Afcia* vero memorabatur, ut Corpori bene esset, quippe quae *Terram levem* efficere posset secundum vulgare Ethnicorum desiderium. Utrumque disticas e Gruteriano Lapide pag. DCCXCVIII. 7.

Te Tellus, sanctosque precor pro Conjuge Manes.
Vos ite placidi; tu levis ossa tegas.

Heic autem insurgit praeclarissimus Censor inquiens, fuisse res Religione minime obstrictas, quarum tamen *Dedicatio* fiebat, uti Moenis, Theatra, Statuae, Thermae. Non id negem ego; sed inter ejusmodi Opera publica recensere Sepulcra, id minime concedo. Religiosa loca fuisse Sepulcra, iterum ajo. *Sevare & conjevare* cineres defunctorum interdum legimus. Apud Gruterum pag. DCCLI. 3. ut alia loca omittam, habetur SARCOPHAGO SIGIL. CVM OPERE ET BASIBVS FECER. ET CONSECRAVERVNT. Accedat & A. Gellius Lib. X. Cap. 18. Id *Monumentum quem Dis Manibus sacris Manilii Artemicia dicaret*. Quid plura? Vulgaris formula in Epitaphiis passim occurrens DIS MANIBVS SACRVM religiosa Dedicationis certos nos facere potest. Atque heic petendum est, cur tot aliis Dedicationes rerum minime religiosarum numquam *sub Afcia* factae dicantur, quum contra in Sepulcris unis, ac toties, illius mentio recurrat? Non aliud discrimen mente concipere possumus, nisi ad Sepulcrorum Dedicationem aliquem peculiarem Afciae usum accessisse, quo reliqua aedificia carerent. Qualis autem fuisse potuerit, jam dixi. Certe numquam ea formula novitatem aedificii significare videatur. Hisce verbis trans Alpes, ut ex Marmoribus constat, concepta Inscriptiones erant: PONENDVM CVRAVIT, ET SVB ASCIA DEDICAVIT. Priora verba, hoc est *Ponendum curavit*, novitatem *Aedificii*, sive *Sepulcri*, aut *Cippi*, aut *Aræ*, sive *Tituli*, dilucide indicabat. Cur tibi significari velis per alteram formulam: *& sub Afcia dedicavit*? In Gruteriano Marmore DCXXXI. 2. Divicia Domicilia CONIVGI PONENDVM CVRAVIT. Jam aedificium construxtum, consummatumque a Divicia habes. Sequitur: ET PILI SVB ASCIA DEDICAVERVNT. Numquam veri videatur simile, *Afcia* nomine repeti novitatem Operis.

Atqui saltem *Dedicationis* voce indicabitur, novum aliquid in usum deduci. Neque heic excogites; nam viventes quoque, Sepulcro nondum in usum deducto, usos reperias. Id inficiatur clarissimus Marchio. Vetera monumenta produnt. Apud Gruterum pag. DLVI. 6. haec habes.

1
D M
ET. MEMORIAE. AETERNAE
PETRONI. CASTI. VET
MISSI. HONESTA
MISSIONE. EX. LEG
PRIMA. MIN. EX. OPTIO
NE. PROC. DVCENAR
ET. VITALINIAE. FLORAE
CONIVGI IVSO
VIVI SIBI. PONEND
CVRAVER. ET. SVB
ASCIA. DEDICAVE
RVNT

Si adhuc vivebant, qui Sepulcrum construxerant, illudque jam *sub Afcia Dedicaverant*, habes heic Dedicationem jam factam, & ad nullum adhuc usum perductum fuisse Sepulcrum. Accedat & altera Romae posita pag. DXVIII. 4.



2
FL. PROBINCIA. FECIT. SIBI
T. AELIVS. SENTINIANVS. FOR
COR. 7. COH. II. VIG. PETIT. A PONTI
FICES. VT. SIBI. PERMITTERENT
REFIGERE. N. MONVMENTVM
IVRIS. SVI. LIB. LIBERTABVSQVE
SIBI. ET. SVIS. POSTERISQVE
EORVM

In Sepulcrum hoc inlatus jam fuerant ossa. Antiquum erat, illudque reficiendum postea curavit *Aelius Sentinianus*, qui tamen *Afciam* superinsculptam voluit. Quei ergo Afcia novum aedificium indicet? Quod plus est, in usu fuit formula haec etiam pro *Cippis* atque *Aris* marmoreis, quae sine ullo Sepulcri auditio tumulis imponebantur memoriae causā. Si *Afcia* significari credimus itovum Aedificium, necesse est, ut ubicumque Afciam offendimus, ibi fuerit Sepulcrale Aedificium, illudque latericium ac dealbatum. Verum, uti ajebam, in *marmoreis* quoque *Sepulcris* Afcia insculpta reperitur. Unicis etiam in *Cippis*, & *Aris* marmoreis deprehenditur. Vide Gruterianam Inscriptionem DCLXIV. 10. Memoriam illam *Maximo* filio Parentes ponendam curarunt, CVI LOCVM. ARAE. PIETATI. CONCESSIT. IVLIA. BARANE. MATRONA. INCOMPARABILIS. SVB. ASCIA. DEDICATVM. EST. En ut parentes isti in alieno solo

solo Filium tumularant, ac veniâ factâ a Matronâ loci dominâ, Tumulo impositurum unam Aram Marmoream cum Inscriptione. Nullus heic locus Sepulcro nobili, aut Ædificio Sepulcrali. Non dispar est altera apud eumdem Graterum DCCVI. 13.

1

D M
SERVI
SEVERI
CASSIA
MISERA MATER
FILIO INCOM
PARABILI AN
XXIIII. ARAM. PO
SVIT. ET. SVB. A. D.

Quære & heic Sepulcrum novum, Sepulcrum dealbatum. Non invenies *Ara* tantum posita fuit. Proinde huc non trahas nisi obsorto collo Asinum illum, qui calcem in lacu macerat, & manum suptemam Ædificiis imponere creditur. Tertia accedat e Gruteto itidem depromta pag. DCCXXVI. 2.

HIC MATRIS CINERES SOLA SACRAVIMVS ARA
QVAE GENVIT TELLVS OSSA TEGIT TVMVLO

Vides Matris cineres humi in urna compositos, Aram unam Marmoream cum Titulo superimpositam, eamque Dis Manibus sacratam. Non ergo in-

animum induere possis. *Ascia* signo Sepulcrum aliquod novum, ac dealbatum indicari, quando Ara una marmorea sub hac etiam formulâ dedicabatur.

Quum igitur tot difficultatibus laborantem videre mihi visus fuerim Opinionem Clarissimi Marchionis Maffeji, reliquum fuit, ut eam non satis firmam, verique similem appellarem. Contra quam nihil fidi hactenus adversus Opinionem meam protuleris, eam fortasse a veri similitudine minime abhorrere consequens erit. Et profecto in Italicis quibuldam Monumentis, sæpius vero in Transalpinis, figuram videmus modo Securim, aut Securiculam, modo Lignem. Hujusmodi Instrumentorum munus & usum novimus. Constat, expurgauda fuisse a dumis, urticis, rubetis Sepulcra; & flustá superstitione multis Ethnicorum inhæsisse desiderium *Terræ levis*; sic omnia persuadere posse videntur, non in alium finem superpositam fuisse Monumentis *Asciam*, nisi ut ad Sepulcra emundanda Heredes, aut Sepultores agri incitarentur. Atque hæc pauca differuisse liceurit; abstrusa ac tenebrosa admodum quæstioni aliquid fortasse lucis allaturæ. Rogandus est doctissimus Marchio, ut & ipse pacatore animo ista excipiat; neque putet, quod sibi interdum contradicatur, quidquam detrahi amplissimis suis in re Literaria meritis. Equidem ab iis agnoscendis, ac deprædicandis quantum potero sedulam, ut me nullus affectus ne in posterum quidem avertat.

2

Romæ,
E sedibus meis,

SENTIA

CAELIA

COLLEGIABVS

Vox ista COLLEGIABVS peregrina prorsus mihi videtur, ita ut potius suspicer, corruptam a descriptoribus fuisse, & legendum COLLEG. TABVL. aut FABVL. vel quid simile.

3

In Vicque *in Hispania. E sedibus meis.*

L. VALERIO. L. FIL
CAL. FAVENTINO
II VIRALI
QVI ANNONA
FRVMENTARIA
INIQVA RIEBEM Lego PLEBEM.
AI KVVIETOBA
LIAM ET TAFVS
COLLEGIA KA
LENDARIVM
LIDVARIA DVO
CIVI GRATISSIMO
POSVERVNT

Inscriptionem istam summâ incuriâ descriptam, & vitiis undique scatentem, vereor ut quisquam restituere ingenio suo possit, nisi meliores tabulæ opem ferant. Dubius fui, utrum proderenda foret. Sed neminem pigebit vulnerata accipere, quando sanam non potest.

4

Romæ, in hortis Justinianeis. Ex Donio.

IMP. CAESARE ANTONINO A
PATRONI Q. Q. CORPORA
T. PRIFERNIVS. T. F. Q. VENNON
QVIR PAETVS. D. VOLVSIVS. SECVNDVS. M. MARIVS
ROSIANVS. GEMINVS. D. VETVRIVS. LVCRIO. T. POMPEIVS
M. SEDATIVS. C. F. QVIR. M. SVELLIVS. PERPETVALIS. P. MVMMIVS
SEVERIANVS. IVLIVS P. CVRTIVS
M. RVFFINVS P. CVRTIVS
M. SEDATIVS. M. F M. SEGVLIVS
QVIR. SEVERVS T. HELLENIVS
M. IVLIVS. BEGINVS T. HELLENIVS
CN. TVRPILIVS
A. AVILIVS. SAP
L. CVRTIVS. P
P. ANTEIVS SILI
P. CVRTIVS. FE
L. DOMITIVS. F
M. LVCCEIVS. NI
P. ANTEIVS. M

Dederat & Reinesius Class. X. num. 2. sed emendatiorem Donio debemus. *Patroni Quinquennales Corporatorum* hanc memoriam posuisse mihi creduntur.

1 *In Abbatia Romenaci in Sanctæ Mariæ. E schedis meis.*

IN
NVMMIAE VARI
AE. C. F. M. NVMMI
O. IVSTO. PLEBS
PELTVINAS. PATRO
NO. OB. EXIMIAM
ADFECTIONEM
EIVS. QVAM. VNI
CE. EXERCVIT. HVIC
SPLENDIDISSIMVS
ORDO BISELLIVM
DECREVIT. GVBI
TVMQVE. CONCES
SIT. L. D D. D
O. S. F. P. S. F

Gruterus pag. 443. num. 6. nobile Decretum protulit, quo *Peltium*, Vestinorum Populi, *Nummiam Varam... Sacerdotem Veneris* Patronam sibi elegerunt. De eâdem hoc scimo est; eadem nempe *Plebs Peltuinas*, seu potius Ordo Decurionum, in honorem præfatæ Variæ decrevit *Biſellium*, *Gubstumque Marco Nummio Jubo* illius filio, aut vno, aut agnato. De *Biſellio* supra egimus. GVBITVM est heic, ni fallor, pro CVBITVM: & CVBiTVM pro ACCVBITVM. Ideſt lectulus supra ceteros ornatus, aut eminens, in quo is ad mensam accumberet, quoties Decuriones convivabantur. Pro PLEBS. PELTVINAS. scriptum reor PLEBIS. PELTVINATu.

2 *Extra Romam, in Vinea Sebaſtiani Lazzarini Juriſconſulti, Miſit P. Ginnani Prior Benedictinus.*

COLLEGIVM
DIANAE. BAT
PEENTIBVS
IMAGINVM
STATIO. V

Non heic inveniſſe te puta *Collegium Dianæ*. Quæ exciderunt, incertum omnino faciunt, quale Collegium in hujus lapidis fragmento memoretur, & obſcuriſſimam relinquunt interpretationem vocis PEENTIBVS in tertia linea. Mendum aliquod irrepſiſſe opinor.

3 *Utriæ in Bætica, apud Rodericum Carum. Ex Donio.*

PYLADES. ANNI
NOVATI. PATRIS. H. S. E
SVBDVCTVM. PRIMAE. PYLADEN
HAEC. ARA. IVVENTAE
INDICAT. EXEMPLVM. NON
LEVE. AMICITIAE
NANQVE. SODALICI. SACRA
VIT. TVRBA. FVTVRVM
NOMINIS. INDICIVM. NEC
MINVS. OFFICI
DICITE. QVI. LEGITIS. SOLITO
DE. MORE. SEPVLTO
PRO. MERITIS. PYLADES. SIT
TIBI. TERRA. LEVIS

Ignotum est mihi, quodnam *Sodalitii* genus monumentum hoc posuerit *Pyladi*.

4 *In oppido Carapellis, in Sancti Cypriani. Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.*

D. M. S
P. QVINTIO. SEX. F. QVR
TIRONI MIL. COHR. XI
VRB 7 SCAEFI. ET SEX
QVINTIO SEX. F. QVR
FIRMO MILITI COH
XI. VRB. 7. SABINIANI EX
COLLEGIO PO. M. SEX
QVINTIVS SEX. F. QVR
FIRMVS. AED. S. ATER
P

Habemus heic *Collegium PO. M.* Quale verò fuerit, decernere non ausim. Num Militare aliquod a *Pompejo Magno* institutum? Num sacrum *Pontificum Majorum*?

FINIS.